Sed aliud est. §. est, in quo ponit Gratianus duas solutiones propositę quæstionis. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponit primam solutionem, quæ est, quod verum est, quod nullus debet eligere nouam sepulturam ex temeritate aliqua, aut odio, aut munusculis allectus, sed bene ex iusta & rationabili causa. Nec obstat capitulum illud Greg. vlt. In secunda ponit secundam solutionem, quę est, quod libera est cuiuscunq; vltima voluntas, non tm in sepultura eligenda, sed in testamento conficiendo. In tertia obijcit contra hoc duplici authoritate .s. Augu. & Leonis Papæ. In quarta respondet ad autoritatem Augustini dicēdo quod loquatur exhortatiue, vel de consilio. Secunda ibi, velut quidā. Tertia ibi, sed hoc non videtur. Quarta ibi, sed illud Aug. Lege. ¶[Sed aliud munusculis] quod simoniacū est. Ar s. 1. q. 2. quam pio. Ber. [certe] .i. iuste, & legitime rationis .i. considerationis. Hugo. [vel vt] secunda pars. secunda solutio est, quod non quilibet potest eligere sepulturam pro suo arbitrio, & hoc verum est de iure secundum Hu. nisi velit mutare sepulturam ad maiorem vel religiosiorem ecclesiā. Sed tu dic. vt. s. diximus in quæstione, quod quis potest eligere sepulturam etiam in loco minus religioso. extra de sepul. cū quis. §. vlt. lib. 6. [testamētum appellatur.] ff. de testa. l. 1. Arc. [sed hoc non videtur] tertia pars. [secundum Aug.] in sequēti .c. Hug. [secundum Leonem] extra de sepul. relatum. Hug. [medietatem eorum] .s. omnium, siue possessionū siue aliarū rerum. extra de sepul. c. 2. vbi patet secundum Host. quod de omnibus est danda canonica portio. Ad idem. eo. titu. c. 1. dicit glo. super ver. medietatem. quandoque tertiam secundū cōsuetudines diuersas. extra de sepultu. certificari. [Sed illud Aug.] quarta pars. Soluit de Augu. & tacet de Leone. Hug. & confirmat per .c. sequens.

Diuisio. Exponit literam. Hostiensis.

1 *Appetere nullus debet quod homo exhæredet filium vt ecclesiam instituat hæredem.*

2 *Testator habens filios potest licite computare Christum loco vnius filij.*

3 *Casus in quibus pater potest exhæredare filium.*

Si quis irascitur. Hoc .c. est Augustini in sermone secundo de vita clericorum. Summa est, † quòd 1 nullus debet appetere vt quis exhęredet filiū vt hæredem constituat ecclesiam. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In se- 2 cunda ponit † quod habens filios disponendo de bonis suis licite

Diuisio.

licite Christum loco vnius filii computabit. secunda ibi, sed plane. Lege, ¶ [Si quis irascitur] vitiū notat [exhęredat eū] iniuste. Hu. quod non debet facere pater qui filium debet diligere. & sic secundum apostolum. 2. ad Cor. 12. filij non debent thesaurizare parentibus sed parentes filijs. Item pater nō debet ex ira exhæredare filium, quia filio debetur paterna hæreditas. ad Gal. 4. Si filius: ergo hæres. (Exponit literam.)
3 Vnde hodie nō potest quis exhæredare filium nisi habeat iustam causam: vt pote si filius accusauit parentes, & per accusationem suā eos fecerit grauia damna pati, vt in autētico. vt cum de app. cog. §. causas. coll. 8. Item si pater filium hereticum esse persenserit. vt in eadem aut. §. si quis. aliæ causæ ponuntur. extra de iureiuran. quintauallis. ibi videas. Si tamen pater iuste exhæredat filium ecclesia debet eum reconciliare si potest. Et hoc est quod dicit si viueret nonne eum &c. [cuius appete] vitiū notat ambitionis. Et loquitur non in persona sui, sed pessimorum prælatorum, qui cupiunt morientes suos filios exhæredare: vt Ecclesiis bona relinquantur. Hu. [sed plane] tertia pars. [patet Christum alterum] id est vt tantum de Christo quantum filio & non plus. Hu.

Ac nimirum.

§. est, in quo Gratianus ponit vnā solutionem, sed vt dicit glo. falsam, videlicet, quod Aug. non præcepit testatori, vt tantum Christo relinqueret: quātū vni filiorum. Sed prohibet ne plus Christo quam vni filiorum. Lege. ¶ [Hac sed prohibetur transcendere] non dicit verum, quia transcendere potest, & omnia potest conferre Ecclesiæ, præter legitimam. vt infra 19. quæstio. 3. prælatum. & l. si qua. quæ hic signantur pro cōtrarijs. Hug. & Archi. sed intellige [prohibentur transcendere] ex ratione iracundiæ, & odio, vel prohibetur, id est dissuadetur, id est consilio August. suadetur, & consulitur ei: vt non transcēdat eam. secundum Hug. Archid. hæc vltima expositio videtur melior, quam prima, vt non contradicat ei quod dicitur supra. c. proximo. in glo. 1. Archi. (Exponit literam. Cōtra gratianum.) (Archid.)

Oblationes vero.


§. est, in quo incipit 6. pars huius quæstionis, in qua magister addit qua pęna sunt puniēdi qui oblationes Ecclię relictas vel debitas detinent & non reddunt Ecclesijs. Et ad hoc inducit tria capitula sequentia.



Vi oblationes.

Primum est hoc. c. ex concilio carthaginensi quarto sumptum. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Qui oblationes defunctorum] id est relictas Ecclesijs. id est defunctis non loquitur de oblationibus voluntarijs, sed de debitis, scilicet quę relinquuntur in testamentis vel in vltimis voluntatibus. [ipsis ecclesijs] vel etiam inter viuos, quas qui retinet debet excommunicari. Hu. Idem de omnibus debitis oblationibus, scilicet de decimis & primitijs. vt dist. 32. præter hoc. & 16. quæstio. 1. statuimus. Hug. [negāt] scienter: cum constat eos debere, secus si inde referat quæstionem. Hug. aut difficulter, vt quia tarde, vel cum diminutione. Hug. Laurent. tanquam egentium necatores. 70. dis. pasce & 16. quæstio. 1. decime. Et intelligitur quantum in ipsis est vt dist. 49 sacerdotes. Hu. [excommunicētur] certe digna pęna est talium excōmunicatio, qui tam crudeles sunt, qui debitas oblationes Ecclesiæ negāt, vt ab Ecclesia excludant & ministerio Dei qui mininistris Christi & Ecclesiæ subtrahūt. (Exponit literam.)

1 *Bona Ecclesiæ detinentes quare dicantur infideles.*
2 *Mortuus an sentiat aliquod detrimentum ex hoc quod eleemosynæ quas mandauit dari retardantur aut non soluuntur.*
3 *Executores testamentorum, qui executiones testamentorum, sibi commissas non complet quam citius possunt, peccant grauissime.*



Vi oblationes.

Ad idem sequitur hoc. c. ex concilio Varensi sumptum. Summa est in rubro. Et potest diuidi hoc. c. in tres partes, secundum tres rationes quas assignat, quare tales qui oblationes relictas Ecclesiæ soluere contemnunt veniant excommunicandi. Prima est quod tales quasi infideles reputantur. Secunda quia per talem retardationem aut non solutionem relictorum Ecclesiæ defunctorum defraudātur. Tertia est, quia inde etiam pauperibus Ecclesiæ subtrahuntur secūda ibi. quia & fideles. tertia ibi, & pauperes. Lege. ¶ [Quia oblationes. vt infideles] dicuntur infideles non quia detinentes bona Ecclesiæ ex hoc sint heretici, & sine fide. Nō enim omnis sacrilegus est infidelis, nisi diceret quod detinere bona Ecclesiæ hoc modo non esset peccatum, quia tunc diceret contra fidei, & scripturæ veritatem. Sed si detineat bona Ecclesiæ & male, & credat quod teneatur ea reddere, cum autem non reddit peccat peccato furti, & sacrilegij, (Diuisio.) (Exponit literam.)
1 sed non contra fidem. ¶ † Quomodo ergo dicuntur infideles. Respondetur quod ideo. Tum primo quia sunt sine fide formata, quæ per charitatem operatur. ad Gal. 5. Tum quia, vt dicitur infra, tales defraudatores oblationum relictarum pro suffragijs mortuorum præsumūtur male sentire de futura resurrectione. Tum tertio quia infideles sunt matri suæ Ecclesiæ, cuius bona auferunt, infideles proximis defunctis, infideles pauperibus qui de bonis illis debent refoueri. [quia vsque ad æstimationem] id est euacuationem fidei futuræ resurrectionis, videntur enim male sentire de resurrectione. Et præsumitur, quod ipsi non excedant futuram resurrectionem qui oblationes defunctorum negant & detinent. In signum enim & argumentum futurę resurrionis opera pietatis impendimus mortuis, & pro animabus illorum oramus. vt. j. c. non ęstimemus, nisi enim resurrecturos eos speraremus, vacuum videretur orare pro eis, vt dicitur secūdi macha. 12. [exacerbationem] i. hoc factum per quod diuina pietas exacerbatur, & irascitur Lau. Archi. [quia & fideles]. 2. pars. & 2. ratio [plenitudinem] qua defraudātur. ¶ Sur- (Quæstio. Respondet.)
2 git hic quæstio. † Vtrum mortuus aliquod detrimentum sentiat ex hoc quod eleemosinæ quas mādauit dari detardātur, aut nō saluāt. Et arguitur quod nō, sic huiusmodi retardatio prouenit executoris. Sed negligentia vnius non imputatur alteri. ergo nullum detrimentum mortuus patitur ex huiusmodi tarditate. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti tex. Et ratione sic, propter huiusmodi tarditatem orationes & suffragia retardātur quæ deberent fieri pro anima defuncti ex quibus plurimum iuuaretur, ergo ex huiusmodi tarditate patitur detrimentum. ¶ Respondetur iuxta Sanctum Tho. quolibeto. 6. distinguendo ex parte eleemosynę, quia circa eam potest cōsyderari meritum ipsius eleemosynę, & eleemosynę effectus, quantum ad meritum eleemosynæ est conclusio, quod nullum detrimentum patitur defunctus ex prædicta tarditate, maxime si quantum fuit in ipso causam adhibuit vt huiusmodi eleemosynæ cito darentur, patet conclusio, quia meritum principaliter ex voluntate & intentione dependet. Si vero cosyderatur eleemosyna quantum ad effectum est conclusio, quod defunctus patitur detrimentum ex prædicta tarditate, non quidem vt pro huiusmodi tarditate puniatur, sed quia remedium ei non adhibetur, dum suffragia differuntur ex quibus plurimum iuuaretur, patet ista cōclusio ex ratione superius facta. Ex quibus aperte colligi- (Laurentius Archid. Quæstio. Primū ar.) (Opponit in trarium) (Respondet S. Thom.)
3 tur, † Quod grauissime peccent executores testamenti qui executiones testamentorum sibi commissas non compleuit, quam citius possunt opportunitate competēti. patet etiā quod inhumanius peccent, quod bona legata tollunt aut retinet aut in alios vsus conuertunt, quā fuerit voluntas bona testatoris ¶ Ad rationem in oppositum dicendum, quod negligentia vnius non imputatur alteri ad pœnam, potest tamen redundare in alterum quantum ad effectum remedij, secundum quod vnus homo ab alio iuuari pōtest. [Et pauperes.] tertia pars & recta ratio. vnde isti homicidæ dici possunt, vt in superiori. c. dictum est. Et prouer. 18. habetur. Qui subtrahit aliquid à patrę. scilicet Christo. & à matre scilicet Ecclesia, particeps homicidæ est. s. 12. q. 2. qui abstulerit [nec credētes]. i. ostēdentes nō efficaciter credere videntur iudicium Dei, quia si sic, timerent. Contra hos Apostolus ad Ro. 2. dicit an existimas tu, quod effugies iudicium Dei. [vnde & quidam patrum.] scilicet sanctus Hieronymus & ponitur supra. 12. q. 2. gloria. [Sacrilegium] alibi dr homicidiū. vt. 12. q. 2. qui abstulerit. & in præcedenti & in sequenti cap. Hug. (Ad argu.)

1 *Sacrilegi non sunt ipso iure excomunicati.*



Lerici.

Ad idem est hoc ca. ex cōcilio agathen. Summa est in rubro. Et alia plana sunt: Et sunt duæ partes. 2. ibi, Si quis aūt Lege. ¶ [Clerici vel seculares]. i. laici. [donatas] in vita. Hu. [relictas] in morte. Hu. [crediderint auferendum] cum effectu. i. abstulerint, quod sæpe faciunt multi. vt. 17. q. 4. sicut qui opes. Hu. ab Ecclesijs (Diuisio) (Exponit literam.)
1 excludantur. ar. † Quod sacrilegi non sunt ipso iure excommunicati

municati.Hug.& in gloss.de hoc leg.& not.11.q.3.canonica.Et vide ibi quod ibi disputauimus. ¶ Sed hic surgit questio vtrum hoc sit verum.Et videtur quod sacrilegi ipso iure sint excommunicati. ¶ Ad hanc respondetur, q̧ sacrilegi non sunt ipso iure excommunicati nisi in duobus scilicet cũ interuenit incendiũ, seu violatio ecclesiarum.extra de sen.ex.c.conquesti. in gl.colligitur etiam ex allegato.c. canonica.Item in.c.omnes Ecclesiæ.17.q.4.[peregrina].i.laica.qua separetur à consortio clericorum,& in choro,& in mẽsa, & in officio quod est dicere,deponatur. Hu. vel cõis sacramentorũ tribuatur ei peregrina.i. in morte cũ incipit peregrinari.i.recedere de hac vita.Nam in articulo mortis nulli penitẽti est denegandum viaticum.vt dis.50 pænitentes. Hug.

Quæstio. Respondet.

Item quæritur. §.est,in quo incipit.7. pars huius quæstionis,in qua prohibet,ne ꝑ sepultura aliquid exigatur, nisi detur spontanea voluntate. Et hoc probat per quatuor capitula.

1 *Sepultura an possit emi.*
2 *Papa debet tollere de Ecclesia vitium simoniæ.*
3 *Ecclesia debet abstinere ab his quæ habent speciem mali.*



Onquesta. Inducit in primis hoc.c.qđ est bea. Gregorij in registro Sũma est in rubro.Et põt diuidi in tres partes. In prima querelam refert.In secunda detestatur factum commissum.In tertia prouidet.2.ibi.hoc autem.3.ibi.vnde hoc.¶ Pro intelligentia huius capi-

Diuisio

1 tuli.Quæritur sic.¶ †Vtrum pro sepultura sit danda pecunia siue vtrum sepultura posset emi.Et videtur quod sic,quoniã Abraham sanctus vir legitur emisse ab Emor speluncam duplicem in sepulturam.Gen.33.ergo videtur quod sit licitum pro sepultura dare & exigere pecuniam. ¶ In oppositum arguitur ex.c.præsenti.Ad istam quæstionem data est responsio.Primo.1.q.1.dictum.vbi disputauimus eam. Item dictũ est aliquid.s.in prin.2.partis huius questionis.§. nunc quæritur.Secũdum enim quod varie sumitur nomen sepulturę. Ita respondetur ad questionem quòd sic,vel non. Et tangitur satis hic sufficienter in gl.Ad rationes in oppositum de Abraham respondetur iuxta Sanctum Tho.in.4.di.2.quod venditio sepulturæ potest intelligi dupliciter,vno modo ita quod vendatur terra consecrata in sepulturam,sicut & calix ratione materiæ.Non autem potest vendi ratione consecrationis,vt scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur, Abrahã emit terram illam vt terram tantum communem,vnde nõ peccauit sicut,& nunc terram vbi quõdam fuit Ecclesia liceret emere vel vendere in casu necessitatis.Sed de hoc pleniꝰ in sequenti capitulo.Lege. ¶ [Conquesta vel questa pro sepultura.]forte pro illo loco,vbi erat illa sepultura,vel quia sepulta erat in tali loco ꝑ officio in eiꝰ sepultura impẽsa aliqd exigebat.Hu.[velit exigere.]q̧ fieri nõ debet.j.e.Ecclesiastico.& s.1.q.1.dictum.Archi.[Hoc aũt vitiũ].2.pars.[vetuimus.]

Quæstio. Primũ ar.

Opponit et respondet

Ad argu. S.Thom.

Exponit literam.

2 † Nota officiũ sancti summi Põtificis vitium simoniæ de Ecclesia tollere.Sciebat.n.q̧ nihil sit magis q̧ Ecclesiam maculet.Similiter idem Gregorius inhibuit exigi q̧ solebat dari pro pallio.vt di.C.nouit.[per prauam consuetudinem] in malis enim ratione cõsuetudinis vel diuturnitatis non excusatur aliquis a peccato.2.q.3.si quis præbẽdas.& extra de sim.nõ satis.Hu.[quia dũ Abraham.]Ge.23.[à filijs Ephrõ] hoc ẽ Seor,qui fuit pater Ephrõ.Hu.[postularet].i.rogaret,vt intercederet apud Ephrõ,q̧ ei cõcederet.Hu.Sed nota q̧ non legitur in trãslatione nostra,q̧ Abrahã filios Ephron rogaret,quod ipsi intercederẽt ꝑ eo apud patrem.Sed forte legitur in alia trãslatione ſm Hu.[renuit Ephrõ,]primo,& de hoc cõmendatur in hoc. q̧ postea victus præcibus accepit, & ideo repræhenditur in sequenti capitulo.Hu.[Si ergo.]arguit a minori[paganus].s.Ephron.[sacerdotes]in quibus auaritia nõ debet nominari.ad Ephe.5.[vnde hæc].3.pars.[in alienis].i. in alijs quasi diceret nõ prę̃sumatis talia ne alii vestro corrumpantur exemplo.Hu.& Archid.[Sed si sponte] sponte enim oblata licite recipiuntur, vt distin.18.de eulogiis.& 1.q.2.placuit.& j.e.in Ecclesiastico.& c.præcipiendũ

3 [valde irreligiosum.]Ar.†Ecclesiam debere abstinere ab his quę speciem habent mali.extra de vi.& ho.cle.cum ab omni.Lau.Archidi.[gratulari.]quod inhumanum est. extra de exces.præl.quam sit.& ff.de verb.obli.

Laurentius

1 *Ephron an peccauerit accipiendo pecuniam pro sepultura illa quam vendidit Abrahæ.*



Ostquam. Ad idẽ est hoc.c.quod beati Hierony.sup Gen. Summa est,quod pro loco sepulturæ non est capienda pecunia.Et diuiditur in duas partes. In prima narrat historiam cũ reprehensione Ephron.In secunda dicit quam grauiter peccẽt pro sepulturis recipientes pecunias.2.ibi,stant igitur.Lege. ¶ [Postquã precio]& ꝑcibus populi illius terræ victus. ¶ Surgit hic quæ-

Diuisio.

Exponit literam.

1 stio.†Vtrum Ephron peccauit accipiendo pecuniam pro sepultura illa quam vendidit Abrahæ. Quod non peccauerit videtur dicere Petrus comestor in historijs,q̧ non peccauit Ephron vendendo locum illum.Tum quia nondum erat deputatus sepulturæ,& hoc de se non est licitum, cum hoc sit vendere pure corporale nec esset annexum spirituali. Tum etiam vt dicit Hu.tunc non erat prohibitum talem locum vendere,vel emere.¶ Si quæritur. Quare ergo repræhendit à Hier.Respondet Hu. & Io.in gl.quod non repræhenditur propter suum factum,sed propter futuros volens ostendere quod alii peccarent qui tali modo venderent. Sed credimus quod beatus Hiero.verius dicat.scilicet quod peccauit grauiter,& ita ꝑpter factum fuit reprehẽsus.primo quia Ephrõ dicitur victus pecuniæ cupiditate quia licet fingeret se nolle pecuniam verbo:affectu tamen auaritię eam concupiuit: vt dicatur victus ꝑ pecuniam cuius affectum sentiens Abrahã instituit,vt pecuniam acciperet.vnde dicitur eum coegisse, quæ coactio non excusat Ephron, quia non fuit absoluta. ¶ Secundo quia locus ille iam deputatus erat humanæ sepulturæ & ibi sepultus erat Adam & Eua. vnde Hieron. super Gen.25.dicit quod Ephron a numero nomen accepit interpretatur enim arbor quatuor eo quod ibi quatuor,patriarchę sunt sepulti.Adam magnus humani generis pater. Abrahã: Isaac,& Iacob.singuli cũ vxoribus suis. Ita quod locus ille iam erat locus sepulturæ deputatus, & locus deputatus ad opus pietatis & misericordiæ. vnde non cadebat sub venditione sicut nec opus sepeliendi cum sit opus misericordiæ & pietatis.Et ex hoc Ephron cecidit a stabilitate & perfectione virtutis,quod ꝓbat mutatio nominis,prius.n.Ephrõ dictus est cum litera o.quæ cum sit figuræ sphœricæ perfectionem significat.sed mutatum est nomen eius in Ephran. in signum plangentis,quia a perfecta virtute cecidit in imꝑfectionem peccati,locum sepulturæ mortuorum vendendo & mortuis non compatiendo,nec misericordiam exhibendo.Concor.beatus Tho.in.4.dist.25.dicens Abraham autẽ non peccauit emens speluncam duplicem, quia spelunca illa non erat consecrata in sepulturam, vel si erat consecrata transiuit possessio eius in iurisdictionem cum vniuersitate agri.Emor aũt reprehenditur quia cecidit a bona intentione quam habuit prius volens eam gratis dare cum post eam carissime vendidit,vel vt quidam dicunt Abraham non peccauit,redimens ius sepeliendi mortuum suum, quod habebat in sepulchro,patris sui Adæ,qui quamuis Emor non negaret,tamen sciebat Abraham, quod ille moleste acciperet, nisi prætium daretur,Hęc sanctus Tho.Quod vero dicebat magister in historijs non est verum, quia locus ille iam erat consecratus in sepulturam vt dictum est.Id vero quod dicit Hug.in excusatione Ephron etiam non valet,quia hoc erat simoniacum de se,& non quia prohibitum [cogente] non fuit coactio absoluta,quæ excusaret vt dictũ est[vau.]primo dicebatur Ephron,sed postea pro tali facto subtracta est litera o,& posita ibi à litera græci alphabeti,& significat finem & perfectionẽ virtutis.A:est prima & significat principium & imperfectionem,hæc enim mutatio nominis est facta ad designandum eum cecidisse a perfectione, & consummatione virtutis [apud illos]scilicet hebreos.Hu.[legitur].i.scribitur.[pro o.]vbi enim ponitur.o.ipsi ponũt vau. sed pronuntiant.o.[qui potuerit].i.ausus est[memoriam]. i.sepulchrum[sciant].2.pars.[mutari.]quo ad meritum vitæ.quia de perfectis fiunt imperfecti. Hugu.[quidam].i.aliquid[occulte.]scilicet per subtractionem & mutationem literę sui nominis.Hug.

Quæstio. Respondet

S.Thom.

Contra magistrum historiarum.



N ecclesiastico. Ad idẽ est hoc capitulum ex cõcilio Triburen.sumptum:Summa est,q̧ nõ licet sepulturam vendere. Et potest diuidi in duas partes.In prima inducit plures autoritates.In secunda ex illis elicit conclusionẽ intentam.2.ibi,quare interdictum. Lege text. ¶ [In Ecclesiastico.]Ecclesia.7.[mortuo non prohibeas gratiam]gratiã dicit,

Exponit literam.

dicit,quia mortuo debet sepultura gratiose concedi,& non pecunia vendi.[omnes morimur].2.Regum.14.omnes mo rimur,& quasi aqua dilabimur in terra. & ad Hebr.9. statutum est hominibus semel mori.[omnia quæ de terra. &c.] hoc scriptum est in Ecclesiastico.41.& Ecclesiastici.3.[quid terra].i.homo[terram]scilicet cemiteriatam.Hu.[terra es.] Genes.3.vbi dicitur sic homini. In sudore vultus tui vesceris pane tuo:donec reuertaris in terrã,de qua assumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.[non hominis est terra]scilicet iure naturæ,sed legum constitutione, vt disti. 8.quo iure.Hu.[Si vendis.]sed precipue sacra incemiteriata. [Quare].2.pars.i.ergo.[interdictum].i.prohibitum merito est omnibus terram sacram vel cemiteriatam denegare supple,& aliquid inde exigere vel accipere,nisi &c.Hu.[ꝓpter nomen].i.memoriam,vel propter nomen scribendum.s.vt nomen eius scribatur in matricula vt sic frequenter oretur pro eo.Hug.Nota gloss.qualiter locus fiat sacer aut religiosus,& quæ differentia sit inter sacrum & religiosum, quia satis plene ibi habetur.


1 *Episcopus vel sacerdos an possit aliquem in sepulcro alterius inferre ex iusta causa.*



PRæcipiendum. Ad idẽ est hoc capitulũ ex concilio Varensi sumptum. Summa est, quæ in superiori. Et diuiditur in duas partes.In prima prohibetꝰ ne ꝓ sepultura pecunia exigatur, nisi in testamento fuerit gratiose oblata vel relicta.In secũda quod nullus sepeliatur infra Ecclesiam.2.ibi. prohibendũ est.Lege text.¶[Præcipiendum.]hoc capitulum intelligit de sepulchris & officijs sepeliendi,non vendendis.Hug. vel pro officio quod impenditur sepeliendis,sic supra.1.quęstione prima.dictum.& extra de simonia. non satis secundum Goffredum qui ita notat in summa de sepul.in prin.[illi qui bus].i.commissarij siue executores testamenti.[aliquid exigatur.]indebitum.Hu.¶Surgit hic dubium, †Vtrum Episcopus vel etiam sacerdos possit aliquem in sepulchrum alterius inferre ex iusta causa,vt pote si quis esset qui non haberet propriam sepulturam,& non haberet alibi vbi eum sepeliret.Quod sic dicit Ber.his.qui ita scripsit vt dicit hic Archidia.¶In oppositum est.ff.de reli.l.2.secundum Laurẽ.§. prætor ait.vbi dicitur,ꝙ inferens aliquẽ in sepulchrũ alteriꝰ tenetꝰ ei,cuius est sepulchrum,& tenetur de sepulchro violato.¶Respondeo.dicit Hu.super.c.præcedens in Ecclesiastico ꝙ põt.Et ad legẽ illã dicit ꝙ intelligitur in priuatis. Credit.n.quod sacerdos põt eum cogere ad hoc, vt permittat, quia ille ad hoc tenetur,& peccat mortaliter,si nõ permittit siue ab illis,qui in villis,vt sũt decani,Archipresbyteri,& huiusmodi loca intelliguntur extra vrbem. Hu.[prohibendũ] 2.pars.[nullatenus]nisi sint Episcopi vel alij magnæ ꝓgatiuæ & magni meriti sicut illi,per quos deus miracula operatꝰ. vt.j.e.q.nullus.[in atrio].i.in cemiterio[.j.Ecclesiam nullatenus.]Ratio huius prohibitionis est triplex.Primo quia domum domini decet sanctitudo,& nõ spurcitia sepulchrorũ. ¶Secunda ratio est,qa Ecclesia est locus viuentiũ,& nõ morientium spiritualiter,in quo mortui peccatis per sacramenta reuiuiscunt & a morte culpæ resurgũt in vitã gratiæ.Et ad hoc significandũ.j.Ecclesiam mortui non sepeliuntur.¶Tertia est,quia Ecclesia est locus dedicatus Christo,& ibi corpꝰ & sanguis conficitur,qui iuxta apostolum ad Ro.6.resurgẽs ex mortuis iam nõ moritur,& mors illi vltra nõ dominabitur,ad cuius repręsentationem mortui infra Ecclesiam non tumalantur communiter. ¶Quarta ratio potest addi secundum Hug.scilicet pro reuerentia loci,& sacramentorum quæ ibi conficiuntur & celebrantur.

Diuisio | Exponit literam. | Goffredus. | Quæstio. 1 | Opponit in trarium | Respondet


1 *Loca sacra qualiter iuuent sepultos in eis.*



QVibus peccata. Hic incipit octaua pars huius quæstionis,in qua magister principaliter ostendit quibus mortuis & quibus non prosit sepeliri in sacris locis,& suffragia quæ fiunt per viuos, & hoc per capitula.In primis inducit hoc capitulum ꝙ est beati Augustini in sermone quodã de defunctis. Summa est quod decedentibus in mortali sepeliri in loco sacro non iuuat siue prodest.Et potest diuidi in duas partes.In prima ponit ꝙ dictũ est.In secunda assignat rationẽ.secunda ibi,qa quos.Lege textũ.¶[Quibus peccata.].s.mortalia. N ꝓ venialibus sepultura nõ est deneganda.Hu.[a sacris locis] innuitur a cõtrario sensu,ꝙ decedentes sine peccato,mortali in charitate iuuanꝰ sicut in sequenti capitulo habetꝰ.¶Sed 1 surgit quęstio†qualiter loca sacra iuuant sepultos in eis.Respondet Hug.quod loca sacra dicũtur iuuare.i.præces & orationes & oblationes & sacrificia ibi pro eis facta, sed de hoc in sequenti capitulo plura dicemus [grauiora].i.mortalia. Hug.[faciunt siue disponunt.]Not. verbum faciet,quia alias secus vt in sequenti capitulo.

Diuisio. | Exponit literam. | Quæstio. Respondet

1 *Sepultura suorum corporum an proficiat mortuis, quod sic. nu.3.& nu.5.*
Quod non decedentibus in peccato mortali.nu.7.
2 *Sepultura corporum prodest viuis sepelientibus & alijs.*
4 *Monumentum vnde dicatur.*
6 *Luminaria panni & alij sumptus qualiter prosint defunctis.*



CVm grauia. Ad idem est hoc capitulũ ex bea. Gregorio sumptũ quarto dialogorum.c.3.Summa est,quod decedentibus sine peccato mortali in charitate prodest sepeliri in Ecclesia. Et põt diuidi in duas partes.In prima dicit quod dictum est.In secũda dicit quod decedentibus in peccatis grauib.i. mortalibus nocet.2.ibi.Nam quos.¶Pro pleniori intelligentia huius capituli & pręcedentis quæritur. ¶1 †Vtrum mortuis proficiat suorum corporum sepultura.Et arguitur ad partes. Pro parte negatiua arguitur sic.Primo dicit August.lib..de cura pro mortuis agenda corpori humano. Quidquid impeditur non est præsidium salutis æternæ,sed humanitatis officium. ¶Secundo sic, dicit Gregorius secundo dialogorũ curatio funeris cõditio sepulturæ pompa exequiarum magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum. ¶Tertio dicit Aug.li.de cura pro mortuis agẽda de corporibus martyrum quorundam expositis canibus quod non ob aliam causam credendum est diuinitus fuisse permissum, nisi vt discerent Christiani in confitendo Christum, dum contemnunt hanc vitam multo magis contẽnere sepulchrũ,sed ꝙ ꝓdest, cõtẽni nõ debet.ergo sequitꝰ ꝙ talis sepultura defunctis nõ sit vtilis,siue nõ ꝓsit.¶In oppositũ est capitulũ pñs,habẽs duas conclusiones,prima ꝙ ꝓsit bonis,& noceat malis.Re-2 spondeo dicendũ sub certis conclusionibus. Prima est, †ꝙ sepultura corporum prodest viuis sepelientibus & alijs. Ista cõclusio patet ex multis,primo quantum ad corpus ex hoc ne eorũ oculi ex turpitudine cadauerum offendantur & corpora fętoribus inficiantur.¶Secundo quantum ad animam prodest viuis inquantum ꝑ hoc astruitur fides nominis, vt dicit August.lib.de cura pro mortuis agenda. ¶Tertio quia homines ad faciendum eleemosynas excitat.vnde Aug.primo de ciuit.Dei.c.14.dicit.In hoc salubriter dicitur quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis,quas viuentibus & sentientibus exhibemus,sic nec apud Deum perit, quod ex animis hominum mẽbris officij diligentiæq; persoluitur.ꝓbatur ergo sic conclusio. Nullus facit eleemosynã circa aliquem,nisi ei proficiat.sed sepelire mortuos computatur inter opera eleemosynarum.vnde August.dicit primo de ciuita.Dei,Thobiam sepeliendo mortuos Deum promeruisse teste angelo.ergo sepultura prodest.¶Secũda conclusio. †Se-3 pultura corporũ prodest animabus defunctorum qui in charitate decesserunt aliquod purgabile secum deferẽtibus.probatur ista conclusio sic. Non est probabile quod frustretur deuotio fidelium,sed aliqui ex deuotione in aliquibus locis religiosis sepeliri disponunt.ergo sepulturæ cultus prodest defunctis.¶Secũdo sic.dicit August.1.lib.de ciuit.Dei.antiquorum iustorũ funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ.& sepulchra prouisa,ipsiq; cum viuerent,de sepeliendis aut transferendis suis corporibus filijs mandauerunt sicut patet de Abraham,Isaac,& Iacob.Sed hoc non fecissent,nisi sepultura & huiusmodi aliquid mortuis conferret,ergo sepultura in aliqua prodest defunctis, quod est verũ nõ ꝑ se,sed ꝑ accidẽs.Tũ primo inquantũ respicientes se pulchrã memoriã retinent defunctorum,& pro eis orant.† 4 vnde monumẽtũ à memoria nomẽ accepit.dicitꝰ.n. monumentũ eo ꝙ moneat mentem.vt dicit Augusti.primo de ciuitate Dei.& in li.de cura pro mortuis agẽda.† Sed vlterius 5 prodest sepultura in loco sacro,non quidem vt dicit Sanctus Tho.ex ipso opere operato,sed magis ex opere operãte. Et hoc multipliciter.Primo dũ.s.ipse defunctus vel alius corpus eius tumulari in loco sacrato disponẽs,patrocinio alicuius sancti

Diuisio. | Quæstio. Primũ ar. | Secũdũ ar. | Tertiũ ar. | Oponit in cõtrarium Respondet prima cõclusio. | August. | Secũda cõclusio. | August. | S.Thom.

ius sancti eu committit:cuius præcibus per hoc credendus est adiuuari. Tum. secundo quia ceteris paribus ex diuina ordinatione triūphās Ecclesia spāliter orat pro illis, qui in loco sacrato sunt sepulti. Tum tertio quia illi q in loco deseruiunt tenentur ceteris paribus frequentius & specialius pro

Tertia conclusio.
6 illis orare. ¶ Tertia cōclusio.† Luminaria & panni & alij sumptus ꝓsunt, & si non per se, per accidēs tamen defunctis. Tū primo inquātū per talia homines excitantur ad compatiendum, & per consequens ad orandum pro eis. ¶ Secundo in quātū pauperes inde fructū capiūt, & ecclesia decorat. Sic. n. Thobiæ. 12. Sepultura inter ceteras eleemosynas cōputat.

Quarta conclusio.
7 ¶ Quarta conclusio.† impijs defunctis. i. decedētibus in peccato mortali sepultura in sacro loco non prodest, sed nocet. patet conclusio ex præcedenti & præsenti. c. Et hoc intelligitur de eo qui non obstante, q̄ cognosceret se indignum sepulturam in tali loco propter humanam gloriam procurauit quoniam si ipse hoc non disposuit nō imputabitur ei ad peccatum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primum. Ad secundū.
Ad primam dicendum est quod intelligenda est de profectu per se, diximus autem quod licet non per se tamen per accidens prodest defunctis modis illis assignatis. ¶ Ad secundā respondetur eodem modo intelligenda est autoritas Grego

Ad tertium
rij: sicut Augustini. ¶ Ad tertiam respondetur, quod illud dictum non est sic intelligendum, q̄ sepulchrum debeat contemni absolute sicut patet ex dictis ipsius Augusti: sed quod

Exponit literam.
propter timorem carendi sepultura debent Christiani a fide Christi trepidare. Lege tex. ¶ [Cum grauia] id est mortalia. Hug. [Nam quos] secunda pars. [ad tumulum.] si ipsi hoc fecerunt fieri. vel ex eorum dispositione factum est. Hu. & tūc est verum quod hic dicitur, sicut patet in superiori capitulo. Archid.

1 *Sepultura Ecclesiastica an sit alicui deneganda.*
2 *Heretici prohibentur sepeliri in cemiterio.*
3 *Pagani & iudei prohibentur sepeliri in cemiterio.*
4 *Excommunicati omnes prohibentur sepeliri in cemiterio. & nu. 5. & 6.*
7 *Mortui in torneamentis prohibentur sepeliri in cemiterio.*
8 *Et occidentes semetipsos. nu 8.*
9 *Sepultura interdicitur generaliter omnibus de loco qui suppositus est interdicto.*
10 *Vsurarij manifesti prohibentur sepeliri in cemiterio.*
11 *Testator relinquens clericum tutorem in testamento prohibetur sepeliri in cemiterio.*
12 *Blasphemus dei prohibetur.*
13 *Monachus habens proprium prohibetur.*
14 *Notatus de mortali peccato prohibetur.*
15 *Raptor prohibetur.*
16 *Qui semel in anno non est confessus.*

NVllus. Ad idem principale propositū est hoc c. ex cōcilio Maguntino sumptum. Sūma est. quod nullus debet sepeliri in Ecclesia, nisi Episcopus & abbas aut dignus presbyter. & fideles laici. Breue est. ¶ Pro intelligentia pleniori pręsentis capi

Quæstio. Primo.
tuli. Quæritur. ¶ † Vtrū alicui sit Ecclesiastica sepultura negāda. Et videt̄ q̄ nō, q̄ m̄ sepelire mortuos inter cetera eleemosynarū opera computatur. Thobiæ. 12. & Ecclesi. 7. dicitur mortuo non prohibeas gratiam sepulturę. s. e. q. in Ecclesiastico. ¶ In oppositū arguitur ex. c. præsenti cum gl. ¶ Re-

Opponit et Respondet
spondeo dicendū q̄ multi prohibētur in cemiterio sepeliri & sunt bene. 15. genera hominum. Solum tamē tangi vident̄
2 in gl. quatuor. † Primo ꝓhibentur in cemiterio sepeliri oēs heretici. ex. de here. sicut si postmortē appareat de heresi. 24.
3 q. 2. sane. ¶ Secundo † prohibentur sepeliri in cemiterio paga
4 ni & iudei. de conse. di. 1. Ecclesiam. & c. fi. ¶ Tertio † generaliter omnes excōmunicati. 24. q. 2. sane. & extra de priuile.
5 Episcoporū. li. 6. ¶ † Quarto prohibet̄ etiam excommunicatus minori excōicatione. Ar. in di. c. sane. quod intelligendū

Guil.
est s̄m Guil. de excōicatis minori excōmunicatione si noto
6 rie sint excōicati. ¶ Quinto † ꝓhibentur etiam iniuste excōmunicati, vt not. extra de resti. spo. literas. in Glo. circa finē.

Hostiensis
7 ¶ Sexto † ꝓhibentur qui in torneamentis moriuntur. Et exponit Hosti. etiā si ibi vulnus letale accipit: licet postea superuixerit. qui quāuis pęniteat: & eucharistia nō deneget: carebit tamē Ecclesiasticā sepultura. extra de tornea. c. 1. Hoc tamen de illo intelligit, qui vadit causa se exercendi in torneamētis nō de alijs. extra de torne. c. 2. gl. Guil. dicit hic, q̄ hāc penā intelligit tam de militibus, quā de eorū armigeris, qui ibidē in armis se exercent. Secus de illis. qui illuc vadunt causa curiositatis, vel ad videndū vel quacunque alia causa. ¶ Se-
8 ptimo † prohibentur illi qui se occidūt. j. c. q. 2. quibus & 23. q. 5. placuit. Et intelligendum est s̄m Guil. ex desperatione & iracundia se perimeret. Secus si ex furore, vel à casu. vnde sicut Ber. extra. e. ex parte. Si aliquis se præcipitaret in aquā propter fugam aliquam, vel simili causa. & probabiliter crederet sic posse euadere, non imputatur ei, si contrarium eueniat, & hoc cum bono licito hoc facit. ar. di. 12. nerui. & 23. q. 5. de occidendis. Concor. etiam hoc Hostien. ibidem. Guil. Hostiensis.
9 ¶ Octauo † interdicitur sepultura generaliter omnibus de tali loco, q suppositus est interdicto. extra de off. dele. sane.
10 ¶ Nono † ꝓhibent̄ vsurarij manifesti. extra de vsuris, qa. & c.
11 quāquā. li. 6. ¶ Decimo † quicunq; clericum tutorem in testamento reliquerit. 21. q. 3. Cyprianus. & 86. dist. nec apud se
12 ibi dicit gloss. hodie hoc nō habere locum. ¶ Vndecimo † bla
13 sphemus dei. extra de maledic. c. fi. in fi. ¶ Duodecimo † monachus habens proprium. extra de statu mo. super quodam.
14 ¶ Decimotertio † generaliter omnis notatus de mortali peccato prohibetur sepeliri in cemiterio. 13. quæstione secunda quibus. & cap. nō ęstimemus, & hoc locum habet, si tales nō sint reconciliati Ecclesiæ. Nā si tales reconciliati essent, vel certa signa pænitentię apparēt sepeliendi sunt sed hæredes tenentur satisfacere pro eis. extra eod. parochiano. ¶ Decimo
15 quarto † q̄ si fuerit raptor. extra de rapto. capit. sup eo. & ca-
16 pit. in literis. ¶ Decimoquinto † qui semel in anno nō est cōfessus. extra de pœ. & rem. omnis vtriusque sexus. Et hoc intellige, nisi in articulo mortis existens signa cōtritionis ostēdat, ad quod probandum secundū, omnes in his casibus sufficit vnus testis. 26. quæstione sexta. qui recedunt. & capitu. fina. Quibus vero prohibetur sepeliri intus in Ecclesia in expositione literæ declarabit. ¶ Sed hic surgit quæstio. Quid si tales qui dicti sunt fuerunt sepulti in cemiterio. Respōdetur q̄ si eorū corpora discerni possunt, exhumandi sunt, alias nō. extra de sepul. sacris. & Eccl. siue cemiterium recōciliādum est. extra de conse. Eccle. vel alta. consuluisti. Occulti tamen peccatores sepeliendi sunt, nisi forte esset hereticus, siue excommunicatus, quia cui non communicauimus viuo, nec mortuo cōmunicare debemus. extra de sepul. ex parte. 2. nisi post mortē appareat quare ei in vita cōmunicādū nō erat. puta si post mortē cōuincantur de hæresi. 24. q. 2. sane. Quæstio. Respondet.

Quæstio. Respondet
¶ Surgit alia quæstio. Quid si dubitetur de cadauere vtrum fuerit Christiani vel pagani vel excōmunicati. Respondetur quod in meliorem partem est interpretandum, nisi aliqua ꝓbabilitas esset de opposito. ar. extra de sepul. sacris. & j. c. nō

Ac argu
estimemus, & de conse. di. 1. c. Ecclesiam. ¶ His habitis dicēdum est ad rationem in oppositū, q̄ non procedit, quia aliud est dare sepulturæ mortuum, quod est opus pietatis, & omnibus est commune, & aliud est in loco sacro sepelire. hoc non conuenit omnibus, sed multis interdicit sicut dictū est.

Exponit literam.
Lege te. ¶ [Nullus nisi Episcopi.] hoc not. recipit dispēsatione. generaliter. n. oēs Episcopi nūc sepeliunt̄ in Ecclesia, nisi manifeste decedāt in mortali crimine. Hu. [abbates] religiosi & magni meriti: alij nō. Hu. [Digni sepeliri] in Ecclesia. pro gatiua meritorū. Hu. [fideles nō] à fide baptismi, sed a fidei virtute siue cōstātia sancti sunt, q ꝑ fidē vicerūt regna. ad Hebre. 11. & miraculis coruscāt, vel insignes persone extiterūt.

Quid vero. §. est, in quo magister postquam dixerat mortuis prodesse sepeliri iuxta Ecclesiam, siue in loco sacro, nunc vult ostendere quid ꝓsit eis & non solum sepultura in loco sacro, sed etiam qualiter prosunt suffragia quæ fiunt pro defunctis, ad quæ inducit capitula sequentia.

2 *Suffragia facta per vnum possunt prodesse alteri etiam viuo.*
3 *Mortui possunt iuuari ex operibus viuorum.*
4 *Opus vnius nullo modo potest alteri valere ad statum consequendum per viam meriti. Restringitur. nu. 6. bene tamen per viam orationis. nu. 5.*
8 *Suffragia per malos facta si consistant in exhibitione sacramenti prosunt defunctis.*
9 *Defunctis quare prosit sepeliri apud sanctorum cemiteria.*


On æstimemus. Hoc. c. est beati Au. in lib. de agēda cura pro mortuis. Sūma est, quod orationes sacrificia & eleemosynę quę fiunt in Ecclesia ꝓsunt defunctis catholicis, licet non omnibus, quia

nec valde

nec valde bonis, nec valde malis. Et poteſt diuidi in quatuor partes. In prima ponit, quod dictum eſt. In ſecunda ponit, quod diligentius iſta agere debemus pro defunctis qui aliqua neceſſitate nobis coniuncti fuerunt videlicet aut conſanguinitate, aut familiaritate, aut huiuſmodi. In tertia ponit, quod huiuſmodi cultus ſepulturæ & exequiæ quæ impenduntur corporibus defunctorum nõ ſalutis præſidiũ ſed humanitatis officium. In quarta oſtendit, quod ſepeliri apud Eccleſias martyrum prodeſt defunctis, quia ſpecialius martyrum patrocinio ſunt commendati, & per conſequens adiuncti. 2. ibi. diligentius. 3. ibi, corpori autem. 4. ibi: quod vero. ¶ Pro pleniori intelligẽtia hui⁹ capituli querunt̃ duo.

Diuiſio.

1 ¶ Primum eſt vtrum mortui iuuari poſſint ex operibus viuorum ſiue vtrum ſuffragia viuorum proſint defunctis.

7 ¶ Secundum eſt vtrũ ſuffragia per peccatores facta proſint.

1 Ad primum ſic proceditur.† Et videtur quod ſuffragia viuorum non proſint defunctis. Primo ſic dicit Apoſtolus ad Gala. 6. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. ſed ſi defunctus vel etiam viuus ex ſuffragijs alterius fructũ conſequeretur, meteret ab alijs ſeminata, ergo ex ſuffragijs aliorum nullus fructũ conſequeretur. ¶ Secundo ſic ad iuſtitiam dei pertinet, vt vnicuiq; tribuatur pro meritis, vnde pſalmus. Tu reddes vnicuique ſecũdum opera ſua. ſed iuſtitiam Dei deficere eſt impoſsibile. ergo impoſſibile eſt, quod vnus ex operibus alterius iuuetur. ¶ Tertio ſic. Apocalip. 12. dicitur beati mortui, qui in domino moriuntur. Opera enim ſequuntur illos. ergo alienis operibus non iuuantur. ¶ Quarto ſic. Nullus iuuatur ex opere alterius, niſi ſit aliqua vitæ communicatio inter eos, ſed nulla eſt communicatio mortuorum ad viuos ſecundum philoſophum primo ethicorum. ergo ſuffragia viuorũ mortuis non proſunt. ¶ Quinto ſic. mortui non ſunt de foro viuorum. ergo non proſunt eis ea, quę fiunt in foro viuorum, ſed ſuffragia omnia fiunt inter viuos. ergo videtur quod non proſint mortuis. ¶ Reſpondeo dicendum ſub certis concluſionibus

Primũ ar. Secũdũ ar. pſal. 61. c. Tertiũ ar. Quartũ ar. Quintũ ar. Reſpondet Prima concluſio.

2 Prima concluſio. †quod ſuffragia facta per vnum puta oratio & reliqua opera meritoria poſſunt prodeſſe alteri etiã viuo. Iſta concluſio primo patet. ex illo articulo ſymboli. ſanctorum communionem, quod ſic intelligitur. i. credo in ſpiritũ ſanctum communicantem bona in Eccleſia. Secundo patet ex illo. pſalmus. Participem me fac deus omnium timentiũ te. Sed conſtat, quod hoc non oraret ſanctus propheta, & tantus, niſi ſciret poſsibile eſſe quod conſequeretur. ergo vnus iuuatur per alterius ſuffragium. ¶ Tertio ſic. vnus in iudicio humano ſiue hominum ſatiſfacit pro alio. ſed maius eſt, & clementius iudicium diuinum, quam humanum. ergo in iudicio diuino vnus poteſt ſuffragari pro alio. ¶ Quarto Chriſtus ſatiſfecit pro omnibus. ergo & mẽbra Chriſti pro ſe inuicẽ ſuffragari poſſunt. ¶ Quinto ſic. omnes fideles per charitatẽ vniti ſunt, & vnuſquiſq; eſt vni⁹ corporis Eccleſię mẽbrum. Sed vnum membrum iuuatur per alterũ, ergo & vnus homo poterit ex alterius meritis iuuari. ¶ Secunda concluſio.

pſal. 118.

3 †Nõ ſolum viui ſed etiam mortui poſſunt iuuari ex operibus viuorum. Iſta cõcluſio probatur multipliciter. Primo ex illo ſecundi Machabeorum. 12. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. Secundo patet ex. c. præſenti, & ſequẽtibus. Tertio patet ex beato Dionyſio in de Eccleſiaſtica hierarchia. c. vlti. vbi Dionyſi⁹ manifeſte aſſerit viuorũ ſuffragia prodeſſe defunctis. Quarto hoc ꝓbat ꝑ multa exẽpla Gregorius in quarto dialogorum. Quinto probatur ſic. Suffragia viuorum poſſunt prodeſſe viuis, ergo & mortuis. probatur conſequentia, quia illa duo ſuperius poſita propter quæ ſuffragia viuorum viuis prodeſſe poſſunt videlicet vnio charitatis, & intentio facientis ad eos directa ſunt. & hoc patet quoniam charitas quæ eſt vinculum vniẽs membra Eccleſiæ, non ſolum ad viuos ſe extendit, ſed etiam ad mortuos qui in charitate decedunt. Charitas enim vita corporis non finitur prima ad Corinth. 13. Charitas nunquam excidit. Similiter etiam mortui in memorijs hominum viuentium viuunt. Et ideo intentio viuentium ad eos dirigi poteſt, & ſic ſuffragia viuorum dupliciter mortuis proſunt, ſicut & viuis, ſcilicet & propter charitatis vnionem, & propter intentionem ad eos directam. ¶ Pro pleniori tamen intelligentia harum concluſionum ad videndum ad quid & quantum vnus poterit alteri ſuffragari, eſt notandum iuxta Sanctum Thom. in. 4. diſtinct. quod actus noſter ad duo valere poteſt. Primo ad aliquem ſtatum acquirendum, ſicut per opus meritorium acquirit homo ſtatum beatitudinis. ¶ Secundo ad aliquid conſequens ſtatum, ſicut homo per aliquem actum meretur aliquod præmium accidentale, vel pœnæ diminutionem vel dimiſsionem, ad vtrumque autem eorum actus noſter valere poteſt dupliciter, vno modo per viam meriti, alio modo per viam orationis. Et eſt differentia inter iſtas duas vias, quia meritum innititur iuſtitiæ, ſed orans impetrat petitum ex ſola liberalitate eius cui oratur. Qua diſtinctione habita ſit iſta ſecũda concluſio,

Secunda cõcluſio. S. Thom.

4 †quod opus vnius nullo modo poteſt alteri valere, ad ſtatum conſequendum per viam meriti, vt ſcilicet ex his quæ ego facio aliquis mereatur vitam æternam, patet concluſio. quia ſors gloriæ redditur ſecundum menſuram accipientis, vnuſquiſque autem ex ſuo actu diſponitur & non ex alieno. Et dico diſpoſitionem dignitatis ad primum. patet etiam ex eo quod dictum eſt quod meritum innititur iuſtitiæ. Iuſtitia vero exigit ꝙ charitas detur vnicuique, vel augeatur ſecũdum quod diſponitur ad eam per proprium actum non per alienum. ¶ Tertia concluſio,

Secũda cõcluſio.

5 † per viam orationis opus vnius poteſt alteri valere dum eſt in via. etiam ad ſtatum conſequẽdum ſiue acquirendum, ſicut quod vnus homo impetrat alteri primam gratiam. patet cõcluſio, quia cum impetratio orationis innitatur liberalitati diuinæ ad omnia illa impetratio orationis ſe poteſt extendere, ad quæ ſe extendit poteſtas diuina, cum quadam decentia. Bene autem decet largitati dei quod ad orationem alicuius ſancti det peccatori gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Et ita per modum orationis factũ vnius poteſt valere alteri. & quantum ad mutationem ſtatus ſiue acquiſitionem. ¶ Quarta concluſio,

Tertia concluſio.

6 † quantum ad illud ꝙ ſtatum conſequitur ſicut eſt diminutio pęnæ, ſiue gaudium aliquod accidentale actus vnius poteſt valere alteri, non ſolũ per viam orationis, ſed etiam per modum meriti, quod contingit propter duo. Primo propter concomitantiam in radice operis, quæ eſt charitas, apoſtolus enim prima ad Cor. 12. loquitur de corpore myſtico Eccleſię, ſicut de corpore humano naturali. In corpore autẽ naturali hæc videmus, quod vnum membrum ſupplet indigentiam alterius manus cibat os, & oculus dirigit pedem, item vnum membrum pęnam ſuſtinet pro alio, cum gratia ſit potentior quam natura. gratia in corpore myſtico per vnum membrum poteſt ſupplere defectum alterius. Item ſuſtinere pęnam alteri debitam, & ita pęna vni debita poteſt diminui vel totaliter tolli per factum alterius. inde eſt quod articulus fidei ponitur communio ſanctorum. ¶ Secundo modo ex intentione facientis ꝗ aliqua opera ad hoc ſpecialiter facit, vt talibus proſint, vnde iſta opera quodam modo efficiũtur eorum pro quibus fiũt, quaſi eis a faciente collata. vnde poſſunt eis valere vel ad impletionem ſatiſfactionis vel ad aliquid huiuſmodi quod ſtatum non mutat. ¶ His ſic expoſitis reſpondetur ad rationes in oppoſitum. Ad primam iuxta Sanctum Thom. quod meſſio illa eſt perceptio vitæ æternæ, ſicut habetur Io. 4. Qui metit fructum congregat in vitam æternam. Sors autem vitæ æternæ non datur alicui niſi pro operibus proprijs, quia etiam ſi aliquis impetret alteri, vt ad vitam perueniat, nunquam tamen hoc fit, niſi mediantibus operibus proprijs, dum ſcilicet præcibus alicuius gratia alicui datur, per quam meretur vitam æternam. Hoc autem non obuiat quin opus bonum vnius poſsit valere alteri ad aliquid aliud, quod conſequatur ſtatim ſicut dictum eſt. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod opus quod pro aliquo ſic efficitur eius pro quo fit & ſimiliter opus quod eſt eius qui mecum eſt vnum eſt quodam modo, & meum. vnde non eſt contra diuinam iuſtitiã, ſi vnus percipit fructum de operibus factis ab eo, qui eſt ſecum vnum in charitate vel ab operibus pro ſe factis. Hoc etiam ſecundum humanam iuſtitiam contingit, vt ſatiſfactio vnius pro alio accipiatur. ¶ Ad tertiam reſpondetur quaſi ſimili modo, quod opera pro eis facta ſunt etiam quodammodo eorum, vel dicendum, quod autoritas illa loquitur de ſequela ęternę retributionis, quod patet ex hoc quod præmittitur. beati mortui qui in domino moriuntur. ¶ Ad quartum reſpondetur ſecundum Albertum & ſanctũ Tho. negando minorem. Eſt enim inter viuos & mortuos communicatio quantum ad opera vitæ ſpiritualis per charitatem. Ad philoſophum reſpondetur, quod loquitur de communicatione ciuili in conueniendo per communicationes contractuum, & ſocietatem, & nõ de cõmunicatione charitatis, ꝗ in vno corpore ſociat mortuos & viuos quotquot habẽt charitatem. & hoc ſufficit ad valorẽ ſuffragiorũ. ¶ Ad quintũ reſpõdetur dupliciter iuxta Albertũ magnũ in quar-

Quarta concluſio. Ad Primũ S. Thom. Ad ſecundũ Ad tertium Ad quartũ Ad quintũ Albertus magnus

to. Primo quod mortui qui sunt in purgatorio quodammo- sunt de foro nostro, scilicet inquantum nõ sunt in termino sed secundum quod sunt in securitate differunt ab his, qui sunt in foro Ecclesiæ. Concordat Sanctus Tho. dicens, ꝙ licet animæ post mortem non sint simpliciter in statu vię, sed quantum ad aliquid sunt in statu vię, inquantum scilicet eorũ progressus adhuc retardat ab vltima retributione. ¶ Secũdo respondetur negando cõsequentiam, quoniam vt dicit Albertus & bene non esse de foro Ecclesiæ non impedit suffragia, quia communio charitatis causa est suffragiorum, & non identitas fori.

S. Thom.

7 Ad secundum. sic proceditur. † Et videt ꝙ suffragia facta per peccatores non prosint alijs. Primo arguitur sic. Io. 9. dicitur. Scimus, quia peccatores deus non exaudit. ergo oratio eorum non prodest. Si dicas, quod illud non est verum, quoniam illud à ceco nõ ab euangelista dictum est. Contra hoc non soluit quoniã Esaiæ primo dicitur. Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam. manus enim vestræ plenæ sunt sanguine. i. peccato. Sed si omnis peccator siue malus est talis, sequit quod suffragia facta per eos non valeant. ¶ Scd̃o sic. Iste peccator nõ est mẽbrum Ecclesiæ. ergo nullus habet connexionem cum illo, ꝙ mortuus est. ergo opus eius omnino est alienum ab ipso defuncto. ergo nihil ei prodest. ¶ Tertio sic. dicit beatus Gregorius. cum is qui displicet ad intercedẽdum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. sed quilibet peccator deo displicet. ergo per suffragia per peccatores facta deus non flectitur ad misericordiã. Et ita suffragia nõ prosunt, imo magis videntur obesse. Quarto sic. nullum opus est satisfactorium, nisi quod fit ex radice charitatis. sed non fit sic quod fit a malo. ergo non satisfacit. Et ita non prodest. ¶ In oppositũ arguitur ex. c. præsenti. vbi Aug. dicit. Illi viuorum suffragijs adiuuantur, qui dum hic viuerent meruerunt, vt iuuarentur, post mortem. ergo valor suffragiorum mensuratur secundũ conditionem eius, pro quo fiunt. Non ergo differt vtrum ꝑ bonos, vel per malos fiant. ¶ Secundo sic. nullus pro certo prodest scire de alio vtrũ sit in statu culpæ vel gratiæ. dicitur enim Ecclesia. 9. Nemo scit vtrum odio vel amore dignus. Si ergo illa tantum suffragia prodessent, quæ fiunt per eos qui sunt in gratia non posset homo scire, pe quos suffragia conquireret suis defunctis. Et ita multi suffragijs faciendis retrahentur. ¶ Respondeo dicendum sub certis conclusionibus pro quo est distinguendum iuxta Sanctum Tho. in quarto vbi supra, quod in suffagijs, quæ fiunt per malos duo possunt considerari. Primo ipsum opus operatum sicut sacrificium altaris, tunc est conclusio. † ꝙ suffragia per malos facta si consistant in exhibitione sacramenti prosunt defunctis, patet conclusio. quia nostra sacramenta ex se ipsis efficaciam habent absque opere operantis, quę æqualiter explentur per quoscunque fiant siue bonos siue malos, sicut de baptismo dicitur. de conse. di. 4. c. aliud. ¶ Secundum est ipsum opus operans. & tũc distinguẽdũ est, aut facit ea sicut actor, siue vt principalis operans, aut sicut minister. Si primo mõ tunc est conclusio, qđ nõ prosunt defunctis, nec ẽt sibi, nec alteri sunt meritoria ẽt si faciat ea mediãte bono ministro, ꝑ se loquẽdo ꝓbatur cõclusio sic. quia aliqua debet esse proportio meriti ad præmium nulla autem est proportio inter præmium supernaturale & operans purè naturale, imo maxime existens in peccato. dixi autem per se pro tanto, quia per accidens potest suffragium peccatoris etiam ex intentione prodesse, sicut quando dat eleemosynas sanctis viris, & illi sancti pro eleemosynis receptis ab illo malo excitantur ad omnia dum pro illis defunctis pro quibus ille malus elemosynas eis dedit. Si autem facit eas, vt minister distinguendum est, aut facit suffragia vt minister publicus Ecclesiæ, sicut sacerdos dicendo missam, & vigilias mortuorum & cetera, quæ pertinent ad officium Ecclesiæ. Et quia ille intelligit facere, cuius nomine & vice fit vt patet ꝑ Dionysiũ 13. c. celestis hierarchiæ. est conclusio. ꝙ suffragia talis sacerdotis licet sit peccator defunctis prosunt. Concor. Albertus & dominus Bonauẽtura & quasi omnes doctores cõueniũt in hoc. Et ideo quia pensatur nõ cõditio ministri, sed charitas Ecclesię talia suffragia facientis & ordinantis aut agit ea vt minister, siue vt instrumẽtũ alicuius priuatæ personæ. Et. quia opus instrumenti est magis principalis agentis, tunc est conclusio, ꝙ si ꝑsona illa quæ sibi pręcipit talia suffragia fieri, vel alius. i. amicus defuncti pro eo erat tunc in charitate, tunc est conclusio, quod talia suffragia valent defuncto, quãuis ille per quos fiunt in peccato mortali existant. Et hoc siue ille qui mandauit fieri migrauit de hac vita, siue nõn. Nec obstat, ꝙ malus non potest pro alio satisfacere, quia hoc est verum sicut principaliter agens. Secus autem si instrumentaliter. Si vero ille qui mãdauit fieri pro se erat in peccato mortali, aut hoc erat quando mãdauit fieri, aut quando opus executioni demandatum est: Si primo modo est conclusio, ꝙ illa opera non prosunt defunctis, pro quibus fiunt quamuis sit in charitate pro illo tempore, pro quo suum mandatum executioni demandatur, nisi nũc iterum fieri mandaret, aut demandationem factam de nouo acceptet. Et ratio est vt dicit magister Richardus de alta villa, cuius est ista conclusio, quia opus ipsius non est nisi inquantum illud fieri mandet, vel acceptet. Si autem est in peccato mortali quando de mandatur opus bonum executioni, sed erat in charitate, quã do præcepit fieri, tunc est conclusio magistri Richardi, quod tunc opera prosunt defunctis, pro quibus fiũt, quia maxime sunt a præcipiente ratione illius actus voluntatis, quam habuit quando ea fieri pręcepit. Vltima conclusio, quod suffragia malis valerent quando fierent per ministros qui etiam in chraritate essent, patet conclusio, quę est sancti Tho. quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta Sanctum Tho. dupliciter. Primo modo quod oratio facta per peccatorem quandoque non est peccatoris sed alterius, videlicet aut Ecclesiæ cuius minister est, aut instrumentum alicuius, qui fieri illam præcepit. Et ideo secundum hoc digna est vt exaudiatur. ¶ Secundo respõdetur, quod verbum illud fuit ceci inuncti. i. nondum plene illuminati vt dicit Aug. super Io. Si enim peccatores Deus non exaudiret frustra ille publicanus oculos in terra dimittens, & pectus suum percutiẽs orasset dicens. Domine ꝓpitius esto mihi peccatori. vnde quandoque Deus peccatores audit, quando scilicet. peccatores petunt aliquid Deo acceptum, nõ enim solis iustis sed etiam peccatoribus deus bona sua prouidet, vt patet Matt. 5. non autem tamen ex eorũ meritis sed ex sua clementia. Ad autoritatem Esaiæ respondetur dicendum, quod Deus nõ exaudit peccatorẽ in quantum peccator est, per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis, vt dicit sanctus Tho. in. 2. 2. ¶ Ad secundam respondetur, quod quãuis minister non sit membrum Ecclesiæ, est tamen ille cuius imperio ille suffragia facit. & hoc sufficit vt dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur, quod quãuis ex parte eius qui displicet oratio peccatoris non sit, accepta, tamen ratione alterius cuius vice vel imperio agitur potest esse accepta. vel dicendum vt dicit Albertus magnus, quod dictum Gregorij intelligitur in casu, quando quis ex cõfidentia propriorũ actuum nititur intercedere, & non quãdo est sicut instrumentum ab alio motum vt dictum est. ¶ Ad quartã respondet ꝙ licet opus factũ a malo ministro nõ sit factũ in charitate ex parte eius ꝙ facit ẽ tñ factũ ex radice charitatis ex parte eius cui' vice aut imperio fit, si ille in charitate existens præceperit sicut dictum est. Lege textum. ¶ [Nõ æstimetis] Aliquid de his quæ agimus [peruenire ad mortuos] id est ad eorum vtilitatem id est eis prodesse. Hug. ẽ & Archidia. [nisi hoc ꝙ solẽniter supplicamus] id est supplicẽdo agimus. Hu. [sacrificijs]. i. suffragijs. Archidia. Sacrificiũ hic appellatur quodlibet tale beneficium collatum mortuis, scilicet oratio, vel eleemosyna, vel sacrificium altaris. Tria hæc notantur quæ prosunt mortuis. Quartum vero scilicet ieiunium viuorum aboletur. ·j·. ea. animæ. Hug. [Quamuis nõ prosit omnibus] quia nec valde bonis, nec valde malis. Hu. cooperantur. i. sic viuunt vt sibi possent prodesse post mortem si fiant pro eis vt. ·j· e. tempus. Hu. vnde ipse Augustinus ait. 21. de ciuitate dei. Frustra hõ post hac corpus inqrit, ꝙ in hoc corpore comparare neglexit, sed quia nõ discernimus salubre valde & omni acceptione dignum. [vt quia ignoramus, qui sint electi saluandi, & qui præsciti damnandi sint. quos iuuare possunt suffragia & eorũ beneficia, pro omnibus fidelibus oremus eisque suffragia, & eleemosynas & sacrificia & spiritualia seruitia impẽdamus. Ratio assignatur in litera. [Diligentius.] 2. pars. quasi diceret quamuis generaliter pro omnibus fiant, specialius tamen debent fieri pro quibusdam. & hoc est [diligentius] i. affectuosius, & cum maiori diligentia. i. facere debet talia. Hu. [necessarijs]. i. aliqua necessitate consanguinitatis, vel affinitatis cõiunctis. hoc enim exposcit affectus naturalis, vt caros nostros quãtũ possumus adiuuemus.

Margin notes (left): primũ argu. — Secundũ ar. — Tertiũ arg. — Quartũ ar. — Oppositio in contrarium — Secunda oppositio. — Respondet. S. Tho. — Prima conclusio. — Secunda cõclusio. — Tertia conclusio. — Albertus. Bonauen. — Quarta.

Margin notes (right): Quinta cõclusio. — Hostiensis. — Richardus de alta villa — Sexta conclusio. — Ad primũ argu. S. Thom. — Augustinus — Ad secundũ — Ad tertium — Albertus magnus — Ad quartũ. — Exponit literam — Augustinus

ſtros quantũ poſſumus adiuuemus. Tunc etiã quia hoc no bis a caris noſtris fieri expectamus in ſimili caſu. [Corpori autẽ humano].3.pars.[aliquid impenditur.] gratia ſepeliẽ di.[nõ eſt præſidiũ ſalutis]vt infra.e.aĩæ. ſed eſt humanitatis & naturalis dilectionis officium.[ſm affectum]quo nemo vnquam carnem odio habuit.vt dicit apoſtolus ad gal. 5.ſed fouet & nutrit. vnde oportet,'vt pro carne proximi tumulanda,& pro exhibendis alijs officijs funeris[gerat aliquis cum ille].i.ſpiritus rationalis,quo vegetabatur corpus [inde].i.de carne proximi. Hu.[qui gerebat curam 'carnis. Et ſi hoc faciunt]arguit a minori.ª quia ſi hoc beneficium. defunctis impendunt.quia reſurrectionem non credũt. vt ſunt multi pagani & infideles.Hu. ['euidens fidei teſtimonium].ſ.reſurrectionis futuræ.officiũ.n.humanitatis quod circa humana corpora impenditur,argumentum eſt & ſignum,ꝙ credimus futurã reſurrectionẽ.Nam ſi futurã nõ credimus,fruſtra oraremus pro mortuis, & tãtã curam eis non impenderemus Hu.& Arch.Quod vero].4.pars[memorias]eccleſias.Hu. Arch.hoc tñ nõ excludit illud proficuũ,ꝙ deſignatur ſupra e.q.cũ grauia. Illud tñ parũ diſtat ad hoc.ſed remouet ꝙ locus quantũ in ſe eſt non cõfert defuncto.Supra hoc declarauimus plene in c.cũ grauia [affectus]ſupplicationis ferendæ,vel ſupplicantis augeaẽ.†apud
9 ſanctorum cemiteria ſepeliri prodeſt defunctis.Primo qa illorũ ſanctorũ patrocinio ſpecialius cõmendantur. Scḋo quia viuentiũ affectus ad orandum dictos ſanctos pro defunctis excitatur.Tertio qa ex ſanctorũ deuotione plures ad cemiteria accedunt illorum qui pro defunctis orant. Et ſic qui in cemiterijs ſanctorum ſepeliuntur: plures ſibi conſtituunt orationes.

ª¶ Arguit a minori. Tale argumẽtũ eſt validum gl.& card.in cle.1.in pri. de reli.& venera ſancto. & in cle.11 §.omnia.de pœnis.

Econtra Hieronymus.

§.eſt,in quo magiſter inducit beatũ Hieronymum contra hoc, quod dicit ſcilicet defunctos orationibus viuorum adiuuari.

IN præſenti. Hoc capitulũ eſt beati Hieronymi ſuper Ezechielẽ ꝙ Gratianus inducit pro contrario & non eſt contra. Eſſet aũt cõtra ſi talis eſſet intellectus huius capituli.q.ſ.dum quis viuit in hac vita poteſt iuuari orationibus aliorum:ſed ex quo decedit in hac vita nullus orationibus iuuari põt.ſed nõ eſt iſte intellectus. Sed iſte ꝙ orationes viuorũ & ſanctorum non proſunt mortuis qm̃ tales ſint quales abhinc deceſſerũt.vnde qui deceſſit in peccato mortali nullis orationibus iuuari poterit, qñ ſit damnatus, & hoc eſt verum.vnde ſuperius in quæſtione.1.ſuper.c.proximum.ſ.non æſtimemus dicit S.Tho. ꝙ ſuffragia uiuorũ non iuuant defunctos quantum ad imitationem ſtatus fælicitatis,vel miſeriæ.bene autem iuuãt quo ad aliquid quod conſequitur ſtatum ibi vide.Lege.¶[In præſenti cum ante tribunal.]ſ.in die iudicij. vnde intelligendum eſt pro tẽpore vltimi iudicij generalis,vbi vltima fiet retributio æternæ gloriæ,vel æternæ miſeriæ. in qua quilibet recipiet ſolum ſm ꝙ in corpore geſſit.Interim autem iuuari poſſunt orationibus tam viuorum,quam ſanctorum exiſtentium in vita æterna.[nec Iob].i.quorumcunque ſanctorum de quocunque ſtatu,ſiue coniugatorũ,qui intelliguntur per Iob, ſiue virginum,ſiue continentium,qui deſignantur per Daniel.ſiue nec rectorum,ſiue prælatorum, qui intelligũtur per Noe.quoniã ſi omnes ſancti tunc orarent pro vno,non liberabitur a ſtatu damnationis.

S.Thom. Exponit literam.

Verum.

§.eſt,in quo magiſter reſpondens ad prædictum capitulum dicit illud eſſe intelligẽdũ de impœnitentibus.ſ.qui in vita ſua non pœnitent, ſed in peccatis ſuis moriuntur, de quibus verificaẽ illud pſal.48. non dabit Deo &c.i.non faciet aliqd 'vnde reddat Deum placabilem.Hu.¶[Nec pretium &c.].i.non habebit eã cordis contritionem,per quam quaſi per quoddam pretium anima ſua redimatur a peccatis,vel liberetur a pœnis. Hu. Arc.[frater].i.quocũq; proximus[nõ redimet eũ]quia tũc nulla erit redẽptio,ſed vnuſquiſq; recipiet ſm ꝙ geſſit viuens[laborabit].i.punietur æternaliter ['viuet in cruciatu. [in fine].i.ſine fine[vel viuet].i.non deficiet[in fine]i.in deſyderio finis.quaſi diceret quamuis deſyderet finiri,& non eſſe,tamen ſemper erit in tormentis & nunquam deficiet. Hu. [de alijs aũt].ſ. qui deceſſerunt pœnitentes de peccatis ſuis[intelligi non poteſt].ſ.ꝙ iuuari non poſſint orationibus aliorũ,ſiue viuorũ,ſiue ſanctorũ mortuorũ,qui certiſſime iuuãtur vt patet in c.nõ æſtimemus.ſ.e.& j.ea.q.aĩæ.

Exponit literam.

Archid.

1 *Orandum an ſit pro damnatis.*
2 *Miſſa an ſit celebranda pro paruulis baptizatis decedentibus.*

Quarta cõcluſio.

PRo obeuntibus. Ad idẽ eſt hoc capitulũ ꝙ eſt beati Gregorij ad Bonifacium archiepiſcopũ.Sũma in rubro.Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur conſultatio.In ſcḋa poniẽ reſpõſio.2.ibi, ſancta ſic te-
1 net.¶Pro pleniori intelligẽtia huius capituli qriẽ.¶†Vtrũ pro dãnatis ſit orãdũ. Et vr̃ ꝙ ſic. Dicit Aug.miſericordia eſt vbi eſt miſeria.ergo vbi maior & vbi maxima.hoc eſt in dãnatis. ergo maxime debemus ei miſereri nõ ſolũ affectu ſed effectu.hoc aũt erit ꝓ eis orãdo.¶ Scḋo ſic. orare debemus ꝓ corporalibus inimicis.Mat.5.diligite inimicos veſtros:& orate ꝓ ꝑſequẽtibus vos.&c.ergo mõ cõſimili,vel fortius pro ſpũalibus, illi aũt ſunt demones,ergo &c.¶Tertio oẽ illud ꝙ eſt ad imaginẽ Dei ex charitate eſt diligẽdũ. ſimiliter & pro hmõi orãdũ.ſed in dãnatis quantũcũq; ſint damnati manet in eis imago Dei.ergo vt prius.¶In oppoſitum eſt te.ꝑſentis capituli.in quo ait Gregorius,ꝙ ꝓ impijs nõ eſt orãdũ.¶Reſpõdeo dicẽdũ, ꝙ ꝓ dãnatis qui tales eſſe ſciunẽ nõ eſt orãdũ.Cõcluſio iſta ꝓbatur autoritatibus & rõnibus.autoritatibus primo ex illo. prima Io.3.eſt peccatũ ad mortẽ.gl.qui in hac vita nõ corrigiẽ poſt mortem venia ei fruſtra poſtulaẽ.Et qua gl.plene habeẽ, ꝙ fruſtra oraẽ ꝓ eis,q ſe nõ correxerũt tales ſunt dãnati.¶ Scḋo ex illo Aug.li.de cura ꝓ mortuis agẽda,ꝙ orationes & ſuffragia hmõi ꝓ valde malis ſunt cõſolationes viuorũ,& nulla adiuuamẽta mortuorũ.Rõne ſic.ꝓ illis ſolũ orare debemus,ꝓ qbus pſũmimus impetrare.tales aũt dãnati nõ ſunt qa ſunt penitus impoſſibiles ad ſalutem. ergo pro ipſis orare nõ debemus.¶ Scḋo veritas huius qſtionis capi põt ex tribus.Primo ex parte eorũ ꝓ qbus orãdũ eſt. Scḋo ex parte orãtis Tertio ex parte eius q oraẽ.Primo ſic.Pro illis nõ eſt orãdũ quorũ vitiũ nõ eſt inexpiabile ſed vitiũ dãnatorũ eſt hmõi,vt patet.ergo ꝓ ipſis orãdũ nõ eſt. ¶ Scḋo ex parte orãtis ſic.Nullus ſapiẽs debet orões effundere pro qbus oĩs orõnis meritũ fruſtraẽ, & caſſaẽ,ſed ſic eſt cũ oratur pro dãnatis.vñ Gregor. Sãcti viri nõ orãt pro dãnatis, quia refugiũt ante illũ iuſti iudicis cõſpectũ orationis ſuæ meritũ caſſari,ergo &c. ¶ Tertio idẽ arguiẽ ex pte eius cui oratur vt colligiẽ ex gl.ſup illud pſal.32.rectos decet collaudatio.¶Quarto ſic.recte orãtes tenetur cõformare voluntatẽ ſuã diuinę volũtati in his q ſciũt Deũ velle,ſed fidei certitudine certi ſunt de dãnatione demonũ & hominũ decedẽtiũ cũ mortali. In iſtis ergo debemus cõformare nos diuinę volũtati.Sed cõſtãs eſt,ꝙ Deus nullo mõ de cætero ex quo dãnauit aliquos bñficiũ miæ impẽſurus ẽ eis.ergo nec nos debemus impẽdere eis.quare nec pro eis orare.alias noſtra volũtas a diuina diſcrepat.¶His habitis dicendũ eſt ad rõnes in oppoſitũ.Ad prima rñdetur,ꝙ aſſumptum eſt falſum,niſi intelligatur de miſeria petẽte reuelari, cuiuſmodi nõ eſt miſeria damnatorum cum illam obſtinatio & finalis impœnitentia cõcomitetur,vnde rõ nõ procedit.¶Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiam, quia nõ eſt ſimile.Oramus autẽ pro inimicis corporalibus, quia vt dicit Auguſtinus.21.de ciuitate Dei,ad hæc eſt tempus fructuoſæ pœnitẽtiæ.vnde dicit,quia de illa eſt certa eccleſia, orat pro omnibus dũtaxat hominibus inimicis ſuis in hoc corpore conſtitutis. de ſpiritualibus autem inimicis.ſ. de demonibus certi ſumus certitudine fidei, quod damnati ſunt.Item in ſermone domini de monte dicit. Sancti orãt pro inimicis ſuis,qui ſanabiles ſunt, & econtra pro illis nõ erant,quia inſanabiles eſſe volunt, quia Deus puniendo illos non eſt maleuolus tortor, ſed iuſtiſſimus ordinator. & ideo argumẽtũ non concludit.¶Ad tertiam reſpondetur quod eſſe ad imaginem Dei non eſt tota ratio dilectionis, niſi poſſibilitas ad vlteriorem perfectionem gratiæ ſcilicet gloriæ adiungatur, vnde ex eo dicit Auguſtinus,quod anima Dei imago eſt,eo quod capax & particeps eius eſſe poteſt, quia igitur omnes damnati participatione iſta ſunt priuati, diligendi non ſunt,ſed potius odiendi. Lege. ¶[Pro obeuntibus]id eſt mortuis. Hugut.[In ſanctæ]ſecunda pars. [pro impijs.]& pro malis quibuſcunque qui impœnitentes, vel in peccato mortali deceſſerunt, & de hoc conſtet eccleſiæ: vt in præcedentibus capitulis. Nam & ſi mali fuerint, dummodo non conſtet eos deceſiſſe

Quæſtio. Primũ arg.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Opponit in contrariũ. Reſpondet.

Auguſti.

Gregorius

Ad primum argumen.

Ad ſecundũ

Ad tertium

Exponit literam.

decessisse in mortali peccato: licite pro eis orat ecclesia generali & speciali oratione, constare intelligo & per præsumptionem, vt ecce constat de mortali pctō istius: & non vult inde pœnitere morit sic, præsumit impœnitēs nisi aliud appareat, quamuis forte in articulo mortis ei fuerit dimissum peccatum, & similiter si quis accipit vel petit pniam, præsumitur quod ei dimissum sit peccatum quamuis nō sit tale [quid agere]. s. orare spāliter [vel offerre] sacrificium, & huiusmodi. Hu. quærit aūt hic Arc. super ver. catholicis: an ꝑ

Quæstio 2 paruulis baptizatis decedentibus missa sit celebranda. Et videtur quod non, qm̄ certum est illos talibus suffragijs non indigere. ¶In oppositum videtur hic sumi arg. & infra e. episcopus.

Respondet ¶Respondeo iuxta S. Th. in 4. di. 12. q. 2. quod cōuenientius pro pueris baptizatis decedentibus missarum solēnia celebrantur, non quia eis iuuent ad remissionē alicuius culpæ vel quantum ad augmētum gloriæ: sed propter alias rationes, tum primo propter solatium viuorum, tum secūdo ad ostendendū paruulos ad vnitatē corporis mystici pertinere dum idem modus exequiarum seruatur in ipsis & in alijs, tum quarto ad commemorandum redemptionis ministerium, quod in hoc sacramento commemoratur per ꝙ paruuli sine proprio merito salutem consequuntur æternā, ad rationem in oppositum patet responsio ex dictis.

3 *Intellectus noster dicitur ascendere in Deum tripliciter.*
5 *Sancti dicuntur orare pro nobis dupliciter.*
6 *Orationes sanctorum sunt efficaces ad impetrandū quod petūt. Et semper pro nobis exaudiuntur. nu. 7.*
8 *Pompas exequiarum facientes an peccent.*
9 *Sepulchra sanctorum ornare est licitum. Non tamen malorum hominum. nu. 10.*



Nimæ defunctorum. Ad idem sequitur hoc. c. quod est beati Gregorij in registro. summa est in rubro. Et potest. c. diuidi in quatuor

Diuisio. partes. In prima specificat qbus suffragijs animæ defunctorum iuuantur. in secūda dicit, ꝙ pompa exequiarum & prætiositas sepulturæ non prosunt defunctis. in tertia ostendit quod licet hoc sit verum nihilominus non sunt abijcienda corpora mortuorum, sed impendendum est eis beneficium sepulturæ. in quarta ostendit, quod hoc pietatis obsequium non caret remuneratione. secunda ibi, curatio vero. tertia ibi, nec ideo tamen. quarta, ibi, vbi & illud. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæruntur tria.

1 ¶Primum est vtrum conuenienter numerentur ea quibus animæ defunctorum adiuuantur.
2 ¶Secundum est an sancti orent pro defunctis.
4 ¶Tertium est an sancti semper in oratione sua exaudiant.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ nō cōuenienter numerentur ista suffragia.

Primum ar. ¶Primo sic. sacrificium altaris est sacramentum: sed sacramenta ecclesiæ non prosunt nisi in statu viatoris, ergo &c.

Secūdū ar. ¶ Secundo arguitur, & quæritur, quare alia sacramenta non prosint etiam defunctis.

[Terti]ū arg. ¶ Tertio sic, in diuersis missis est idem sacrificium altaris, si ergo sacrificium computatur inter suffragia videtur quod tantum valeat quęcunque missa pro defuncto dicatur siue de beata virgine, siue de spū sancto, vel quocunque alio, quod videtur esse contra ecclesiæ ordinem quæ specialem missam pro defunctis instituit.

Quartū ar. ¶Quarto sic Damasus in sermone de dormiētibus docet ceram & oleum, & hmōi pro defunctis offerre. ergo non solum ista quæ hic numerantur, sed etiam alię oblationes debent inter suffragia cōputari.

Opponit & Respondet. ¶In oppositum est tex. præsentis. c. ¶Respondeo dicendum quod conuenienter sunt numerata suffragia principalia, pro declaratione huius conclusionis est notandum iuxta San. Tho. in

S. Thom. 4. dist. 45. quod suffragia viuorum possunt defunctis, secundum quod vniuntur viuentibus in charitate, & secundum quod intentio viuentium refertur in mortuos. Et ideo illa opera nata sunt præcipue mortuis suffragari quæ maxime ad communicationem charitatis pertinent vel ad directionem intentionis in alterum, ad charitatem autem sacramētum eucharistię præcipue pertinet, cum sit sacramentum ecclesiasticæ vnionis continens illum in quo tota ecclesia vnitur & solidatur. scilicet Christum, vnde eucharistia est quasi quædā charitatis origo, siue vinculum, sed inter charitatis effectus principiū est eleemosynarum opus, & ideo ista ex parte charitatis pręcipue mortuis suffragantur. scilicet sacrificium ecclesiæ, & eleemosynæ, sed ex parte intentionis directæ in mortuos præcipue valet oratio, qa oratio secundum suam rationem non solum dicit respectum ad orantem, sicut & cętera opera, sed directius ad illud pro quo oratur, ieiunium vero prodest defunctis & ratione charitatis & intentionis in defunctos directæ, vnde ista ponuntur quasi præcipua mortuorum subsidia, quamuis quæcunque alia bona ex charitate facta pro defunctis eis valere credenda sunt. Sufficientia vero istorum suffragiorum assignaē sic

Petrus de tarantasia. per Petrum de Tharantasia, ꝙ suffragia prosunt defunctis ad absolutionem pœnæ non ad meritū vitæ æternæ. absolui aūt à pœna duobus modis possunt vel per viā gratiæ, vel per viam iustitiæ, per viā gratiæ dupliciter, vel per intercessionem publicam quę est ipsius charitatis. s. per oblationem sacramenti altaris, vel per intercessionem quasi priuatā mēbrorum. s. per orationes sanctorum, per viam vero iustitiæ dupliciter: quia vel per modum redemptionis pœnæ. s. per eleemosynarū largitionem, vel per modū absolutionis pœnę, per ieiuniorum afflictionem & ſm hoc distinguunt quatuor modi supradicti gnāles suffragiorum ad quos omnes alij reducuntur. ¶Ad rationem in oppositum. Ad primum

Ad primum argum. Bonauent respondetur iuxta dominum Bonauen. in 4. di. 45. in literæ expositione, ꝙ aliter prodest sacramentum altaris viuis aliter mortuis, viuis. n. prodest sub ratione sacramenti & cibi. mortuis vero prodest sub ratione sacrificij, in quantum. n. est sacramentum cibat, & dat gratiam & perfectionē manducanti, in quantum autem sacrificium Deum placat. hostiæ. n. placant, & quoniā Deus iratus est non effectione sed pœnæ inflictione, ideo Deum placando non sedat ipsius affectionem, sed remitti facit pœnæ acerbitatem:

Ad secundū ¶ Ad secūdam cum quæritur, quare alia sacramenta non prosunt defunctis, respondetur iuxta dominum Bonauen. vbi supra ꝙ aliorum sacramentorum dispensatio respicit actum in personam, vel circa personam sicut patet in baptismo. & ideo non potest baptizari nisi qui prēsto est in aquam mergi. sed sacrificium est actus per personā & quoniam actus in persona requirit personam actu existētem, sed pro persona nō sicut Christus obtulit patri pro illis qui fuerunt & qui futuri sunt, sic sacrificium prodest his qui finierunt vitam.

Ad tertium. ¶Ad tertiam respondetur iuxta S. Thomam vbi supra, quod in officio missæ non solum est sacrificium: sed etiam sunt ibi orationes, & ideo missa suffragium continet duo eorū quæ Augustinus hic enumerat. s. orationem & sacrificiū. Ex parte ergo sacrificij oblati missa æqualiter prodest defuncto de quocunque dicatur, & hoc est præcipuum quod fit in missa, sed ex parte orationum magis prodest illa ī qua sunt omnes ad hoc determinatæ: sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem vel eius qui dicit missam, vel eius qui facit dici, vel iterū per intercessionem sancti cuius suffragium in missa imploratur.

Ad quartū ¶Ad quartam respondetur iuxta eundem, quod huiusmodi oblationes candelarum vel olei possunt prodesse defuncto in quantū sunt eleemosynę quędam, dantur enim ad cultum ecclesiæ, vel etiam in vsum fidelium, & hæc de ista quæstione.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur quod sancti non orant Deum pro defunctis.

Primū arg Et videtur quod non, oratio vt dicit Damasus est ascensus intellectus in Deum: sed beati sunt in termino suę contemplationis. ergo eorum intellectus in Deum non ascendit, & per consequens non orant pro alijs.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic, quicunque oratione impetrat aliquid quodammodo meretur illud, sed sancti qui sunt in patria non sunt in statu merendi. ergo non possunt suis orationibus aliquid existētibus in purgatorio aut etiam nobis impetrare apud Deum.

Tertium ar. ¶Tertio sic. Orationes totius celestis curiæ si aliqd impetrare possunt efficaciores essent quam omnia pſentis ecclesiæ suffragia. sed multiplicatis ecclesiæ suffragijs ꝓ aliquo in purgatorio existente totaliter absolueretur à pœna. Si ergo sancti qui in patria sunt orent pro illis qui sunt in purgatorio, sicut & ꝓ nobis, si nobis aliquid impetrat, illos qui sunt in purgatorio totaliter orationes eorum à pęna absoluent, ꝙ falsum est, quia sic suffragia ecclesiæ pro defunctis facta superflua essent.

Opponit in cōtrarium. Respondet ¶In oppositū est capitulū pſens vbi inter alia suffragia quæ ꝓsunt defunctis: ponunē sanctorum orationes. ¶Respōdet dicēdū, ꝙ sancti orant Deū ꝓ animabus existentibus in purgatorio. Ista conclusio colligitur

ligitur ex multis capitulis supra.e.q.& ex.c.cũ gratia. &c. non æstimemus.&.c.obeuntibus.vbi habetur, quod ideo fideles sepeliũtur in locis sacratis, vt apud sanctos q sunt patroni illorum locorum sint commendati.Et eorum patrocinio adiuncti.Ratione probatur sic. Sicut in corpore naturali membra fortia indigentibus subueniunt, sic in corpore mystico ecclesiæ, non tantum debe it sibi subuenire membra inter quæ est indigentia mutua, sed etiam illa, quæ non indigent adiuuari conueniens est indigentibus subuenire.Illi autem qui sunt in purgatorio cum sint in charitate,sunt membra corporis mystici ecclesiæ,& indigent adiutorio.Cõueniens ergo est,vt beati qui sunt ecclesiæ membra adiuuari non indigentia subueniant illis q sunt in purgatorio suis orationibus.Cõclusio etiã patet sic.

August.

Orare pro afflictis est opus mĩæ.sed mĩa perseuerat in sanctis respectu afflictionis.Dicit etiã August.21. de ciuitate Dei,ꝙ nec credẽdũ est tũc amissuros sanctos viscera mĩæ qñ fuerũt plenissimæ atq; perfectissimæ sanctitatis,vt qui tunc orabãt ꝓ inimicis suis qñ & ipsi sine peccato nõ erãt tunc nõ orent pro supplicibus suis,qñ nullum ceperint habere peccatũ,quasi diceret non.ergo cõclusio vera. ¶ His habitis dicendũ est ad rõnes in oppositũ.

Ad primũ argu. Bonauent.

5 Ad primã respõdetur iuxta dñm Bonauenturã in.4.† ꝙ intellectus noster dr̃ ascendere tripliciter in deum, aut per nouũ aspectum in deũ.s.qñ hõ reuocat cognitionẽ ab alijs, & conuertit in deum & sic est tantum in viatoribus,alio modo per aspectum alterius inferioris rei,vt cũ cogitet humanã miseriã, & implorat misericordiã,vt releuet miseriã,ibi dicit aspectus,non quia de nouo aspiciat, sed quia inferius ad illud respiciat.& sic est in beatis quando pro nobis rogant,quia tunc nostrã indigentiã considerãt. tertio mõ per continuationem intuitus præmij. vnde cum quis consideret deũ,qa est super se,& continue cõsiderat,continue ascẽdit,nõ quasi ad aliud & ad aliud,sed quia sup se fertur,& hoc cõtinue est ĩ beatis.Et sic patet illud quia si primo mõ dicatur orõ ascensus est tm̃ viæ.secũdo est viæ & patriæ.tertio est tm̃ patriæ,hæc ille.

Ad secundũ

¶ Ad secundã respondetur multipliciter.Primo põt dici ꝙ licet sancti non sint in statu merendi sibi, sunt tamen in statu merendi alijs.¶ Secundo respondetur ꝙ & si non sunt proprie in statu merẽdi sibi nec alijs,sunt tñ in statu aliquid impetrandi ex merito præcedenti. Hoc .n.apud deũ viuentes meruerunt,vt eorũ orationes exaudirentur post mortẽ.

S.Thomas

¶ Tertio respondetur, quod assumptum est falsum,qm̃ vt dicit sanctus Tho.ex alio meretur, & ex alio impetrat.Meritũ.n.consistit in quadã adequatione actus ad finẽ propter quẽ est ꝙ ei, quasi merces redditur,sed orationis impetratio innititur liberalitati eius, q rogatur,impetrat,qñque aliquis ex liberalitate eius qui rogatur quod ipse nõ meruit.Et ita quãuis sancti non sint in statu merendi,nõ sequitur ꝙ non sint in statu impetrandi aliquid illis pro quibus orant ex liberalitate ipsius dei quẽ orãt,cui sunt acceptissimi.

Ad tertium S. Thom.

¶ Ad tertiã respõ. negãdo cõsequẽtiã.Et rõ est ẽm S.Tho.quia suffragia ecclesiæ ꝓ defunctis sunt quasi quedã satisfactiones viuentiũ vice mortuorũ.Et ẽm hoc mortuos à pęna absoluunt quã nõ soluerũt, sed sancti qui sunt in patria non sunt in statu satisfaciendi. Et ideo non est simile de eorũ orationibus & ecclesiæ suffragijs.

Pet.de pal.

vnde Petrus de palu.dicit in.4.dis.45.concludendo ex prædictis ꝙ orationes sanctorum non valent illis pro quibus orant per modum meriti aut satisfactionis sed solum valent per modum gratiæ & liberalis impetrationis.

4 Ad tertium Sic proceditur.† Et videtur ꝙ orationes sanctorũ quas ad deũ ꝓ alijs fundunt non semp exaudiãtur.

Primũ ar.

Primo sic dr̃ Hiere.15.steterũt Moyses & Samuel corã me, non est aĩa mea ad populum istũ,ergo sancti non semper exaudiũtur.

Secũdũ ar.

¶ Secundo sic. Si sancti semper exaudirentur,maxime exaudirentur de his quæ pertinẽt ad ipsos, sed de his non exaudiuntur, vnde Apocal.6.martyribus vindictã petentibus de his qui habitabant terram, responsum est,vt quiescerent adhuc modicũ tẽpus donec impleatur numerus fratrũ suorũ.ergo &c.

Tertiũ ar.

¶ Tertio sic.sancti p oĩa cõformãt voluntatẽ suã volũtati diuinæ.ergo nolũt nisi ꝙ sciũt deũ velle.Sed hoc ꝙ Deus, vult fiet etiã ipsis nõ orãtibus.ergo eorũ orationes ad impetrandũ nõ sunt efficaces.

Opponit in contrarium

¶ In oppositũ est primo tex.ꝑsentis.c.vbi inter suffragia ꝓ mortuis ponũtur orationes sanctorũ,sed frustra ponerẽtur inter suffragia, nisi exaudirẽtur.ergo &c.

Secũda op.

¶ Scđo est illud Iob.5.ad aliquẽ sanctorũ cõuertere,sed illa cõuersio esset frustra. nisi scõrũ præces exaudirẽtur:ergo &c.

Respõdet. S.Thoma.

¶ Respõdeo dicẽdum iuxta S.Tho.
5 in 4.vbi supra,† ꝙ sancti dupliciter orare dicũtur ꝓ nobis, vno mõ oratione expressa dũ votis suis aures diuinæ clementię pro nobis pulsant,petẽtes nobis aliqđ bonum conferri,vel aliqđ malũ à nobis auferri,alio mõ orõne, quasi interpretatiuã dicũtur pro nobis orare,inquantũ eorũ merita in cõspectu dei existentia,non solũ eis cedunt ad gloriã sed etiã sunt nobis suffragia.i.tm̃ locum vt dicit do.Bonauentura suis meritis apud deum sunt adepti, vt non solum sibi beatitudinẽ meruerint,sed etiam alijs suffragari.

Bonauen.

Qua distinctione habita sit prima conclusio,† ꝙ orationes
6 sanctorũ vtroque mõ sunt efficaces ad impetrãdum, ꝙ petunt sed ex parte nostra põt esse defectus, ꝙ non cõsequamur fructus ipsarum orationũ ẽm ꝙ pro nobis orare dicuntur,ex hoc quod merita eorũ nobis proficiunt.

Prima cõclusio.

¶ Secũ
7 da cõcl.† orationes sanctorũ ẽm ꝙ ꝓ nobis orãt votis suis aliquid nobis postulãdo semp exaudiuntur. Ista cõclusio patet quia hoc mõ non petunt aliqđ à Deo, nisi ꝙ sciunt eũ velle facere ad ꝑces eorũ siue quod deus vult fieri. Qđ aũt deus simpliciter vult hoc est volũtate cõsequente q est voluntas simpliciter semp impletur.Concor.do.Bonauentura & Richardus.

Secunda cõclusio.

¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositum.

Ad primum argumen. S Thoma.

Ad primã negatur consequẽtia.Et ad autoritatẽ respõdetur iuxta S.Tho.ꝙ intelligenda est de Moyse & Samuele,ẽm statum quo fuerunt in vita ista.dicit ergo qđ si in illo tẽpore fuissent, nõ potuissent orationibus Deum placare ad populum,ꝓp malitiæ magnitudinem,quæ tunc erat in illo populo.

Ad secundũ Richard.

¶ Ad secũdã rñdetur etiã negãdo minorẽ.Et ad autoritatẽ respõdetur iuxta S.Tho.& magistrum Richardum ꝙ illa martyrũ oratio non erat absoluta petitio, ꝙ statim fieret vindicta,sed eorũ petitio non est aliud quã eorum desyderium de obstruenda schola corporis & societate sanctorum,qui saluãdi sunt & cõsensus quo consentiunt diuinæ iustitiæ punienti malos.vnde gl.sup illud Apocal.6.vsque quo dñe.dicit glo.desyderant maius gaudium,& cõsortium sanctorum & iustitiæ Dei cõsentiunt.

Ad tertiũ. S.Thomas.

¶ Ad tertiã respõdetur iuxta.S.Tho.negãdo consequentiã qm̃ sicut dicit Aug.li.de prędestinatione sanctorũ,orationes sanctorum prædestinatis prosunt,quia forte primo ordinatum est vt intercedentium orationibus saluentur. Et ita etiam dñs vult vt orationibus sanctorum impleatur illud quod sancti vident eum velle.

Bonauent Pet.de pal.

Cõcor. dñs Bonauentura,& Petrus de pal.in.4.dicẽs. Non frustra orant pro nobis sancti,quãuis nõ orent nisi illud, ꝙ sciunt deum velle,quia sicut effectus naturalis qui volente Deo eueniunt non eueniunt nisi mediantibus causis secundis, non ꝓp inefficaciã diuinæ potẽtię,sed ꝓp ordinẽ rebus diuinitus inditum,sic beneficia diuina descendunt in nos mediantibus beatis tã angelis,quã aĩabus sanctis,non ꝓp defectum diuinæ mĩæ sed propter ordinẽ diuinum conseruãdum quo Deus bonitatẽ suã cõmunicat inferioribus per superiores. Lege.

Exponit literam.

¶ [Aĩæ oblationibus].i.missis,siue sacrificijs sacerdotum, inter alia suffragia plus valet sacrificium mediatoris,& sãguis agni ad educẽdum de carcere Aegypti, siue fiat missa de mortuis ꝓ mortuis, siue ꝓp locutionẽ siue intercessionẽ dicatur de aliquo sancto. ẽm [ꝑcibus sanctorum].s.qui sunt in patria,& etiã illorum,qui sunt in via.vt.23.q.4.obtineri.& de pœ.di.1.multiplex.Hugu. tertium [eleemosynis carorum]quia eleemosyna à morte liberat,& facit inuenire vitã æternã.vt.26.q.7.c.1.& de pœ.dist.6. qui vult. Hug.quartum[ieiunium cognatorum] & quæcunque alia corporalis afflictio. sicut beatus Dominicus cum cathena ferrea vnã disciplinã accipiebat pro illis,qui erãt in purgatorio.[Curatio vero] secda pars[curatio].i.apparatus,& magnitudo[conditio].i.cõstructio,& compositio.Hug. [magis sunt]electiue.Hug.[si aliquid ꝓdest]probat ꝙ dicit arguendo à cõtrarijs[oberit pio]quasi diceret non obest ꝓ vilis aut nulla sepultura.ergo nec prætiosa sepultura proderit impio.de ista materia,an ista exequiarum officia ꝓsint defunctis satis diximus supra.e.in.c.grauia.¶ Sed sur
8 git hic quæstio, † vtrum peccet illi qui tales exequiarum pompas faciunt Et videtur ꝙ nõ,quia sancti viri fecerunt sicut in.1.Machabeorum.11.habet ꝙ Simeõ ædificauit super sepulchrum parẽtũ suorũ ędificiũ altũ, & posuit septẽ pyramides.¶ Scđo dr̃ Esa.11. patet sepulchrum eius gloriosum:ergo vr̃ ꝙ hoc debeat fieri circa sanctorum corpora.

Quæstio Primũ ar.

¶ Tertio arguitur,quia circa sepulchrum dñi facta sunt

talia, vnde dr Io. 19. ꝙ sepelierunt Christum, sicut mos est iudeorum sepelire: ergo videtur ꝙ ita debeat fieri circa se pulchra aliorum. ¶ In oppositum videtur dicere capitulum præsens, respondeo iuxta Albertum mag. in 4. sub certis conclusionibus. Prima † ꝙ licitum est sepulchra sanctorũ ornare pp gloriam resurrectionis eo, patet cõclusio ex inductis; vnde etiã Hu. dicit, ꝙ conseruanda est cõsuetudo ecclesiæ & religionis cuiusque gentis esse seruandum.

Opponit & Respõdet. Prima cõclusio. 9

10 ¶ Secunda conclusio est † ꝙ malis hominibus notorie in peccato mortali decedentib. est peccatum tales in loco sacro sepelire, & sepulchra adornare siue alias exequiarum pompas facere. Ista conclusio est Alberti magni vbi supra, quæ probatur sic primo. Corpus prophanum non est ponẽdum in loco sacro. ergo peccat qui ponit. ¶ Scđo ad idẽ est quod beatus Grego. narrat in lib. dialogorum ꝙ quidã malus in loco sacro sepultus per demones eiectus est. Sequitur in litera. [nec tñ &c.] quia inter opera pietatis ponitur sepultura. [Vnde & illud] quarta pars ostẽdit quare nõ sint corpora mortuorum contemnenda, quoniam beneficium quod eis impẽditur non caret remuneratione apud deũ [exanimis]. i. mortuis. Hu. [persoluitur]. i. impẽditur.

Secunda cõclusio. Alb. mag.

1 *Receptacula aliqua conuenienter assignantur animabus separatis.*
Et quare talia receptacula sint districta. nu. 4.
3 *Animæ post mortem statim ad infernum demerguntur, vel ad cœlum euolant nisi impediantur aliquo reatu.*
5 *Suffragia non prosunt valde bonis.*
Nec damnatis. nu. 8.
9 *Traianus qualiter fuerit reuocatus ad vitam.*
10 *Misericordia dicitur duplex.*
11 *Relaxatio pœnæ damnatorum potest dupliciter intelligi.*
13 *Suffragia ecclesię prosunt defunctis existentibus in purgatorio.*
14 *Aliquem esse in cœlo quomodo possit esse certum.*
15 *Homo vnus & idem diuersis respectibus potest esse mediocriter malus, & mediocriter bonus.*



TEmpus. Ad idem est hoc. c. quod est beati Aug. in Enchiridiõ. c. 112. summa est, ꝙ animæ defunctorũ qui nunc ante diem iudicij in receptaculis pro eorum meritis detinentur, ante diem iudicij sacrificijs, & elemosynis viuorum mortui adiuuantur. sed tñ non oẽs, sed quę hic dũ viuerent hoc sibi vt postea prodesse possent meruerint. Et potest diuidi hoc. c. in quatuor partes. In prima ponit, ꝙ nunc vsq; ad diẽ iudicij aię pro earũ meritis. s. prout digne requie aut erumna tenentur in quibusdam abditis receptaculis. in secunda ꝙ in illo tempore animæ defunctorum sacrificijs, & eleemosynis quæ fiunt in ecclesia pro eis illæ. s. quæ hic meruerunt vt illa eis prodesse possent. in tertia ad declarandum hunc locum. s. quibus suffragia ecclesię prosint ponit quandam distinctionem status hominũ ab hac vita decendentium. in quarta explicat qualiter suffragia valeant vnicuiq; statui, hominũ decendentiũ. secunda ibi, nec negandum est, tertia ibi, est enim quidam. quarta ibi, cum sacrificia. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. quæruntur quatuor.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum animabus post mortem conuenienter assignantur aliqua corporalia receptacula.
5 Secundo vtrum suffragia quæ per viuos fiunt prosint valde bonis. i. beatis.
7 Tertio vtrum suffragia prędicta prosint valde malis, id est damnatis.
12 ¶ Quarto vtrũ prosint mediocriter bonis, & mediocriter malis existentibus in purgatorio.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quòd non conuenienter assignentur malis post mortem siue à corporib. proprijs separatis aliqua corporalia receptacula. ¶ Primo sic. communis cõceptio est apud sapientes incorporalia in loco non esse. cui concor. Au. 12. super Gen. ad literam vbi inquit ad corporalia loca animam non ferri nisi cum aliquo corpore. sed anima separata à corpore non habet aliud corpus sicut ibidẽ dicit. ergo ridiculum est animabus separatis aliqua receptacula assignare. ¶ Secundo sic, oẽ quod habet locum determinatũ magis cõuenit cũ illo loco quã cũ alio. sed aïæ separatæ indifferenter se habent ad oĩa loca. ergo nõ sunt eis specialia loca assignanda. ¶ Tertio sic vt dicit in præsenti. c. aïabus separatis non assignatur aliquid post mortẽ nisi quod cedat in præmiũ vel in pœnam. sed non separatę à corporib. nihil recipiunt. ergo non sunt eis assignãda certa receptacula. ¶ Quarto oẽs aïæ sunt eiusdẽ spẽi. sed omnibus corporibus vnius speciei debetur vnus locus. ergo similiter animabus. ergo inconuenienter assignantur plura receptacula. ¶ In oppositum est. ca. præsens. ¶ Respondetur ad hanc quæstionem sub certis conclusionibus. † Prima est ꝙ conuenienter animabus separatis assignãtur aliqua receptacula. item Luc 16. dicitur de diuite quod mortuus est & sepultus in inferno. & de bonis dicitur. 1. ad Corin. 5. Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domũ habemus in cœlis. ergo aïabus à corporibus separatis loca sunt pro earũ meritis deputata; pro cuius cõclusionis plena intelligentia iuxta. S. Tho. in. 4. est notandũ, ꝙ quamuis substantiæ spirituales secundum esse suum à corpore non dependeãt, corporalia tñ à Deo mediantibus substantijs spiritualibus gubernantur. vt dicit Aug. 3. de trinitate. & Grego. 4. dialogorũ. Et ideo est quædam conuenientia substantiarum spiritualiũ ad corporales substantias per cõgruentiam quandã. vt. s. dignioribus substantiis digniora corpora adaptentur. vnde etiã Philosophi ẜm ordinẽ mobilium posuerunt ordinẽ substantiarum separatarũ. Quãuis aũt aïabus post mortem non assignãtur aliqua corpora quorũ sint formæ vel determinati motores, determinantur tamen eis quædam corporalia loca per congruentiã quandã ẜm gradum dignitatis earũ, in quibus sint quasi in loco eo modo quo incorporalia in loco esse possunt, ẜm ꝙ magis vel minus accedunt ad primam substantiã, cui locus superior per congruentiã deputatur. s. deũ cuius sedem celũ scriptura esse denuntiat. & ideo animas quæ sunt in participatione diuinitatis in cœlo esse ponimus, illas vero quæ à participatione huius impediuntur loco cõtrario dicimus deputari. ¶ Secunda conclusio est, † ꝙ animæ post mortẽ statim ad infernũ demerguntur vel ad cœlum euolãt, nisi impediantur aliquo reatu, quo oporteat euolationẽ differri vt prius aïa purgetur. ista conclusio probatur sic primo ex illo, ꝙ Christus dixit latroni hodie mecũ eris in paradiso. & de malis dicitur Iob. 21. ꝙ in pũcto ad inferna descẽdunt. ¶ Secundo sic sicut in corporibus est grauitas vel leuitas quã feruntur ad loca sua, sic in animabus est meritũ vel demeritum. & ideo sicut cessante impedimẽto grauia statim feruntur deorsum & leuia sursum. Sic spiritus malorum remoto carnis impedimento ad locum suppliciorũ. i. infernum, spiritus verbo bonorũ (si non sit impedimẽtum alicuius culpæ vel pœnæ debitæ) statim feruntur ad locũ premiorum. s. ad cœlum empyreum: vnde introitus cœli dupliciter differtur, vno modo propter peccatũ naturæ, & sic dilatatus fuit vsque ad ascensionem Christi antequã nulla aïa ad cœlum ascenderit. sed sic postea non differtur, quia Christus passione sua soluit reatum humanæ naturæ. Alio modo differtur propter purgationẽ, quia nihil inquinatum incurrit in illã. vnde post ascensionem dñi nulla anima purgata differtur ab ingressu cœli. ¶ Tertia cõclusio, † ꝙ q̃nque distinguuntur receptacula aïarũ separatarũ in alia vita. s. cœlum, infernus, purgatoriũ, limbus puerorũ, & limbus patrũ. Cuius distinctionis ratio sic assignatur à sancto Thoma & à Petro de Tharantasia. Receptacula animarũ distinguuntur ẜm diuersos status earum, aïa aũt cõiuncta mortali corpori habet statũ merendi, sed exuta à corpore est in statu recipiendi pro meritis bonis, & malis. ergo post mortem vel est in statu recipientis finale p̃miũ, vel est in statu quo impeditur ab illo. Si est in statu recipiẽtis finalẽ retributionẽ, hoc est dupliciter, vel quãtũ ad bonũ, & sic est paradisus, vel quantũ ad malũ, & tũc aut rõne actualis culpæ, & sic ẽ infernus, aut rõne originalis culpę, & sic ẽ limbus puerorũ. Si aũt est in statu q impeditũ à finali retributione cõsequẽda, vel hoc est pp defectũ psonæ, & sic est purgatoriũ in quo detinentur animæ, ne statim p̃miũ cõsequãtur pp peccata q̃ cõmiserunt, vel pp defectũ naturæ, & sic est limbus patrũ, in quo detinebant patres à cõsecutiõe gloriæ pp reatũ humanę naturę q nõdũ poterat expiari. iste tñ locus vacuus nũc est, quia Christus patres veteris testamẽti soluto delicto humanæ naturæ. s. reatu originalis peccati, duxit in cælũ ẜm illud Psal. *ascẽdẽs Xps in altũ captiuã duxit captiuitatẽ. Notãdũ aũt ꝙ licet aïę separatę aliqñ ĩ loco nr̃e hab tationis puniant sicut docet

Primũ ar. Augusi. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit Respõdet. 2 San. Thom. August. Greg 3 Secũda conclusio. 4 Tertia conclusio. S. Thomas Pet de tharantasia. *psal. 82. c.

Grego.
ſicut docetbeatus Greg.4.ialogorũ nõ eſt pp hoc ꝙ locus
iſte ſit propri. us pœnarũ,ſed hoc ſit ad noſtrã inſtructionẽ
vt eorum pœnam videntes retrahamur à culpis,& ideo lo
cus iſte non ponitur inter receptacula animarũ.¶ His ha-
Ad primum argumen.
bitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum. Ad primam
reſpondetur dupliciter,vno modo ꝙ tam Boethius quam
Aug.loquantur de loco circunſcribente,quia talis locus.ſ.
circunſcriptiuus non conuenit ſubſtantijs ſpũalibus bene
S Thoma.
tñ diffinitiuus. ¶Secundo reſpõdetur iuxta S.Th.ꝙ in cor
poralia non ſunt aliquod modo noto, & conſueto ſm ꝙ
dicimus corpora propie in loco eſſe,ſunt tñ in loco modo
ſubſtantijs ſpiritualibus conuenienti, qui nobis plene ma
Ad ſecundũ S.Thomas.
nifeſtus eſſe non põt.¶ Ad ſecundam reſpondetur iuxta S.
Th.ꝙ duplex eſt conuenientia,vel ſimilitudo.¶ Quædam
eſt per participationem eiuſdẽ qualitatis,ſicut calida adin
uicem conueniunt,& talis conueniẽtia incorporalium ad
corporalia eſſe non põt.Alia eſt per quandam proportio-
nabilitatem, ſm quã in ſcripturis metaphorę corporaliũ
ad ſpũalia trasferuntur ſicut dr̃ Deus ſol,quia eſt principiũ
vitæ ſpiritualis,ſicut ſol corporalis,& ſm hanc conuenien
tiam quædam aĩæ quibuſdam locis magis conueniunt ſi-
cut aĩæ ſpiritualiter illuminatæ cum corporibus lumino-
ſis. Aĩæ vero obtenebratæ per culpam cum locis tenebro
ſis.¶ Vel ſecundo rñdetur iuxta Pet.de tharan. ꝙ quamuis
aĩa ſm ſubſtantiam non cõueniat plus cum vno corpore,
quam cum alio, bene tñ pp operationes quas exercent in
loco vel quæ exercentur circa ipſam conuenit plus cum
vno loco quam cum alio. ¶ Ad tertiam reſpondetur iux-
ta S.Tho.& Petrum,ꝙ licet aĩa ſeparata nihil recipiat dire
cte à locis corporalibus per modũ quo corpora recipiunt
quæ cõſeruantur à ſuis locis nihilominus ex hoc ꝙ cogno
ſcunt ſe talibus locis deputari ſibi gaudium ingerunt vel
merorem,& ſic locus cedit in pœnam vel præmiũ. ¶ Ad
quartam reſpondetur negando conſequentiam, & ratio
eſt iuxta pet.de pal.quia non eſt ſimile de corporibus quæ
locantur ſm potentiam naturalem, quæ eſt determinata
ad vnum, & de animabus quæ ſecundum arbitrium quod
eſt ad oppoſita,& diuerſa.

5 Ad ſecundum Sic proceditur. † Et vr̃ quod ſuf-
fragia viuorum etiã valeant ſan-
Primũ ar.
ctis existentibus in patria.Primo eſt p̃ſenti c.vbi dicit Au.
ꝙ orationes pro valde bonis ſunt gratiarum orationes:er-
Secũdũ ar.
go &c.¶ Secundo ſic dr̃ in collecta miſſæ,ſicut ſanctis tuis
proſunt ad gloriam.ſ.ſacramenta,ita nobis proſint ad me-
delam, ſed inter alia ſuffragia præcipuum eſt ſacrificiũ al-
Tertiũ ar.
taris.ergo ſuffragia proſunt ſanctis q̃ ſunt in patria.¶ Ter
tio ſacramenta efficiunt quod figurant,ſed tertia pars ho-
Quartũ ar.
ſtiæ in calice miſſæ ſignificat eos qui in patria vitam beatã
ducunt,ergo ſuffragia eccleſiæ proſunt.¶ Quarto ſic, ſan-
cti in patria non ſolum gaudent de bonis proprijs, ſed de
bonis aliorum ſm illud Luc.15.gaudium eſt angelis ſuper
vno peccatore pœnitentiam agente,ergo ex bonis operi-
bus viuentium ſanctorum qui ſunt in patria gaudium cre
Opponit in contrarium
ſcit,& ita etiam eis ſuffragia prodeſſe vidẽtur,¶ In oppoſi
tum eſt Au.& habetur extra de celebra.miſſ.cum Marthe.
ꝙ iniuria eſt in eccleſia pro martyre orare cuius nos debe
Reſpõdet.
bus orationibus commendari.¶ Reſpondeo dicendũ ſub
6 iſta concluſione, † ꝙ ſuffragia non proſunt valde bonis.i.
pro ſanctis qui ſunt in patria, iſta concluſio probatur mul
tipliciter.primo ſic, vbi nulla miſeria ibi requiritur rele-
uãs miſericordia,ſed in ſanctis nulla eſt miſeria quia alias
non eſſent beati,ergo ibi nulla releuatio eſt per ſuffragia.
¶ Secũdo eius eſt iuuari cuius eſt indigere, ſed ſancti in pa
tria ſunt abſque oĩ indigentia: ergo per ſuffragia eccleſiæ
nõ iuuantur.¶ Tertio ſic ſuffragium de ſui ratione impor
tat quandã auxiliationẽ quæ nõ cõpetit ei qui defectũ nõ
patitur, ſed ſancti qui, ſunt in patria ſunt ab oĩ defectu &
indigentia immunes inebriati ab vbertate domus Dei.ſer
go non conuenit eis ſuffragijs eccleſiæ adiuuari.¶ Quarto
ſic,minor non iuuat maiorem ſed econuerſo. Cũ ergo mi
nimus in regno cęlorum maior ſit maximo in eccleſia mi
litante, videtur ꝙ in nullo viui poſſunt ſanctis ſuffragari.
Ad primũ argu. S.Thomas Pet.de tar.
¶ Ad rõnes in oppoſitum.Ad primam dicendum iuxta S.
Th.ꝙ dictum Aug.in præſenti c. intelligitur qñ incertum
eſt nobis qui ſunt valde boni pro quibus rogatur, cõcor-
dat Pet.de tharan. dicens ꝙ intelligitur illud de valde bo
nis de quibus non conſtat, & ibi Bonauent.dicens ꝙ illud
intelligitur qñ probabiliter de ſalute alicuius dubitatur.

Ad ſecundũ
¶ Ad ſecundam reſpondetur iuxta eundem S.Th.ꝙ hmõi
locutiones nõ ſunt intelligẽdæ ꝙ ſancti in gloria proficiãt
quantũ ad ſe,ex hoc ꝙ eorum feſta recolimus,ſed quia no
bis ꝓficit cũ eorũ gloriã ſolẽnius celebramus,ſicut ex hoc
ꝙ Deum cognoſcimus & laudamus,& ſic quodam modo
eius gloria in nobis creſcit nihil Deo, ſed nobis accreſcit.
Ad tertium S. Thom.
¶ Ad tertiã dicendum negãdo conſequentiã, & rõ eſt ſm
S.Tho.ꝙ licet ſacramenta efficiant quod figurant non tñ
effectum illum ponunt circa omne illud quod figurant,
alias cum figurent Chriſtum in ipſo Chriſto efficerẽt, qđ
eſt abſurdum,ſed efficiunt circa ſuſcipientem ſacramentũ
ex virtute eius quod per ſacramentum figuratur,& ita nõ
ſequitur qđ ſacrificia pro defunctis oblata ſanctis proſint,
ſed bene quod ex meritis ſanctorũ qui recolũtur vel ſigni
ficantur in ſacramento proſint alijs pro quibus offerũtur.
Ad quartũ.
¶ Ad quartum reſpondetur negando conſequẽtiam,& rõ
eſt quia licet multiplicatis noſtris bonis ſanctis de plurib.
gaudeant naturaliter non ſequitur ꝙ intenſius gaudeãt,ſi-
ue ꝙ formaliter augeatur gaudium eorum,& rõ eſt ſm S.
Th.quia oĩs paſſio formaliter augetur ſm rõnem obiecti
ſui.Rõ aũt gaudendi in ſanctis de quibuſcunque gaudent
eſt ipſe Deus,de quo nõ poſſunt magis & minus gaudere,
quia ſic eſſentiale eorum præmium variaretur,ꝙ conſiſtit
in hoc ꝙ de Deo gaudẽt,vnde ex hoc ꝙ bona noſtra mul
tiplicantur de quibus gaudendi ratio eis Deus eſt,non ſe-
quitur ꝙ intenſius gaudeant, & ideo non ſequitur ꝙ ora-
tionibus noſtris iuuentur.

7 Ad tertium Sic proceditur.†Et vr̃ ꝙ ſuffragia pro
ſint valde malis.i.damnatis.¶ Primo Primũ ar.
ſic ex præſenti c.vbi ait Au. ꝙ quibus valent ſuffragia vel
ad hoc proſunt vt ſit plena remiſſio vel ad hoc vt tolerabi
lior ſit eorum dãnatio, ſed ſoli illi qui in inferno ſunt dã-
nati eſſe dicuntur.ergo etiã exiſtentib.in inferno ſuffragia
proſunt.¶ Secundo ſic 2.Mach.12.dr̃ ꝙ inuenerunt ſub tu Secundũ ar.
nicis interfectorum de denarijs idolorum à quibus lex ꝓ
hibet iudeos, & tñ poſt ſubdit ꝙ iudas 12.milia dragmas
argenti miſit hieroſolimam offerri per peccatis eorũ.Cõ
ſtat aũt illos peccaſſe mortaliter contra legem agentes,&
ita in peccato mortali deceſſiſſe,ergo,&c.¶ Tertio in vitis Tertium ar.
patrum legitur, ꝙ etiã Damaſus in ſermone ſuo refert ꝙ
Macharius inuenta in via caluaria cuiuſdam defuncti cha
ritate oratione pręmiſſa quæſiuit cuius caput fuiſſet.Et ca
put dedit reſponſum ꝙ fuerat ſacerdotis gẽtilis qui in in-
ferno erat damnatus,& tñ confeſſus eſt oratione Macharij
ſe & alios iuuari,ergo,&c.¶ Quarto idẽ arguitur ex eo qđ Quartũ ar.
Damaſus in eodem ſermone narrat,ꝙ Greg.pro Traiano
orationem fundens, audiuit vocem ſibi diuinitus oblatã,
vocem tuam audiui, & veniam Traiano do. cuius rei(vt
Damaſus dicit (teſtis eſt oriens, & occidens,ſed conſtat
Traianum in inferno fuiſſe,quia multorum martyrũ ne-
cem amaram inſtituit,vt idem Damaſus dicit.ergo ſuffra
gia eccleſiæ valent valde malis qm̃ ſunt in inferno.¶ Quin Quintũ ar.
to ſic miſericordia exaltat omne iudicium ſicut dicitur Ia
cobi 3.ergo exaltat iudicium condemnationis:ergo vide-
tur ꝙ ex miſericordia concedatur aliquod alleuiamen dã
natis interceſſionibus ſanctorum.¶ Sexto ſic dicit beatus Sextum
Dionyſius in vlt.c.eccleſiaſticæ hierarchiæ,ꝙ magis valet
oratio defunctis q̃ viuis, ſed pro viuis exiſtentib. in pecca
to mortali orat,& exauditur ſæpe orõ. ergo multo magis
pro defunctis dãnatis debet orari & valebit ꝓ eis oratio.
¶ Septimo ſic,damnatus qui fidelis fuit de eccleſia fuit nu Septimũ ar.
mero licet non merito, ergo aliquid debet ei poſt mortẽ
melius eſſe quam illi qui nec numero nec merito fuit de
eccleſia, ſed conſtat ꝙ illi qui numero & merito fuit de ec
cleſia valent ad remiſſionem.Illi aũt qui nec numero, nec
merito fuit nihil valent.ergo illi qui numero fuit non me
rito valent ad tolerabiliorem damnationem. ¶ Octauo Octauũ ar.
arguitur ex illo, q̃ eccleſia orat à porta inferi &c.& iterũ
ne abſorbeat eas tartarus,& hmõi multa.Sed cõſtat ꝙ iſta
non dicuntur pro animabus ſanctis nec pro illis quæ ſunt
in purgatorio,quia non ſunt in huiuſmodi periculo: ergo
videtur quod habeant intelligi pro damnatis.¶ In oppo- Opponit ĩ contrariũ.
ſitum eſt illud Iob, nulla eſt redemptio in inferno, item
beatus Dionyſi. 7.c.eccleſiaſticæ hierarchiæ,dicit, quod
ſummus ſacerdos pro immundis nõ orat, q̃a in hoc auer-
teret à diuino ordine,vbi dicit cõmentator,ꝙ pro pecca-
torib.nõ orat remiſſionẽ,quia nõ audiretur pro illis.¶ Rñ Reſpõdet.
deo dicẽdũ ꝙ circa dãnatos in inferno fuit duplex opinio

vt narrat S. Tho. in 4. di. 45. Quidam. n. dixerunt in hoc distinguendum esse dupliciter. vno modo quantum ad tempus dicentes, ꝙ post diem iudicij nullus in inferno existēs suffragio iuuabitur, sed ante diem iudicij aliqui iuuantur suffragijs ecclesiæ. ¶ Secundo distinguebant quantum ad personas in inferno detentas, inter quas quosdam dicebāt valde malos qui sine fide & sacramentis ecclesiæ decesserunt, & talibus, quia de ecclesia non fuerunt nec numero, nec merito suffragia etiam prodesse nō possunt, aliqui vero sunt non valde mali qui. s. de ecclesia fuerunt numero fidem habentes & sacramentis imbuti, & aliqua opera de genere bonorum facientes, & talibus dicunt suffragia prodesse. ¶ Sed occurrebat eis quædam dubitatio eos perturbans, quia videbant ex hoc sequi. Cum pœna inferni sit finita ſm intentionem, quamuis duratione infinita existat ꝙ multiplicatis illis suffragijs pęna illa totaliter auferetur quod est error Origenis. Præpositiuus. n. dicit ꝙ tm̄ suffragia possunt pro damnatis multiplicari ꝙ à pœna totaliter reddentur immunes non quidem simpliciter sicut Origenes posuit, sed ad tēpus. s. vsque ad diem iudicij, tunc. n. aīę iterato corporibus coniunctæ in pœnas inferni sine spe veniæ retundentur. Sed ista opinio non videtur posse stare, quia videtur diuinæ prouidentiæ repugnare quæ nihil in rebus inordinatum relinquit. Culpa. n. ordinari non pōt nisi per pœnam, vnde non potest esse, vt pœna tollatur nisi prius culpa expietur. Et ideo cū culpa continue maneat in damnatis eorum pęna nullatenus interrumpetur. Et ideo Porretani alium modū inuenerunt dicentes, ꝙ hoc modo proceditur in diminutione pœnarum per suffragia, sicut proceditur in diuisione linearum, quæ cum sint finitæ, in infinitum tñ diuidi possunt, & nunquā per diuersionem consumitur dum fit subtractio non ſm eandē quātitatem sed ſm eandem proportionem, velut si primo auferatur pars quarta totius, & secundo quarta illius quartæ & iterū quarta alterius quartæ, & sic deinceps in infinitum. Similiter isti dicunt, ꝙ per primum suffragium diminuitur aliquota pars, & per ſm pars aliqua remanentis ſm eandem proportionem, vt si primum suffragium (v. g.) tollit centesimam partem pœnæ, per ſm tollitur centesima pars residui, & per tertium centesima pars illius residui, & sic manet vt dicunt pœna, quia est diuisibilis in infinitum. Sed iste modus, vt dicit S. Thom. multipliciter reperitur defectiuus. Primo quidem quia infinita diuisio quæ congruit continuæ quantitati, non videtur posse trāsferri ad q̄titatē spūalē, vnde dicit Alb. in qua arte didicerūt ꝙ pœna diuisibilis erit in infinitum. Hoc. n. falsum est, quia & corpus naturale non est diuisibile in infinitum. ergo multominus dispositio corporis vel aīæ, licet de mathematico tm̄ probatum sit ꝙ est diuisibile in infinitum. Secundo quia non est aliqua ratio quare ſm suffragium minus minuat de pœna quam primum cum sit æqualis valoris. Præterea sicut arguit Albertus magnus. Duobus existentibus æqualibus in virtute actiua patiente autem existente fortiori & debiliori ad patiendum & resistendum agenti, magis agit impatiens id quod venit fortius. Sed duo æqualia suffragia sunt agētia, & damnatus primo magis resistere potest, quā secundo. ergo ſm plus tollit de pœna, quām primum, & ita nulla est fictio illa. ¶ Adhuc quæratur ab illis quare ſm cū sit æquale primo, vnus tollit quam primum. Et clarum est ꝙ non poterunt assignare causam. Ergo cum dictum irrationabile sit, est abijciendum. ¶ Tertio sic, quia in diuisione lunæ tandem prouenitur ad hoc, ꝙ nō sit sensibile. Corpus. n. sensibile non est diuisibile in infinitum, & sic licet ſm diminuat similem pœnam in proportione, & nō ęqualē, tñ tot fieri possunt, quot pœna insensibilis efficeretur, & ita inciderent in inconueniens quod vitare volunt, vt arguit do. Albertus. ¶ Quarto, quia pœna diminui non pōt, nisi diminuatur culpa, sicut nec auferri, nisi ea ablata, vnde super illud ecclesi. 40. A præsidente &c. Dicit gl. in inferno nulla est mitigatio. Et ideo alij inuenerunt alium modum. Altisiodorensis dicit quod suffragia prosunt defunctis nō quidem per diminutionem vel interruptionē, sed per confortationem patientis, sicut si homo portaret graue onus facies sua perfunderetur aqua frigida. Sic. n. confortaretur ad melius portādum. cum tñ onus suum in nullo leuius fieret. Sed hoc iterum esse non pōt, quia vt arguit Alb. magn. & cōcordat S. Th. nulla est hoīs & aīæ passibilitas ab æterno igne, nisi quam facit culpa: ergo manēte eodem modo passibilitate quæ est à culpa, & vno modo agente ignē, vna erit passio semper. Constat aūt ꝙ culpa in oībus damnatis manet vno modo semper immobilis. Ergo si est diuersitas hoc erit ex parte ignis agentis, sed hoc est falsum, quia dicit Greg. ꝙ vno mō agit, sicut sol vno modo agit in eos, qui ex diuersis causis infirmantur si soli exponantur, & tñ illi non vno modo patiuntur. Præterea vt arguit Albertus, aīa non suscipit confortationem nisi per gratiam gratum facientem, aut gratis datam. Sed aīa damnata nō est in statu suscipiendi gratiam. ergo nulla est hmōi confortatio. ¶ Item similitudo corporalis non habet locum in spiritualibus, quia spiritus non habet passibilitatem nisi ex culpa, ergo nulla fiet in eo confortatio, nisi per culpę alleuiationem. Hanc aūt impossibile est alleuiari, ergo nullam damnati possunt recipere consolationem, aut cōfortationem, ergo constat hanc opinionem falsam esse vel potius erroneam. Et vt dicit S. Tho. est præsumptuosa, vtpote sanctorum dictis contraria, & vana, quia nulla autoritate fulcita: Et nihilominus irrationabilis. Tum quia damnati in inferno sunt extra vinculum charitatis ſm quam opera viuorū continuantur defunctis. Tum quia totaliter ad viæ terminum peruenerunt recipientes vltimam pro meritis retributionem, sicut etiam sancti qui sunt in patria. Quòd. n. ad huc restat de pœna vel gloria corporis hoc eis rationem viatoris non præbet cum gloria essentialiter & radicaliter consistat in anima, & similiter miseria damnatorum. Et iō non potest eorum pœna diminui, sicut nec gloria sanctorum augeri, quantum ad præmium essentiale. ¶ Item est alius modus dicendi, videlicet quod non prosunt quantū ad diminutionem pœnæ, vel interruptionem, vel quantū ad diminutionem pœnæ sensus. Sed quia ex hmōi suffragijs eis aliqua materia doloris subtrahitur, quę eis esse posset ita se abiectos à viuis conspicerent ꝙ pro eis nullam curam haberent, quæ materia doloris eis subtrahitur dū suffragia pro eis fiunt. Sed istud etiā non pōt stare ſm legem cōem, quia vt Aug. dicit in libro de cura pro mortuis habenda, quod præcipue de damnatis verum est, ibi sunt spiritus defunctorum vbi non vident quæcunque agūtur aut eueniunt in ista vita hominibus: Et ita non cognoscunt qñ pro eis suffragia fiunt, nisi supra legem communem hoc remedium diuinitus aliquibus damnatorum detur, quòd nullo modo videtur credendum, quia sicut beatis nihil est negandum, quod cedat ad cumulum gaudij, & gloriæ. Ita damnatis nihil est concedendū, quod faciat ad mitigationem doloris vel pœnæ. ſm Greg. Sed videre suffragia pro se fieri damnatis cederet ad mitigationem doloris, vt dicit ista opinio: ergo eo ipso non est dicēdum quod videat. ¶ Secundo, quia in damnatis non est ponendum aliquid quod specialiter diuinam reuelationem requirat. Hmōi aūt est quod dānati videant quæ fiunt in mundo. ergo &c. Maior patet, quia specialis reuelatio specialem gratiā exigit & beneficium. minor patet ex illo Aug. supra posito, & ex illo Gregorij super Iob, dicentis. Sicut qui adhuc viui sunt mortuorum animæ quo loco habeant ignorant. Ita mortui qui carnaliter vixerunt vitā in carne positam qualiter postea disponentur ignorant. Item alij vt tangit Au. de anchona in lib. suo de ecclestastica potestate dicunt suffragia prodesse dānatis aliquibus quo ad mitigationē pœnæ sensibilis. Et hoc tribus modis, primo per sociorū subtractionē, quia multi saluantur per suffragia ecclesiæ, qui fuerunt eorum exemplo & doctrina corrupti qui si nō saluarentur eorum pœna augeretur. Et non confirmant hāc suam opinionem ex illo Aug. dicentis, ꝙ pœna Arrij nōdum determinata est, quia nondum determinati sunt illi, qui eorum praua doctrina & exemplo malo corrupti fuerant. Iste modus dicendi non valet propter multa. primo, quia licet per salutationem talium damnatorum pœna nō aggrauaretur siue augeretur, non propter hoc dr̄ diminui pœna quam iā habent. Tum secundo quia vt dicit dñs Bonauentura aliud est de augmentatione & remissione, quia remissio non pōt fieri vbi non est charitatis fundamentū. Et ideo arrius, quia nō habuit nec habet charitatis radicē, sed est in malitia obstinatus, pōt eius & similium pęna augeri non aūt diminui. ¶ Tertio, quia eadem ratione dicerentur suffragia ecclesiæ prodesse diabolis, qm̄ ex multitudine damnatorum aggrauatur etiam eorum pœna, quòd tamē est contra opinionem omnium. ¶ Quarto, quia licet orando pro viatoribus ex consequenti orari videmur pro damnatis,

Error Origenis præpositiuus.

Correctain.

Alb. mag.

Altisiodorēsis.

Cōtra altisiodorēsem. Albertus, San. Thom.

Grego.

Albertus.

S. Thomas

August.

Greg.

Greg.

August de auaona

Contra ptæ dictam opi.

Bonauen.

damnatis, quia expedit eis ꝙ pauci damnētur quia ex multitudine aduenientium pœna eorum aggrauatur, nullo tñ modo est orandum quod hoc bonum ipsi consequentur, vnde si quis oraret ꝙ quis viator haberet gratiá, vt.s.alius .s.damnatus aliquis grauius puniretur, peruersa esset ipsius oratio, vtpote ad indebitum finē ordinata. Iste modus dicēdi satis patet, nullius est valoris, quia licet per saluationem talium impediatur ne damnatorum pœna augeatur, nō tñ pp hoc diminuitur pœna quam iam actu habent. Præterea vt dicit dominus Bonauentura non est simile de remissione & augmentatione, quia remissio debet fundari super fundamentum Charitatis. Et quoniam Arrius habet malam voluntatem. Est.n.obstinatus in malitia, ideo pōt augeri eius pœna, non autem remitti. Pari aūt modo confutatur modus dicendi quod aufertur eis timor maioris damni, cum multi per suffragia ecclesiæ saluantur. Tñ quia hoc nō remittit pęnā sensibilem, quam habet. Secundo, quia non cognoscunt pro quibus hæc fiant suffragia sicut supra dictum est. ¶ Tum tertio quia pariter dicendū esset quod prodessent diabolis, quorum etiam damnatio crescere dr̄ ex multiplicatione damnatorum, sicut dictū est. ¶ Secūdus modus, quo suffragia dicunt posse prodesse damnatis est per confortationem, & fortificationem, fortificantur. n. vt dicunt per prædicta suffragia dānati vt tolerabilius possent pœnam ignis seu aliam pęnam sensus sustinere. ¶ Sed ista opinio videtur fantastica, qm̄ vt supra fuit argutum, iam talis confortatio ibi non est possibilis, quia si fortificantur aut fortitudine gratiæ, aut naturæ nō gratię, vt constat. Non naturę, vt etiam patet, quia talis fortitudo non est à natura, ergo ille modus dicēdi non habet fundamētum rationis quia nec virtus gratię noua additur, nec virtus gratiæ melioratur, nec dispositio contraria tollitur. Confirmant aūt opinionē ex illo Aug. quod ponitur in præsenti c. ꝙ mediocriter malis quos dicit esse damnatos, qui fuerunt fideles Christi & multa bona fecerunt existentes in gratia talibus prosunt suffragia, vt plena sit eorū remissio quantum ad eos qui sunt in purgatorio aut tolerabilior eorum damnatio quantum ad eos qui sunt in inferno. ¶ Secundo confirmant sic suffragia [a] illis prosunt qui meruerunt hic vt eis prodesse possent, Sed multi dum vixerunt fuerunt in gratia cum qua meruerunt, vt sibi prodessent bona quæ fierent pro eis post mortem. ergo si pro talibus fiant suffragia, post mortem prosunt ipsis & sic nō pp charitatem cum qua decesserunt. Tum pp charitatem quam prius habuerunt, iste modus dicendi est aliquorum iuristarum, & ponitur in gl. præsentis c. vbi dicit Hu. & gl. post eum, ꝙ Augu. distinguit hic quatuor genera hominū mortuorum. s. valde bonos valde malos, mediocriter bonos, & mediocriter malos. Et subdit ꝙ pro valde bonis nō est orādum, quia iniuriam facit martyri, qui orat pro eo, nec pro valde malis, sed mediocriter bonis possunt suffragia prodesse vt citius liberentur ab igne purgatorij. Et mediocriter malis prosunt vt mitius puniantur, nunquam tñ liberētur, sed iste modus dicendi licet in parte sit supra patenter ostensus irrōnabilis, ostenditur tñ spālius ondendo eorum fundamenta quę falsa esse inducunt. Primum.n.qđ dicunt Aug. posuisse quatuor genera hoīm defunctorum, ita ꝙ intellexit alios esse mediocriter malos, & mediocriter bonos, hoc.n. falsum est, quia licet illa distinctio Au. sit in voce quadrimembris quo ad rem tñ non est, sed trimēbris, qm̄ mediocriter boni & mediocriter mali idem sunt .s. illi qui decedunt in gratia cum peccato veniali vel cum debito pœnæ pro peccatis mortalibus de qubus ante mortem penituerunt, & quod ita sit probatur iuxta Durandū in 4. sic, mediocriter bonus vel omnino non est malus, vel est valde malus, vel est mediocriter malus, non potest dici ꝙ omnino sit malus, ita ꝙ nihil malitiæ habeat, nec ꝑm actum nec ꝑm reatum, quia talis qñ decedit statim euolat, quia non habet culpam ꝑm actum nec reatum pœnæ debitæ. Qui autem statim euolat ad cœlum est valde bonus, & non mediocriter bonus nec potest dici ꝙ sit valde malus, quia valde malis ꝑm istos non prosunt suffragia, prosunt aūt mediocriter bonis, & ideo mediocriter boni non sunt omnino mali nec omnino non mali vt probatum est. ergo sunt mediocriter mali, similiter potest argui, ꝙ mediocriter mali sint mediocriter boni, quia mediocriter malus aut omnino nihil habet de bonitate, aut est valde bonus, aut mediocriter bonus, non potest dici ꝙ nihil habeat de bonitate, quia tunc esset valde malus, nec potest dici ꝙ sit valde bonus, qa tunc nō indigeret suffragijs. ergo relinquitur ꝙ mediocriter mali sunt mediocriter boni & econuerso, vnde beatus Augu. vtrisque. idem attribuit. s. ꝙ possunt iuuari suffragijs mortuorum, vnde vt dicit S. Th. idē sunt qui dicuntur mediorciter boni, & mediocriter mali. Mediocriter boni dicuntur inquantum deficiunt à perfectione bonitatis, quia. s. non sunt sine venialibus, nec plene satisfecerūt in vita, sed etiam mediocriter mali inquantum deficiunt à perfecta malitia quæ est peccatū mortale, quia non habent mortalia. His aūt quandoque suffragia ꝓsunt ad mitigationem pœnæ, qñque aūt ad plenam absolutionem ꝑm differentiam quantitatis cremabilium, & suffragiorum, & ita fundamentum illud iuristarū de distinctione reali illorum membrorum. s. mediocriter bonorum, & mediocriter malorum est falsum. ¶ Præterea falsum dicūt cum dicunt per valde malos intelligere qui fidem non habuerunt. Constat. n. per paruulos decedentes in solo originali fidem non habuisse, quos tamen absurdum est dicere esse valde malos, quod eorum pœna ostendit quæ mitissima est pœnarum. vt dicit Aug. Si vero dicunt, ꝙ intelligūt de adultis, cum ergo paruuli prædicti non sint ꝑm eos valde mali. ergo eis proderunt suffragia, cum non valde malis prosint, sed hoc iterum est falsum, ergo fundamētum eorum omnino est friuolum. Quod vero cōsequenter dicūt ꝙ meruerunt existentes hic in gratia, ꝙ prodessent eis suffragia quæ fierent pro eis. ¶ Respondetur ꝙ cum decesserint in peccato mortali meritum præteritum eorum si qđ habuerunt mortificatū est. ꝑm illud Eze. 18. si iustus auerterit se à iustitia omnium quæ operatus est non recordabor amplius, vnde hoc fundamentum eorum est falsum, qm̄ per ingratitudinem meretur homo accepta beneficia amittere, & ideo quantumcunque paruum peccatū mortale pro quo homo deo ingratus de acceptis beneficijs fit, oīa bona præcedentia perdit quantacunque fuerint ad fructum vitæ æternæ, vt dicit S. Th. ¶ Tertius aūt modus quo dicunt suffragia damnatis posse prodesse, est per ipsius pęnæ aliqualem relaxationē, quia cum ignis infernalis sit instrumentū diuinæ iustitiæ, taxatur à Deo ꝙ tm̄ habeat affligere, & non plus minui de eo, iste modus est superius reprobatus, quia talis pœnæ relaxatio ꝑm diuinā iustitiā nō videtur possibilis nō diminuta aut relaxata culpa cū Deu. 25. dicatur ꝑm mensuram delicti sit plagarum modus. dimissis ergo præfatis opinionib. imo, vt dicit Alber. ma. potius erroribus ponēda est opinio secura vera & catholica, quam sanctorum confirmat autoritas, quam oēs fere magis famosi & illustriores doctores theologiæ sequuntur, & est Albert. mag. S. Tho. dn̄s Bonauent. Petrus de tharantasia. Innocen. 5. Richardus de media villa Durandus. Petr. de palud. & quam rationum efficacia consolidat & confir-
8 mat, † quæ est quod suffragia nullo modo prosunt damnatis. Ista conclusio primo patet ex inductis in princ. conclusionis. ¶ Secundo ex illo Augu. Et ponitur à magistro sententiarum in 4. dist. 45. qui sine fide operante per dilectionem eiusque sacramentis de corpore exierunt frustra illis à suis hmōi officia impēduntur, sed omnes damnati sunt hmōi. ergo non prosunt suffragia eis. ¶ Tertio patet ex illo beati Gregorij ad Bonifacium. x̄. e. q. c. pro obeuntib. dicens ꝙ pro impijs quamuis christiani fuerint tale quid. s. oblationes & suffragia facere non licebit. Liceret aūt si talia suffragia illis prodesse possent, rōne probatur sic. Suffragia vnius prosunt alteri, quatenus sunt membra vnius corporis, sed damnati qui iam obstinati sunt in malo iam nō sunt membra corporis ecclesiæ cum sint præscissi irreuocabiliter per finalē sententiam. ergo suffragia ecclesiæ cuiuscunque membri de ecclesia nō possunt eis prodesse. ¶ His habitis dicendum est ad rōnes in oppositum. Ad primam dicendū, ꝙ damnatio in verbis illis large accipitur ꝓ quacunque punitione, vt sic includat etiam pęnam purgatorij quæ quandoq; totaliter per suffragia expiatur, qñque nō, sed diminuitur, concordant cum S. Tho. Albertus Bonauētura, & ceteri supra nominati. Sic. n. etiam in humano iudicio non solum dicitur condemnatus qui ad mortem condemnatur, sed etiam qui ad carcerem ad tempus condemnatur, vel ad pœnam pecuniariam, de qua aliquando liberatur, & sic est in proposito. ¶ Ad secundam respondetur iuxta Sanctum Thomam quod donaria idolorum non fuerint inuenta apud illos mortuos, vt ex eis signum

Bonuaen.

Contra prædictam opi.

a ¶ Suffragia adde ꝙ suffragia nō prosunt qñ petitio ē in iusta Pet. de Anc. in c. 1. nu. 3. ne se de vacant.

Duraudus

August. S. Thomas

Opponit & Respōdet.

S. Thom.

Albertus.

Albertus. S. Thom. Bonauen. Pet. de tar.

Ad primum argumen.

S Thomas. Albertus. Bonauent. Ad secundū

signum accipi posset, ꝙ in reuerentiam idolorum ea deferrent sed ea acceperunt vt dictores quæ eis iure belli debebantur, & tñ per auaritiã venialiter peccauerunt, vnde nõ fuerunt in inferno damnati, & sic suffragia eis prodesse poterant: concordat Albertus magnus per totum.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiã respondetur iuxta S. Th. quod illud adiutorium non erat, ꝙ pœna eorum diminueretur, sed in hoc solo, vt ibidẽ dr ꝙ Machario orante concedebatur eis, vt mutuo se viderẽt & in hoc aliquod gaudium non verum, sed fantasticũ habebant dum implebatur quod desiderabat sicut solatium est miseris socios habere in pœnis, sicut & demones gaudere dicuntur dum hoĩes ad peccata pertrahunt, quamuis per hæc eorum pœna nullatenus minuatur, sicut nec minuitur angelorum gaudium per hoc ꝙ malis nostris compati dicuntur.

Ad quartũ.

San. Thom. 9

¶ Ad quartum de facto Traiani respondetur hoc modo iuxta S. Th. † quod potest probabiliter æstimari, ꝙ præcibus beati Gregorij ad vitã fuerit reuocatus, & ibi gratiam consequutus sit per quã remissionẽ peccatorum habuerit, & per consequens immunitatem à pœna, sicut etiã apparet in oĩbus illis qui fuerunt à mortuis miraculase resuscitati, quorum plures constat idolatras & damnatos fuisse de omnibus. n. similiter dici oportet, quòd nõ erant in inferno finaliter deputati sed ẽm præsentẽ iustitiã meritorum. Secundũ autem superiores causas quibus preuidebatur ad vitam reuocandi, erat in eis aliter disponendum, vel dicendũ ẽm quosdam ꝙ aĩa Traiani nõ fuit simpliciter à reatu pœnæ æternæ absoluta, sed eius pœna fuit suspensa ad tempus. s. vsque ad diem iudicij, nec tñ hoc reducendum est ad consequentiã ꝙ hoc fiat cõiter per suffragia, qm̃ alia sunt quæ lege cõi accidunt, & alia quæ singulariter ex priuilegio aliquibus conceduntur.

Ad quintũ. Alb. mag.

10 ¶ Ad quintum respondetur iuxta Albertum magnum. † quod duplex est misericordia liberans & relaxans. Liberantẽ aũt non sentiunt dãnati sed relaxantẽ, non tñ in suffragijs, sed in hoc ꝙ circa condignum puniuntur.

Bonauen.

11 Pro quò notãdum iuxta Bonauenturam, † ꝙ relaxatio pœnæ damnatorum põt dupliciter intelligi aut quantum ad taxationem & inflictionẽ pœnæ, & sic absque dubio ex diuina misericordia est ibi mitigatio, siue relaxatio, quia diuina iustitia non totũ exigit pro eo, ꝙ eius pietate interueniente aliquam partem pœnæ infligendo remittit. Alio modo põt intelligi mitigatio, siue relaxatio pœnæ post pœnæ taxationẽ & inflictionem, & hoc modo nulla cadit relaxatio, aut mitigatio à diuina misericordia, quia ex tunc claudit eis dñs viscera pietatis, hæc ille.

Ad sextum.

¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam. Et ratio est ẽm S. Tho. & Albertum, qm̃ quantum ad hoc magis acceptatur suffragium pro mortuo, quam pro uiuo, quia magis indiget cum non possit sibi auxiliari, sicut viuus põt, sed quantum ad hoc viuus est melioris conditionis, quia põt transferri de statu peccati mortalis, & emẽdari põt & nõ mortuus, & ideo nõ est eadẽ causa orandi pro mortuis & pro viuis.

Ad septimũ Albertus.

¶ Ad septimam respondetur iuxta D. Albertum, quod fidelis dãnatus ex hoc ꝙ fuit de ecclesia numero multa alia bona consecutus est, sicut peccati originalis dimissionem, & forte multorũ aliorũ peccatorum & retractionem à multis alijs peccatis, & præcipue quod est maximum omnium. s. euitationem infidelitatis. Sed non puto quod aliquis plus habeat de suffragijs, quam alius, vnde vt dicit Albertus in argumento est fallacia consequentis sic arguendo. Si aliquid consequitur qui fuit de ecclesia numero: ergo hoc vel illud: consequentia est nulla potuit. n. aliud consequi quam istud.

Ad octauũ.

¶ Ad octauũ respondetur, quod orationes illæ non fiunt pro beatis, nec pro damnatis, sed pro existentibus in purgatorio. Rõ aũt quare ecclesia dicit à porta inferi &c. est pp pœnarum purgatorij acerbitatem ostendendã de cuius acerbitate Aug. loquens dicit, ꝙ sic habet se ignis purgatorius ad pœnas præsentes, vt ignis verus ad ignẽ pictum, vel orat ecclesia sic ad ostendendum propinquitatem purgatorij ad infernum, vnde infernus ibi large sumitur pro purgatorij loco, & cum dr̃ ne absorbeat eas tartarus, sensus est. i. ne teneat, absorptas. i. deputatas, aut diu captiuas, sed liberẽtur inde.

August.

12 Ad quartum Sic pceditur. † Et videtur ꝙ suffragia, quæ fiunt per viuos nõ prosũt defunctis mediocriter bonis, & mediocriter malis. i. existẽtibus in purgatorio.

Primũ ar.

¶ Primo sic. iusti. n. iudicis est non relaxare pœnã iuste inflictam. Sed pœna purgatorij est iuste inflicta existentib. ibi: ergo relaxari non debet.

Secũdũ ar.

¶ Secundo sic, aĩæ in purgatorio detinentur, vt ibi purgatæ perueniãt ad regimẽ, quia nihil inquinatõ incurrit in illud, sed nihil põt purgari nisi circa ipsum aliquid fiat. Sed virt' viui nõ pertingit ad mortuum. Cũ ergo non agat circa ipsum nõ videtur ei valere eius suffragium.

Tertiũ ar.

¶ Tertio sic pœna purgatorij est finita. Si ergo per suffragia aliquid diminuitur tñ poterũt multiplicari suffragia, ꝙ tota tolleretur, & ita peccatum remanebit impunitum, quod videtur diuinæ iustitiæ repugnare.

Quartũ ar.

¶ Quarto sic. pœna purgatorij mensuratur ẽm quãtitatem cremabilis: ergo cum suffragia nõ minuãt culpam: ergo nec aliquid de pœna, quod autẽ non minuãt culpam patet, quia solus Deus habet hunc effectum in aĩa.

Opponit in contrarium

¶ In oppositum est c. præsens, vbi dicit Augus. ꝙ suffragia prosunt mediocriter bonis & mediocriter malis. Secundo arguitur ex autoritate & vsu ecclesiæ quæ orat pro defunctis in purgatorio existentibus. Cum ergo ecclesia nõ decipiatur, patet ꝙ suffragia ecclesiæ prosunt illis.

Respõdet.

13 ¶ Respondeo dicendum. † ꝙ suffragia ecclesiæ siue, quæ per viuos fiunt in ecclesia prosunt defunctis existentib. in purgatorio & solis illis. Quo ad primam partem ista conclusio est sæpe probata in superiorib. nihilominus probatur sic I. dicit Dionysius 7. c. ecclesiasticæ hierarchiæ, ꝙ in diuinis sacerdos pro mortuis orãs pro illis orat, qui sancte vixerunt, & tñ aliquas maculas habuerunt ex infirmitate humana contractas, sed tales in purgatorio detinentur: ergo conclusio vera.

Dionysius.

¶ Secundo ratione sic. ¶ Quorum est vna charitas vniens in vno corpore eorum est cõicatio bonorum adinuicem, sed vna est charitas ecclesiæ militantis cũ his qui sunt in purgatorio, & indigent. ergo bona facta in ecclesia militante possunt proficere per modum suffragij existentibus in purgatorio. ¶ Tertio sic, pœna purgatorij est in supplementum satisfactionis quæ non fuerat plene in corpore consumata, sed vt superius circa c. non æstimemus, dictum est opera vnius possunt valere ad satisfactionem siue viuis siue mortuis. ergo absque dubio credendũ est suffragia per viuos facta existentibus in purgatorio pdesse posse.

Bonauen.

¶ Quarto sic, iuxta dñm Bonauenturã duo sunt quæ faciunt suffragia ecclesiæ valere. s. dignitas & necessitas, iustitia. n. considerat dignitatem. Digni aũt sunt qui in charitate decesserunt ab alijs ecclesiæ membris adiuuari, maxime si ipsi alios adiuuerunt. Misericordia vero considerat necessitatem & hæc quidẽ magna est in his, qui sunt in purgatorio, quia grauiter puniuntur, & se imitare non possunt. ergo vllo dubio confitendum est per ecclesiæ suffragia defunctos existentes in purgatorio adiuuari.

Ad primũ argu. Albertus.

¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur iuxta Albertum mag. quod illa pœna inflicta existentibus in purgatorio licet sit iuste inflicta & à iustissimo iudice, non est tñ ita confirmata, vt in aliam diuidi non possit, & ideo relaxari potest in parte vel in toto.

Ad secundũ

¶ Ad secũdam respondetur primo iuxta dominum Albertum, ꝙ suffragium factum per viuum pertingit ad mortuum virtute, & faciens pertingere est charitas comunicans oĩa bona quæ sunt in corpore mystico ecclesiæ. ¶ Secundo respondetur iuxta S. Thom. ꝙ purgatio animæ per pœnas purgatorij nihil aliud est quam expiatio reatus impedientis à perceptione gloriæ. Et quia per pœnam quam viuus sustinet pro alio potest reatus alterius expiari, vt dictum est, non est inconueniens si per vnius satisfactionem alius purgetur.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, vnde non est inconueniens si multiplicatis suffragijs in purgatorio existẽtium annihiletur nec ex hoc sequitur quod arguebatur, ꝙ peccata remaneant impunita, quia pœna vnius pro altero suscepta alteri computatur. Cõcordat dominus Albertus, & dominus Bonauen.

Ad quartũ.

¶ Ad quartũ respondetur, quod ratio non procedit. Et causa est iuxta dominum Bonauenturam, quia quantitas pœnæ non respicit maculã, sed reatã, & obligatio ad pœnam soluitur solutione penæ, facta ab ipso vel ab alio. ¶ Quo ad secundã partẽ. s. ꝙ suffragia prosunt solis existentib. in purgatorio. patet primo quia non prosunt paruulis non baptizatis, probatur cum illi decesserint sine fide per dilectionẽ operãte. Solis aũt talib. vt dicit Aug. suffragia prosunt. ¶ Patet secũdo, quia non prosunt damnatis, visum est in quæstione pcedẽti. ¶ Tertio quia non prosunt sanctis per modum indigentiæ quo ad præmium essentiale, vnde extra de celebra. missa. ca. cum marthæ. dr̃ mutata secreta Leonis papæ in qua dicebatur animæ Leonis papę prosit oratio, & dicitur vt

tur vt intercessione leonis. Hæc nobis prosit oratio, q̄a iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, prodest tñ eis ad gaudium accidentale, quia gaudium est angelis super vno peccatore &c. Luc. 15. Crescit aũt quia de plurib. sed non maius, vnde si certum est aliquem esse in cœlo, infide

14 litas est orare pro eo. ¶ Sed surgit quæstio. † Qũo pôt esse certum respondetur iuxta Petr. de pal. ꝙ multipliciter. primo per bibliã de quibus scriptum est sicut de apostolis, p̄ter filiũ perditionis & de patribus veteris testamẽti. secundo si pro fide sustinuerunt martyriũ. tertio si post baptismum statim decedat paruulus, quarto si est canonizatus quia par sacrilegij est dubitare vtrum dignus sit quem elegerit imperator. Licet. n. ecclesia erret iudicando hunc esse virum, & illam vxorem non pp hoc tñ in sacramento matrimonij. Sed hic cũ cultus religionis sit professio quædam fidei nostræ, si ecclesia erraret canonizando sanctum quem indicit colendum vniuersali ecclesiæ, videretur error in contingentibus fidem, quod aũt dr̄. Quod multorũ corpora venerantur in terris, quorum aĩæ sunt in inferno de non canonizatis, sed priuate bene licet venerari nondũ canonizatum. Circa hanc materiam etiam duæ aliæ quæstiones tractãtur maxime à doctorib. vna est. vtrum suffragia quæ fiunt pro vno defuncto magis proficiant ei p̄ quo fiunt quã alijs. Alia est vtrum suffragia facta pro multis tãtundem valeant singulis atque si pro vno quoque singulariter fierent, quas vide de consecra. dist. 5. super c. non mediocriter. vbi de eis disputauimus satis plene &c. Lege.

Quæstio. *Respondet.*

¶ [Tempus additis]. i. nobis occultis. Hu. dicunt autem abdita illa receptacula, qua nobis nunc occulta tunc aũt erũt manifesta. Intelligo autem nomine istorum abditorũ receptaculorum cœlum & infernum sed ideo tempus ante resurrectionem & post distinguit, quia modo in suis receptaculis sunt sine corpore, tunc erunt in corpore, & quia in aliquibus receptaculis sunt non aĩæ, in quibus post resurrectionem non erunt sicut quæque digna &c. q̄m vt dictum est in quæstione. Loca animarum distinguuntur ꝫm statum earum. Et status earum est duplex, vnus merendi In quo conueniunt, & ideo vnum locum tm̃ merendi habent. s. hunc mundum in hac mortali vita, alter recipiendi ꝫm merita vel demerita, & quia in hoc differunt, ideo diuersa loca recipiendi habent in alia vita. Nam si est finale præmium in bono sic est cœlũ. Si in alio, aut ratione actualis culpæ, & sic est infernus damnatorum, aut ratione originalis culpæ & sic est limbus puerorum. Si vero non habent finale præmium, aut impediuntur ratione defectus personæ, & sic est purgatorius, aut pp defectum naturæ, & sic erat limbus patrum, & sic patet, quod sicut vnaquæque aĩa digna est requie vel erumna, ita per meritum, qđ gessit in hac vita vel consecuta ex conceptione sua in hanc mortalem vitam, quod dr̄ pp paruulos qui nõ habent persona lia peccata sortita est receptaculum in alia vita. [nec negãdum est.] secunda pars. imo firmissime credendum est. Nã vt dicit Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda non parua est vniuersæ ecclesiæ quę in hac consuetudine, claret autoritas, vt in præcibus sacerdotis quæ domino Deo ad eius altare funduntur locum suum habeat commendatio mortuorum, quæ quidem cõsuetudo ab ipsis apostolis inchoauit, vt dicit Damasus in quodã sermone de suffragijs mortuorum [mediatori]. i. Christo. Hu. de istis suffragijs, & numero eorum satis dictum est in c. superiori [meruerunt.] non simpliciter, tunc. n. non fraudarentur merito suo, siue hoc fieret pro eis siue non, sed meruerunt sub conditione. s. vt si hęc fierent pro eis, possent eis prodesse. Et intelligo hoc potius negatiue quam affirmatiue, quasi diceret, qui non reddiderunt se in vita tales, vt hæc deessent eis si pro eis fierent. Hu. [est. n.] tertia pars. Ista verba vt diximus. s̃. in q. 3. & tangit S. Th. in 4. à diuersis diuersimode exponitur. illi. n. qui dicunt suffragia ecclesiæ prodesse defunctis existentibus in inferno, dicũt alios esse mediocriter bonos, & alios mediocriter malos. Sed in hoc errant isti vt visum est in quæstione, & hic errat Hug. & gl. quę sequitur illum ꝫm vero eos, qui dicunt suffragia non prodesse his qui sunt in inferno, idẽ sunt esse mediocriter bonos & mediocriter malos. Omnes vero qui sunt in inferno esse valde malos. Eos qui sunt in patria valde bonos, vt expositũ est in quæstione, nec debet Hu. habere pro inconuenienti, † ꝙ vnus

15 & idem homo diuersis respectibus sit mediocriter malus, & mediocriter bonus. Bonus inquam inquantum deficit perfecta malitia quæ peccati mortalis est. Et malus mediocriter inquantum deficit à perfectione bonitatis quæ est p carentiam culpæ venialis, & reatus peccatorum mortaliũ, de quibus in vita non est plene satisfactum. ¶ Præterea qđ dicit Hu. ꝙ in inferno nulla est redemptio ꝙ intelligatur post diem iudicij est error magnus, q̄m vt ostensum est ẽt nunc ante diem iudicij damnatorum in inferno nulla est redemptio, nec quantum ad liberationem omnimodam, nec quantum ad mitigationem aliquam cuiuscunque pœnæ. [dãnatio]. i. punitio, vt exponunt cõiter doctores theologi, vt. s̃. diximus. Aduertat leges huius c. gl. quia in multis & quasi in oĩbus est plena malis opinionibus & stultitijs.

Exponit literam. *Auguſt.* *Damaſus.* *S. Thomas* *Nota p̄ autoritate in inferno, &c.*

De obseruatione.

§. est, in quo ꝫm Io. de. & Arc. incipit nona pars huius quæstionis, in qua continetur de origine obseruantiæ variarum commemorationum defunctorum post mortẽ. Et continuatur sic ad præcedens, ꝫm Hu. quia dictum est, ꝙ sacrificia & eleemosynæ, & huiusmodi pietatis opera facienda sunt pro defunctis, sed quia ad hæc facienda christiani varios dies obseruant post mortem defunctorum, ideo magi. Grat. inducit sequens c. ad ostendendum vnde obseruantia inoleuit vel habuit principium.

Cõtinuatio

1 *Suffragia successiue continuata an valeãt tantum quantum simul multiplicata.*

Quod sic quo ad meritum instituentis nu. 2. Non tamen quo ad celeriorem liberationem a purgatorio nu. 3.



Vi alij. Hoc c. sumptum est ex beato Ambrosio in lib. de obitu Theodosij imperatoris: ¶ [Lectio.] Gen. c. 50. Et videtur ꝙ Ambrosius sequatur aliam translationem, quia nostra non habet sic ad literam, vt patet legenti [pueris] id est seruitoribus medicis [sepultoribus] conditoribus corporis patris sui, & forte ipsi postea sepelierunt eum, & ideo forte vacantur sepultores vt sepelirent eum. i. aromatibus condirent ad sepeliendũ. Hu. Deut. 34. [vtraque]. s. quæ continetur Gene. 50. de 7. & 40. diebus, & illa quæ cõtinetur in Deu. 34. de 30. dieb. Hu.

Exponit literam.

1 ¶ Circa hoc c. potest quæri, † vtrum suffragia tm̃ valeãt successiue continuata quantũ simul multiplicata, vt puta vnũ tricesimale continuatum quãtum 30. missę vna die à 30. sacerdotibus dictæ, & similiter annale quantũ, quãtum 366. missæ vna hebdomada à diuersis dictæ, & sic de alijs. ¶ Ad hoc respondet dñs Pet. de pal. in 4. di. 45. sub duabus cõclu

2 sionibus. † Prima ꝙ tm̃ vel plus valeãt suffragia ad meritũ instituentis continuata quã simul multiplicata. Hanc conclusionem probat ex hoc, quia est magis ad honorem dei continuatio talium vniuersaliorum, & hoc considerans ecclesia ea sic instituit. ¶ Secunda conclusio est † ꝙ ad celerio-

3 rem liberationem à purgatorio, & ad citius videndũ Deũ plus valeat accelerata multiplicatio suffragiorum, quæ cõclusio probatur exinde quia sacramentũ in proposito habitũ nunquam tantum valet ad pœnæ remissionẽ ex opere operato quantum ad actum sicut patet in baptismo flaminis qui nõ remittit totã pœnã sicut baptismus fluminis, & sic ẽt missa nõdũ celebrata ex opere operata nõ pôt habere tãtã efficaciã quãtã iã celebrata. Neutrum ergo est cõtemnendũ, quia vtrunq; bona intentione fieri pôt anniuersariũ, vt Deus clarius videatur per opus magis sibi honorificũ & multitudo missarum simul à diuersis dicendarũ, vt Deus citius videat, & ne diutius teneat vel torqueatur.

Quæstio. *Respõdet. Prima cõclusio.* *Secũda conclusio.*

Lugere autẽ.

§. est, in quo incipit decima pars huius quæstionis, in qua quia superius, facta erat mentio de luctu pro mortuis, magi. Gratia. ostendit per quatuor capitula sequentia qualiter lugendũ sit pro mortuis & qualiter non. Equidem ex desperatione futuræ resurrectionis non est lugendum, sed affectu pietatis & intuitu humanitatis lugere quis pôt exemplo Christi lugentis Lazarum mortuum.

1 *Mors an sit voluntarie, gaudenter suscipienda tam sua, quam suorum, quod sic nu. 2.*
3 *Fidelis nullus debet grauiter ferre mortem amicorum suorũ.*
4 *Luctus & fletus moderatus amicorum ex affectu pietatis, & humanitatis intuitu non prohibetur.*
5 *Voluntas duplex dicitur in Christo.*
6 *Inuiti operantes bonum indigni sunt præmio.*


Vam præposterum est.

Capitulum hoc quod inducit ad prædictum propositum est beati Cypriani, summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima (Diuisio.) assignat rationem quare voluntarie accipere debemus mortem, quando placuerit deo eos de hac vita euocare. In secūda assignat rationem quare in morte amicorum flere non debemus, quia.s.eos non amittimus, sed ad patriā præmittimus & secuturi eos sumus. Secunda ibi, idem nobis.¶ Pro intelligentia pleniori huius c.Quæritur. (Quæstio. Primū ar.)
1 † Vtrum mors sit voluntarie gaudenter suscipienda tam sua quam amicorum, & videtur quòd non. Quia omne quod est naturaliter, desiderat conseruationem sui esse & naturaliter refugit dissolutionē sui esse, sed mors est dissolutio vitæ humanæ: ergo nullus homo tenetur illam gaudenter suscipere aut libenter appetere. ¶ Secundo (Secundū ar.) arguitur de Christo qui Luc.22.dicens. Pater si vis transfer à me calicem istum, videtur timuisse & recusasse mortē.¶ Tertio (Tertium ar.) arguitur ex illo, quod Io.11. Christus legitur lacrimatus super Lazarum amicum mortuum.¶ In oppositum est (Opponit & respōdet.) c.præsens.¶ Respondeo dicendū sub diuersis cōclusionib. (Prima cō clusio.)
2 †Prima est, ꝙ bonis hoībus mors debet esse accepta & ab eis voluntarie & gaudenter suscipi, Ista cōclusio deducitur ex multiplici cap. 1. quia mors hostem nostrum familiarē .s.corpus occidit ad Gal.5.Caro concupiscit aduersus spiritum & alibi. Nulla pestis efficacior est ad nocēdum quam familiaris inimicus, hinc dicebat Apostol.ad Ro.6.Infelix ego qs me liberabit de corpore mortis huius.¶ Scdo mors est gratanter accipienda, quoniam ostium nobis efficit ad exeundum de carcere immundissimo. Sancte.n.viuere in hoc mortali corpore reputant viuere in carcere. vnde propheta orans ait *Educ de carcere aīam meā, alia litera habet de custodia.s.in qua vt incarcerata aīa detinetur.¶ Ter- (*psa.141.b.) tio, quia mors peregrinationi nostrę laboriosæ, & amaritudinibus plenæ finem imponit, vnde sancti viri hunc mundum tanquam exilium reputātes scientes ꝙ quādiu sunt in corpore peregrinantur à domino vitam presentē habēt in fastidio, vnde propheta.*Heu mihi quia incolatus meus (*psa.119.a.) prolongatus est, & ad Phi.1. desiderium habens dissolui & esse cum Christo.¶ Quarto, quia per mortē euadimus pręsentis vitæ pericula. Quid.n.est vita præsens nisi mare tempestatibus tentationib.& periculis maximis plenum. quod probat ipsa, quare dicit Berna. Cur vit... istam desideramus (Bernard.) in qua plusquam viuimus plus peccauimus.¶ Quinto mors est gratanter suscipienda, qm vitæ præsentis labores & agones terminat, & ad regnum & requiem introducit sempiternam, vbi dn̄s mercedem reddet laborum suorum. Sap. 10. vnde Io.in Apoc.14. iam dicit spiritus vt requiescant à laborib.suis.opera.n.illorum sequuntur illos, & ideo dicebat Apostol. ad Phil.1.mihi viuere Christus est, & mori lucrum, ob q̄ rem inquit propheta * Pretiosa est in cōspectu (*psal.115.a.) dn̄i mors sanctorum eius, merito ergo mors à bonis, & sanctis desideratur, qm̄ mors nihil aliud est q̄ exitus de carcere, finis exilij, Laboris cōsummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, oneris grauissimi.s.corporis depositio, de furioso equo.i.de carne descensio, de domo ruinosa liberatio, oīm ęgritudinum terminatio, oīm periculorum euasio, oīm malorum consumptio, oīm vinculorum diruptio, debiti naturæ solutio, reditus in patriā, & regressus in gloriā, & pp̄ hoc dr̄ Eccl.7.melior est dies mortis q̄ infirmitas.¶ Sexto mors est gratanter acceptanda, quia voluntate dn̄i nobis infligit, cui nos conformari oportet, & vt inquit (Hieronym.) Hier. placeat hoī quidquid placet Deo.¶ Absonum est.n.vt dicit Cyprianus in præsenti c.vt cum Dei voluntatem fieri postulamus, qn̄ euocat &c.¶ Septimo mors est gratāter suscipiēda, quia cum sit mors vt dicit Seneca lex sit naturę tri- (Seneca *psal.88.g.) butum officiumque mortalium est ineuitabilis. * Quis .n.est homo qui viuit & non videbit mortem inquit propheta. Oēs.n.morimur, & quasi aqua dilabimus in terra 2. Reg.14.quo circa dicit Seneca.Quid fles ad hanc legem natus es, & stultum est timere, quod vitare non potes, quod ergo vitare nequis, cōstanti suscipe mente. ¶ Octauo mors gratanter suscipienda est, pp̄ exemplum Christi, qui mortem gratanter accepit, vnde Apostolus ad Heb.12. Curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in actorē fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudiū (Augu.) sustinuit crucem. Aug. magna est consolatio membris à capite ꝙ Christus, qui est sapientia Dei patris regnum mundi, imo etiam vitam fugit, & ad mortem voluntarie venit. Certissimum argu. est ꝙ mors seruis Dei timenda non sit.
3 ¶ Secunda conclusio.† Nullus fidelis debet grauiter ferre (Secunda cō clusio.) mortem amicorum suorum. Ista conclu.licet satis pateat ex inductis pro prima conclusione nihilominus patet etiā primo propter spem resurrectionis.mors.n.sanctorum, vt (Damascen.) dicit Damasce.li.4.somnus est magis quam mors, hinc dicebat Apostolus 1.ad Thessa.4.Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus vt nō contristemini, sicut ceteri qui spem non habent, nam vt Chrys.dicit super Matth.timor (Chrysost.) mortis nihil aliud est, quam desperatio vitę post mortem, temperandus est ergo dolor de morte ne videamur de numero eorum, qui futuræ resurrectionis & alterius vitæ spē non habent. Ambro. dicit, cessent lacrimæ, quia debet aliquid inter fidos, & perfidos interesse, fleāt suos qui eos in perpetuum interijsse existimant, quia spem resurrectionis nullam habēt, nobis vero quibus non natura, sed huius vitæ finis est, quia natura reparabitur in melius, mortis casus astringat omnes fletus. ¶ Secundo mors amici patienter, & gratanter est ferenda, quia si amicus erat malus noli dolere pro te, sed pro ipso. Quia mors peccatorum pessima, (*psal.33.d.) ait propheta.Ipsi.n.forsitan te perdidisset.scriptū est.n.*Cū (*psal.17.c.) peruerso peruerteris.Si autem bonus erat iam ipsum non perdidisti, sed vt dicit in præsenti c.Cyprianus ad regna cęlestia præmisisti vt locum tibi præparet inter sidereas mansiones.vnde Bernard.quando nos mouēdo deserunt quos (Bernar.) amamus nouimus eos inęternū non relinquere nos, sed aliquantulum præcedere securos, de morte ergo amici boni & iusti non est tristandum, sed potius gratulandum, tū pp nostrum commodum proprium, quia apud Deū pro nobis modo liberius intercedet.¶ Tertia concl. Licet immo- (Tertia con clusio.) deratus fletus aut luctus pro amicis nostris sit omnino pro-
4 hibitus.†Luctus tamen & fletus moderatus amicorum ex affectu pietatis & humanitatis intuitu non prohibetur.ista conclusio patet, tum ex c.seq.tum ex illo Ecclesi.38.ibi, in mortuum produc lacrimas, tum exemplo Christi & sanctorum quos legimus fleuisse super defunctos, de temperādo huiusmodi luctu Seneca, nec sicci sint oculi tui, nec om- (Seneca.) nino fluant, eodem animo fer mortem amici quo tuā expectas.Si naturalis infirmitas te inuitat ad planctum, tempera luctum, nec luctui tradas animum. Non prohibemus lacrimas quas naturalis necessitas exprimit quas infirmitas humana expellit, quia hæ lacrimæ cadunt nobis nolentibus.Lacrimæ non suffocent animum, sed medijs lacrimis animus immobilis, & constans miseriam suam lugeat in amicis doloris affectum non arguo, sed doloris excessum. ¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur, ꝙ licet appetitu naturali homo mor- (Ad primum argumen.) tē refugiat, appetitu tn̄ rationali, & deliberatiuo sæpe illa appetitur rationibus supradictis, vnde apostol.ad Phili.1. Cupio dissolui & esse cum Christo.¶ Ad secundā de Chri- (Ad secundū.)
5 sto respōdetur ꝙ non procedit.†quia in Christo duplex dr̄ voluntas.s.sensualis & rationalis.volūtas sensualis in eo refugiebat dolores sensuales & corporis læsionem, s̄m quam petebat à se transire calicem passionis, voluntas vero rōnalis in eo erat tota conformis diuinæ, s̄m quam ipse voluit mortem subire. Oblatus est, quia ipse voluit vt dicit propheta, s̄m quam inquit, nō quod ego volo sed quod tu vis. ¶ Ad tertiam dicendum est, ꝙ dolor ille Christi super La- (Ad tertiū.) zarum ex pietatis affectu fuit, & moderatus, vnde talis nō prohibetur, & tantum pro nunc de ista quæstione. Lege. ¶ [Quam præposterū.].i.inordinatum. Hu. [postulamus] (Exponit literam.) dicētes in oratione dominica, fiat volūtas tua. [accersit].i. compellit aduenire[ad peruicacium].i.superborum.Hug. [cum tristitia.]& merore in morte præcedēte, quod nō est efindum, vnde saluator retinentem appetitum & mortem fugientem temperauit dicens Matth.26.non quod ego volo, sed quod tu, & Luc.22.veruntamen non mea voluntas,
6 sed tua fiat.[istinc].i.de isto mundo[inuiti]arg.† ꝙ indigni sunt præmio, qui inuiti operantur bonum ar.20.q.1. & 2. q.3.[præsens]idem secunda pars[minimis & extremis]causa humilitatis dicit credens se meritis minorem esse alijs. [reuelatum est].i. Deus dignatus est mihi minime reuelare [non esse lugendos].s.inconsolabiter siue immoderate, bene tamen pietatis intuitu, sicut dictum est in quæstione, & 23.q.5.[quis.n.accersione].i.euocatione[cum sciamus] qui fidem futuræ resurrectionis tenemus non amitti, sed præmitti

mitti, de hoc diximus in quæstione, [vt nauigantes solent] .s.ad præparandum hospitia, vnde beatus Sebastianus dicebat. vadunt nobis parare sydereas mansiones.

1 *Pusillanimitas est vitium oppositum virtuti fortitudinis.*



VBicunque. Ad idem est hoc ca. quod est Chrysostomi super epistolam ad Hebræos. Summa est de non curã da pompa sepulturæ & de non lugendis excessiue mortuis. secundum quæ duo capitulum potest diuidi in duas partes. Secũda ibi. lugere autem. Lege. [Vbicunque sepeliamur] subaudi nũ non obest. Arc. [domini est terra.] est ar. contra illos qui timẽt mori in terra aliena. sed non timẽdum, quia oẽ solum forti patria est, vt piscibus æquor, & Deus vbique præsto est, vt de pen. di. 6. qui vult [sed si licet quod oportet fieri]. i. exhiberi corpori humãdo [efficiatur], id est, debitum officium funeris impleatur si potest fieri, alias secundũ ꝙ oportet Hu. Arc. [Lugere autem] secunda pars [ex pusillanimitate.] †pusillanimitas est vitium oppositum virtuti fortitudinis, vt dicit philosophus 3. Ethic. fortis terribilia mortis nõ timet, sed aggreditur propter bonum virtutis, sed pusillanimis mortem timet, & fugit vbi, & quando non oportet, vnde timere mortem per quam bonum virtutis assequimur, ex pusillanimitate ꝓcedit, vnde ecclesiastici. 7. noli esse pusillanimis in animo tuo. & Esa. 35. discite pusillanimes confortamini & nolite timere.

Diuisio. Exponit literam.

1

Hoc autem. § Est in quo determinat duo præcedentia capitula & soluit cõtradictionem sequentium capitulorum distinguendo qualiter lugẽdum sit pro mortuis, & quando non, & bene dicit. Lege. ¶ [Hoc autem]. s. ꝙ aliquis non debeat lugere mortuos intelligendum est ex dispensatione futuræ resurrectionis. Taliter. n. lugere mortuos est infidelitatis, quod prohibet apostol. 1. ad Thess. 4. nolumus &c. [pietatis.] & compassionis. [affectu.] Bene licet dictum est in quæstione. Hoc autem, quod dicit probat per capitulum sequens.


Exponit literam.



HAbent. Hoc capitulum est Anastasij papæ. Summa est, ꝙ & si non credentes aliam vitam esse excusationem habeãt, si nimio dolore plangũt mortuos suos nobis tamen credentes futuram aliam, & habentes spem futuræ resurrectionis non esset excusatio, sed magna culpa. Breue est. Leg. ¶ [Habent] .s. pagani [forsitan] temperamẽtum est, quia in veritate ex toto non excusetur Hu. Arch. [iustam] quo ad eorum opinionem [qui vitam alteram nesciunt]. i. qui futuram non sperant resurrectionem qui de hoc &c. [non confidunt]. i. non credũt vitam ęternam [nos autem qui hoc credimus] .i. futuram resurrectionem, & vitam æternam contristari nimium non debemus [ne quid] assignatur vna ratio. s. [ne quid]. i. nimium tristari [apud illos]. s. simplices idiotas, vel non credentes [tenent speciem pietatis]. i. videntur ex affectu pietatis hoc facere. [hoc nobis in culpa sit]. i. nobis imputetur ad culpam, [nam] assignat rationẽ [quærere]. i. facere contra hoc quod quisque amans iustitiam prędicat esse faciendum [genus quoddam diffidentiæ est] non. n. debet aliud prædicare, & aliud facere, vt 22. q. 5. cauete Hu. [dicẽte Apostolo.] Vbi supra. Ecce ꝙ non prohibetur luctus, nisi qui fit ex disperatione, & prohibetur etiam nimius, & immoderatus, quia talis semper præsumitur esse ex desperatione. Hug.

Exponit literam.

1 *Mortui sunt sepeliendi cum psalmis & canticis ecclesiasticis.*
2 *Christus in resurrectione Lazari voluit se turbari, & tristari triplici de causa.*




1 QVi diuina. Sequitur hoc c. quod est cõcilij Toletan i 4. summa. † ꝙ mortui sunt sepeliendi cum psalmis, & canticis ecclesiasticis, & ꝙ non sunt plorandi excessiue, & maxime hoc competit religiosis. Et diuiditur in tres partes. In 1. ponit quod dictũ, est. In secunda iniungit episcopis, vt prohibeãt Christianis fletus & planctus illos immoderatos pro mortuis. In tertia quod prohibeant maxime hoc religiosis. secunda ibi. Si autem potest. tertia ibi. Religiosis. Lege. ¶ [Qui diuina tantũmodo,] Nõ excludit alios religiosos cautus Hu. [prohibere] ecce secundum. [& dominus non fleuit.] Quia forte aliquis vellet arguere in cõtrarium huius, quod pro mortuis esset flendum ex exemplo Christi quasi respondendo dicit, ꝙ dominus non fleuit mortuum Lazarum &c. Salua reuerentia huius Concilij Christus fleuit super Lazarum mortuum, & non tamen ad mortalem vitam reducendum in quo affectum compassionis, & amoris ostendit se habere super afflictos, vt cum sororibus Lazari flentibus fleret, vnde Christus videns sorores, & Iudæos flere infremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & lacrimatus est. super quo verbo dicit S. Thom. super Io. † Christus voluit se turbare & 2 tristari ex triplici de causa. Primo quidem ad probandum conditionem, & veritatem humanæ naturæ. ¶ Secundo vt dum tristatur & coercet seipsum doceat modum seruandũ esse in tristitijs. Stoici. n. dixerunt ꝙ nullus sapiens tristatur, sed valde inhumanum videtur, ꝙ aliquis de morte alicuius non tristetur, aliqui autem sunt, qui in tristitijs ex malo amicorum nimis excedunt. Sed dominus tristari voluit vt significet tibi, ꝙ aliquando debeat contristari, quod est contra Stoicos & modum in tristitia denuntiat, quod est contra secundos, vnde Apostolus dicit 1. ad Thessal. 4. [nolumus vos ignorare &c.] Vbi non dicit simpliciter, vt non contristemini, sed addit sicut cæteri qui spem non habent. Vnde Eccles. 32. super mortuũ plora, quia defecit lux eius, & postea subditi modicum plora. ¶ Tertia causa est, vt insinuet ꝙ nos pro mortuis corporaliter tristari & plorare debem' ẽm illud psal. 37. Afflictus sum & humiliatus sum nimis hæc S. Tho. [Si autem] secunda pars [prohibere]. s. nimium lugere Hu. [religiosis.] Tertia pars [omnino non debere] quoniam & si omnibus sit prohibitum excessiue, & immoderate flere pro mortuis, multo magis prohibetur religiosis, vnde propensius tenentur abstinere ab hoc, cum sint mũdo mortui. Non credo tamen inquit Hu. ꝙ fletum moderatum ex pietate procedentem inhibeat religiosis.

Diuisio. Exponit literam. S. Thom.

De mortuis. §. Est, in quo incipit 11. pars huius quæstionis in qua incidenter mouet quæstionem. s. an mortui sciant ea quæ aguntur à viuis.

2 *Animæ separatæ naturali cognitione nesciunt quæ hic aguntur.*
Possunt tamen aliqua scire per coniecturam nu. 3.
Et per relationem animarum eorum ad eos accedunt numero 4.
Et cum contingit eas venire ad nos. nu. 5.
6 *Animæ separatæ possunt plurima cognoscere eorum quæ aguntur apud nos reuelatione bonorum vel malorum angelorum.*
Et reuelatione diuina nu. 7.
9 *Mortuus nullus qui in inferno vel in paradiso fuerit deputatus inde exire potest.*
10 *Animæ separatæ secundum cursum naturalem locis proprijs deputatæ à conuersione viuentium segregantur.*
11 *Animæ beatæ aliquando egrediuntur cęlum secundum dispositionem diuinæ prouidentiæ, & apparent hominibus.*
Et idem de damnatis nu. 12.
Et de illis de purgatorio. nu. 13.
Et idem de illis qui fuerunt in limbo patrum nu. 14.
15 *Pueri qui sunt in limbo non egrediuntur receptaculum eorum.*
16 *Mortui omnes debent exire receptacula sua in die iudicij.*



FAtendum. Inducit hoc c. quod est beati Augustini. lib. de cura agẽda pro mortuis. Summa est, quia respondetur ad quæstionem scilicet quod per seipsos scire non possunt sed bene per reuelationem. Pro pleniori intelligẽtia partis quærunt duo.

1 ¶ Primum est vtrum mortui siue animę mortuorum sciãt quæ hic aguntur.

8 ¶ Secundum est, vtrum animæ mortuorum exeant quandoque receptacula sua, & veniant ad nos &c.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ sic. primo sic. Nullus habet curam de rebus quarum cognitionem non habet, sed animæ separatæ habent curam de his quæ hic aguntur secundum illud Lucæ. 16. Habeo quinque fratres, vt testetur & ipsi veniat in hũc locũ tormẽtorũ, ergo aĩæ separatæ cognoscũt ea quæ hic aguntur. ¶ Secundo sic. cognitio intellectualis non impeditur per distantiam loci, ergo sicut existentes in mundo cognoscunt ea quæ fiunt in mundo. ita etiam à corporibus separatæ

Primum. ar Secundũ. ar.

Tertiũ ar. paratæ cognoscent quæ apud nos aguntur. ¶ Tertio sic, mortui frequenter apparent dormientibus vel vigilãtibus, & eos admonent de his quæ hic aguntur sicut Samuel apparuit Sauli. vt habetur j. Reg. 28. Sed hoc nõ esset si ea, quæ hic aguntur non cognoscerent, ergo ea quæ hic agũtur cognoscunt. ¶ Quarto sic. Plus distat cęlum ab inferno quam mundus, sed lux intellectus animarum separatarum etiam damnatarum extenditur ad vitandum ea, quæ sunt in cœlo, vtpote gloriam beatorum, ergo multo magis se potest extendere ad cognoscendum ea, quæ apud nos aguntur. ¶ In oppositum est c. præsens. Secundo illud Iob. 14. si fuerint filij eius nobiles siue ignobiles non intelligent. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ triplex potest distingui cognitio, quædam certa, quædam coniecturalis, quædam per reuelationem. hac distinctione posita sit ista prima conclusio.

Quartũ ar. — Opponit in contrariũ. — Respondet.

2 † Animæ separatæ naturali cognitione nesciunt quę hic agũtur. Ista conclusio quæ est sancti Tho. in 1. parte q. 89. ar. 8. & in 4. distin. vlti. q. 4. ar. 1. probatur sic quia si anima separata cognosceret ea, quę hic aguntur, aut primo cognosceret per essentiam suam, & hoc non quia nec anima nec angelus potest per essentiã suam cognoscere alia à se, aut secũdo cognoscere per species influxas, & hoc non, quia anima separata non est tantæ efficaciæ, vt per tales species habeat omnium singularium notitiam nisi confusam & indeterminatam. Quia. n. vt dicit S. Th. efficacia virtutis intellectiuæ animæ separata non est proportionata formis illis vniuersalibus influxis, tales spẽs nõ sufficiũt in ea ad cognitionem omnium singularium nisi in quadam vniuersitate, & confusione. Aut tertio cognosceret per species remanentes in anima separata, & hoc non, quoniam species tales non sunt principia cognoscendi nisi illa à quibus accepta sunt vel similia. Quæ autem apud nos continue aguntur sunt diuersa, & varia. Nec quarta cognosceret per species quas de nouo abstraheret à rebus, & hoc non, quia talis abstractio cum fiat mediantibus sensibus & alijs potentijs sensitiuis, quæ in anima separata actu non manent, non habet locum in animabus separatis. patet etiam ista conclusio ex vario modo essendi animarum separatarum à modo essendi viuentium. sic animæ separatæ siue mortuorum per diuinã ordinationem & secũdum modum essendi segregatæ sunt à conuersione viuentium, & coniunctæ conuersationi spiritualium substantiarum, quæ sunt à corpore separatæ. Ergo ea, quæ apud nos aguntur ignorant, hanc rationem assignat Greg. 12. moralium dicens mortui vita in carne viuẽtium post eos, qualiter disponatur nesciunt, quia vita spũs longè est à vita carnis, & sicut corporea, & incorporea diuersa sunt genera. ita distincta sunt cognitione.

Prima cõclusio. — S Thoma. — Grego.

3 ¶ Secunda conclusio. † Animæ separatæ possunt aliqua cognoscere eorum, quę apud nos aguntur per coniecturam, patet ista cõclusio ex illo Lucæ 16. vbi diues dicit se habere quinq; fratres. Et ita cognoscebat aliqua quæ hic agũtur, sed hoc nõ naturali cognitione, sed per coniecturam, quoniam eo, ꝙ non videbat eos secum in inferno nec cũ Abraham in limbo coniecturabat, ꝙ erãt in mundo.

Secunda cõclusio.

4 ¶ Tertia cõclusio. † Animæ separatæ possunt multa cognoscere, eorum quæ apud nos aguntur per relationem animarum eorum, qui hinc ad eos accedunt. ista conclusio est August. in præsenti cap.

Tertia con clusio.

5 ¶ Quarta conclusio. † Animæ separatæ plura eorum quæ apud nos aguntur cognoscere possunt cum cõtingit eas ad viuos venire. ista conclusio sumitur etiam ex præsenti ca.

Quarta con clusio.

6 ¶ Quinta conclusio. † Animæ separatæ possunt plurima cognoscere eorum, quæ aguntur apud nos reuelatione bonorum malorum angelorum. conclusio ista patet in præsenti cap. dicit. n. August. Audire possunt, & ab angelis qui rebus quæ hic aguntur præsto sunt.

Quinta cõ clusio.

7 ¶ Sexta conclusio. † Animæ separatæ possunt multa cognoscere de his, quæ hic agũtur reuelatione diuina ista conclusio est etiam Augu. in pręsenti c. maxime hoc conuenit animabus separatis à beatis de quibus dicit beatus Gregor. vbi supra, ꝙ quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident nullo modo credendum est, ꝙ sit foris aliquid quod ignorent, & iterum homili. 40. Qui creatoris sui claritatem vident nihil in creatura agitur quod videri non possit. vnde S. Tho. in 1. parte ait, tenẽdum est, ꝙ animæ Deũ videntes omnia presentia quæ hic aguntur cognoscant. Sunt. n. angelis æquales, de quibus et August. asserit, ꝙ ea quæ apud viuos aguntur non ignorant verum quia sanctorum animæ sunt perfectissimæ diuinæ iustitiæ coniunctæ, nec tristantur, nec rebus viuentium se ingerunt, nisi secũdum ꝙ iustitiæ diuinæ dispositio exigit.

Sexta con. — Grego. — S. Thoma.

¶ His habitis dicendum est ad rationes dupliciter iuxta S. Thom. primo ꝙ animæ mortuorum possunt habere curã, de rebus viuentium etiam si ignorent eorum statum, sicut nos curam habemus de mortuis eis suffragia impendendo quamuis eorum statum ignoremus. ¶ Secundo respondetur ꝙ licet animæ mortuorum naturali cognitione aut per seipsos facta viuẽtium cognoscere non possunt, tamẽ alijs modis assignatis in conclusionibus cognoscere possunt. ¶ Ad secundam respondetur. Primo, ꝙ ratio nõ procedit. Ratio est, quod animæ separatæ non cognoscunt quæ hic aguntur non est propter distantiam localem, quia anima separata singularia intelligit per influxum specierum ex diuino lumine, quod quidem lumẽ æqualiter se habet ad ꝓpinquum & distans. vnde distantia localis nullo modo impedit animæ separatæ cognitionem, sed propter alias rationes superius assignatas. ¶ Ad tertiam respondetur, quod bene concedit, quod mortui possunt aliquo modo cognoscere quæ hic aguntur, sicut dictum est, & vnus modus assignatus in quarta conclusione est cum cõtingit permissione diuina aliquos mortuos ad viuos venire. Verum de hoc dicitur in sequenti quæstione.

Ad primũ argu. — Ad secũdum — Ad tertium

Ad secundum

Sic proceditur. Et videtur ꝙ animæ mortuorum non exeũt receptacula deputata eis vt ad viuos veniant. Primo sic. ¶ Receptacula data sunt animabus post mortem in præmium, vel in pœnam. vt dictum est & habitum supra ex autoritate Aug. supra ea. q. tempus. sed post mortẽ nec præmia sanctorum minuuntur nec pœnæ damnatorum, ergo videtur ꝙ animę post mortẽ non exeunt de suis receptaculis. ¶ Secundo sic dicitur in psal. Vt habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meę. & Iob. 13. dicitur qui descẽdent ad inferos non ascendet. ergo tam boni quam mali à suis receptaculis non exeũt. ¶ Tertio dicitur in psal. Spiritus vadẽs, & non redient, ergo &c. ¶ Quarto idẽ arguitur ex illo Au. lib. de cura animarum. si in rebus viuẽtium interessent animę mortuorum, me pia mater nulla nocte desereret, quæ me terra mariq; secuta est, vt mecum viueret, sed si animę mortuorum de suis receptaculis exire possent, possent etiã interesse rebus viuentium. ¶ In oppositum est Augustinus. in c. presenti. ¶ Respondeo iuxta sanctum Tho. in 4. & concordãt quasi omnes, ꝙ mortuos dimittere receptacula sua potest intelligi dupliciter, vno modo simpliciter, & absolute non redeundo amplius. Et de isto sit ista prima conclusio.

Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Oppon in cõtrarium — Respondet.

9 † ꝙ nullus mortuus, qui in paradiso vel in inferno fuit deputatus inde exire potest. patet conclusio, quoniam sancti in æternum permansuri sunt in cœlo, & damnati in inferno. Non est arg. in contrarium de Traiano, quia per finalem sententiam non fuerat damnatus. Alio modo potest intelligi vt exeant ad tẽpus, & in hoc distinguendũ est quid eis conueniat ẽm legem naturę, quid eis cõueniat ẽm ordinẽ diuinę prouidẽtiæ, qa vt Aug. dicit in li. de cura pro mortuis agenda. Alij sunt humanorum limites rerum & alia diuinarum signa virtutum. alia sunt quę naturaliter fiunt, alia quæ mirabiliter fiunt secundum hanc distinctionem est.

prima conclusio. — August.

10 ¶ Secunda conclusio iuxta san. Tho. † ꝙ secundũ hãc cursum naturalem animæ separatę receptaculis proprijs deputatę à conuersatione viuentium segregantur, ista conclusio deducitur sic à S. Tho. Animę mortuorum a conuersatione viuentium penitus segregantur. Non. n. secundum cursum naturę homines in mortali carne viuentes substantijs separatis immediate coniunguntur, cum omnis eorum cognitio à sensu oriatur, nec ꝓpter aliud à sui receptaculis egressę conspectibus hominum se representant, ista cõclusio est Augustini in c. presenti.

Secunda cõclusio — S. Thomas.

11 ¶ Quarta conclusio. † secundũ hanc dispositionem diuinæ prouidentiæ beatæ animę quandoque egrediuntur cœlum, & apparent hominibus, patet cõclusio. primo ex illo quod dicit Augustinus de Fælice martyre qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit cum à Barbaris oppugnaretur. ¶ Secundo patet ex illo Hieronymi contra Vigilantium sic eum alloquentis. Ais. n. vel in sinu Abrahę, vel loco refrigerij vel subtus Aram Dei animas apostolorum & martyrum sedisse, nec posse suis tumulis cum voluerint adesse pręsentes, & ita tu Deo leges imponis, tu apostolis vincula inijcies, vt vsque ad diem iudicij teneantur custodia, ne sint cum domino suo de quibus scriptum est. Sequuntur agnum quocunque ierit. Sed agnus vbique est, ergo & hi qui cum agno sunt, secundum beneplacitũ Dei possunt

Quarta conclusio. — Hieronym.

possunt interesse multis locis de receptaculo suo egressi. Ista conclusio est etiam manifesta in multis historijs in quibus leguntur sancti descendisse de cœlo, & apparuisse viuentibus, vnde oẽs dicunt descendisse de cœlo in obitu beatæ vir

Quinta cõclusio.

12 ginis propter eius reuerentiam. ¶ Quinta conclusio. † Damnati ante iudiciũ ad tempus permissione diuina aliquãdo permittuntur receptaculum inferni egredi, & viuentibus hominibus apparere, & hoc ad eruditionem hominum viuentium, & terrorem, vt de Benedicto papa refert Gregorius, & de vmbra sordida latronis in vita beati Martini, hęc tamen est differentia vt dicit S. Tho. in 4. inter sanctos, & damnatos quia sancti cum voluerint apparere possunt viuẽtibus. Ex virtute. n. glorię potestas animabus sanctorum datur per quam possunt mirabiliter apparere viuentibus, cũ volunt quod damnati non possunt nisi interdum permissi.

Sexta cõclusio.

13 ¶ Sexta cõclusio. † Illi qui sunt in purgatorio etiam permittuntur exire receptaculum eorum & venire ad viuentes ante completam pœnitentiam & hoc ad suffragia expetenda, ista conclusio patet per multa quę narrantur in 4. dialo

Septima cõ

14 gorum, & in multis alijs historijs. Septima conclu. † Existẽtes etiam in limbo patrum hoc modo dispensatiue exire potuerũt receptacula sua, & viuentibus apparere, patet ista conclusio ex illo Matt. 18. vbi legitur Moyses cum Helia apparuisse in transfiguratione domini. Exiuerũt etiam patres limbum amplius nũquam redituri in resurrectione do

Octaua cõclusio.

15 mini. ¶ Octaua conclusio. † Pueri in limbo non egrediuntur receptaculum eorum, patet conclusio. Tum quia sunt in termino. Tum quia egressus eorũ ad nihil proficeret vt

Nona conclusi.

16 patet. ¶ Nona conclusio. † Omnes mortui videntur, ꝙ debeant exire receptacula sua secundum legem communem ad tempus in die iudicij, ista cõclusio satis patet ex illo apostoli, omnes astabimus ante tribunal Christi. ¶ His habitis

Ad primum argu.

dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respõdetur negando consequentiam. Et ratio est, quia dolor vel gaudium de hoc ꝙ talibus anima deputatur manet in anima, etiam quando extra loca fuerit, sicut põtifici cui datur pro honore vt in cathedra sedeat in ecclesia, nõ minuit̃ gloria quando à cathedra recedit, quia & si actu ibi nõ sedeat, locus tamen ille sibi deputatus est ita cum mortui exeũt ad tempus non minuitur eorum pœna, vel gloria, quia sciunt

Ad secũdũ.

se deputatos talibus locis & cito redituros ad ea. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ autoritates illæ loquuntur iuxta conclusionem primã, ꝙ nullus dę paradiso aut de inferno egreditur simpliciter, nunquam regressurus, non quod nõ egrediantur ad tempus.

Ad tertiũ.
Ad quartũ.

¶ Ad tertiam respondetur, eodem modo. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ Augusti. loquitur secundum cursum naturę communem, non negat quin secundum cursum mirabilem vel diuinæ dispensationis sicut patet ex c. pręsenti. Concordat S. Thomas & Petrus de Tharãtasia.

Exponit literam.

Lege. ¶ [Fatendum nescire]. s. cognitione naturali, sed bene alijs modis sicut infra exponit aliquos modos, primus est per relationẽ eorũ, qui ad eos moriendo pergunt, non quidem tñ oĩa sed illa quorum illi memoriã retinent, & quæ ad illos spectant, quibus talia indicant. ¶ Secundus, modus est per reuelationem angelorum siue bonorum, siue malorum, ibi cum dicit, possunt & ab angelis &c. & tamen non omnia, sed illa quæ iudicanda disponit & permittit Deus cui omnia subiecta sunt. ¶ Tertius modus est per apparitionem mortuorum viuis, & hoc fit possibile. s. quod mortui eggrediantur de receptaculis suis, & veniant ad viuos, probat arguendo à minore ad maius, quia minus videtur quod homo mortalis rapiatur in cœlum, quam ꝙ spiritus defuncti veniret ad viuos in hoc seculo.

DE his autem. §. Est, in quo incipit 12. ps huius quæstionis secundũ Io. de. & Arch. in quo adiungit hic magist. Gratianus incidenter aliam quæstionem. Scilicet vtrũ suspẽsi in patibulis debeant sepeliri iuxta ecclesias. Et ꝙ sic si pęnituerint, inducit ad hoc capitula sequentia.

1 *Suspensis in patibulo pro suis sceleribus si vere peniteant, nõ est neganda communio, nec ecclesiastica sepultura.*

2 *Corpus Christi an liberet suspendendum.*

QVæsitum est. Hoc capitulum sumptũ est ex concilio Maguntinen. Summa est, ꝙ suspẽsis in patibulo, pro suis sceleribus si vere pæniteant de peccatis suis nõ est neganda communio nec ecclesiastica sepul

Diuisio.

tura. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponitur cõsultatio. In secunda responsio, secunda ibi. Quibus respondemus. Leg. ¶ [Quæsitum respondemus] secunda pars [communio] sacramentorum. Hu. [secundum præcepta canonum] vt dist. 50. pęnitentes & 26. q. 6. qui recedunt & c. his qui [cur, &c.] quasi diceret non est aliqua ratio prohibitionis. Scriptum est. n. s. Naum. 1. c. & 81. di. presbyter. [iudicabit] perfecte & sufficienter. Ex quo. n. peccatum semel punitum est, nõ punitur à Deo iterũ: dicit autem Hu. & gl. ꝙ tales sepelientur dum tamen hoc fiat de autoritate principis. ff. de cadaueribus punitorum l. 2. Et tantum de ista quæstione nũc supra circa c. nullus locuti sumus de multiplici genere hominũ quibus interdicta est sepultura. ¶ Cæterum dicit Hugu. &

Expouic literam.

Quæstio.

1 glo. ꝙ hic solet, quæri. † Vtrum corpus Christi liberet suspẽdendum sicut ecclesia liberat eum, & quem libet fugiẽtem ad eam præter publicum latronem. Et videtur, ꝙ sic. Primo

Primũ ar.

quia nihil est maius siue dignius corpore Christi. de conse. di. 2. nihil, & supra 1. q. 1. multi & di. 95. ecce. ¶ In oppositũ

Oppon. in contrariũ. respondet

videtur, quia hoc priuilegium videtur soli ecclesiæ datum, & non alteri, & ita non debet trahi ad consequẽtiam vt 27. q. 4. sicut, & extra de priuile. sanæ. ¶ Respõdeo. hic videtur varius modus dicendi Hu. & Laur. videntur dicere, ꝙ corpus Christi non liberat. Et ratio eorum est triplex, vna est iam dicta. ¶ Secunda quia corpus Christi est cibus animæ, & non corporis. de conse. di. 2. non iste. ergo tantum animã liberat, & non corpus, nec pęnas corporales remouet, sed animæ. ¶ Tertia est, quia non distinguitur vtrum fidelis sit, an infidelis qui ad ecclesiam confugit, quia quemlibet defendit nisi publicum latronem, & nocturnum depopulatorem. vt extra de immu. eccle. inter. Sed in accipiendo corpus Christi distinguitur, nõ. n. datur infidelibus. Et ideo dicit Lau. Non est mirum si aliud ibi, & aliud hic. Alij dicunt contra, ꝙ corpus Christi liberet, ar. d. 5. ad eius. & ff. de off. præfect. vrb. l. 1. §. 1. Sed istorum varietas potest sic cõcordari, ꝙ primi loquantur de recipiẽte corpus Christi. Et ita verum dicunt secundi de confugiente ad corpus Christi. Et ita est verum. Quoniam honor qui defertur ecclesiæ maxime est ratione corporis Christi. Si ergo ecclesia liberat confugientes ad se multo magis corpus Christi, cuius respectu ecclesiæ est datum prædictum priuilegium, licet non sit statum ẽm Vinc. nihilominus talis fugitiuus ad corpus Christi defendẽdus est per ecclesiã, vt dicit Arc. quia corpori Christi aliqua res anteponi non debet 1. q. 1. multi cũ cæteris supra all. & hoc probat fides mulieris fluxus sanguinis patientis de qua Mat. 9. & supra di. 5. ad eius. Et hanc sentẽtiam dicit Host. esse defendendam vsque ad effusionem sanguinis, prout ipse notat ex. de cel. mis. sane. Et ibi ponit Io. An. sup ver. apud omnes. & ibi loquitur de fugiẽte ad corpus Christi, & non de recipiente. Et ponit rationem diuersitatis, qa corpus Christi recipiẽtem captiuũ inuenit & sic captiuum dimittit, ne videatur oĩno damnare iustitiã cum iuxta psalmistã iustus dominus & iustitias dilexit, & summum bonũ sit iustitiã colere 12. q. 2. cum deuotissimam. fugientem vero quem liberum inuenit in libertate conseruat &c. Io. An.

Laurenti.
Archid.
Hostiensis.

Fures. Palea est. Sed pro grano habetur extra de furtis c. 2. ibi videas si vis.

Si fur. Palea est, sed pro grano assignatur extra de homici. cap. 2. nec gloss. nec Archid. tangunt ista capitula.

¶ Causa Decima quarta.



Anonici. Hic incipit 14. causa. Et continuatur sic ad superiora secundum Hug. Clerici, quandoq; litigant pro spiritualibus. s. pro decimis primitijs, & oblationibus, sepulturis, & huiusmodi, quandoque litigant pro temporalibus ecclesiasticis. Et quia spiritualia sunt digniora temporalibus, ideo primo. s. in superiori causa introduxit clericos litigantes de spiritualibus. s. decimis, &c. Nunc autem in hac causa introducit clericos litigãtes de temporalibus ecclesiasticis, ostendens qualiter clericis liceat repetere sua, & testes de ecclesia sua producere, adiũgit etiam turpi quæstu clericis interdicto, & de vsuris à nullo exigendis, & de eleemosynis de male acquisito non faciendis, & ꝙ pęnitentia de vsuris non agitur nisi restituãtur. Vt

Cõtinuatio

tur.Vt autem ad hæc pertractanda magister competentius
descendat thema præmittit, & inde quæstione elicit di-
cens canonici.

2 *Repetere sua in iudicio de se non est peccatum.*
Potest tamen esse illicitum quadrupliciter nu.3.
5 *Perfectis qui renuntiauerunt proprijs nõ licet repetere pro qui buscunque rebus tanquam proprijs.*
Et quid si habet bona in communi nu.6.
7 *Religiosi qui ad studia de licentia suorum prælatorum sunt deputati possunt repetere sibi commissa.*
8 *Clerici & prælati possunt repetere sua vt propria.*
Et quid si sint rectores nu.9.
11 *Temporalia an sit dimittenda propter scandalum.*



Vod autem. Hic intitulatur prima quæ
.s.an clerici possint repe-
tere sua in hoc capitulo,& in sequẽti vsque ad
.§.his itaque.Respondetur,inducit multas au-
torites pro parte negatiua.Verum pro plenio
ri intelligentia quæstionis præsentis. Quæruntur quatuor.
1 ¶Primum est vtrum liceat alicui sua repetere.
4 ¶Secundum est vtrum licitum sit clericis siue perfectis sua
repetere.
10 ¶Tertium est,vtrum licitum sit imperfectis sua repetere.
12 ¶Quartum est,vtrum licitum sit omnia repetere.
1 Primũ arg. **Ad primum** Sic proceditur.Et videtur † quod nõ sit
licitũ alicui sua repetere maxime in
iudicio per autoritates inductas in litera.Item arguitur ex
Oppon.in cõtrarium. illo Lu.6.Qui aufert quæ tua sunt ne repetas, & qui aufert
tunicã & vestimẽta noli prohibere.¶In oppositũ arguitur
ex illo apli 1.Cor.6.oĩa mihi licẽt,sed nõ oĩa expediunt.&
dicit ibi gl.quod licebat apostolo sumptus repetere,sed nõ ex
Respondet. Prima cõclusio. 2 pediebat,sed licitum est quod nullo iure prohibetur à do-
mino.¶Respondeo sub certis.Prima est † quod repetere sua in
iudicio de se non est peccatum.Ista conclusio probatur pri
mo sic,quia peccatum est,vt dicit Ambrosius nisi inobediẽ
tia cœlestium mandatorum.sed hoc nullo cœlesti manda-
to inuenitur prohibitum,vt patet ex prædicta authoritate
Pauli 1.ad Corint.6.ergo conclusio vera. ¶Secundo sic,il-
lud non est peccatum,quod lege diuina & recta ratione est
statutum hoc est manifestum.Sed lex diuina statuit, & re-
cta ratio quod in re publica sint iudices, ad quos confugiãt
partes,sicut ad iustitiam animatam,vt dicit philosophus 5.
Ethicorum.Statuit lex diuina iudices qui oppressos suble-
uent,& opprimentes reprimãt,& iudicent in veritate.Exo
di 18.& 21.& Esa.1.Quærite iudicium & subuenite oppres
so,iudicate pupillo,& defendite viduam,ergo repetere sua
in iudicio non est peccatum.¶Tertio illud non est peccatũ
dicendum,per quod iustitia quæ præclarissima est virtutũ
5.Ethicorum saluatur,& reseruatur,& sine quo ipsa perijt,
& iniquitas crescit.Sed per repetere sua in iudicio seruatur
iustitia,quia redditur læso,quod suum est aufertur iniqui-
tas qua res aliena detinetur,ergo &c.¶Quarto sic, repetẽs
a¶ A cõpetenti iudice ex cõ... Vide c.2.in 3. lite pendẽ. & ibi glo. repetendo etiam sua in iudicio à competenti iudice a vti-
tur iure suo repetendo,& sic nulli facit iniuriam imo agit
bonum cohibendo eum,qui aliena retinet,ne retinẽdo am
plius peccet:ergo repetere etiam sua in iudicio non est pec
catum.¶Quinto sic illud non est dicendum illicitum , per
quod tollitur multis in re publica occasio male agendi,qui
bus præberetur,via male agendi,si non liceret sua repetere
in iudicio,patet.quoniam per hoc remouetur scandalum
populi,qui de tali iniustitia merito scãdalizaretur.remoue
tur ẽt materia perturbationis totius reipublicæ, si cuilibet li
ceret retinere aliena , ergo repetere bona sua in iudicio nõ
Secunda cõclusio. 3 est malum,imo bonum.¶Secunda conclusio † repetere sua
in iudicio ex defectu alicuius circunstantiæ debitæ sicut,&
cætera bona,ex genere est illicitum quod potest continge-
re quadrupliciter.primo si ad alienũ & indebitũ iudice re-
currat,tunc.n.iniuriatur debito siue cõpetenti iudici iniu-
riatur ẽt detẽtori quẽ fecit veraxi indebite, quia ab illo qui
nõ debet nec habet authoritatem supra, & isto modo Apo
stolus 2.ad Corin.6.habentes iudices in ecclesia recurendo
ad infideles culpas,& dicit delictum esse debere magis pa -
ti iniuriam.¶Secũdo si fallaciter & calumniosæ in iudicio
procedendo defraudando iudicem,vel donis corrumpen-
do.secundum illud Esa.10.vt opprimẽt pauperem , & vim
facere causæ humilium,quod reprehẽdit Apostolus dicẽs.

Sed vos iniuriam facitis & fraudatis.¶Tertio modo si tur-
bato animo ex ira,& commotione ac per inordinatum affe
ctum contentiose & ita cum detrimento pacis,quia vt dici
tur Iacobi 1.vbi zelus & contentio ibi inconstantia & eius
opus prauum.& hoc videtur in eis apostolus reprehẽdere,
in loco superiori cũ ait,frater cum fratre in iudicio conten
dit.¶Quarto ex auaritia qua magis vult cum iactura pro-
ximi habere sua quam proximum bene se habere.¶His ha Ad primum argu.
bitis patet responsio ad autoritates in contrarium . Ad pri-
mam quæ est Mat.10.Si vis,&c.Respondetur , quod hoc non
probat quod sit illicitum secundum se repetere sua in iudicio.
Bene autem his,qui renuntiauerunt proprijs de quibus ta-
men dicitur in secundo articulo.¶Ad secundam de Lucæ Ad secũdum
6.Si quis voluerit.Dicendum quod istæ autoritates nõ sunt ad
literam obseruandæ secundum Augustinum lib. de ser mo
ne domini in mõte,sed in præparatione animi,quia homo
debet animum præparatum ad sustinendum ablationem tu
nicæ & pallij antequam suscitaret scandalum , vel aliquid
contra charitatem ageret,non autem in casu in quo ex per
missione tali nutriretur rapiẽs in malitia sua, imo in tali ca
su non esset bonum sustinere nisi propter scandalum vel
aliud maius malum euitandum . ¶Ad tertiam quæ est Apo Ad tertium
stoli prima ad Corinthiorum sexto. Respondetur , quod ipse
non reprehẽdit simpliciter repetitionem suorum sed repe
titionem,quæ fit vel coram iudicibus infidelibus , vel quæ
fit fraudulenter & dolose,vel ex ira,& zelo malo,vel ex cu
piditate & auaritia sicut expositum est.¶Ad quartam quæ
est Gregor. Respondetur quod autoritatis illius sententia Ad quartũ.
est,quod non est aliquid faciendum cum offensa aut iniu-
ria proximi,repetendo autem sua cum debitis circunstan-
tijs nec fit offensa ac iniuria proximo. ¶Ad quintam de il Quintũ ar.
lo Luc.6.Qui aufert quæ tua sunt non repetas.Respõdetur,
quod ista præcepta non sunt seruanda in exhibitione ope-
ris,sed in præparatione animi,vnde S.Thomas in quæstio- S Thoma
nibus,de virtutibus,q.3.ar.2. Respondendo ad 16.argu.
dicit sic.Non repetere sua est præceptum secundum , quod
intelligitur in præparatione animi vt August exponit.tene
tur.n.homo paratus esse sua nõ repetere in casu in quo hoc
exigeret necessitas fidei vel charitatis. In quo etiam casu
sua dare de nouo tenetur, sed quod vltra hunc casum ho-
mo sua non repetat potest esse consilium debitis circunstã-
tijs seruatis,sicut & consilium est,quod homo det sua qui-
bus debet,& quando debet.hæc S.Thomas.idem in secun-
da secundæ q.44.arg.8.Concor.magister Nicolaus de lyra Nicolaus de lyra
super Lu. vbi exponens prædictam authoritatem sic dicit.
Non repetas.s. in iudicio & hoc intelligendum est secun-
dum præparationem animi , sicut dictum est de offerente
vestimentum,vt in responsione ad primam authoritatem
Concor.etiam Alex.de Halis in tertio. Alex.de ha.
4 **Ad secundum** Sic proceditur.†Et videtur quod nõ
liceat clericis siue perfectis sua re
petere.Primo sic Matt.19.dicitur.Si vis perfectus esse,vade Ad primũ argu.
& vende omnia quæ habes,& da pauperibus. Sed quib.nõ
licet aliquid possidere,non licet aliqua repetere:ergo per-
fectis non licet &c.¶Secũdo idem arguitur de clericis qui Secũdũ ar.
bus secundum antiquos canones non licet habere propriũ
¶Tertio arguitur idem ex c.episcopus infra eo.vbi prohi- Tertiũ ar.
betur ne episcopus litiget in iudicio,pro temporalib. ¶In Opponit i contrariũ.
oppositum est illud apostoli.Qui perfectus erat. prima ad
Corint.6.vbi dicit omnia mihi licent,sed non omnia expe Respondet.
diunt,vbi dicit gl.quod liceat à populo sumptus repetere.
¶Respondeo dicendum sub certis conclusionibus,vt mate
ria clarius elucidetur.Supponimus in primis quod sermo
sit de perfectis secundum quod dicuntur à statu perfectio
nis cuiusmodi sunt prælati & religiosi.Sit ergo ista conclu-
5 sio.†Perfectis qui renuntiauerunt proprijs non licet repete prima conclusio.
re pro quibuscunque rebus tanquam proprijs.Ista conclu-
6 sio patet ratione posita in prin.¶Secunda conclusio.†Per- Secunda cõclusio.
fectis qui habent aliqua in commune licet repetere bona
communitatis, & litigare in iudicio pro eis debitis circun
stantijs obseruatis,maxime illis qui curam habent commu
nitatis vel alijs ex eorum mandato,patet conclusio. quia ta
libus competit conseruare,& defendere bona communita
tis contra quoscunque detentores.In hoc.n.vt dicit S. Th. S.Thoma.
super epistolam ad Corin.non peccant sed magis merẽtur.
est.n.opus Charitatis defendere vel recuperare res paupe-
rum secundum illud psal.81.Eripite pauperem & Egenum psal. 81.a
de manu peccatoris liberate.Hæc enim conclusio , videtur
determinata

determinata per Inn.3.ext.de iudi.cum deputati.Patet etiã conclusio,qm̃ ex hoc sequitur triplex bonum cõmune, vt dicit magister Alexan.de Halis. Primum est refrenatio malorum s̃m quam etiam consulitur malis: Si.n.auferatur ius repetendi daretur occasio malis rapiendi.Iob.19.Cõterebã malos iniqui,& de dentibus illius auferebam prædam.¶Secundum est,vnitas & pax ecclesiæ,qui dissiparetur,si nõ liceret sua repetere.¶Secundum bonum est consolatio infirmorum quibus data sunt temporalia non solum ad sustentationem sed etiam ad consolationem Cãt.2.Leua eius sub capite meo,& dextera eius amplexabitur me, qui desperarent si ablata repetere non liceret.Intuitu, ergo boni communis, licet perfectis quibus commissa est administratio bonorum communitatis vel alijs de mandato prælati 16.q.1.monachi repetere sua vt alterius. vnde,& clerici non repetunt sua nomine suo sed pauperũ.nec monachus nisi nomine congregationis vel ecclesiæ.

Al.de Hal.

7 ¶Tertia conclusio.†Religiosis qui ad studia de licentia suorum prælatorum sunt, deputati licet repetere sibi commissa.patet conclusio, quia dando sibi licentiam prælatus videtur sibi dare,& concedere,ꝙ possit emere,& vendere,& contrahere in his omnib. quæ sunt necessaria ad vitæ,& studij subsidium, & pro his omnibus stare in iudicio agendo,vel respondendo secundum Hu.Religiosi vero,qui omnibus renuntiauerunt, in communi & in singulari cum non habeant proprietatem rerum,sed vsum tantum non possunt repetere nisi nomine illius fieret apud quem residet proprietas rerum,vt eorum congregatio possit,vsum habere.

Tertia conclusio.

8 ¶Quarta conclusio.†Clerici & prælati quibus non prohibetur habere proprium licitum est repetere sua vt propria.Ista conclusio patet ex dictis supra in qõn.superiori debitis tamen circunstantijs obseruatis.

Quarta conclusio.

9 ¶Quinta conclusio.†Clericis & prælatis & reipublicæ rectoribus quibus bona communia commissa sunt, ad conseruandum,& defendendum licitum est repetere in iudicio,& pro eis litigare debitis circunstantijs obseruatis Ista conclusio patet ex secunda conclusione etiam non obstante scandalo,si aliter habere non potest,quia hoc ex officio sibi incumbit custodire & defendere,quorum administrationem suscepit.vnde peccaret in communitatem illam,si illius communitatis bona non repeteret,quia vt dicit Ambrosius ad Valentinianũ Imperatorem, & ad plebẽ de Basilicis non reddendis pro talibus bonis ecclesiæ, quæ suscepit commendata paratus erat mori,& immolari. Sic etiam beatus Thomas Cantuarien.martyr est effectus: verum,quia aliqui hæretici fuerunt contra hanc conclusionẽ inducemus contra eos aliqua alia testimonia ex quibus cõclusio est manifesta.Et primo patet ex illo quod dicit Augustinus contra Bonifacium,& ponitur 23.q.3.c.maximus quia Maximus episcopus Magũtinus auxilium petit ab imperatore christianos contra hostes ecclesiæ,& non tam sui vlciscendi causa,quam tuendæ ecclesiæ sibi creditæ, quod si prætermisisset non eius laudanda fuisset patientia, sed negligentia merito inculpanda. ¶Secundo patet ex eo, ꝙ Nicolaus papa præcepit Archiepiscopo Treuerẽ. eiusdẽq; ecclesiæ filijs, vt spirituali simul,& temporali gladio tãdiu occupatores possessionum, & rerum ipsius ecclesiæ occupare insequeretur, eorumque fautores quousque cum integritate possessiones,& res aliæ ecclesię occupatæ fuerint reuocatę 15.q.6.c.autoritate,ꝙ non fecisset,si hoc prælatis ecclesiasticis qui sunt in statu perfectionis,& altiori modo quam religiosi licitum non fuisset.Ad hoc etiam facit.ex.de sen.ex.c.dilecto lib. 6.& de rest.spo. cum olim.tertio patet conclusio ex concilio Grangensi. vbi statutum est,ꝙ si quis oblata Deo dederit,vel acceperit p̃ter episcopi cõsensum, qui à Deo institutus est,& qui dat & qui accipit anathema sit,& sequitur,iniquum esse censemus, vt potius custodes chartarum quam defensores rerum creditarum vt prædictum est inducemus 16.q.1.in canonibus.

Ambro. *August.*

¶His habitis patet responsio ad rationes in oppositum.Ad primum respõdetur,ꝙ renuntiantibus proprijs non licet repetere aliqua vt propria.¶Ad secundam respõdetur,ꝙ clerici seculares possunt habere proprium,vt supra 12.q.1.est declaratum. Et responsum ad canones antiquos,qui videbantur sonare contrarium.¶Ad tertium respondetur,ꝙ prohibetur episcopo litigare in iudicio pro temporalibus.s.iniuste, & ex auaritia aut iniusto modo aut cum iniuria proximi.Nõ autem prohibetur ei repetere bona temporalia causa recuperandi bona,quorum est administrator.

Ad primum argu. *Ad secũdũ.* *Ad tertiũ.*

10 **Ad tertium** Sic proceditur.Et videtur.†Quòd non sit licitũ imperfectis sua repetere. primo sic 1.ad Corint.13.dicitur.Charitas nõ quærit quæ sua sunt glo.charitas non repetit ablata.Ergo nullus habẽs charitatem potest repetere.¶Secundo sic dicit Greg.cum ꝓ re temporali pax à corde cum proximo scinditur,apparet,ꝙ plus res quam proximus amatur.¶Tertio dicit Apostolus 1.ad Corint.8. Si esca scandalizat fratrem meum,non mãducabo carnem in æternum:ergo vbi immineret scandalũ proximi non liceret repetere.¶Quarto opera misericordiæ quæ sunt in præcepto tenemur dimittere propter scandalum.ergo etiam repetere cum non sit in præcepto. Licet .n.cuilibet renuntiari iuri suo.¶In oppositum est illud superius allegatum 1.ad Corin.6.Omnia mihi licet,sed non omnia expediũt,& exponiť de repetitione suorum,ergo licitum est cuilibet repetere sua. ¶Respõdeo dicendum ad istam conclusionem satis ex superioribus apparet responsio.Dicimus ergo,ꝙ est repetere sua.s.ex cupiditate, & cũ scandalo atque iniuria proximi, & tunc est conclusio, ꝙ nulli licet hoc modo repetere sua. Et hoc modo intelligitur illud Apostoli 1.Ad Corin.13.Charitas.n.non repetit ablata in iudicio cum scandalo, quia magis amat salutem proximi,quam pecuniam secundum illud ad Phil.vlt. non quæro datum sed requiro fructum abundantem in iustitia vestra.Et ad hoc refertur etiam authoritas inducta Gregorij.Item est repetere zelo iustitiæ,& hoc modo est cõclusio ꝙ licitum est cuilibet habenti proprium repetere sua.Hoc ergo patet ex supra dictis.Patet etiam ex illo Gregorij,non solum cura debet esse ne nostra subtrahant,sed ne rapientes non sua semetipsos perdant.Est iterum repetere timore casus ne.s.propter paupertatem & indigentiam ruant homines in peccatum & secundum hoc est conclusio, ꝙ licet infirmis maxime repetere sua ne.s.egestate compulsi furentur,& periurent nomen Dei sui Prouerb. 30.

Primũ ar *Secundũ ar* *Tertiũ arg.* *Quartũ ar.* *Oppon.in contrariũ.* *Respondet*

¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primas duas iam patet responsio.Ad tertiam de scandalo iuxta Alexandrum de Halis respondetur, ꝙ est scãdalum actiuum quod dicitur dictum,vel factum minus rectum præstans occasionem alteri ruinæ.& est scandalum passiuum. Illud autem quod dicit Apostolus intelligitur de scandalo actiuo.s. faciendo, vel dicendo aliquid minus rectum. amoto ergo, scandalo actiuo non tenemur non repetere propter scandalum passiuum,hoc est quamuis scandalizetur ille,à quo repetitur.Vnde illa autoritas,quæ consueuit allegari quantũ potes sine peccato vitare scandalũ proximi debes. intelligitur salua triplici veritate.s.doctrinę vitæ,& iustitiæ.Non esset autem salua veritas iustitiæ,si auferretur repetitio.Hæc Alexander.Sanctus vero Thomas in secunda secundæ quæ11stione 43.arg.vlt.vbi quærit.†Vtrum propter scãdalum sint temporalia dimittenda. dicit sic. Temporalia vero quorum nos sumus domini dimittere tribuendo ea si pœnes nos ea habemus vel nõ repetendo si apud alios sint propter scandalum,quandoque quidem debemus,quandoque nõ. Si.n.scandalum ex hoc oriatur propter ignorãtiam vel infirmitatem aliorum,quod est scandalum pusillorum, tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia, vel aliter scandalum sedandum.s.per aliquã admonitionem.vnde Augusti. dicit in libro de verbis domini in monte. dãdum est quod nec tibi nec alijs noceat quantum ab homine credi potest, & cum negaueris quod petit iudicanda est ei iustitia,& melius ei aliquid dabis cum petentẽ iniuste correxeris. Aliqñ vero scandalum nascitur ex malitia,quod est scandalũ phariseorum,& propter eos qui sic scandalizantur non sunt tẽporalia dimittenda,quia hoc etiam noceret bono cõmuni.Daretur.n.malis occasio rapiendis,vnde beatus Th. Cãtuarien.repetijt res ecclesiæ cum scandalo regis.Hæc S. Tho.Ad quartum respondetur negando assumptum, quia opera misericordiæ non sunt simpliciter dimittenda propter scandalum quamuis deferenda quandoque.

Ad argum Ale.de Ha. *S.Thomas.* *Augu.* *Ad quartũ*

12 **Ad quartum** Sic proceditur.† Et videtur, quod licitum nõ sit omnia repetere. Primo quia videtur,quod superflua nõ sunt repetenda. Superfluũ .n.est alienum, quia indigentis,ergo cum alienum non liceat repetere nec superfluum.Respondetur iuxta Alexandrum de Halis.sub ista conclusione,quod tam de necessario quam de superfluo competit repetitio secundum modum qui dictus est.sed in hoc est differentia,quia post repetitionem non teneris necessarium dispensare indigẽti, sed superfluum

Respondet Ale. de Ha.

superfluum teneris. potest ergo superfluum repeti ad dispẽsandum, sed non ad retinendum. Et secundum hunc modũ superfluum est alienum, & est tuum. alienum ad retinendũ tuum ad dispensandum. Hæc ille. Verum circa prælatos ab alijs fit hæc distinctio circa bona propria, aut sunt necessaria ad sui, & suorum sustentationẽ, & sic cum prælatus plus teneatur se diligere, quã alios, potest ea repetere in iudicio. Si vero sint superflua. s. sine quibus ipse & sui possunt sustentari tunc est tenenda regula beati Augustin. quam ponit in glo. 1. ad Corint. 6. vbi dicit. Dicendum est hic, quid liceat perfectis & quid non & quid infirmis vel non perfectis, igitur licet repetere sua simpliciter sine causa, sine lite, sine iudicio, sed non conuenit eis mouere causam ante iudicem. s. in propria persona, vt in c. sequenti infirmo vero licet repetere sua mouendo causam ante iudicem, & iudicium habendo contra fratrem licet non contentiosè, fraudulenter nec apud infideles iudices. Le. te. ¶ [Quod autem in euangeliũ] Mat. 10. [non licet eis repetere] s. aliqua tãquam sua, sed bene ea, quę sunt cõitatis. s. suę admistrationi sunt cõmissa aut de mandato sui superioris, sicut in superiorib. est declaratũ. [Itẽ si quis] Lu. 6. expositum est in prima quæst. talia. n. præcepta non sunt obseruanda semper in exhibitione operis, sed in præparatione animi sicut, & illud. Si quis percusserit te in vna Maxilla, præbe ei & alterã. Hoc. n. vt dicit Aug. ad literam non intelligitur obseruandum. Christus. n. percussus in maxillam nõ præbuit alteram, vt iterum percuteret imo percutienti ait Matt. 26. Si veritatem dico, cur me cedis. Et Paulus Act. 23. percussus Maxillam non præbuit aliã imo percutiẽti ait Percutiat te Deus paries dealbatæ. quib. datur intelligi hoc ad literam non seruandum, sed in præparatione animi, vt antequam percussus per impatientiam resistat malo, sit paratus maiora pati. [Itẽ apostolus in epistola sua ad Corin.] 1. ad Corin. 6. [secularia] talis litera non est apud nos in translatione nostra, nec in illa prohibet secularia iudicia, quia tunc frustra iudices essent à Deo constituti. sed dicit ꝙ si iudicia secularia fuerint inter contemptibiles sint deputãdi ad illa, & maiores ad maiora. Culpat etiam existentibus iudicibus fidelibus recurrentes ad infideles [Gregorius sub nullius]. s. rei volo redigi potestatẽ, vt amore eius fratrem offendam, tunc. n. res super nos dominium habet, cum eius amorem amori proximi præponimus. Et ad hoc consonat expositio Gregorij dicentis [cum meus & c. desideria] exponit Hu. carnalia, non videtur nobis intelligẽdum tantum de carnali, sed de omni desiderio intelligitur siue carnali siue spirituali.

Expouit literam.



Piscopus. Ad idem inducitur hoc ca. sumptum ex concilio Carthaginen. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Episcopus nec prouocatus] quasi diceret, nec alium prouocare debet Hu. nec ipse prouocatus. s. ab alio ad iudicium vocatus Hu. [litiget] cum scandalo suo, vel aduersarij, vel iniuste, vel fraudulenter, sicut expositum est in c. pręcedenti, vel non litiget in propria persona. sed debet habere procuratorem in omni causa excepta criminali, vt 5. q. 3. quia Hu. vtraque expositio est congrua siue intelligatur de rebus proprijs, siue ecclesiasticis Hug. & Arch.

Exponit literam.

Quia ergo. §. Est in quo Gratianus concludit ex præallegatis, ꝙ clericis nõ liceat repetere sua, & postea nititur respondere allegatis. Et primo sic [ꝙ prohibetur perfectis in iudicio stare captando lucrum, & cætera.] hæc solutio non valet, quia clerici possunt stare in iudicio captando lucrum vel vitando damnum. Captando lucrum dico sibi, vel ecclesiæ nisi sint tales qui nihil possint lucrari vel acquirere sibi vel ecclesiæ. Hu. [vel aliter.] ista solutio est melior Hug. & Arch. [canonici & c. non vt suis & cętera] 12. q. 1. res, & c. nulli. §. si ergo, & cap. vlt. 12. q. 2. sine exceptione Hug. & Arc. [ad dispensandum] 12. q. 1. expedit Hu. & Arch. [Subintelligendum est vt non sibi] hoc quod Gratianus dicit non est verum, quia stare possunt in iudicio & pro suis negotijs, & pro negotio ecclesiæ, & miserabilium personarum. Sed forte Gratianus intelligit de clericis, qui abrenuntiarunt propriis, Et videtur ita quia loquitur de perfectis à statu perfectionis, in quo religiosi & prælati esse dicuntur. licet differenter [non sibi] .i. non pro se, i. non pro sua vtilitate. Hu. [illud vero euãgeIij] Lucæ 6. [exorbitantis] supra diximus hoc non esse intelligendum præceptum, nec exhortatio quo ad opus, cum nullus sanctorum

Exponit literam. Contra gratianum.

Cõtra Gratianum.

nec Paulus nec Christus huius exortationis reliquerit exẽplum. Sed Aug. dicit. hoc præceptum esse quantum ad animi præparationem vt supra diximus.



Vod debetur. Ad idem principale ꝓ positũ inducitur hoc capitulum quod est beati Augustini cõtra Faustum. Summa est. Qui quod sibi debetur repetit nõ peccat. potest tamen quis remittere alteri quod ei debet. Et diuidit in tres partes. In prima dicit ꝙ dictum est. In secunda ostendit quod peccat, qui petit vltra debitum. In tertia quod plus longe est à peccato, qui debita non petit. Secunda ibi. Peccat autem. Tertia ibi. Sed tu longe. Lege tex. ¶ [Quod debetur remittitur] potest. n. quis remittere alteri, quod ei debet. Sic. n. rex ille de benignitate, & misericordia laudatur, quia debitori omne debitum dimisit. Matth. 18. [peccat] secunda pars [vltra] qui. n. vltra debitum petit iniustus est, quia petit non suum, sed alienum. Vnde peccat contra præceptum Dei Exodi. 20. Non concupisces rem proxi. tui. [ideoque lex]. s. Exo. 21. Oculum pro oculo & c. & Leui. 24. & Deuter. 19. [Sed tu] tertia pars. [exactoris]. i. vltra debitum exigentis. [Bonus magister] .i. Christus, qui ait Ioan. 12. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. & Matth. 19. dicitur. magister bone quid faciendo vitam eternam possidebo. [Maxillam] hoc. n. iam declaratum est supra qualiter intelligendũ, non quo ad operis exhibitionem, sed quo ad animi præparationem [pręsertim]. s. hoc eo agere debemus. s. remittere debita, ne nos cogamur reddere debitum [ab eo]. s. Deo. qui nullum hẽt debitum. Hic innuit historiã Mat. 18. de seruo qui quia noluit remittere paruum debitum conseruo suo, iussus est tradi in carcerem vsquequo redderet vniuersum debitum suum.

Diuisio.

Exponit literam.

Sic & cætera. §. Est, vt dicit Hu. & glo. ¶ [Cætera] in primo. §. introducat [accipietis]. s. ꝙ omnia sunt consilij, sicut & istud. Si quis te percusserit vt dicit glo. Sed gl. hic non videtur dicere verum, qm̃ illud si quis te percusserit & c. quia hoc in exhibitione operis, nec est consilij nec præcepti, patet quia nullus sanctorũ nec Christus illus de facto obseruauit, & tamẽ cum ea quę sunt consilij sicut perfectionis aliquis sanctorum & maxime perfectionis magister obseruasset, bene tamẽ est pręceptũ quo ad preparationẽ animi, vt sępenumero dictũ est.


Exponit literam. Cõtra glo.



Visquis. Quia facta fuerat mentio supra de præcepto, & de consilio dicẽdo, quod illud quod clerici non possunt sua repetere non esset præceptum, sed cõsilium. magister Gratianus inducit quæ differentia sit inter pręceptum & consilium. Et ad hoc inducit duo capitula quorum primũ est hoc, quod est beati Augu. in libro de sermone domini in monte. & est breue. Summa est in rubro. Lege tex. ¶ [Quisquis præceptis]. s. iustis, & liciti [non obtemperat reus est] & debitor pœnæ, ex transgressione præcepti. sic primi parentes transgressores diuini pręcepti cum sua posterioritate rei facti sunt & debitores pœnæ mortis Gen. 3. & numeri. 14. filij Israel qui non obedierunt voci domini puniti sunt, quia mortui sunt in deserto, & non viderunt terram promissionis. Et nedum hoc intelligitur de præceptis domini, sed etiam de præceptis prælatorum & superiorum. vnde Deuter. 18. quod qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, nec decreto iudicis morietur homo ille. [non obedire peccatum est] hoc sequitur ex primo. Si. n. non obediens reus est pœnæ, nisi ex peccato sequitur. quod non obediens domini præcepto peccet, & ita non obedire præcepto est peccatum. Vnde Amsius lib. de paradiso dicit, quod peccatum est inobedientia cęlestium mandatorum [consilio.] consilium est de meliori bono Matt. 19. Si vis perfectus esse & c. Et est voluntatis, non necessitatis, sicut pręceptum pp quod omittẽs cõsiliũ nõ peccat, quia ad hoc nõ est obligatus de se, nisi voluerit. vñ apostolus hoc intendebat 1. ad Cori n. 7. cum dicebat de virginibus præceptum non habeo, sed consilium do. qa virginitas non pręcipiatur sed consulitur. Et ista est volũtaria.

Exponit literam.

Ambro.



Vod præcipitur. Ad idem est hoc capitulum quod est beati Hieronymi contra Iouinianũ, & non Gregorij sicut hic male intitulatur. Summa ꝙ præceptum est de necessitate adimplendum consilium non. Breue est, & clarum.

1 *Domestici præsertim quibus impetrari potest ratione patriæ vel domesticæ potestatis repelluntur tam in causa criminali, quam in causa ciuili.*

2 *Casus in quibus domestici admittuntur ad testificandum.*

¶ Quæstio Secunda.



E eo autem. Hic intitulatur quęstio secunda.s.an liceat clericis introducere de ecclesia sua siue de fratribus suis testes. Et diuiditur in duas partes. In prima arguit quod nõ liceat de ecclesia aut de fratribus suis inducere testes. In 2. soluit. secunda ibi. Sed si distinctio hæc. Lege tex. ¶ [De eo.] Nota circa hanc quæ- (Diuisio. — Exponit literam.)

1 stionem licet supra 3. quæstione 5. c. 1. satis est dictum† domestici pśertim quibus imperari potest ratione patriæ vel dominicæ potestatis repelluntur tam in causa criminali

2 quam ciuili, & ab hac generaliter†Excipiũtur duo casus, vt dicit Hu. & etiam gl. in quibus indifferenter admittuntur. scilicet in causa ecclesiastica ciuili. vt infra ea. quæst. super. & in causa matrimonij coniungendi vel dirimendi. vt 35. quæstione. 6. capi. 1. & 2. In quæstione ergo proposita quia hæc est causa ecclesiastica ciuilis, licet clerici de eadem ecclesia producuntur in testes quicunque agat nomine illius ecclesiæ. s. prælatus, siue subditus, siue quicunque alius de domo sua. vt 8. q. 5. c. 1. & c. accusatores vel testes [testari] .i. testificari. Improprie. n. ponitur testari, quod est testamẽtum condere Hu. [pro se vero minime] vt 3. q. 4. nullus idoneus. Hu. [pro se ipsis] non est verum, sed potius pro ecclesia vel collegio patet ꝙ allegãdo hoc dicit, vnde statim sub dit solutionem dicens, sed districtio. Hu. [in ciuilibus non vsque]. i. non in quibuslibet, quia non in ecclesiasticis, quia in ciuili ecclesiastica licet inducere testes de domo sua. i. de familia ecclesię etiam si cohabitent & sibi sint coniũcti vinculo consanguinitatis, vel affinitatis.

1 *Domestici qui dicantur.*




Vper. Inducit hoc c. quod est Paschalis papæ secundi, ad confirmandum solutionem quã dedit. Summa est, ꝙ in causa criminali domestici non admittũtur ad testimonium, sed in causa ciuili ecclesiastica bene & satis patet. Et diuiditur in tres partes. In 1. admirationem ponit. In 2. dat regulam quandam. In 3. ex illa concludit. Secunda ibi. Diuersæ. Tertia ibi: Si ergo. Lege te. ¶ [Super admiramur] hoc dicit quia videbatur iste allegare ignorantiã iuris ecclesiastici quæ in prælatis est damnabilis, vt 1. q. 1. vilissimus. & 1. q. 7. conuenientibus & dist. 28. ignorãtiam. & c. si in laicis. Hu. [acceptare]. i. acceptum accipere Hu. [nolueris] & male, vt infra sequit [diuersæ] 2. pars. [in canonibus] 3. q. 5. consanguinei, & c. cõstituimus cũ aliis pluribus similibus. [ne qui]. i. aliqui domestici]† intelligun- (Diuisio. — Exponit literam.)

1 tur consanguinei, affines, familiares, mercenarij, vasalli, filij, serui, & generaliter inter domesticos ▪ parentes habilitantes. Illi ergo domestici repelluntur ex toto quibus imperari põt ratione dominicæ, vel patriæ potestatis. vt sunt serui filij familias. i. in ptãte patris constituti. alij aũt domestici possunt repelli, & possunt admitti. Iudex ergo diligenter debet inquirere an sint tales, qui propter affectionem, debeant veritatem tacere, vel nõ. Et ita poterit eos repellere, vel admittere Hu. [assumantur] contra extraneos pro illis quorum sunt domestici vt 3. q. 5. consanguinei & c. accusatores vel testes Hu. [cæterum.] Inducit rationem, ꝙ tales qui de ecclesia sunt, & res ecclesiæ tractauerunt sunt magis idonei ad ferendum testimonium in causis ecclesiæ, quam extranei, vt etiam colligitur extra de testi. veniens in fi. [Si ergo] tertia pars cõcludit, sed sicut in alijs literis ad eos misis, quibus tibi causam ilam commisimus. (¶Domesticos. add. ꝙ domestici dicũtur assidue conuersantes, quãuis extra domũ P. de An. i c ad hæc n. 2. de iude.)

Potest. §. est, in quo ponit magister Gratianus, & soluit aliter quam superius dixerat, dicens, ꝙ domestici non admittuntur ad testimoniũ pro eo cuius sunt domestici, vnde supra dicti clerici non admittuntur pro domesticis, sed pro ecclesia quæ mater est pauperum fuerunt testimonium, vt supra e. q. 1. §. quia ergo Hu. ¶ [In conficiẽdis] in fine huius quęstionis quędam addit Gratianus more suo Hu. & dicit ꝙ presbyteri in cõtractibus secularium nõ debent ad testimonium vocari, si tamen casu interfuerint iubente episcopo testificari possunt, & inducit seq. c. & hæc est secunda pars quæstionis. (Exponit literam.)

1 *Inopia probationum aliquæ personæ recipiuntur ad testimoniũ quæ alias non reciperentur.*

2 *Clericus potest cogi ad testimonium ferendum.*



Vanquam. Capitulum hoc est ab Eugenio papa statutum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, quod est in rubro. In secunda ponit, ꝙ si casu interfuerint in defectum aliorũ de licentia episcopi testificari possunt. secũda ibi, si autem. Lege textum. ¶ [Quanquam credibile] vnde olim sine iuramento in causis credebatur sacerdotum simplici assertioni, vt 2. quæstione 5. si quis presbyter Hug. Archid. [non conuenit] infra e. q. 5. denique & 21. q. 3. c. 3. Hu. (Diuisio. — Exponit literam.)

1 & Ar. [Si autem] secunda pars. [vbi nullo idoneo] ar.†ꝙ inopia probationũ aliquæ personæ recipiuntur in testimoniũ quæ alias non admitterẽtur. ar. 3. q. 3. 2. rñso. [& malus vt bonus]. i. ille qui negat veritatẽ credatur iustã fouere causam,

2 quia nullus testis arguit eum Hu. [in prouidentia] ar.†ꝙ clericus potest cogi ad testimonium ferendum Hu. [coram se] potest. n. episcopus recipere testimonium sui clerici quamuis non tractet causam, nec intersit causæ, & sub sigillo suo mittere iudici cognoscenti de causa potest etiam facere, ꝙ recipiantur eius dicta coram alio, & postea mittantur cũ sigillo suo vel per tabellionẽ ad iudicem qui de causa cognoscit. potest etiam facere ꝙ ipse iudex qui causam tractat testimonium eius recipiat, & ꝙ hoc sit in arbitrio episcopi aperte hic dicitur, & hoc potest perpẽdi ex eo, quod alibi, dicitur clericũ non debere iurare sine licentia episcopi. de iura. calumn. inhærentes. [Honorifice.] scilicet iura iniuriã quæstionum. Hug.

1 *Vsura an sit recipere aliquid vltra sortem pro pecunia mutuata, quod sic. nu. 4.*

2 *Vsura vnde dicatur.*

Quæ sit eius diffinitio nu. 3.

¶ Quæstio Tertia.



Vod autem. Hic intitulatur tertia quæstio, in qua

1 requiritur.†Vtrum recipere aliquid vltra sortẽ pro pecunia mutuata sit vsura: quam quæstionem prosequendo, arguitur ꝙ sic. primo ex capitulis quatuor sequentibus. ¶ Secundo sic. ex etymologia vocabuli, vsura dicitur vsus æris c. pecunię. sed quandoque pro mutuo præstito amplius recepit vendit vsum eris .i. pecuniæ. ergo talis dicitur vsus & faciens iudicandus est, vsurarius. ¶ Tertio idem colligitur extra de vsur. c. 1. & ca. sequenti, & cap. consuluit. ¶ In oppositum videtur, quia in multis casibus de quibus in gl. amplius recipiens excusatur quod non esset, si recipere vltra sortem pro mutuo semper esset vsura. ¶ Respondeo tres erunt articuli. In primo ponemus interpretationem siue etymologiam vsurę. In 2. põnemus diffinitionem siue discritionem vsurę. In tertio respõ- (Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ — Oppo[...] contrariũ. — Res[...]ndet)

2 debitur quæsito. ¶ Circa primum est notandum,† ꝙ vsura dicitur ab vsu æris, vt dicatur vsura quasi vsus æris. i. pecuniæ. Nam pecunia secundum philosophum 1. Politicorum inuenta est commutationis & translationis gratia. vt quia difficile erat res necessarias ad vsum vitæ deportare ad distantia loca conuenerunt ementes & vendẽtes authoritate principis vel reipublicæ ꝙ fieret numisma de ære, ferreo, argenteo, vel aureo, ꝙ in signum recti valoris & ponderis, imprimebatur numismati character vel imago. Sic. n. de numismate cęsus, quæsiuit dominus Mat. 22. Cuius est imago hæc & superscriptio. Verũ quia à principio, & antiquitus pro maiori parte fiebat de ære. De ære. n. erat pecunia, quam vidua obtulit in Gazophilatium domini Lu. 21. Idcirco vsus pecunię in vsura dicitur vsus æris. Vlterius potest dici ꝙ vsura dicitur ab vrendo dupliciter. primo quia vsura in augmentum pecuniæ vrit, velut ignis, & inflammat affectum vsurarij, dicente Ambrosio in tractatu de Thobia ca. 6. quòd (Primus ar.)

6.ꝙ vsura vsum requirit vt aduret & inflamet. Sic.n. crescẽte vsura crescit in eo affectus pecuniæ in infinitum, vt dicit philosophus 1. Politico. ꝙ pecuniæ non est terminus neque finis. Auarus.n. qualis est vsurarius non repletur pecunia Ecclesi.5.¶ Secundo vsura est vrens, quia in ea est vrens ignis consumens & deuorans facultates, & substantias pauperum, à quibus per vsurã extorquetur pecunia, & ex hoc vsura vorago dicitur. vnde Ambrosius in tractatu de Thobia c.11. dicit, ꝙ vsura substantiam inopis, & pauperis deglutit, & quasi mare magnum omnia absorbet. Bene ergo vsura dicitur ab vrendo, & hoc de primo.¶ Circa secundũ .s. circa descriptionem vsuræ est sciendum ꝙ ſm Raymũdum e.ti. circa principium †vsura est ex mutuo lucrum pacto debitum vel exactũ ſm Host. in summa e.ti. circa prin. diffinitur plenius sic. vsura est quodcunque quod solutioni rei mutuatę accedit ipsius vsus gratia, pactione interposita vt hac intentione habita ex postfacto quodcũque ideo dicitur, quia siue sit pecunia, siue species, siue fructus, sive electuarium, siue quodcunque aliud quocunque nomine vocetur, ex quo vltra sortem exigit, vsura est, vt infra e.q. vsura. & ca. plerique. & extra de simo. in tantum & c. ea quæ rei mutuatę. ideo dicitur, quia in contractu mutui tantum locum habet secundum Gof. & Ray. & quasi omnes. Est autẽ mutuum quia de meo fit tuum, & habet locũ mutuum in his rebus quæ pondere numero, & mensura consistunt: pondere, vt in massa auri, vel argenti: numero, vt in pecunia, mensura. vt in oleo, vino frumento, & huiusmodi vt. ff. si cer. pet. l.2. & insti. qui. mo. re contra. obli. circa prin. ipsius vsus rei gratia, ideo dicitur. quia si non gratia vsus .i. cõsumptionis, sed loco pœnæ appositæ sine fraude aliud esset, vt infra dicetur pactione interposita. Ideo additur. quia si nullo pacto interueniente nec exctione ex post facto habito, debitor aliqd gratis offert recipi posset sine aliquo pacto dũmodo mala intẽtione à principio caruisset. hoc de secundo.¶ Quantum ad tertium respondetur, quæstioni sub ista conclusione, †ꝙ recipere aliquid vltra sortem pro pecunia mutuata gratia vsus ipsius rei accõmodatę est vsura. Ista cõclusio patet ex autoritatibus inductis in principio quæstionis, & ex descriptione & ex etymologia ipsius vsuræ. ¶ Ad rationẽ in oppositum dicendum, quod nullo casu posito in glo. nec alibi aliquis accipiens aliquid vltra sortem pro pecunia accõmodata excusatur à peccato vsuræ, quod patet discurrendo per singulos, in quibus contingit aliquid recipere vltra sortem. vnus est cum datur plus ratione pœnæ, si ue sit penæ conditionalis, de communi consensu partium in ipso contractu apposita, vt saltem timore illius penæ soluatur pęna debito tempore dummodo non sit in fraudem vsurarum. V.g. concedo tibi centum libras vsque ad festum beati Ioannis adijciens pœnam, ꝙ nisi ista die solueris soluat centum uiginti, quia multum damnificaret ex vlteriori dilatione. habeo.n. mercari tũc cum pecunia mea, dicimus, ꝙ talis pœna est licita, & etiam licet mihi me seruare indẽnem sic puniendo illum cum quo contraho. Dicimus quãdo non fit in fraudem vsurarum,ᵃ quod tunc videtur præsumi, quando ille qui pœnam apposuit esset vsurarius. hoc autem quod recipitur vltra sortem in hoc casu cum nõ sit gratia vsus rei mutuatę, sed ratione moræ vel contumacię illius, qui cum possit contemni statuto tempore soluere debitum creditori, non est vsura. Item quia non fuit apposita illa pœna in fraudem vsurarum sed intentione arctandi accipientem ad obseruantiam fidelitatis promissæ. Alius casus est cum aliquis vltra sortẽ gratuite offert creditori, qñ super excrescentia nec datur à debitore, nec recipitur à creditore intuitu mutui, sed ex mera liberalitate aliquid datur & ex neutra parte corrupta est intentio. Et hoc præcipue constat, quando soluto pretio aliquid datur. Nam sicut dicit Gregorius nulla obligatio suscipienti culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. Alius casus quãdo recipitur aliquid vltra sortem ratione interesse. Debitor.n. ex cuius non solutione credito damnificatur notab iliter tenetur secundum iustitiam satisfacere creditori de interesse. Et licet creditor non posset contra eũ agere in exteriori iudicio, quia non sunt pacta, tamen debitor tenetur sibi in foro consc entię: extra de fideiusso. peruenit. Et ad istum casum multi reducuntur. Hic autem cum non gratia aut vsus rei mutuatæ aliquid recipiatur, sed ratione interesse non est vsura. Alius casus est cum fideiussor pro defectu debitoris compulsus est creditori soluere principale & vsuram, tunc.n. fideiussor debet recipere de debitore vtrunque, quia seruari debet indemnis extra de fideiuss. constitutus hæc non est vsura quantum ad creditorem, sed potius interesse quia non est lucrum, sed vitatio damni. vnde Sa. Tho. in secunda secundæ q.88. ar.3. dicit, ꝙ ille qui mutuũ dat potest absque peccato in pactum deducere cum eo, qui mutuũ accipit recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid quod debet habere. Hoc.n. non est vendere vsum pecuniæ, sed damnum vitare. Et potest esse, ꝙ accipiens mutuũ cum sua vtilitate damnum alterius recompẽsat, recompensatione vero damni, quod cõsideratur in hoc ꝙ de pecunia non lucratur non potest in pactũ deducere, quia non debet vendere illud quod nondum habet. Et potest impediri multipliciter ab habendo. Alius casus est, cũ aliquid vtputa possessio aliqua impignoratur marito pro dote, tunc.n. maritus vltra capitale retinere potest fructus perceptos ad onus matrimonij supportãdum. extra de vsu. salubriter. tunc.n. fructus nõ computantur in sortem, quia cum dos cõstituatur ad honera patrimonij subleuãda, possessio debet pro dote ista obligari taliter, ꝙ ex ipsa cõsequatur prædictus effectus. Et hoc non esset, si fructus computarentur in sortem. Et ideo sicut ex honesto lucro pecunię ꝓmissę in dotem onera matrimonij licite sustentarentur, sicut etiam ex fructibus huius possessionis potest idem onus licite subleuari. Et quia hæc est causa, quare istud est licitũ, & effectus non subsistit non existente causa. ideo, quidam vt Host. meo iudicio bene dicunt hunc casum tantum habere locum cum maritus sustinet onera matrimonij, aliter non. Et probatur hoc. ff. de doli excep. l. pater. Alius casus est cum vasallus ecclesiæ impignoraret sibi feudum, ꝙ tenet ab ea. nec interim reddit seruitium ecclesiæ, quod sibi tenetur pro feudo. tunc.n. ecclesia potest retinere vel per sona ecclesiæ cuius occupat beneficium capitale cum fructibus perceptis. ex. de vsur. conquestus. Hoc autem non est accipere vltra sortem gratia mutui aut vsus rei, sed gratia recuperationis rei suæ de manu laici, vt habetur in eadem decre. Alius casus ratione verosimilis dubij. Nã si quis dat 10. solidos vt alio tempore totidem sibi grani aut vini, & huius mensuræ reddantur, quæ licet tunc plus valeant veruntamen minus solutionis tempore sint valiturę, verosimiliter dubitatur non debet ex hoc vsurarius iudicari. Ratione etiam dubij huius excusatur qui pannos, granũ, oleũ, vel alias merces vendit, vt amplius, quam tunc valeant in certo termino recipiat pro eisdem. Si tamen ea contractus tempore non fuerat venditurus vt extra de vsuris. nauiganti. Si autem merces illas tempore contractus fuerat venditurus pro minori, & ex certa scientia plus recipiat in alio termino vsurarius est dicendus. Et sic potest intelligi illud extra de vsuris in ciuitate. Concordat dominus Vlrichus in summa dicens de mutuo distinguendum est, quia vel dubium excludit pactum & perfectam intentionem lucri, vt cum aliquis mutuat frumentum, vt tantum soluat alio tempore de quo probabiliter dubitatur vtrum tunc plus vel minus valeat, vel emit fructus alicuius agri, & probabiliter dubitatur vtrum lucretur vel perdat, & hoc licitum est. vel etiam accipit lucrum, & interesse, & hoc etiam licet, vt si per instantiam tuam obtinuisti, ꝙ ego mutuarẽ tibi pecuniã, per quam ego paratus fui emere multas merces, possum pacisci, quod in tali loco reddas mihi tantum quantũ essem habiturus pro illis mercibus, si eas illuc deferrẽ dummodo ego periculum in me suscipiam. Simile est in emptione. Si.n. quis vendat aliquas merces quas tempore contractus non fuit vẽditurus vt in certo termino recipiat plusquam tunc valeant, si hoc dubium est licitum potest hoc lucrum recipere. hæc ille.

Ambro.

Secũdus ar.

3 Hostiensis

Goffredus. Raimun.

Tertius ar.

4

Ad argum.

ᵃ¶ In fraude vsurarũ fra... mul... tas ... quas exc...ant vsurarũ ne conuinci possit de vsuraria prauitate vid. Pe. de An. in c. ad nostrã. n.6. de emp. & vẽditio,

S. Thomas.

Hostiensis.

Vlrichus


2 *Vsura non committitur nisi in contractu mutui vel inquantum alius contractus participat contractui mutui.*

3 *Vsura an committatur si aliquis reddit rem pro tanto quantũ ascendit pretium & vsura.*

4 *Epicopus vadens Romam deponit in bancho mille florenos, vt mercator red dat sibi romæ indemnes, an sit vsura.*

6 *Cõtractus mutui et cõm dati de sui natura debent esse gratuiti.*

7 *Mutuum & commodatum in quibus conueniant.*

I feneraueris. Hoc ca. quod inducit in primis ad probandum, quod plus exigere, quã homo mutuo dederit sit vsura est beati Augustin. super psal. 36. Summa est in

est in rubro nec diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum in solo contractu mutui committatur vsura.

5 ¶ Secundum est, vtrum sola spes habendi aliquid ex mutuo vltra sortem faciat vsurarium.

1 Ad primum Sic proceditur,† & videtur ꝙ non in solo contractu mutui committatur vsura. Primo sic. Vendens bladum, vel aliud plusquam alias venderet, quia nõ statim soluitur dr̃ vsurã committere. sed talis contractus nõ vr̃ esse contractus mutui: ergo, &c. ¶ Secundo sic. emens agrũ vel bladum seminatum pro minori, quam valeat vel quam alias empturus esset pro eo ꝙ soluit pretium prius quam recipiat rẽ emptam dr̃ vsurarius, igitur in contractu emptionis committitur vsura & non in solo contractu mutui. ¶ Tertio emens agrum sub tali conditione, quod post decem annos illum pro eodẽ pretio restituat venditori, videtur commutatio vsuraria non computando fructus 10. annorum in pretio capitali. ¶ Quarto sic. Cambium est contractus alius à mutuo, sed in cambio committitur vsura interdum, puta si aliquis mille florenos tradat alicui vltra mare, vt sibi reddatur pecunia æquiualẽs ac totidem floreni in terra in qua plus valeant. ¶ In oppositum est ca. præsens. vbi ait, si fœneraueris hominem. i. si mutuo dederis pecuniam tuam &c. ¶ Respondeo dicendum videtur sub ista conclusio.† ꝙ vsura non committitur nisi in cõ- (2)

Primũ arg. · Secũdũ ar. · Tertiũ ar. · Quartũ ar. · Opponit in cõtrarium.

2 tractu mutui, vel inquantum alius contractus participat contractui mutui. ist conclusio est Ray. & Gof. & dñi Vlrichi & quasi oĩm. Verum dicit Ho. regulariter patet ẽt extra de vsuris consuluit. Elicit ẽt ex euangelio ex illo Lu. 6. Date mutuũ nihil inde sperãtes. Est aũt mutuũ quod de meo fit tuum, probatur autem cõclusio, rõne sic. Vsura dr̃ quasi vsuera, quia cõmittitur in vsu æris, vel vtilitate sumpta de ære. i. de pecunia. Sed hoc non est nisi quando aliquid accipitur vltra substantiã ipsam. ergo conclusio vera. Item sic. vsura proprie est, qñ vltra venditionem venditur vsus rei, qui non differt ab ipsa, aut nullam addit commoditatẽ nouam, hoc autẽ non põt contingere, nisi in rebus mutuabilibus vel in mutuatis, sicut patet per cõtractus alios discurrẽdo ergo, &c. Præterea per vsuram venditur emptori gratia mutui illud quod ratione mutui factum est emptoris, aut aliquid consequens mutuum, quod est proprium receptoris mutui. ergo conclusio vera. Sic ergo patet quod in solo contractu mutui vsura committi potest. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Dicimus. n. quod in p̃dictis contractib. non interuenit vsura nisi pro quanto interuenit ibi aliqua rõ mutui, vt patet in singulis de quibus argutum est. Nam in primo casu, venditor mutuat emptori pretium rei emptæ, quod statim ex vi emptionis soluere tenebatur, cum iam recepit rem sibi venditam. Et quia ratione talis mutui aliquid plus recipit. ideo cadit ibi vsura. Et ita patet re sponsio ad primum. ¶ Sed surgit quæst.† Vtrũ si absque oĩ dilatione in pretij solutione redderet sibi rem pro tanto quantum ascendit pretium & vsura committeretur vsura. Rñdetur ꝙ non. sed potius esset peccatum iusti p̃tij, vel iniustæ venditionis. ¶ Ad secundam idem dicemus ꝙ in illo casu emptor per quãdam rõnem mutui tradit vẽditori pretium rei emptæ, antequam eam recipiat, quam tamen ex vi emptionis statim recipere debebat: in omnibus n. alijs contractibus siue emptionis, siue venditionis, siue cõmutationis, cum cõtrahentes ad paria iudicẽtur, statim tradens recipere debet quantũ ẽ ex vi contractus. Quia igitur propter rationem mutui ibi intercidentis quasi pro p̃tio mutui retinet aliq̃ partem pretij debiti rei emptæ intercidit vsura. ¶ Ad tertium respõdetur ꝙ si emptor agri intẽtione simplici emit agrum patris semper illũ retinere nulla intercidit vsura. Si aũt intentione dolosa hoc facit intendens per hoc fructus annuos suos facere, tũc nõ est emptio nisi simulata. sed est magis mutuum. Mutuo. n. tibi tantam summam, pro fructib. quos recipiam interim de hmõi dolosa intentione emptoris præsumitur, qñ emptor consueuit exercere vsuras, ac hmõi emptiones aut quãdo pretiũ, quod tunc datur modicum est respectu valoris rei emptæ. Ex contrarijs vero circumstantijs præsumitur de simplici intentione eiusdẽ, in iudicio n. animæ standum est verbis confitentis. ¶ Ad quartum respondetur, ꝙ si sit sola rõ cambij non est ibi vsura, puta si præfatos florenos intẽdebat Romam deferre, & ibi cambiare, & inueniens campsorem vltra mare habẽtẽ tabulam cambij Romæ tradit eos sibi, tanquam cãbians eos Romæ, aut per consequens ad forũ cambij Romæ, tunc si tũc nihil aliud intendit, non est ibi vsura licet plus romæ valeant, quã vltra mare. Si tñ ex hoc ꝙ tradidit eos prius vltra mare, quã pretium cambij eorum reciperet romæ intendit aliquid lucri acquirere, tunc prior traditio inducit rõnem mutui, & est ibi vsura. a aliter est, in vendente pannum, vel equum pro centum libris ei, qui est ibi mox venditurus pro 90. libris. primus. n. dñs panni vel equi tradidit illas 90. libras. ipse vero emptor nihil soluit tunc primo domino rei, patet, ꝙ ideo secũdus dñs vendidit primo p̃ minori pretio, quasi sub quadam rõne mutui potius, q̃ sub reali veritate solutionis tradidit & sibi 90. libras, propterea hmõi contractus est vsurarius. Si quis tñ vendidisset absq; intentione reemendi rem à se vendendam absq; fraude pro centum libris, si ab emptore simpliciter volente illũ cuicunq; vendere reemat illum pro pretio minori, nõ est ibi usura, posset tñ ibi esse peccatum iniusti pretij, & nihilominus exẽptio hmõi taliter posset circunstantiari, ꝙ non esset ibi pc̃m iniusti pretij. Ex p̃dictis patet, ꝙ vbi nulla interuenit rõ mutui, nulla põt vsura licet posset aliquod vitiũ interesse. Et ideo quicunq; aliquid ab aliquod recepit, nihil dando illi, nisi tpe solutionis, vel redditionis acceptæ, puta si rõne custodiæ depositi sibi traditi aliquid lucri accipiat, aut quia absq; labore & periculo deportationis de vna terra in aliã reddit illud deponenti, vel

Primũ arg. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit in cõtrarium. Host. Ad primum argumen. 4 Quæstio 3 Respondet Ad secundũ Ad tertium Ad quartũ.

4 æquiualens† vt cum eps vadens romam reponit in valle oleti aut toleti mille florenos alicui mercatori habenti bãchũ Romæ & accipit mercator 10. libras vt præfatos millæ florenos reddat sibi romæ indemnes. Licet. n. hoc sit turpe lucrũ, pro eo ꝙ ipse mercator absque periculo & expensis, & absq; labore deportationis facit eas habere epo romæ, & tñ antequam eas sibi reddat potest ex sibi traditis mille florenis in valle oleti lucrari, nihilominus nulla est hic vsura, nec restitutio est facienda cũ nihil mercator epo mutuauerit, & seruiuerit sibi in aliquo æquiualenti. licet fecerit sine periculo sui & labore. Et ideo indecẽtia talis lucri nullã cõtinet inęqualitatem. Dicit aũt Bal. in l. 2. C. de exercito. ꝙ talia cãbia q̃ fiũt de vna ciuitate ad aliã sunt licita tam ex p̃te volẽtis sibi alibi reddi pecuniã pp periculum euitãdũ, q̃ ex parte mercatoris, quia loci ad locũ est interesse. Itẽ qa mercatores habendo suos factores alibi faciunt expensas.

a ¶ Est vsura Vsuræ quare sint prohibitæ vide Inno. in rubr. de vsur. Ho. in e. 2. e ti. pan & alios scribẽtes ibid. c. 1. Bal. in rub. C. e. & cons. 449. icipiẽte i naturali. 3. li. & consi. 395. 5. lib.

Bald.

5 Ad secundũ Sic proceditur,† Et vr̃ ꝙ spes sola accipiendi vltra sortẽ non faciat vsurarium. Primo sic. quilibet tenetur esse gratus ad bñficia, ergo mutuũ accipiens debet esse gratus mutuanti, ergo dans mutuũ põt sperare aliq̃d beneficiũ ab eo, qui accepit mutuum ergo & aliq̃ superabundantiã. ¶ Scd̃o sic. ex dono põt quis licite sperare donũ. ergo ex mutuo mutuũ. ¶ In oppositum est te. præsentis c. vbi dr̃ à quo si plus ꝙ dedisti expectes. vbi gloss. ar. ꝙ spes facit vsurarium. ¶ Item Lucæ 6. dicitur. mutuum date nihil inde sperãtes gl. vltra sortẽ. dicit ẽt glo. q̃d hic prohibet vsura, ergo sola spes accipiendi vltra sortẽ facit vsurariũ. ¶ Respondeo dicendũ sub ista conclusione, ꝙ sola spes facit vsurariũ. Ista conclusio est quasi oĩm doctorũ & colligitur ex p̃sen. c. & ex. de vsu. c. j. & c. cõsuluit, q̃ cõclusio intelligẽda est, qñ illa spes lucri ẽ principale mouens ad mutuãdũ. Si. n. aliud ẽ principale. s. charitas vel amicitia nõ est uitiũ usuræ, ẽt si secum datio moueret eũ spes lucri. arg. 77. dis. in singulis. & 59. d. si officia, & 61. di. quid proderit cũ quis mutuũ dat liberaliter scire põt debitorem sibi naturaliter obligari ad antidota. extra de testa. cũ in officijs. & ff. de pe. hære. sed si l. §. consuluit. Concor. Host. & Inno. dicit aũt hic magister Alex. ꝙ cũ diuersæ sciẽ habeant diuersas cõsiderationes à diuersis scientibus. Idẽ diuersimode cõsideratur. Hinc est, ꝙ s̃m leges humanas volũtas sola nõ facit usurarium, quia lex humana manum cohibet non aĩm. Scd̃m uero legem diuinã quæ aĩm cohibet, sola uoluntas facit usurarium. hæc ille. Confirmatur conclusio prædicta, sola uoluntas occidendi hoĩem facit homicidã 1. Io. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Similiter sola uoluntas fornicandi facit fornicationem Mat. 5. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum, iã mechatus est in corde, ergo similiter sola uolũtas acquirendi aliquid ultra sortẽ facit usurarium. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositũ. ad primã respondetur iuxta magistrum Alexandrum concedendo, ꝙ mutuans bene põt sperare id ad quod tenetur accipiens. quia in simili casu. s. necessitatis tenetur sibi dare

Primũ ar. Secundum. Opponit in contrarium Prima opi. Respondet. Hostiens.

mutuum,& teneretur similiter etiam si non dedisset prius. Vnde potest illud sperare ab accipiente nō autem ex vi mutui,sed ex charitate accipientis mutuum quia ad hoc teneť alius tamen si hac intentione tradidit sibi mutuū non est ei meritorium,quia non ponit Deum finem.Ideo dicitur Lucæ 6.date mutuum, nihil inde sperantes supple ab homine sed à Deo.insuper mutuans pacificatur ꝙ præter sortem ille qui recipit mutuum teneatur illi,qui prior sibi dedit ēt in necessitate mutuum dare vsura est,quamuis ipse ex perfecto beneficio subuentionis mutui ad hoc teneatur.Lege.

Exponit literam. ¶[Si feneraueris hominem]improprie loquitur.vnde statim subditur expositio Hu.& Lau.& Arc.[si mutuo]vsura sicut supra diximus in prima qone non committitur nisi in mutuo secundum Innocē. etiam,qui ita notat extra de vsu. in ciuitate.Et idem sicut supra diximus sentiunt Raymun. Goff.& Host.& Vlrichus & quasi omnes.Nota iuxta magistrum Alexandrum de Halis in 3.& Hug.in pri. huius quęstionis.& glo.hic.† ꝙ duo sunt contractus qui de sui natura volunt esse gratuiti.s.mutuum & accomodatum inter q̄ ista videtur differentia,quia mutuū consistit in his reb.quę numero,pondere,vel mēsura cōsistunt, vtpote vino,oleo, frumento,pecunia numerata, ære, argento,auro,quas res aut metiendo aut numerando aut appetendo sic damnus, vt accipientium fiant,& nobis non eædem res sed aliæ eiusdem generis & qualitatis reddantur,vnde dicitur mutuum quod ex meo fit tuum [b] & mutuare,i.ex mutuo tuum facere.Sed cōmodatū est ꝙ traditur alteri nō vt eius fiat,sed ad commodum & vtendū vñ & idem debet restitui.vñ dr̄ cōmodare.i.ad cōmodum & vsum tradere,vt inst.qui.mo. re com.obl.§.1.Sæpe.n.mutuum ponitur pro commodare & econuerso.In mutuo,ergo dominium transfertur,sed non in commodato.Item debet restitui quod non exigitur in mutuo.licet quandoque sic contingat.†Sed in hoc conuenit mutuum & accommodatum ꝙ vtrūque debet esse gratuitum.In mutuo certum est,ꝙ requiritur ꝙ sit gratuitum alioqui est vsura. Sed si pro accōmodato aliquid exigatur non est vsura,sed iam non est accommodatum , quia cum aliquid recipitur pro accommodato,statim desinit esse accommodatum & transit in alium contractum. s. permutationis,aut locationis,vel venditionis,vel emptionis. Si.n. exigatur,vel recipiatur aliqua res pro re quando commodata est contractus commutationis aut locationis,vel venditionis,vel emptionis.Si.n.exigatur siue recipiatur aliqua res pro re quando commodata est cōtractus commutationis,si recipiatur pecunia est contractus emptionis,& venditionis.Si accipiatur aliquid aut exigitur pro vsu rei si est pecunia est contractus locationis,si res alia est contractus innominatus quasi,do,vt des,vel vt facias,omnes isti contractus liciti sunt laicis.[Expectes]ex pacto secundum quosdam,vel etiam sine pacto,quia sola spes facit vsurarium,vt hic,& sicut iam disputatum est non pecuniā solam &c. de quo in c.sequenti.


Raymun. Hostiensi.

6

b ¶ Ex meo fiat tuū ad. te in l. 2. §. appallata ff. si certum pet. nisi in duob. casib[us] notatis p Ale. in l. singulari. e. tit. itē ēt si vsus pecuniæ cōcedatur l. certi. § fi. & l. rogasti. ff eo. Bar. in l in vēdētis in 5. oppō. C. de contra. emptio.

7

1 *Recompensatio alicuius beneficij dupliciter potest fieri.*



Vtant. Ad idem sequitur hoc c.quod est beati Hieronymi.Summa reprehenditur error quorundam dicentium vsuram non committi nisi cum pecunia recipitur vltra sortem, & ostenditur ex sacra scriptura, ꝙ quidquid super datum exigitur est vsura.Breue est.Nō diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum in sola pecunia committatur vsura.

2 Secundum est, vtrum aliquis possit pro pecunia mutuata aliquam commoditatem vltra sortem expetere.

Primū ar 1 **Ad primum** Sic proceditur.† Et videtur ꝙ in sola pecunia committatur vsura,quia vsura sicut supradictum est dicitur quasi vsus æris, id est, pecuniæ. ergo videtur ex etymologia nominis, ꝙ in sola pecunia vsura committatur.¶ In oppositum est cap. præsens.

Opponit & Respondet ¶ Respondeo dicendum,ꝙ vsura non solū in pecunia sed etiam in aliis rebus committatur. patet ista conclusio ex autoritatib. sacræ scripturæ quæ inducuntur in hoc capi.vnde Deu.23.Non fœneraberis ad vsuram pecuniam,nec fruges nec quamlibet aliam rem quæ potest.s.pecunia æstimari.

Ad argum. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur ꝙ pecunia accipitur dupliciter. Vno modo stricte & vsualiter.s.pro pecunia numerata, & sic capitur in præsenti capitulo. Alio modo capitur pecunia vniuersaliter pro omni eo, ꝙ pōt pecunia æstimari,quia vt dicit Aristoteles 4.Ethicorum. pecunia est omne quod numismate pretiatur,& sic pro omni mobili vel immobili, ꝙ ab homine possidetur vt 1.q.3. totum & 28.q.1.si infidelis,& sic etiam æs capitur vniuersaliter pro omni re,quæ ęrę appretiari pōt,& hoc modo capitur in etymologia vsuræ cum dicitur, ꝙ est vsus æris.

2 **Ad secundum** Sic proceditur.†Et videtur ꝙ quis possit pro pecunia mutuata aliquam commoditatem expetere.Primo sic vnusquisque licite potest suæ indemnitati consulere, sed quandoque aliquis damnum patitur ex hoc ꝙ pecuniam mutuat. ergo licitū est ei supra pecuniam mutuatā aliquid aliud pro dāno expetere. ¶ Secūdo sic. vnusquisque tenetur ex quodā debito honestatis aliquid recompensare ei,qui sibi gratiā fecit,vt dicitur 5.Ethicorum.Sed ille qui alicui in necessitate constituto pecuniam mutuat gratiam facit,vnde & gratiarum actio ei debetur,ergo ille qui recipit tenetur naturali debito aliquid recompensare, sed nō videtur esse illicitum obligari aliquem ad illud ad quod naturali genere tenetur ergo non videtur illicitum si aliquis pecuniam alteri mutuans in obligationem deducit aliquam recompensationē. ¶ Tertio sic. sicut est quoddam munus à manu, ita à lingua,& obsequio,vt dicit glo.Esa. 33. sed licet accipere seruitium vel etiam laudem ab eo,cui quis mutuauit pecuniā, ergo pari ratione licet quodcunq; aliud munus accipere. ¶ Quarto sic,magis à se pecuniam alienat,qui eam mutuā do dominium transfert,quam qui eam mercatori aut artifici committit.Sed licet lucrum accipere de pecunia commissa mercatori,vel artifici,ergo licet etiā de pecunia mutuata lucrū accipere. ¶ Quinto,pro pecunia mutuata licet pignus accipere cuius vsus pōt aliquo pretio vēdi, sicut cū impignoratur ager,vel domus quæ inhabitať.ergo licet aliquā vtilitatē habere.¶ Sexto contingit ꝙ aliquis vendit res suas carius rōne mutui,aut vilius emit, ꝙ est alterius,vel ēt pro dilatione pretium auget,vel pro acceleratione pretiū minuit,in quib.oībus videtur aliqua recompensatio fieri pro mutuo pecuniæ.Hoc autem non manifeste apparet illicitum,ergo videtur ꝙ licitū sit aliquod commodū de pecunia mutua expetere,vel exigere.¶ In oppositum est ca. præsens.¶ Respondeo dicendum sub aliquibus cōclusionibus. Prima est, ꝙ nullus licite potest ex pacto expresso vel tacito pro pecunia mutuata vel quacunque alia re quæ ex ipso vsu consumitur pecuniam accepisse,vel aliquid cuius pretium pecunia mensurari potest.Ista conclusio est S.Th. in 2.2.q.78.ar.2.& probatur ex autoritate scripturæ sanctæ dupliciter quę in eo ponitur,primo ex illo Leu.25.pecuniā tuam non dabis ad vsurā,& frugum superabundantiam nō exiges.& Ezec.18.in laudem viri iusti dicitur vsuram & superabuntiam non accepit.¶ Secunda conclusio.si quis recipit aliquid hmōi non quasi exigens nec ex aliqua obligatione tacita vel expressa,sed sicut gratuitum donum,nō est vsurarius,nec peccat in recipiendo.Ista conclusio patet,qa etiam antequam pecuniam mutuasset licite poterat aliqđ donum gratis accipere. sed non est peioris conditionis effectus per hoc ꝙ mutuauit, ergo ēt post mutuationem pōt aliquid gratuite oblatum accipere.Nā vt dicit Beatus Gregorius.Nullam obligatio suscipienti culpæ maculam ingerit,quæ non ex ambientis petitione processit.¶ Tertia conclusio est,licite quis pro mutuo recompensationem eorū, quæ pecunia non mensuratur pōt expetere seu exigere, vt puta beneuolentiam amorē eius cui mutuauit vel aliquid hmōi.ista conclusio est S.Tho. vbi supra.¶ His habitis dicēdum est ad rationes factas in prin.quæstionis. Ad primā satis patet responsio ex his quæ dicta sunt in quæstione. in prin.circa secundum casum.dicimus tamē cōcedendo iuxta S.Th.in 2.2.vbi supra ꝙ ille qui mutuū dat pōt absq; pēsatione dāni p ꝙ subtrahiť sibi aliquid ꝙ debet hr̄e.hoc.n. nō est vēdere vsum pecuniæ,sed dānū vitare vt plenius induximus vbi supra circa casum s̄m.¶ Ad secūdā r̄ndetur negādo minorē imo dicimus ꝙ ē illicitū aliquē ex pacto obligari vt p pecunia mutuata aliqđ ēt si ad illud videať naturali iure teneri recōpēset.pro quo notandū iuxta S.Th.in 2.2.vbi supra. † ꝙ recōpensatio alicuius beneficij dupliciter pōt fieri. Vno quidē modo ex debito iustitiæ, ad quod 3 aliquis ex certo pacto obligari pōt.Et hoc debitū attēditur s̄m quātitatē bn̄ficij ꝙ quis accipit.Et ideo ille qui accipit mutuū pecuniæ vel cuiuscūq; similis rei cuius vsus est eius cōsumptio nō teneť ad pl[us] recōpēsandū q̄ mutuo accipit.vñ contra

Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Quintū ar. Sextum ar. Opponit & Respondet. Prima conclusio. S. Thomas. Secunda cōclusio. Gregor. Tertia con. Ad primum argumen. Ad secundū S. Thom.

contra iustitiam est si ad plus reddendum obligetur. Alio modo tenetur aliquis ad recompensandum beneficium ex debito amicitiæ in quo magis cõsideratur affectus, ex quo aliquis beneficium contulit, quam etiam quantitas eius ꝙ fecit,& tali debito non competit ciuilis obligatio per quã ducitur quædam necessitas, vt non spontanea, recompensatio fiat. ¶Ad tertiam respondetur negando minorem. Dicimus.n.iuxta S.Tho.vbi supra, ꝙ si aliquis pro pecunia mutuata expectet vel exigat quasi per obligationem pacti taciti vel expressi recompẽsationẽ munerum ab obsequio, vel à lingua, perinde est, ac si expectaret vel exigeret munus à manu, quia vtrunque pecunia æstimari põt, vt patet in his, qui locãt operas suas quas manu vel lingua exercẽt. Si vero munus ab obsequio, vel à lingua non quasi ex obligatione rei exhibeatur, sed ex beneuolentia, quæ sub æstimatione pecuniæ non cadit, licet hoc accipere & exigere & expetere. ¶Ad quartam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est secundum S.Th.quia non est simile. dissimilitudo aũt stat in hoc, quia ille, qui mutuat pecuniam transfert dominium pecuniæ in eum, cui mutuat. Vnde ille cui pecunia mutuatur sub suo periculo tenet eam, & tenetur integre restituere, vñ non debet amplius exigere. Ille vero, qui mutuauit pecuniam suam vel mercatori vel artifici per modũ societatis cuiusdam, non transfert dominiũ pecuniæ suæ in illum sed remanet eius, ita ꝙ cũ periculo ipsius mercator de ea negotiatur vel artifex operatur. Et ideo licite potest partem lucri prouenientis expetere tanquã de re sua. ¶Ad quintam respondetur negando assumptum. dicimus.n. cũ S.Th.vbi supra, ꝙ si quis pro pecunia sibi mutuata obliget rẽ aliquam, cuius vsu pretio æstimari põt, debet vsus illius rei qui mutuauit computari in restitutionẽ eius ꝙ mutuauit, alioqui si vsus illius quasi gratis sibi superaddi velit, idẽ est ac si pecuniam acciperet pro mutuo. quod est vsurariũ, nisi forte esset talis res, cuius vsus sine pretio soleat cõcedi inter amicos, vt patet de libro accommodato. Lege. ¶[Putãt in pecunia] numerata [diuina scriptura] Leui.25.& Eze.18. vt supra allegatum est [munuscula.] ꝙ.n. vltra sortẽ exigitur aut speratur vsura est, nisi alia gratis, & sine pacto detur aut spes plus recipiendi non assit, vt vsura excusatur qa omnis superabundantia vsura est sicut patet ex illo Eze.17.

Ad tertium ar. S.Thomas — *Ad quartũ ar. S.Thom.* — *Ad quĩntum ar. S.Thomas.* — *Exponit literam.*

1 *Emens prædium ea conditione apposita, quod si vendens infra decennium tãtundem pecuniæ velit restituere, teneatur ipse emptor prædium reddere, tandem recepta pecuniæ reddit, agrum fructibus retentis. an committat simoniam.*



Plerique. Ad idem est hoc c.quod est B. Ambrosij non de Nabuthe vt intitulatur sed scribit ĩ tractatu de Thobia c.13. Sũma est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In 1.ponit errorem quorundam credẽtiũ solum in pecunia committi vsuram. In 2.ostẽdit tales agere contra legem diuinam. In 3.explicat quõ in multis alijs quam in pecunia committitur vsura. Secunda ibi. Ideo audiant. Tertia ibi. Item si quis. Lege tex. ¶[Pleriq; refugientes]. s. directe contra verba legis facere vt dicãt se nolle dare ad vsuram. qui tamen in rei veritate vsuram cõmittunt, & si non in pecunia accipiunt vltra sortẽ accipiũt tñ in reb. quæ pecunia æstimantur vt bladum vinũ & merces & c. [Ideo] secunda pars. [lex diuina] Leui.25. pecuniam tuam non dabis ad vsuram, & frugum superabundantiam non exiges. Et idem Deut.23. supra inductum est. [Quodcunque forti accidit.] Ex pacto vel intentione Hu. & Arch. [vsura est]. ¶Surgit hic quæstio. 1 †Vtrum si emẽs prædiũ ea conditione apposita, ꝙ si vendens tantundem pecuniæ infra decennium velit restituere, teneatur ipse emptor prædium reddere tandem recepta pecunia reddit agrum retẽtis fructibus perceptis committat vsuram. Ad hoc respondet Hu. & Archid. quod si hoc fiat in fraudem vsurarũ mortaliter peccat, nec à peccato vsuræ defenditur licet ab ecclesia non possit inde condemnari. Sed si hoc nõ fuerit in fraudem non peccat, quia talis contractus est licitus, & talis emptio vel venditio est licita. C.de pact. inter emp. & ven. le. si fundum. ff. de in diem adiec. l. quoties. ẽm Hu. Si tamẽ adijciatur conditio siue pactum ꝙ prædium restitueret si eidẽ infra certum tps certam quantitatem pecuniæ, quæ vix dimidiam partem iusti præcij contingebat talis contractus, iudicabitur vsurarius ar. ff. de trans. l. cum hi. §. modus & C. man. l. per diuersas. ẽm Inno. quod dic, vt nota. extra de emp. & ven. ad nostram. sed Ray. dicit, ꝙ talis contractus ꝓsumitur vsurarius ex his coniecturis. s. ex eo ꝙ modicũ est pretium respectu valoris rei. Item ex eo, ꝙ aliquid persoluit ur vltra sortem receptam. Item ex eo, ꝙ emptor consueuit exercere vsuras probãtur hæc in prædicta decretali ad nostram de pig. illo vos secundum Ray. de penna forti [itẽ] tertia pars [si quis] vsurarius [ad negotiatorem] cui pecuniã mutuauerat Hu. [mittit] ex pacto præcedenti vel eo intuitu quia ei crediderat pecuniam Hu. Arch. [Absinthiaci]. i. vini ex melle & absynthio confecti [cupulam]. i. paruã cupam [sibi gratis] nam si pretium pro talib. daret nulla esset vsura [picenum] à loco. Hu. i. ciuitatis vel Diocæsis picenni vbi sunt bona vina dulcia & leuia [tyriacũ] à loco [ad laniũ]. i. carnificẽ, & dicitur à laniando [vulnam] quod ex vulua nascit vel vel vẽtre. graton de porc. [vber.] s. vacciniũ alias hillam. i. salsitiam ad alium debitorem suum [adornet]. i. faciat sibi pulchrum xenium de pomis, quia forte habet hospites & Arc. Et no. diligenter quod dictum est. s. quodcunque nomen ei imponas vsura est.

Diuisio. — *Exponit literam* — *Quæstio* — *Respondet* — *Innocenti.* — *Rayner.*



Vsura est. Ad idem sequitur hoc capitulũ, quod est concilij Agathen. Summa quicquid vltra sortem exigitur est vsura. De isto satis dictum est circa superiora capitula litera patet.

Ecce §. Est in quo magister Gratianus concludit ex ꝓcedentibus autoritatibus, & quicquid vltra sortem exigitur est vsura.

2 *Pecuniam accipere pro re mutuata est peccatum mortale.*
4 *Numismata multa sunt gratia commutationis.*

¶ *Quæstio Quarta.*



Vod vero. Hic intitulatur 4.q. qua quæritur an liceat clericis vel laicis exigere vsuras. Et quod non sit licitũ inducit sequentia capitula. Pro pleniori intelligentia huius partis quærũtur hic duo.

1 ¶Primum est, vtrum accipere vsuram pro pecunia accommodata sit semper peccatum mortale.

3 Secundum an accipere vsuram pro pecunia mutuata sit cõtra ius naturale.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur ꝙ accipere vsuram pro pecunia accommodata non semper sit peccatũ mortale. Primo sic. Nullus peccat ex hoc ꝙ sequitur exemplũ Christi. patet, qm̃ facta eius nobis præponũtur in sacra scriptura, vt ea imitemur ẽm illud Io.3. exemplũ tantum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Sed dominus de seipso dicit Lucæ 19. Ego venissem & cũ vsuris exegissem illam. s. pecuniã mutuatam. ergo exigere vsuras non est peccatũ. ¶Secundo sic. nullum peccatum mortale est cõcessum in lege diuina, quæ vt dicit propheta est immaculata. quia, s. peccatũ prohibet. Sed dare mutuũ ad vsuram est concessum in lege diuina. dr̃.n. Deut.23. non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec quamlibet aliam rem sed alieno. ergo dare mutuum ad vsuram non est peccatum mortale. ¶Tertio illud quod repromittitur tanquam præmiũ pro legis obseruantia non potest esse peccatum mortale. sed dare ad vsuram permittitur in lege diuina, vt præmium iustitiæ: dr̃.n. Deuter.28. fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies. ergo dare mutuum ad vsuram non est peccatum. ¶Quarto sic, prætermittere consilium non est peccatum mortale, quia vt dicitur 1. ad Cor.7. mulier non peccat si nubat quamuis consilium virginitatis prætermittat sed dare mutuũ absq; vsura ponitur inter consilia Lu.6. vbi dicitur, diligite inimicos vestros, & benefacite eis qui vos oderũt. Et date mutuũ nihil inde sperantes in quo ꝓhibet vsura: ergo accipere vsurã nõ est peccatũ mortale. ¶Quinto sic. hõ habet dñium suæ domus, aut equi, ita ẽt habet dñiũ suæ pecuniæ. sed hõ põt locare domum suam, aut equũ ꝓ pretio. ergo pari rõne potest accipere pretiũ pro pecunia accommodata. ¶Sexto sic, pretiũ accipere pro eo, ꝙ quis facere nõ tenet non videtur esse ẽm se peccatũ. sed non in quolibet casu tenetur pecuniã habens eã proximo mutuare. ergo licet ei aliqñ ꝓ mutuo ꝓmiũ accipere. ¶Septimo

Primũ ar. — *Secundũ ar.* — *Tertiũ ar.* — *Quartũ ar.* — *Quintum ar.* — *Sextum ar.* — *Septimũ ar.*

argumentum monetatum & in uase formatum non differunt spē sed licet accipere pretium pro uasis argenteis accommodatis. ergo etiam licet accipere pretiū pro mutuo argenti monetati. usura ergo secundum se non est peccatū.

Octauū ar. ¶ Octauo quilibet pōt accipere rem quam ei dominus rei voluntariè tradidit. Sed ille qui accipit mutuum uoluntariè tradit usuram. ergo ille qui mutuat licite potest accipere.

Nonū ar. ¶ Nono multo grauius est occidere hominem, quam accipere pretium, pro pecunia accommodata. Sed occidere hoīem in aliquo casu licet. ergo multo magis dare pecuniā ad vsuram in aliquo casu est licitum.

Decimū ar. ¶ Decimo illud ad ꝙ homo se obligat licite potest ab eo exigi, Sed ille q̄ dat usuram ad hoc se obligauit quando mutuum accepit, ergo licite potest usurarius accipere.

Opponit & Respondet. ¶ In oppositum sunt omnia 2 capitula huius quæstionis. ¶ Respondeo dicendum †accipere pecuniam pro re mutuata est peccatū mortale. Ista cōclusio probatur multipliciter. primo sic. ¶ Omne quod est contra præceptum legis diuinæ est peccatum mortale, sed dare ad usuram est contra præceptum legis diuinæ. dicitur. n. Exod. 22. Si pecuniam mutuatā dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, nō urgebis eum, quasi exactor nec usuris opprimes, & extra de usuris. in c. quia in omnib. dicit Alex. 3. ꝙ crimen usurarum utriusq; testamenti pagina condemnatur, ergo dare pecuniam mutuo ad usurā est peccatum mortale. ¶ Secundo sic. sicut propositū in proposito, ita oppositum in opposito ut dicit philosophus, sed nō dare pecuniam ad usuram ducit hoīem ad uitā. dr. n. Exo. 18. Qui usuras non accepit uitam uiuet. Et in psal. 14. qui pecuniam suam non dedit ad usuram, hic accipiet benedictionem à domino. ergo accipere ad usurā deducit ad mortem & aufert diuinam benedictionem. Ergo est peccatum mortale. ¶ Tertio patet conclu. q̄m accipere usuras est cōtra iustitiam naturalē, ut in qōne sequenti plene declarabitur.

Ad primum argumen. ¶ His habitis dicendū est ad rationes in oppositū. ¶ Ad primam iuxta S. Tho. r̄ndetur negando consequentiam. Et ad probationem dicendū est, ꝙ usura in uerbis euangelij metaphoricè accipitur pro superexcrescentia bonorū spūaliū quam exigit dominus uolens, ut in bonis acceptis ab eo ꝓficiamus, ꝙ est ad utilitatem nostram, nā ex eius metaphoricis locutionibus non potest argumentatio trahi.

Ad secundū ¶ Ad secundam r̄ndetur negādo minorem. dicimus. n. ꝙ accipere usuram ab extraneis non fuit cōcessum Iudæis quasi licitū sed permissum, vt. s. propter hoc non punirentur pena temporali cuius quidem permissionis ratio fuit ad maius malum euitandum, ne. s. à Iudęis Deum colentibus vsuras acciperent propter auaritiam cui dediti erant, vt habetur. Esai. 56. sed post modum per prophetas admoniti sunt, vt totaliter ab vsuris abstinerent, vt patet in psal. vbi absolute dr̄ qui pecuniam suam nō dedit ad vsuram. Eze. 18. qui vsuram non acceperit.

8 quis militans suis stipendiis.¶ Alius modus cambij est† ꝙ dicitur siccus ab aliquibus seu sine litera seu ad libras grossorum,& vna libra grossorum sunt.10.ducati.fit autem sic tale cambium, accipit quis.10.libras grossorum florentię .s.centum ducatos a campsore siue mercatore, quos sibi restituere debet inde ad mẽsem florẽtiæ,& eo valore quo valebunt Venetijs centum ducati inde ad.10.dies à die celebrati contractus id est acceptionis dictæ pecuniæ. & si plus vult tenere dictam quantitatem centum florenorũ,

de mente

de mense in mensem renouatur contractus modo prædicto, contingit autem ꝙ centum ducati in decimo die à receptione pecuniæ valent Venetijs tantũ quantum Florentiæ, quando illos recipit, & sic campsor nihil lucratur aliquando minus, & sic perdit, aliquando plus, & tunc lucratur illud plus, & communiter vt in pluribus plus valet quã reddit, quam quando accepit quamuis vt dictum est aliquã minus, vnde in capite anni semper reperit in lucro, & magno, de isto cambio est conclusio tertia ꝙ tale cambium non est licitum. Ratio est quoniam communiter tenetur esse vsurarium. Tum quia ibi mutuum est. Tum quia spes lucri in campsore, Ex quibus duobus perficitur vsura. s. e. q. 3. si fœneraueris. Et huic sententiæ consentire videtur Laurent. de Rodol. in tractatu de vsuris, nec excusat periculum, vel dubium amittendi. i. quia minus possunt valere illa centum tempore redditionis, tum quia mutuo cũ spe lucri ar. extra de vsur. nauiganti, tum quia raro contingit, ꝙ perdit. ¶ Alius modus cambij est† qui frequenter temporibus modernis celebratur quod dicitur etiam per literam dissimilis tamen à secundo quod etiam dicitur per literam & à tertio qui fit in hac forma. A indigens pecunia Florentiæ vel alibi existens petit à B. campsore cẽtum Florenos nunc sibi dandos ad rationem cambij per Venetias, vel Barchinonæ, vel Neapolim, & huiusmodi, quod intelligitur ꝙ E. faciet restituere ipsi B. illa cẽtum Venetijs, vel Barchinone, vel Neapoli, prout conuentum est inter eos, eo valore illa centum de illa moneta quæ ibi currit, quando litera cambij præsentabitur, ibi in capite videlicet quindenę. vel mensis, vel plus temporis ẜm distantiam loci à ciuitate vbi recipitur pecunia ad ciuitatẽ vbi redditur, & sic mittitur litera cambij & ipsa recepta pecunia redditur per factorem illius, qui pecuniam receperat, sed de illa moneta ibi currente ex hoc cãpsore siue mercator lucratur quia communiter ibi plus recipit, quam dederit, & hoc ratione variationis valoris monetæ dictæ cambij, licet etiam aliquando non lucretur vel aliquid perdat ipse mercator de ipso ponitur quarta conclusio ꝙ istud cambium est illicitum, patet, quia in hoc cambio licet sic nominetur non est realis commutatio sicut in mercibus contingit, quæ valent aliquando plus in vno loco, quam in alio, sed est mutuum. Nam A. indigens Florẽtiæ pecuniarijs, vt sibi prouideat accipit sub mutuo à A. illa centum sub nomine cambij per Venetias aut Barchinonam, & huiusmodi, ibi restituendam, cum ibi aliquando non habeat mercimonium facere, vel inde pecunias ad se trahere, ex quo in mutuo ibi B. sperat inde lucrari, vnde vsuram sapere videtur arg. 14. q. 3. plerique, ad quod satisfacit quod habetur in directorio iuris vbi quærit Petrus. Quid iuris cũ quis mutuat pecuniam recepturus ad certum terminum alterius generis monetam vel aurum vel argentum vel aliam speciem, respondet dicendo ẜm Host. & Goffr. ꝙ si hoc faciat vt in expectatione lucretur, vsurarius est ex quo fraudulenter vel mala intentione fit, vt inde sorti aliquid accedit 14. q. 3. plerique, & sic videtur esse in proposito, vnde male se possunt excusare ab vsura mentali, vnde talis cãpsor vsurarius mentalis censendus est, de quo vsurario qui mentalis est, dicunt Innocent. Bernard. Goffred. & Host. vt refertur in directorio iuris, ꝙ inducendus est in foro pœnitentiali vt restituat per c. consuluit, de vsuris, & inducẽdus nõ compellendus in foro contentioso vt restituat, nec tanquã vsurarius est puniendus, sed quo ad Deum vere est vsurarius, & sic accepta tenetur restituere, quia sola intentio facit vsurarium, quod intelligo, cum effectu quantũ ad obligationem restitutionis, cum. s. accipit vltra sortem 14. q. 3. per totum. Alius modus cambij est in curia multum vsitatus.† Nam promoti qui obligantur soluere annatam cameræ apostolicæ accipiunt sub nomine cambij à campsoribus pecuniam soluendam apostolicæ camerę obligãtes se ad restituendam ipsam in partibus illis, vbi sunt beneficiati, & de illa moneta ibi currente & vltra lucrum quod consequuntur ex varietate monetarum ibi restituendarũ volunt sibi dari tantum pro centenario. s. quinque, vel sex vel septem, vel plus, vel minus secundum diuturnitatem temporis maiorem vel minorem, qua habent expectare redditionem suæ pecuniæ, & instrumentum fieri faciunt obligationis debiti non solum pecuniæ mutuatæ, sed etiã vsuræ additæ, tanquam notum sit de capitali, vt si mutuãt mille & campsores in partibus volũt mille & quinquaginta ratione mutui, instrumẽtũ cõtinet mille quinquaginta mutuata tali tempore restituenda, de isto cambio ponitur quinta cõclusio, ꝙ est illicitum, patet. Tum quia intentio lucrandi est in campsore magis quam seruiendi prælato. Tum quia ratione dilationis temporis petant illud plus. s. quinquaginta, vnde manifeste constat esse vsuram 14. q. 3. si feneraueris cum c. se, & de vsuris, consuluit, & c. in ciuitate. ¶ Ad rationes in contrarium. Ad primam respondetur ꝙ dominus eiecit numularios de templo non ratione loci, sicut vendentes columbas quamuis vendere columbas non sit vsura. Sic etiam de aliquis cambijs quæ licita esse videntur. ¶ Ad rationem pro alia parte respõdetur ꝙ ratio non cogit ad probandum, ꝙ oĩa cambia sint licita, sicut nec omnia quæ tolerantur in curia romana sunt licita, multa. n. per patientiam tolerantur, &c. Et hæc de ista quæstione pro nunc.

Laurent. — Petrus. — Hostiensis. Goffred. — Innocen. — Ad argu.

9 (margin, beside "ꝙ perdit. ¶ Alius modus cambij") — 10 (margin, beside "tatus.† Nam promoti")


1 *Recipientes ab ecclesiis possessiones tenendas tempore vitæ suæ ita quod post eorum mortem ad ecclesiam reuertantur an committant simoniam.*



Qvicunque. Ad idẽ est hoc c. Iulij papæ. Summa est in rubro. Vel sic. Qui ex cupiditate emit vinum vel granum vilius vt post certum tempus vendat carius turpe lucrum sectatur. Breue est & non diuiditur. Lege. ¶ [Quicunque] clericus vel laicus generaliter hic loquitur & omnes comprehendit tam clericos quam laicos, quia hoc genus negotiationis ꝙ fit ex cupiditate illicitum est & clericis & laicis. Hu. [non in necessitate] nã causa necessitatis & clericis & laicis licet emere & vendere. Si ergo clericus vel laicus causa necessitatis emat aliquid, & postea carius vendit, non peccat, nec ibi est turpe lucrum, sed propter cupiditatem proprio studẽs lucro, & communi detrimento, vt caristia inducatur Lau. & sic notatur turpitudo. Arc. [turpe lucrum] non dicit vsuram, turpe lucrum dicitur quia ex cupiditate procedit. nõ autem vsuram, quia contractus ex forma non est vsurarius. ¶ Sed surgit questio nunquid negotiatio concessa est laicis, quomodo ergo dicitur hic ꝙ hoc c. comprehendit etiam laicos. ¶ Ad hoc respondetur, secundum Hug. & superius dicta, ꝙ non omnis negotiatio est concessa laicis, vt hæc, sed bene illa quæ fit vt prouideat sibi & suis est concessa eis, & est licita, vt distinctione. 88. fornicari. ¶ Mo-
1 uetur hic quæstio.† Vtrũ hi qui recipiunt ab ecclesijs possessiones tenendas tempore vitæ suæ, ita vt post eorũ mortem ad ecclesias reuertantur committant vsuram. dicunt Raymund. & Goffred. quòd talis contractus est vsurarius. Sed Host. contra prout ipse notat in summa eo. tit. §. an in aliquo casu. versic. 12. quid de his ibi videas, & quod Innocent. notat extra de vsur. in ciuitate, pro hac sententia facit, quia vsura non contrahitur, nisi in mutuo regulariter etiam secundum Raymund. & Goffred. & supra notatum est ead. quæst. 3.

Exponit literam. — Laurent. — Quæstio. — Respõdet. — Quæstio. — Respõdet. Hostiensis.

3 *Depositarius ex vtilitate quam sentit ex pecunia quæ est apud eum deposita si det aliquid deponenti an possit licite recipi.*
4 *Emens qui ex re empta multum iuuatur potest propria sponte aliquid vendenti supererogare.*
6 *Ius percipiendi aliquos redditus est omnino aliud ab ipsis redditibus, 75 nu. 7.*
8 *Emens redditus si aliquid recipiat vltra sortem quam dedit nullum committit iniustum nec tenetur ad restitutionem.*



SI quis vsuram. Ad idem est hoc ca. quòd est beati Ambrosij in libro de bono mortis. Summa est in rubro. Breue est & non diuiditur. Pro intelligentia præsentis ca. & eorum quæ notantur circa illud quæruntur plura.

1 ¶ Primum est vtrum sit verum ꝙ vsura sit rapina.
2 ¶ Scdm est vtrum peccet qui recepit ad vsuras aliquid.
5 ¶ Quintum est vtrum qui emit redditus ad vitam committat vsuram.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur ꝙ vsura non sit rapina, quia in raptorem non trãsfertur dominium rei ablatę, sed in vsurarium sic, vt dicit Laurent. hic & Ber. Hisp. ¶ Secundo sic, accipere vsuram non est

non est contractare alienam rem inuito domino, ergo nõ furtum nec rapina. (Tertiũ ar.) ¶ Tertio si esset rapina iudex secularis non pateretur eos uiuere, sicut nec permittit fures, nec latrones. (Quartũ ar.) ¶ Quarto si usura esset rapina & furtum, iudex ecclesiasticus non se intromitteret plus de pœna usurariorũ, quam de pœna aliorum furum. (Opponit & Responde.) ¶ In oppositum est tex. præsentis c. ¶ Respondeo dicendũ, ꝙ hic tãgit Arc. & etiã gl. Rapina non dr̃ hic proprie, sed large prout quelibet illicita usurpatio rei alienæ dr̃ rapina, & hoc mõ usura dr̃ rapina large sumpta, ut pars pro toto accipiatur 32. q. 4. meretrices, ad hoc facit quod le. & no. infra eadem quæstio. 5. pœnale. (Ad primũ argu.) Et per hoc respondeo ad argumentum primum in principio quæstionis factum. (Ad secundũ) ¶ Ad secundum dicendũ negando assumptum secundum, ꝙ supra distincta fuit duplex uoluntas, una est absoluta. Et secundum istam dans usuras non uoluntate dat. Et est uoluntas mista, secundum quam uult ꝙ habeat quia non potest aliter habere pecuniam ab vsurario. (Ad tertium) ¶ Ad tertium dicendum iuxta magistrũ Alex. de Halis in tertio negando consequentiam. Nam iudex secularis rempublicam regit quãtum ad temporalia: unde quamuis usurarius sit fur, tamen quia fur est domesticus, nec per uiolentiam furatur. Et quia etiam ex furto illius prouenit aliqua utilitas reipublicæ quantum ad tẽporalia, propter hoc permittit uiuere usurarios, cũ tamen in aliquo casu eos puniatur. (Ad quartũ) ¶ Ad quartum respondetur, negando assumptum. Et ratio est iuxta eundem Alexã. de Halis in tertio, quia iudex ecclesiasticus qui subtilius inspicit quam secularis persequitur usurarios propter damnũ spirituale, quod uidet ex usura accidere. Et quia usurarij de inhonoratione Dei & contemptu Dei hoc est de peccato fecerunt sibi officium & modum uiuendi.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et uidetur qđ ille qui recipit pecuniam mutuo sub usuris peccet. (Primũ ar.) primo arguitur ex. ca. præsenti ubi dicitur. Si quis usuram accipit glo. Hu uel à debitore, uel ab ipso usurario, ubi uidetur innuere, quod peccet qui pecuniã recipit sub usuris. (Secũdũ ar.) ¶ Secundo sic dicit Apostolus ad Rom. 1. digni sunt morte, non solum qui faciũt peccata, sed etiã qui cõsentiũt facientibus. sed ille qui accipit pecuniã, mutuo sub usuris consentit usurario in suo peccato & prebet occasionẽ peccandi. Ar. 27. q. 2. si tu. 31. q. 2. de neptis, ergo ipse peccat. (Tertium ar.) ¶ Tertio pro nullo bono temporali debet aliquis alteri quantumcunque occasionẽ præbere peccandi. hoc. n. pertinet ad rationem scandali actiui, quod semper est peccatum. sed ille qui petit mutuũ ab usurario: expresse dat ei occasionẽ peccandi. ergo pro nullo bono temporali excusatur. (Quartũ ar.) ¶ Quarto non minor uidetur esse necessitas quandoque deponendi pecuniã suam apud usurarium quam mutuum accipiendi ab ipso, sed deponere pecuniã apud vsurarium videtur esse illicitum, sicut illicitum est deponere gladium apud furiosum, vel virginem cõmiscere luxurioso, seu cibum guloso, ergo nec licitum est accipere mutuum ab vsurario. (Opponit ĩ contrariũ.) In oppositum arguitur ille qui iniuriam patitur non peccat secundum philosophum 5. Ethic. vnde iustitia non est media inter duo vitia. vt ibidẽ dicitur, sed vsurarius peccat inquantum facit iniustitiam mutuum accipienti sub vsuris. ergo ille qui accipit mutuũ sub vsuris non peccat. (Respõdet.) ¶ Respondeo iuxta S. Tho. in 2. 2. q. 79. ar. vlt. & 3. q. de malo q. 9. quod inducere hominem ad peccandum nullo modo licet, vti tamen peccato alterius ad bonum licitum est, quia etiam Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum. Ex quolibet. n. malo elicit aliquod bonum, vt dicitur in enchiridion, & August. publicæ quærenti vtrum liceret vti iuramento eius qui per falsos Deos iurat, in quo manifeste peccat eis reuerentiam exhibens, respondit ꝙ qui vtitur fide illius qui per falsos Deos iurat non ad malum, sed ad bonum non peccato illius se sociat quo per demonia iurauit, sed pacto bono eius, quo fidem seruauit. Si tamen induceret eum ad iurandum per falsos Deos, peccaret, ita in proposito dicendum est sub ista conclusione. Quod nullo modo licet inducere aliquẽ ad mutuandum sub vsuris, licet tamen ab eo qui paratus est facere vt vsuras exerceat mutuum accipere sub vsuris propter aliquod bonum, quod est subuentio suæ necessitatis, vel alterius, sicut etiam licet ei qui incidit in latrones manifestare bona quæ habet, quæ tamen latrones diripiẽdo peccant ad hoc, ꝙ non occidatur exemplo decem virorum, qui dixerunt ad Ismael occidere nos, quia habemus thesaurum in agro, vt habetur Hierem. 41. hanc sentẽtiã sequitur dominus Vlrichus in summa sua dicens, dicũt (Vlrichus.) autem aliqui, ꝙ si quis sine necessitate accipit mutuum ad vsuram peccat mortaliter, sicut & ille, qui accipit vsuram eo quod communicat operibus eius. Sed hoc non credo verum esse nisi in nomine necessitatis comprehendatur omnis vtilitas quam aliquis consequitur agẽdo rem suã & negotia sua, tunc. n. credo semper licet accipere mutuo ad vsuram nec communicat peccato alieno, sicut nec ille qui accipit iuramentum alicuius infideles per Deos suos, vel alienos secundum Augustin. communicat idolatriæ eius, eo quod facit hoc coactus coactione conditionata. Et eadem ratio est in proposito. Cessante autem hac ratione. i. quando non est coactio qui vtilitatem iusti pretij, sicut est propter ludum aleæ, vel aliquid simile vsura datur, tunc credo opinionem illam esse veram, hæc ille: ceterum hanc sententiam sequitur Arch. in hoc cap. dicens, distinguendum est, aut præstat causam aut occasionem tantum. (Archid.) Si causam si aliquem ad fœnerandum inducat qui non habuit propositum hoc faciendi, peccat si tantum occasionẽ, vt quia inducit ad fœnerandum quoniam hoc facere prius disposuerat non peccat arg. 22. q. 1. mouet, & 23. q. 5. de occidendis, & c. cum homo Bernard. hispan. Arch. de hac materia satis notat Hostien. extra de vsur. super eo. (Bernardus hispanus.) ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. (Ad primũ argumen.) Ad primam de cap. præsenti respondetur, ꝙ ex dicto cap. non arguitur hoc nisi ꝙ Archidi. super illo mouet hanc quæstionem ad quam iam responsum est. (Ad secũd.) ¶ Ad secundam respondetur negando, ꝙ ille qui accipit ad vsuram in illo casu consentiet vsurario in suo peccato. Nam vt dicit San. Thom. & bene (S. Thomas) aliud est consentire alicui in malitia, & aliud est vti malitia alicuius ad bonum. ille. n. qui alicui in malitia consentit complacet, vt ille malitiam exerceat, & ad hoc forte eum inducit, & hoc semper est peccatum, vtitur autem malitia alicuius qui hoc, quod alius malum facit retorquet ad aliquod bonum, & sic etiam Deus vtitur peccatis hominum ex eis eliciẽdo aliquod bonũ, vnde & homini licet vti peccato alterius ad bonum, vt dictum est. Et ita in proposito, cum quis vtitur malitia vsurarij accipiens ab eo mutuum ad vsuram, propter aliquod bonum, non peccat. (Ad tertium) ¶ Ad tertium respondetur negando, ꝙ ille qui accipit pecuniã mutuo sub vsuris, det occasionem vsurario vsuras accipiendi, sed mutuãdi, ipse autem vsurarius sumit occasionem peccandi ex malitia cordis sui, vnde scandalum pessimum est ex parte sua, non autem actiuum ex parte petentis mutuũ, nec tamen propter huiusmodi scandalum passiuum debet alius à mutuo petendo desistere, si indigeat, quia huiusmodi scandalum passiuum non prouenit ex infirmitate, vel ignorantia, sed ex malitia. (Ad quartũ. S. Thom.) ¶ Ad quartũ respondetur iuxta S. Thom. tam in 2. 2. quam in q. disputatis de malo, vbi supra, ꝙ si committeret pecuniã vsurario non habenti alias, vnde vsuras exerceat, vel hac intentione committeret, vt inde copiosius per vsuras lucraretur daret materiam peccandi, vnde potest esse particeps culpæ. Si autem aliquis vsurario alias habenti, vnde vsuras exerceat aliquis pecuniam suam communicat, vt tutius conuersetur, non peccat, sed vtitur homine peccatore ad bonum. (Quæstio.) ¶ Surgit hic
3 alia quæstio. †, vtrum depositarius ex utilitate quam sentit pecuniæ quæ est apud eum deposita, det aliquid deponenti. s. paruum, utrum licite potest recipi, uidetur respondendum saluo meliori iudicio ꝙ licite potest recipi quod gratis offertur ubi non præcessit pactio aliqua, nec intẽtio corrupta, nec ex male acquisitis certum sit prouenire. (Respondet.) Et sic in parua quantitate considerata quantitate pecuniæ depositæ probatur hoc per illud quod dictum est circa capitulum canonũ. s. e. q. 3. 5. q. secundæ quæstionis ex sententia
4 S. Thom. ubi dicitur sic † ꝙ emens qui ex re empta multũ iuuatur potest propria sponte aliquid uẽdenti supererogare, ꝙ pertinet ad eius honestatem: ergo uidetur multo magis teneatur qui ex re deposita quæ non est sua multum iuuatur in mercantijs, aut in suis necessitatibus aliquid donare deponenti sine aliquo peccato.

5 Ad tertium Sic proceditur. Et † uidetur ꝙ emens redditus ad uitam committat usurã. (Primũ ar.) Primo sic. Nõ est hic uenditio uera quia licet pecunia possit dari in pretium pro eo, quod emitur non est materia quæ ematur. ergo uidetur ꝙ sit contractus usurarius. (Secũdũ ar.) ¶ Secundo sic, non differt ꝙ aliquis emat ab aliquo centum libras soli-

bras solidorum pro decem quolibet anno si tantum uixe ritusque ad 15. annos & si tradat ei centum pro centum quinquaginta post 15. annos, sed hoc est usura, ergo &c.

Tertium ar. ¶ Tertio sic ex parte adequationis uidetur esse uitium in tali contractu, quia contractus emptionis & uenditionis competit omni ætati indifferenter, sed contractus iste nõ conuenit omni ætati indifferenter salua adequatione dati & accepti, quia accipiatur iuuenis 15. annorũ & senex 60. annorum & ponatur ꝙ complexio utriusque fuerit æqualis, & quòd extendat ad uiuendum 60. annos, sic iste senex uiuet x. annos, & iuuenis quinquaginta. Si ergo deberet adesse adequatio iuuenis deberet dare tanto plus, quam senex, quantũ plus uicturus est, & hoc est in quintuplo.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est consuetudo generalis, cui non est derogandum, unde dicetur ꝙ contractus ille sit licitus.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum ꝙ in hac quæstione uarius est modus dicendi. Quidam.n.ut Henricus de gãdauo in quolibeto suo videtur dicere ꝙ talis contractus sit illicitus. (Henricus de gandauo.) Alij vero dicunt contrarium, videlicet ꝙ sit licitus. Nam illud videtur licitum, quod ab ecclesia toleratur & viri religiosi consulunt, & quod quasi generalis cõsuetudo obtinet. Huic opinioni nos adhæremus saluo semper meliori iudicio, pro cuius declaratione, & solutione argumentorum in opposi

6 tum ponemus aliqua fundamenta, primũ est, † ꝙ ius percipiendi aliquos redditus est omnino aliud à redditibus ipsis, istud fundamentum patet, illa.n. non sunt idẽ quæ omnino sunt alterius naturæ & gñis, sed ius percipiendi redditus oĩno alterius naturæ à redditibus ipsis. Nam redditus sunt aliquid corporali, puta bladum, vel pecunia, & huiusmodi, ius autem percipiendi non est aliquid corporale, vt patet de se, illa præterea non sunt idem quorum manet alicui alterum non manente sed clarum est ꝙ quis potest habere ius percipiendi aliquos redditus quos tamen nun-

7 quam recipiet. ¶ Secundum fundamentum est, † ꝙ tale ius potest esse extremum emptionis dato ꝙ ipsi redditus esse non possent, puta si ipsi redditus sint in pecunia: probatur sic, illud potest esse extremum emptionis quod licite potest emi, istud patet, quia illud quod emitur necessario est extremum, sed tale potest emi licite, patet, illud potest iuste emi, ꝙ potest pecunia æstimari, sed tale est huiusmodi, vnde quis potest emere ius hæreditarium, licet res hæreditariæ, nondum proueniant, item probatur sic iuxta dominum Petrum de palude, (Pet. de pal.) qui est huius opinionis in tertio super sententias, dist. 37. ẽm iura cui competit ius vendendi, sed ille qui habet redditus perpetuos potest de illis dare alicui decem libras annuatim vsque ad mortẽ, ergo & vendere. Et confirmatur, quia ille cui dantur tales redditus, non potest plus vendere, quam ille qui dedit à principio, sed ẽm illos de contraria opinione ille cui dati sunt tales redditus, potest ipsos vendere. ergo & ille qui primo dedit, item ẽm iura si aliquis emeret à communitate prædium pro centum libris, & postea venderet eidem communitati idem prædium pro 10. libris ad vitam licet etiã isti vendere alij tales introitus ẽm. etiam illos de alia opinione: ergo, &c. Item sic secundum prædictos licet dare certam pecuniam ad emẽdum terram pro ecclesia aliqua, ita ꝙ ecclesia teneatur sibi in redditibus ad vitam, qui valeant plusquam valeat illa terra in redditibus. Sed ille qui sic facit non dat nisi pecuniam nudam: ergo licet pecunia nuda emere redditus ad vitam. ¶ Ex istis elicitur tertium

8 fundamentum † ꝙ si ille qui emit redditus aliquid accipiat vltra sortem quam dedit nullum committit iniustum, nec tenetur ad restitutionem, probatur hoc, nullum iniustum committit, nec restituere obligatur, qui ex re sua recipit illud, ꝙ ex re sua licite euenit, patet, sed talis emens efficit dñs talis iuris percipiendi tales redditus pro toto tempore vitæ suæ, & fit modo licito dñs, vt supra probatum est. Ex tali etiã re licite & iuste euenit quidqd euenit. ergo & iste iuste recepit, & per cõsequens patet, ꝙ ad nullam tenetur restitutionem. ¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ argu. Ad primam respondetur negando ꝙ nõ sit contractus emptionis ibi, quia vt dictum est ius percipiendi ibi veraciter emitur.

Ad secũm Pe. de pal. ¶ Ad secundum respondetur iuxta Petrum de palude, ꝙ ratio non militat, quia hoc nõ est obligare personam ad reddendum pro centum libris centum quinquaginta post annum 15. sed est emere ius percipiendi tantum quolibet anno. ¶ Item vendens transfert in ementem non rem corporalem, sed spiritualem seu incorporalem, sed ius prædictum. Sicut.n. potest vendi res corporalis, ita & spiritualis ordinata ad percipiendum corporalem, sicut est ius hæreditariũ, & seruitus realis, & personalis.

Ad tertium ¶ Ad tertium respondetur ꝙ in talibus non oportet fieri adæquationem rei ad rem & secundum se, alioqui non posset aliquis emere redditus perpetuos cum in infinitum excedant quantumcunque pecuniam datam, sed accipienda est adequatio secundum proportionem huius iuuenis & eius senis, sed secundum communem talem proportionem pensatis tamen conditionibus, & complexione, & ętate, non tamen ita præcise oportet currere de pecunia ad pecuniam secundum comparationem ętatis ad ætatem ista stricte, ꝙ quanto plus habeat de ætate tanto minus det de pecunia, sed sufficit ꝙ tantum detur quantum communiter dari soleat à tali, & per hoc soluuntur multa argumenta contrarium opinantium, procedunt, ac si valor rei deberet æstimari secundum suam quantitatem, ꝙ non est verum, sed debet æstimari secundum proportionem, vel consuetudinem, vel iuris determinationem: loquuntur etiam multa argumenta in mutuo, sicut & aliqua capitula inducuntur extra de vsuris, & non faciunt ad propositum, cum hic non sit contractus mutui, sed emptionis & venditionis, in quo solo mutuo regulariter habet locũ illa regula. Quidquid accipitur vltra sortem est vsura. Et tantum pro nunc de ista quæstione. Saluo semper meliori iudicio.

Exponit literam. Leg. ¶ [Si quis vsuram rapinam facit.] vsurarius.n. alienam substantiam rapit. Esa. 3. Rapina pauperis in domo vestra, & Amos 3. Thesaurizantes iniquitatem, & rapinam in ædibus suis, sicut dictum est in quæstione prima rapina dicitur hic omnis illicita vsurpatio [vita honesta] sed inhonesta & ignominiosa, Hug. vel vita gratiæ quæ in charitate cõsistit, vsurarius.n. contra charitatem agit cum spoliat proximum suum, & ideo non manet in vita. 1. Io. 3. qui nõ diligit manet in morte, vel intelligitur de vita ęterna. [Non veniat] .i. non est dignus venire, vel non perueniet ad eam. Hug.

2 *Lex humana quare concessit vsuras.*

4 *Fur & latro magis peccat quam vsurarius.*



Vid dicam. Ad idem est hoc c. quod est beati August. ad Macedonium. Summa est in rubro.

Diuisio. Et potest diuidi in duas partes. in prima ostendit Augusti. ꝙ vsure sunt restituendæ. in 2. inuehit contra auaritiam & cupiditatem vsurariorum, in 2. ibi, iam vero prudenter. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur tria.

1 ¶ Primum est vtrum leges ciuiles promittentes vsuras solui licite & valide sunt obseruandæ.

3 ¶ Secundum est, vtrum usurarius magis peccet, quam fur, aut raptor.

5 ¶ Tertium est vtrum coram iudice seculari possunt repeti vsuræ.

1 Ad primum Sic proceditur, † & videtur ꝙ leges ciuiles concedentes siue permittentes vsuras sint validæ, quia lex humana deriuatur à lege naturali, vt dicit Tullius in rhetorica sua, (Primum ar.) sed id quod est à lege naturali est obseruandũ, ergo & c.

Respondet. Respondeo dicendum ꝙ leges illæ nec sunt validæ, nec per consequens obseruandæ. ista conclusio probatur multipliciter: primo quidem quia par in parem non habet imperium. extra de ele. innotuit multo minus minor in maiorem. ergo imperator terrenus non potuit condere legem contra Deum. Quòd vero vsura prohibita sit autoritate diuina patet Leui. 25. & Ezec. 18. & in psal. 4. Qui pecuniam suam non dederit ad vsuram, & Luc. 6. Date mutuum nihil inde sperantes. ¶ Secundo sic recipere vsuram est contra iustitiam naturalem, quæ dictat, ꝙ æqualitas quãtitatis debeat esse in iustitia immutatiua, vnde philosophus ratione naturali ductus dicit primo politicorum, ꝙ vsura sit præter naturam. vnde naturali iure illicitæ sunt, sed contra ius naturale nulla lex valet, dist. 8. quæ contra mores, & dist. 6. §. his ita & 32. q. 7. flagitia: ergo & c. ¶ Tertio vsura prohibetur lege canonica sicut patet ex capitulis suprapositis, & extra de vsuris per totum, lex autem ciuilis non dedignatur sacros canones imitare, vt dicit rex ciuilis in aut. vt. clerici apud proprios episcopos, coll. 6. & 2. q. 3. §. hinc colligitur. ergo sequitur, ꝙ lex ciuilis opposita legi canonicæ sit in-

Ad arg. sit inualida. ¶ Ad argumentum in oppositum respondetur multipliciter. primo ꝙ assumptum est verum de lege ciuili iusta, cuiusmodi non est lex, quæ usuras concedat. ¶ Secundo respondetur ꝙ leges humanæ non concedunt vsuras existimantes eas secũdum iustitiam, aut esse licitas, S.Thomas pro quo notandum iuxta S.Tho. in secunda secundæ, vbi supra, ꝙ leges humanæ dimittunt aliqua peccata impunita propter conditiones hominum imperfectorum, in qui bus multæ vtilitates impedirentur, si omnia peccata distri
2 ctè prohiberentur pœnis adhibitis† & ideo vsuras lex humana concessit non quasi existimans eas esse secundum iustitiam, sed ne impedirentur vtilitates multorum, vnde in ipso iure ciuili dicitur, quod res quæ vsu cõsumuntur nec ratione naturali nec ciuili recipiunt vsumfructum, & ꝙ senatus nõ fecit earum rerum vsumfructum, nec.n. poterat, sed quasi vsumfructũ constituit concedens.s. vsuras. ¶ Tertio respondetur ꝙ leges concedentes vsuras sunt abrogatæ, vt tangitur hic in glo. quia Iustinianus complexus est quatuor vniuersalia concilia, in quorum vno.s. Niceno, sunt vsuræ prohibitæ, vt patet.s.e.q.c. quoniam, verum est quod dicit dominus Vlrichus, ꝙ non credit illas esse abrogatas, quia multa oportet legislatorem permittere ne bonum commune impediatur & vt maius malum vitetur, q̃ tamen contra Deum sunt. Et ideo iure canonico prohibẽtur & puniuntur. Sed lex illa ciuilis iuste permittit quamuis iniuste talia fiant, & sic est in proposito. Nam propter auaritiam hominum pauperes sæpe cogerentur deficere, nisi permitteretur, ꝙ aliquis mutuaret ad vsuram.

3 Primũ ar. **Ad secundum** Sic proceditur, † Et videtur qđ vsurarius plus peccat quam fur, aut raptor ex c. præsenti, vbi dicit Aug. An crudelior est q̃ subtrahit aliquid diuiti, vel eripit, quam qui trucidat pauperem fœnore. Opponit i contrariũ. ¶ In oppositum videtur quia furtum & rapina fiunt cum omnino inuolũtario, vsura autem nõ, quia ad minus voluntate conditionata, siue permista cõsentit, qui mutuum recipit soluere vsuram, vt suppleat necessitati suæ. Respõdet
4 ¶ Respondeo dicendum† quod fur, qui latenter & raptor, qui publice per violentiam accipit magis peccat q̃ vsurarius. Et ratio est assignata, quia fur & raptor accipiũt rem magis ab inuoluntario, quia in furto aut rapina nullo modo consentit ille cuius res est quæ subtrahitur, in vsura vero dans vsuram aliquo modo consentit, licet dissentiat simpliciter: ergo fur siue prædo plus peccat quam vsurarius. ¶ Secundo sic, furtum & rapina cum maiori iniuria proximi fit, quam usura, patet quia in hac aliquo modo consentit & nulla uiolentia infertur. ergo conclusio uera. ¶ Tertio ex parte utilitatis sic. Ex pecunia mutuata aliquid utilitatis consequitur dans usuram, de furto aut rapina nihil utilitatis cõsequitur ille, cui res subtracta est. ergo fur & raptor ceteris paribus plus peccant quam usurarius. Ad argu. ¶ Ad argumentum in oppositum respondetur, quòd ideo diciter crudelior, quia pauperi subtrahit uitam. Et ideo dicitur eam trucidare, uel ideo dicitur crudelior, quia à paupere accipit cum esset magis opportunum dare, ut dicit philosophus quarto Ethicorum. Sic ergo ex circunstantia personæ crudelior dicitur, qui usura molestat pauperem, quam qui furto aliquid accipit à diuite.

5 Primũ ar. **Ad tertium** Sic proceditur, † & uidetur ꝙ coram iudice seculari nõ possunt repeti usuræ. Primo ex præsenti c. ubi dicit Aug. non quo iudice.i. seculari repetantur, ubi uidetur innuere, ꝙ in iudicio seculari non possunt repeti. Secũdũ ar. ¶ Secundo arguitur ex notatis 11. q.1. in summa, & 6.q.2.c.1. Tertiũ ar. ¶ Tertio arguitur sic, causa usuraria est quasi spiritualis, & ita ecclesiastica & non ciuilis c. quia de usuris. Opponit & Respondet. ¶ In oppositum est Hug. & Laurent. Respondeo dicendum, ꝙ sub iudice seculari possunt repeti usuræ, unde dicit Goffred. & narrat Arch. hic sententiam Laurentij ueram esse reiectis omnibus alijs, & hoc tenendum est in crimine usurarum licet illud crimen spectet ad ecclesiam, extra de usuris, cum tu. & c. quia laici coram seculari, clerici uero coram ecclesiastico iudice conueniuntur, & hoc ipse Goff. no. extra de fo. comp. cum sit. Et idẽ notat ibi Vincent. & Bernard. in gloss. ultim. Ad primũ argumen. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de c. præsenti respondetur, secundum Hug. primo ꝙ Augus. loquitur secundum leges ueteres. ¶ Secundo respondetur quòd recitat non ius, sed factum. Et ita dicit Archid. quia de facto contingit, ꝙ iudices seculares non cogunt vsurarios ad restitutionem vsurarum & male faciunt. Nam sicut ecclesiasticus ita secularis potest & debet cogere vsurarios ad restitutionem vsurarum, secundum Hu. & Arc. ¶ Ad secundam respondetur quod notata 11.q.1. & 6.q.2. non militant. Ad secũdũ. Et tamen vt dicit Goffre. omnia quæ sunt in oppositum reijcienda sunt & sequenda, ista opinio. Hug. & Laurent. ¶ Ad tertium respondetur sicut dictum est quod licet hoc crimen spectet ad ecclesiam, nihilominus laici coram seculari iudice & clerici coram ecclesiastico conueniunt. Ad tertium Et ita consequentia non valet. Et tantum de hac quæstione. Lege. ¶ [Quid dicant ipsæ leges.] diuinæ & ecclesiasticæ, vel.i. seculares. Hug. [iudices] seculares. Hug. Exponit literam. [reddi].i. persolui illis qui eas dederunt, vel ab alijs debitoribus qui eas promiserunt, secundum Hug. [crudelior] quasi diceret nõ, Hug. & Archid. Sed intellige, vt diximus non simpliciter, sed comparatiue ex circunstantia personę [subtrahit] furtim, latenter [eripit] publice per violentiã Hug. & Arch. [trucidat] sic.n. pauperem occidere videtur. Qui.n. pauperibus aliquid aufert homicida dicitur, vt 12. q.2. qui abstulerit, &.s. e.q. immolans. [quo iudice].s. seculari. Nam in iudicio ecclesiastico possunt repeti vsuræ, sed de iure ciuili vsuræ solutæ repeti possunt, siue primo debeantur per stipulationem, siue per solum pactum, quo casu non possunt repeti, sed hoc verum est secundum leges veteres sed autenticũ dicit ꝙ nostrę leges non dedignãtur imitare sacros canones. Et hoc dicitur præsertim in vsuris, & in matrimonio, ergo quia secundum regulares regulas vsuræ non possunt peti. & solutæ possunt repeti. ergo sicut iudex ecclesiasticus, ita & secularis potest & debet cogere vsurarios ad restitutionem vsurarum, secundũ Hug. [Iam vero] 2. pars. [scriptũ est] in prologo Bibliæ, vt exponit gloss. & Hu. sed nostro iudicio non credimus ꝙ Augu. Cõtra Hu. & gloss. alleget hic Hieronymum scribentem illam epistolam ad Paulinum presbyterum de libris Biblię, sed magis debet referri ad scripturam diuinam.s. ecclesiastici 5. & 4. de quibus.s. [fideli homini].i. habenti fidei virtutem per dilectionem operantem [diuitiarum est totus & c.].i. quantalibet parua res mundi, quam habebat est ita contentus, & sufficit sibi, ac si possideret totum mundum. [infideli vero].i. vsurario, non habenti fidei virtutem [totus mundus] collectiue capiendo. [nec obolus est].i. si totum mundum haberet, non videretur ei habere tantum quantum valeret obolum, quia vt dicit philosophus.1. politicorum, crescentib. diuitijs crescit appetitus in infinitum. vnde Ecclesiastici 5. auarus non implebitur pecunia, & ecclesiastici 4. Non satiantur oculi eius diuitijs conquisitis per vsuram, furtum, & rapinam, & huiusmodi. [nesciunt].i. nolunt. Hu. [vti ad bonum.].s. restituendo [vel nesciunt].i. non ostẽdunt se scire, quia non restituunt alienum, clarũ est, ꝙ auari qui per vsuram furtum aut rapinam diuitias congregant aliena possident, auari etiam qui diuitijs male vtuntur dicuntur aliena possidere, quia nesciunt an congregãt ea, vnde auaro dicitur Prouerb. 5. Ne sint labores tui in domo aliena. Et in psal. dicitur 48. de auaris, relinquent diuitias, hæc cuius erunt vtique nesciunt [quod iure possidetur].i. sine peccato, ꝙ sit cum retinent tantum necessaria, & alia distribuunt indigentibus tempore necessitatis. Quidquid.n. vltra necessaria retinetur tempore indigentiæ dicitur per violentiam & rapinam retineri, vt di.42.§.1. & dist.47. sic hi, vnde in tali articulo quis dicitur possidere alienũ, quia non est suum sed alijs communicandum. Hug. [iuste] quo ad titulum, & bonam finem. Hug. [bene.] sine peccato, & scrupulo conscientię. Hu. [qui male vtitur.] non solum male possidet, qui male acquirit, sed etiam qui male vtitur, quia possessio est propter vsum, dicit.n. Boetius in Topicis, cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.

1 *Vsuras accipere ab hostibus an sit licitum.*



Billo. Ad idem sequitur hoc ca. ꝙ est beati Ambrosij in tractatu de Thobia. c.9. Summa est in rubro. Non diuiditur. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæstio. Primũ ar. Quæritur, vtrum licitum sit vsuras accipere ab hostibus. Et videtur ꝙ sic ex præsenti ca. ¶ Secundo videtur ex lege diuina, dicitur enim Deuter. 23. Non fœneraberis cum fratre tuo pecuniam, nec fruges, nec aliam rem, sed alieno. Secũdũ ar. ¶ Tertio arguitur idem ratione sic, ab illo à quo esset licitum armis Tertium ar. bona

bona capere, ab illo licet vsuras exigere ut videtur arguere hic Ambrosius, sed licet ab hostibus bona rapere belli, ergo, &c. ¶ In oppositũ arguitur, ꝙ lege naturali & diuina simpl'r, & absolute nullo casu excepto prohibetur usura: ergo nec ab amicis, nec ab hostibus est vsura exigẽda. ¶ Respondeo hic diuersæ sunt opiniones vt tangit Hug. in præsenti c. vt in c. & in gl. Quidam .n. dicunt ratione huius capituli quod ad literam dicunt intelligendum, quod licitũ sit laicis quibus licitum est bellare & arma sumere ex præcepto superioris, ab hostibus vsuras exigere, non tamẽ ex cupiditate, sed zelo charitatis vt sic macerentur vsuris, qui non possunt domari armis, quatenus desistant hostes esse ecclesiæ persecutores, vnde nec exigẽdæ sunt vsuræ ab eis nisi quamdiu hostes sunt, probant autem hanc suam opinionem quia ex quo inducitur contra eos iustum bellum autoritate papæ vel imperatoris iuste possumus eos occidere & omnia bona eorum eis auferre, & nostra facere iure belli sicut patet 23. q. 5. c. dicat aliquis. Nec refert an occulte an manifeste per insidias hostes denuntiantur, quia nihil ad iustitiam interest siue aperte, siue ex insidijs vti potest homo, & similiter vt dicunt iuste ab hostibus possunt exigi vsuræ & quæcunqne alia grauamina eis inferre. ¶ Aliorum opinio est magis probabilis quæ est Raymundi & Hug. & doctorum theologorum, quod in nullo casu est exigenda vsura ab aliquo hoste siue amico, nunquam .n. in hoc dispensatio legitur facta, vnde extra de vsuris c. super eo. Alexander papa dicit, ꝙ vsurarium crimen utrique testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationẽ aliquam posse fieri non videmus. Præterea sicut sæpe dictum est exigere vsuras est contra æquitatem iuris naturalis, ꝙ omnes indifferenter respicit, & est impermissibile, & nulla aduersus illud admittatur dispensatio, vt di. 13. in princi. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est ad primam de ca. præsenti respondetur multipliciter, primo sicut dicit ꝙ exponatur negatiue sic [cui nocere] .i. sicut nulli nocere debes desiderare, sic à nullo debes exigere vsuras, vt totum intelligatur negatiue, & sic totum planũ est. ¶ Secundo respondetur ꝙ Ambrosius loquitur secundum illam literam Deuter. 23. Non fœnerabeṙis proximo tuo, sed alieno. Et ita loquitur ſm tempora antiqua, quando permissum erat iudeis in lege accipere vsuras ab alienigenis, vt in prædicto. c. Deute. 23. ¶ Tertio respondetur ꝙ Ambrosi. non appellat, sed vsuram dicit aliquam vrgentum & immoderatam exactionem quam hosti imponere possumus, vt affligatur, & opprimatur, & hoc innuit litera, vbi dicit, qui fuerit vsurarius exactor inimici. ¶ Quarto respondetur secundum aliquos, ꝙ hoc capitulum non fuit Ambrosij, sed falso dict's eius est insertum. ¶ Ad secundã rationem respondetur dupliciter, primo iuxta S. Thom. ꝙ illa non fuit concessio. Concessio .n. est rei licitæ, sed fuit permisso ad vitandum maius malum, ne .s. à iudeis Deum colentibus vsuras acciperent propter auaritiam cui dediti erant. ¶ Secundo respondetur iuxta dominum Vlrichum in summa sua, ꝙ illa acceptio vsuræ agentibus inter quas habitabant iudæi non fuit proprie vsuræ acceptio, sed potius erat rei suæ recuperatio, quia illa tota terra erat iudeis data à domino, & iniuste possidebatur à gentilibus. Et ideo permissio diuina fuit in eodem casu in quo Ambrosius loquitur. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum. Non enim est simile furtum, & rapina potest fieri hostibus autoritate principis, sed vsura nunquam inuenitur in tali casu præcipi vel permitti à principe, sed illa sic 24. quæst. secunda dominus, secundum Hug. & Archidiac. Lege. ¶ [Ab illo.] .s. hoste, siue sit paganus, siue iudæus, siue hæreticus, siue alius christianus. Hug. [exige vsuras] scilicet zelo charitatis [cui iuste inferuntur armate] id est contra quem iuste moues arma. argum. quòd clericus cum ei non conueniat mouere arma non licet ei vsuras exigere. Hugu. non sit crimen occidere de authoritate principis cum sit hostis, quòd dico, quia multi condemnant ad mortem iuste, & tamen non licet vsuram exigere. Hug. [ergo vbi ius belli] id est iustum bellum. Sed ista opinio non tenetur sicut dictum est in quæstione plene. Et ideo non est opus repetere. Et ibi dictum est authoritatem non esse Ambrosij.

Opponit in contrarium. Respondet. Prima opi. Scđa opi. Raymundi. Ad primũ argu. Diuisio. Ad secundũ. Vlrichus. Ad tertium. Exponit li teram.

¶ Quæstio quinta.



QVod vero. Hic intitulatur quinta quæstio .s. an de vsuris possit fieri eleemosyna, quę quęstio etiam extẽditur per Gratianum ad omnia illicite acquisita, an ex illicite acquisitis potest fieri eleemosyna. Et diuiditur ista quæstio in quatuor partes secundum Ioann. de. vt dicit Archidiacon. in quarum prima probat per nouem authoritates ꝙ de vsuris & male acquisitis de quibus dominium non transfertur eleemosina fieri non possit. Aliæ partes patebunt in processu.

Diuisio.

1 *Eleemosynæ an possint fieri de vsuris.*



NOlite. In primis inducitur hæc autoritas August. in libr. de verbis domini. tractatu 35. Summa est in rubro, capitulum est breue, & non diuiditur. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius capituli & similium. Quæ-
1 ritur, vtrum de vsuris eleemosynæ fieri possint. Et videtur ꝙ sic 1. Lucæ 16. dicitur, facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vbi dicit gloss. iniquitas bene dispensata in iustitiam vertitur, sed pecunia ex vsuris habita videtur esse pecunia iniquitatis. s. eo. q. 4. nec hoc quippe. ergo possunt de vsuris fieri eleemosynæ. ¶ Secundo sic, detur casus, ꝙ vnus nihil habeat, nisi de vsuris acquisitis, & occurrat vnus pauper in extrema necessitate positus, nulli dubium quin teneatur illi eleemosynam facere, & non nisi de vsuris potest dare, ergo, &c. ¶ In oppositum sunt multa capitula posita in litera. Respondeo dicendum distinguendo, aut vsuræ sunt certæ, aut incertæ. Si certæ triplici ter vno modo quo ad contractum sic ꝙ certitudinaliter talis contractus fuit vsurarius, secundo modo quo ad quantitatem, puta certum est, ꝙ de vsuris habet centum libras. Alio modo quo ad personas .s. quia certæ sunt personæ, de quibus extorta fuit pecunia, aut vsurę consimiliter quo ad hæc tria, vel alterum istorum sunt incertę, si sunt vsurę certę quo ad omnia ista tria, tunc ponitur conclusio, ꝙ de vsuris non possunt fieri eleemosynæ per illos, quorum non sunt bona, quia eleemosynæ debent fieri de suo, & non de alieno, quia hoc esset rapere, & non dare, vnde Prouerb. 12. dicitur. Honora dominum de substantia tua, quasi diceret non de aliena. Et Esa. 64. frãge esurienti panẽm tuũ. Si aũt vsurę sunt incertę quęro qũo sunt incertę. Si .n. sunt incertæ, quia oĩno ignoratur ꝙ contractus fuerit vsurarius, puta filius vel hæres diligenter inquisierunt, an bona quæ ad eos deuenerunt fuerunt acquisita per vsuram, & oĩum habita diligentia fecit quod potuit, vt hoc sciret, & scire non valuit, tunc ista conclusio 2. saluo meliori iudicio, ꝙ talis per inuincibilem ignorantiam sit excusatus, & potest de illis bonis vt suis facere eleemosynas, quia credit ea sua esse, & licite acquisita, nec cõtrarium apparet, & de vnoquoque præsumendum est bonum, vbi contrarium nõ apparet. Si vero vsuræ sunt incertæ quo ad quantitatẽ, & hæres cum omni diligentia qua potuit perquisiuit, & non potuit habere certitudinem ex certa quantitate, & constaret ꝙ vsurarius qui ei bona reliquerat exercebat vsuras, tunc consulerem, ꝙ in tali dubio hæres teneret certum, & tutius .i. ꝙ omnia quæ ex tali vsurario obuenerunt poneret in manu episcopi, pauperibus eroganda, præter illa quæ constarent non per vsuram acquisita, inter quos iste hæres si alia non haberet deberet merito computari, vlterius si vsuræ essent incertæ quo ad personas, ita ꝙ nõ posset reperiri facta exacta diligentia inquisitionem secundum omnem circunstantiã locorum, & temporum, à quibus personis vsurę sunt extortę, tunc est tertia cõclusio ꝙ vsurę sunt per episcopum patrem pauperum in pios vsus & pauperũ eleemosynas conuertendæ, vt quæ per impietatem crudeliter sunt extorta, nec restitui possunt personis, à quibus sunt extorta propter incertitudinem transeant in opera pietatis & pauperum sustentationem. Magister Gratianus hic prosequitur quæstionem de vsuris omnino certis, & male acquisitis, quæ quia restitutioni subiacẽt de eis eleemosinæ non sunt fiendæ. ¶ Quarta conclusio potest addi, ꝙ de vsuris possunt fieri eleemosynæ dum tamen non fiat vsurarius impotens ad restitutionem æquiualentis, & proponat

Quæstio. Primum ar. Scđm arg. Opponit & Respondet. Prima conclusio. Secunda cõclusio. Tertia conclusio. Quarta cõclusio.

ponat restituere, patet conclusio. Cum ergo dicitur quòd de vsura non potest fieri eleemosyna, intelligendum est, cum ille qui fecit eleemosynam reddit se impotentem ad restituendum, vel cū credit se absolui à debito restituendi ra ione collationis eleemosynæ. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de illo Lucę 17. Respondetur ꝙ illud verbum multipliciter exponitur, & ex nulla earum expositionum aliquid facit contra. vno.n. modo exponitur sic, facite vobis amicos de mammona.i. de pecunia, quæ vt in pluribus & sæpe ex iniquitate acquiritur, vtpote, vsura, furto, & rapina, & sæpe mentiuntur, & periurant negotiatores: vel de mammona.i. de pecunia, quæ inique retinetur, si non daretur cum sit tempus diuidi, pecunia.n. iuste acquisita efficitur pecunia iniquitatis, cum non datur tempore charistiæ quando pauperes valde indigēt. ¶ Tertio modo exponitur sic, facite vobis amicos de mammona iniquitatis.i. inæqualitatis siue superfluitatis. Necessaria enim possumus nobis retinere, sed superflua debemus dare pauperibus. Luc. 11. Quod superest date eleemosynam &c. quasi diceret, de superfluo danda est eleemosyna. Quarto modo potest exponi de pecunia per vsuram, & rapinam acquisita, quæ restituatur eis quibus ablata est fiet quod iustū est, vnde sensus est, facite &c. id est reddite pecuniam male quæsitam illis quibus abstulistis, & fient amici vestri, & orabunt pro vobis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula, vt per preces eorum deleantur vobis peccata vestra, & sic in morte recipiant in æterna tabernacula. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ in tali casu si sine periculo esse potest debet ille qui vsuras habet significare ei cui debet, siue ille licentiam dederit siue non, debet pauperi in extrema necessitate constituto prouidere, nec prouidet sibi de alieno quia necessitas talis omnia facit communia, vnde non tenetur ad restitutionem, nisi ille cui debet in simili necessitate esset, quia etiam tunc teneretur prouidere sibi, etiam si nihil habuisset ab eo. Lege. ¶ [Nolite de fœnore & vsuris] inculcatio est, quia idem est fœnus, & vsura. Hu. vel vsura dicitur sine certo tempore, puta singulis mensibus dabis mihi tantum pro vsura quantocunque tempore tenebis pecuniam, fœnus ad certum tempus statuitur, puta dabis mihi pro pecunia quam trado tibi 30. solidos vsque ad annum vel biennium, vel aliud tempus. vnde Lucanus. Huic vsura vorax auidumque in tempore fœnus. Hu.

Ad primū argu.
Pro intellectu verborū facite vobis amicos, &c.
Ad secūm.
Lucanus

1 *Eleemosyna an possit fieri de rebus alienis inuito domino contractis.*

Quod non de male acquisitis vbi non transfertur dominium. nu. 2. 3. & 4.


IMmolans. Ad idem sequitur hoc cap. quòd est beati Augustini super ecclesiasticum. Summa est in rubro.s. ꝙ oblatio de rapina nō est accepta Deo imo reprobatur. Et diuiditur in duas partes, in prima dicit, quod dictum est, in secunda dicit, ꝙ qui rapit à pauperibus, & effundit sanguinem, pares sunt in peccato. 2. ibi: qui defraudat pauperem. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæritur, † vtrum ex rebus alienis inuito domino contractis, vt de furto vel rapina pōtest fieri eleemosyna. Et videtur quod sic. primo Paralip. vltim. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, damus tibi, sed nulli fit præiudicium dando vero domino, quæ sua sunt, sed quæ dantur pauperibus dantur domino. Matth. 15. Quod vni ex minimis meis fecistis, &c. ergo à quocunque dentur eleemosynæ quocunque modo acquisitæ dantur vero domino. Si ergo dantur elemosynæ à raptoribus vel vsurarijs vel talibus quibuscūque nulli præiudicatur ex talium largitione: ergo videtur ꝙ ex talibus, & sic acquisitis potest fieri eleemosyna. ¶ Secundo sic, licet committere furtum vel rapinam ut fiat eleemosyna, quia licet furari in casu vt seipsum sustētet: ergo similiter furari licet vt proximum sustentet, quem tenetur diligere, sicut seipsum, ergo &c. ¶ Tertio sic, omnia lege naturali sunt communia ad vtilitatem omnium ordinata, sed vnicuique licet vti lege naturali quātum ad ea respectu quorum res sunt ordinatæ: ergo licet vnicuique facere eleemosynā de re quacunque cuiuscunque sit. ¶ In oppositum est cap. præsens, respondeo, ad hoc quidam dicunt generaliter, ꝙ de nullo iniuste acquisito potest fieri eleemosyna. Aliter dicunt quidam, vt dominus Albertus, S. Thom. Bonauentura & Alexander de Halis distinguentes sic, aliquando ex iniusta acquisitione non transfertur dominium in accipientem, & in furto, & in rapina, & huiusmodi. Aliquando transfertur dominium. Et hoc potest esse dupliciter, vel ita, quod competit illi repetitio à quo habetur, vt in vsura vbi secundum aliquos transfertur dominium, & in simonia, extra de iureiuran. debitores, & extra de simo. veniens, aliquando transfertur dominium, & non competit repetitio, vt in exactione officialis, quæ quandoque extorquet aliqua à subditis infra ead. cap. non sane. ¶ Hoc notato sequuntur conclusiones. prima. † Ex male acquisitis vbi non transferunt dominium non potest fier, eleemosyna, patet quia est res aliena, & restituere tenetur. ¶ Secunda conclusio † de rebus acquisitis iniuste vbi transfertur dominium sed tamen competit repetitio, non potest fieri eleemosyna eadem ratione. ¶ Tertia conclusio. † Ex rebus iniuste acquisitis in quibus transfertur dominium & tamē non competit repetitio propter turpitudinem sceleris ex parte dantis sicut in simonia accidit, tunc est conclusio, quod de tali cum retineri non posset licite possit fieri eleemosyna. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est, quia licet verum sit, quòd omnia sint domini tanquam principalis possessoris, domini enim est terra, & plenitudo eius, tamen quòd datur pauperibus, non datur domino, secundum ueritatem, sed potius secundum reputationem. Quod enim datur pauperibus pro domino non datur illi ad literam sed reputatiue, reputat enim dominus huiusmodi sibi dari in meriti retributionem. Quod autē datur pauperibus ex acquisitis ꝑ furtum, & rapinam, & huiusmodi, non acceptat dominus sibi dari sed potius iniuriam inferri, vt patet in cap. præsenti, vbi dicit, ꝙ offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. ¶ Ad secundam respondetur quòd ratio non procedit, quia in tali casu licet rem accipere cuiuscunque sit, nec committitur furtum, quia in illo casu sua sunt vel proximi quod accipit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quoniam licet secundum statum naturæ integræ omnia essent communia, secundum vero statum naturæ lapsæ non conuenit omnia esse communia, vnde secundum legem naturæ lapsæ vsus singulorum singulis appropriatur, vnde postquam natura lapsa est & vitiata ꝑ peccatū, non sunt dispensandæ præcise, secundum dictamen legis naturæ sed debet dispensatio earum lege scripta regulari hoc exigente infirmitate hominum & naturæ debilitate. Lege. ¶ [Immolans]. i. immolantis oblatio. [ex iniquo]. i. ex iniqua & illicita acquisitione. Hug. Arch. Et habentur hæc verba. Eccles. 34. [maculata.] Tum quia procedit ex iniqua & maculata voluntate. Tum maculata per effectum, quia facit maculatum. Nam ipsum offerre talia est peccatum. Et ita eius actio. s. ipsa oblatio est mala, & peccatum. Si vero oblatio dicatur res ipsa oblata, tunc dicitur maculata quo ad offerentem quæ in tali facto maculatur rem ipsam illicite acquirendo [dona.] hoc sumptum est ex lib. Eccl. 34. vbi dicitur, dona iniquum non respicit altissimus. i. non probat, vt remuneret ęternaliter, vnde Genes. 4. dicitur. Ad munera Abel respexit dominus, ad munera autem Cain non respexit, nec in multitudine sacrificiorum, quia potius respicit merita offerentium quam multitudinem oblatorum Hu. [Qui offert, panis egentium]. i. qui datur egentibus. Hug. sine quo sustentatur pauper egens, & hoc est quod sequitur. [Est vita pauperis]. i. de eo viuūt pauperes [qui defraudat] 2. pars [defraudat] rapiendo aperte uel defraudando occulte. Hug. [homo] offensor sanguinis est quasi homicida est. ut distinctio. 86. pasce. & 12. q. 2. qui abstulerit Hug. [fratres sunt] quia uterque fit hæres inferni. Lucæ tertio. Diues pauperis immisericors cruciatur inferni flamma, quòd dicit Hug. homicidam, & usurarium fratres, quia sunt æqualis pœnæ, non uidetur, quia grauius peccat, qui hominem occidit, quam qui per usuram pecuniam extorquet quia grauius est per se homini subtrahere uitam, quę melior est quam pecunia, quam subtrahit usurarius, & sic homicida subtrahens maius bonum magis peccat. Item usurarius per se & directe non intendit adimere uitam hominum, sicut facit occisor uerus, licet per subtractionem temporalium possit sequi mors, non tamen sic immediate directe,

Diuisio.
Quæstio. 1
Primū ar.
Secūdū ar.
Tertium ar.
Opponit & Respondet. Albertus.
Prima conclusio. 2
Secunda cōclusio. 3
Tertia conclusio. 4
Ad primū argumen.
Ad secūdū.
Ad tertium
Exponit literam.

te directe, & per se: ergo plus peccat & grauius homicida, quam vsurarius qui non immediate nocet directe ac proprie sed remote & interpretatiue dicitur occisor, dicuntur ergo non in culpa æquales, sed quia ambo sunt filij diaboli cuius desideria faciunt. Ioan. 8.

1 *Rapere an possit aliquis aliquid a diuitibus auaris causa pietatis.*



Forte. Ad idem principale negotium est hoc c. quod est beati Aug. in homi. Summa est in rubro. Vel sic. Qui aliquid sub trahit ab auaro diuite vt inde faciat eleemosynas peccat. Et diuiditur in duas partes. in prima narrat errorem quorundam. In secunda reprobat ibi sed huiusmodi cogitationi. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli, & aliorum loquentium in eadem materia venit quærendum. † Vtrum pietatis causa. s. vt pauperibus eleemosynæ dentur possit quis licite à diuitibus auaris aliquid rapere. Et videtur quòd sic. primo sic. Iob 39. Conterabam malos iniqui, & de dentibus eorum auferebam prædam. ¶ Secundo sic, dicit Ambrosius. 86. distinct. pasce fame morientem, si non paueris, occidisti, sed tenetur quilibet non occidere pauperem: ergo tenetur pascere, & si non habet de suo, vnde pascat, videtur quòd tenetur alienum accipere. ¶ Tertio arbor bona non potest malos fructus facere. Cum ergo voluntas & intentio recipiendi aliquid ab alio pro vita proximi pauperis conseruanda, est bona, ergo & opus. ¶ In oppositum est capitulum præsens. Respondeo dicendum, quòd in casu extremæ necessitatis quæ non est releuabilis alio modo, quam aliena rapiendo, licitum est de alienis rapere, & subuenire indigenti, non tamen extra istum casum, pro cuius quæstionis euidentia est notandum iuxta S. Thom. quòd ea quæ sunt iuris humani non possunt derogare iuri naturali, vel iuri diuino. Secundum autem naturalem ordinē ex diuina prouidentia institutum res inferiores, sunt ordinatæ ad hoc vt ex his subueniatur hominum necessitati. Et ideo per rerum diuisionem & appropriationem de iure humano procedentem non impeditur quin hominum necessitati sit subueniendum, & huiusmodi rebus. Et ideo res quas aliqui superabundanter habent ex naturali iure debentur pauperum sustentationi. vnde Ambrosius dicit & habetur distinct. 47. in cap. sicut hi. Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum, quòd tu recludis, miserorum redemptio & absolutio est pecunia, quam tu in terra effodis, sed quia multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex eadem re omnibus subueniri, committitur arbitrio vniuscuiusque dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniat necessitatem patiētibus, si tamen adeo sit vrgens & euidens necessitas, vt manifestum sit instanti necessitati de rebus occurrentibus esse subueniendum puta cum imminet personæ periculum, & non potest aliter subueniri, tunc licite potest aliquis ex rebus alienis suæ necessitati subuenire siue occultè siue manifestè sublatis. Et ita etiam ad subueniendum necessitati proximi sic indigētis, nec hoc habet proprie rationē furti, vel rapinæ. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primā de Iob respondetur, quòd non facit ad propositum, quia vt dicit magister Alexander loquitur de iudicibus quorum interest, vt fures puniantur, & furta restitui faciant. ¶ Ad secundam respondetur sicut dictum est. Nam refert loqui de necessitate, aut est leuis aut vehemens, & si vehemens aut alio modo releuabilis, quam furando, aut non, si leuis sit & alio modo releuabilis, quam furando, non excusabit à transgressione præcepti illius, non furaberis. Si vero sit vehemens, & nullo alio modo releuabilis excusat à toto, nec secundum veritatem est furtum, quia in tali necessitate omnia sunt communia. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd tunc intentio & voluntas est bona, quando occurrit vrgens necessitas nullo alio modo releuabilis, &c. Lege. ¶ [Forte suggestione] diabolica, diabolus enim quod suggerit malum est, & contra Dei præceptum, vt suggessit primis parentibus contra Dei præceptum. Gen. tertio. Nam aliena rapere malum est, quod faciendum non est, vt inde veniant bona, intelligi hoc capitulum extra casum extremæ necessitatis, de qua dictum est in quæstione [potius.] addit potius, quia in eo quod illud contractat in retribuendo furtum committit, & peccat mortaliter. Hug.

(Margin: Cōtra Hu. Questio. — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit & Respōdet. — S. Thomas — Ambrosius. — Ad Primū ar. — Ad secundū — Ad tertium — Exponit literam.)

1 *Retinens rem inuentam animo lucrandi an committat rapinam.*



Si quid. Ad idem inducitur hoc cap. beati Augustini. Summa est in rubro. Pro cuius capituli & aliorum similium pleniori intelligentia. Quæritur. † Vtrum hoc sit verum, quod si quis rem inuentam retinuerit animo lucrandi rapinā commiserit. Et videtur quod non, dicitur enim in libro institutionum de re. diui. Quisquis thesauros in suo loco inuenerit. Adrianus naturalem equitatem secutus ei concessit, qui inuenit, aut si quis in alieno loco non data ad hoc opera, sed fortuitu inuenit dimidium domino loci concessit, ergo non est verum generaliter, quod rem inuentam retinere sit rapere. ¶ In oppositum est capitulum præsens. Respondeo dicendum iuxta S. Thom. in secunda secundæ quæstio. 66. & Alexādrum de Halis, in tertio, quod circa res inuentas est distinguendum. ¶ Quædam enim sunt quæ nunquam fuerunt in bonis alicuius sicut lapilli & gemmæ, quæ reperiuntur in littore maris, & talia occupanti conceduntur. Et de talibus est conclusio quod tales inuentas retinendo non est rapere. Et eadem ratio est de thesauris antiquo tempore sub terra occultatis, quorum non est aliquis possessor, nisi quod secundum leges ciuiles tenetur inuentor dare medietatem domino agri, si in alio agro inuenit, vt dictum est in argumento primo. Quædam vero res inuentæ fuerunt de propinquo in bonis alicuius, & tunc est conclusio quod si quis eas accipiat non animo retinendi, sed restituendi domino qui eas pro derelictis, non habet, non committit furtum, & similiter. Si pro derelictis habeantur, & hoc credat inuentor tunc est conclusio, quia etiam si inuentor sibi retineat non committit furtum, alias autem committitur furtum vt dicitur hic in præsenti capi. ¶ Ad argumentum factum iam patet ex dictis responsio, & in cap. primo eod. quæst. multi. conceditur, quòd non generaliter verum sit, quod rem inuentam retinet sit rapere, quia non in casibus prædictis primis, sed bene in vltimo casu. s. quando non creduntur derelictæ & nihilominus retinet non animo restituendi cum sit contractio rei alienæ, rapere est. Lege. ¶ [Si quid non reddidisti] id est retinuisti animo lucrandi, & nunquam reddendi, si enim id quod inuenit eo animo accepit vt retineat donec inueniat dominum, & ei reddat non peccat. Si vero accepit eo animo vt nunquam reddat. & furtum committit, & intelligitur de eo, quod est in bonis alicuius sicut dictū est. Hug. [cor interrogat] id est respicit & attendit quo animo fiat [non tantum manum] id est actum exteriorem, potius enim Deus respicit ad intentionem, quam ad opus exterius, vt 16. quæstio. sexta, capitu. primo, & infra quæst. vltim. Hug.

(Margin: Quæstio. — Opponit & Respondet. — Ad argu. — Exponit literam.)



Eleemosyna. Ad idem sequitur hoc capitulum, quòd est beati Gregorij in registro. Summa est in rubro. Breue est, & planum, & ex superioribus declaratum.



Vlti. Ad idem intendit hoc capitulum, quod est beati Hieronymi super Leui. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima narrat errorem quorundam. In secunda reprobat illum. Secunda ibi, distant ergo. Capitulum hoc satis patet ex dictis & disputatis super cap. si quid, & ideo progrediamur vlterius.

(Margin: Diuisio.)

1 *Bonum non improbatur per malum cohærens vel sequens.*



Neque enim. Ad idem sequitur hoc cap. quòd est beati Augustini. Summa est in rubro. Et potest capitulum hoc diuidi in quatuor partes, secundum quatuor exempla quæ ponit. Secunda ibi, nec si aliquis. Tertia ibi, tyrannice. Quarta ibi, nec vituperatur, plana sunt omnia Lege. ¶ [Neque enim] quatuor casus hic ponuntur: duo primi opponuntur sibi, & duo vltimi sibi duo primi sunt de possessionibus, duo vltimi sunt de potestatibus, primus est si quis

(Margin: Diuisio. — Exponit literam.)

quis inuasit prędium alicuius,tamen de fructibus illius multas eleemosynas facit,non ideo tamen excusatur prima inuasio,¶ Secundus est,aliquis iuste adeptus est prædium aliquod,& tamé nihil boni facit de fructibus eius. Non ideo tamen dicit culpandum est ius quo legitime adeptus est prędium.¶ Tertius est, aliquis inuadit regnum aliquod & iuste,& more regio tractat subditos,non ideo excusatur prima inuasio.¶ Quartus est. Aliquis legitime adeptus est regnum,crudeliter tamen tractat subditos, non tamen regia potestas ideo est culpanda.Hug.[agris]alienis.Hug.[perperam] id est peruerse. Hug.[nec si aliquis].2.pars[regula ciuilis iuris]large accipitur pro quolibet iure ab homine constituto,siue legali,siue diuino,siue canonico.[nec tyrannice]secunda pars.[laudabilis erit] ar. † quod bonum non improbatur per malum cohęrens,vel sequens Hug.[nec vituperatur.] aliud nanque est [iniusta[.id est iniuste acquisita iuste bonum faciendo & clementer subditos tractando. hoc facit quandoque tyrannus inuasor,sæpe enim quis vtitur malo bene, & bono male.vt.1 1.q.3.qui recte.Hu.[malum faciendo[scilicet crudeliter tractando subditos, hoc quandoque facit rex legitime institutus sed postea tyrannus efficitur.Hug.

Denique. Ad idem est hoc.c.beati Ambrosij.li.de officijs. Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.in prima dicit quod cum alterius detrimento alteri subuenire non licet.in.2.prohibet, ne in causis pecunialibus sacerdotes interueniant aduocati.2.ibi, ideoque in causis. Lege.¶[Denique.] Nota quod principium capituli facit ad propositum Gratiani in hoc,scilicet ad ostendendum quod alienum non auferamus secundum Barb.brixien.& Archi.& sic de male quęsitis non debet fieri eleemosyna.[Lædatur enormiter.]12.q.2. bonæ rei.secundum Hu.cum vterque sit diligendus ex charitate. Charitas autem vt dicit Apostolus non agit perperam.1.ad Corin.14.idest peruerse. peruerse autem agitur.dum cum nocumento proximi alter iuuatur. vnde contra officium charitatis est,quod proximus quem debeo diligere sicut me ipsum propter iuuamen alterius lædatur iniuste.Nam si iuste lædatur non obest charitati, imo charitas, hoc exigit, vt proximus iuuetur, quamuis alter iuste & ex sua culpa patiatur[neuter iuuari.]intelligitur de illis quæ quis non tenetur facere ex præcepto.Hu. ista melius exponentur.23.q.4. ipsa pietas.[ideoque].2.pars.[in pecuniarijs.]Bernardus.Archidi.vnde dixit Hug.ar. quod sacerdos non potest esse aduocatus in causis,sed hoc intelligitur coram iudice seculari, nisi pro causa suæ Ecclesiæ. vel miserabilium personarum vt extra de postu.c.vlti.sed in causa criminali nunquam debet esse aduocatus coram iudice seculari, cum ibi sæpe agatur ad effusionem sanguinis.vt.23.quæstio. vlti. his à quibus. Hug.[interuenire] aduocando patrocinium præstando vel præces pro alia parte porrigendo[nulli nocere.] non ergo debet esse occasio scandali, & hæc fuit præcipua causa huius prohibitionis, ne quis scandalizetur ex facto sacerdotis.

Diuisio.

Exponit literam.

Scriptum. Ad idem est hoc capitulum, quod est Gregorij in registro. hoc.c.inuenies.supra.3.q.7.in grauibus. & ibi expositum est.Hu.& in glo.

Econtra. Scilicet superficialiter contra hoc quod dictum est quod de furto & rapina & illicite acquisitis non debent fieri eleemosynæ,arguit exemplo iudeorum,qui ex his quę a vicinis receperunt accommodata vasa aurea & argentea,ædificauerūt tabernaculum domino,huic obiectioni respondet Gratianus per sequens capitulum. Et incipit hic secunda pars quæstionis secundum Archi.

1 *Filij Israel non peccauerunt spoliando ægyptios.*

Dixit. Capitulum hoc est beati Augustini in quo Augustinus duo dicit. primo quod filij Israel accipientes vasa aurea ab ægyptijs non commiserunt furtum, quia præcepto domini vniuersorum hoc fecerunt, secundo quod ex facto illorum non est capiendum exemplum, vt quis vellet aliqua rapere. Lege.¶[Dixit dominus] Exo.3.† filij autem Israel in hoc

Exponit literam. 1

non peccauerunt, quod ægyptios spoliauerunt. Tum quia ægyptij ad plus tenebantur filijs Israel, ex grauibus operibus quibus ab ægyptijs fuerunt aggrauati, & nunquam satisfecerant vt tenebantur. Tum quia hoc fecerunt præcepto domini, qui erat dominus omnium bonorum ægyptiorum, & poterat dare cui vellet.3.quia filij Israel in hoc fuerunt ministri Dei iubentis.vnde sicut minister iudicis cum iubente iudice occidit hominem non peccat,sic filij Israel in hoc ministri Dei iubentis qui nihil iubet nisi iustum[exemplum]dicit hic Hu.quod non est argumentum ab exemplis veteris testamenti. hoc verum est in illis, quæ figuralia vel ad tempus concessa, secus in alijs.Hu.[nec israelitæ furtum]quia dicit Hu.quod aliqui illorum furtum commiserunt,qui ex cupiditate bona ægyptiorum receperunt falsum est, quoniam non est furtum, nisi quando inuito domino accipitur res aliena. Isti autem autoritate domini vniuersalis dantis eis bona ægyptiorum acceperunt rem suam à Deo eis datam,& non alienam. Et ideo accipientes bona ægyptiorum non commiserunt furtum, sicut nec quando acceperunt terram cananeorum & aliorum, quas dedit Deus Abrahæ & semini suo. Gene.14.vnde accipientes bona AEgyptiorum ex cupiditate non peccauerunt peccato furti,sed peccato cupiditatis,sicut cupidus rei peccat non vt fur,sed vt cupidus & auarus.

Cōtra Hu.

Item obijcitur. §.est, in quo incipit tertia pars quæstionis. Et in quo arguit cōtra prædicta,quod ex rapina possit eleemosyna fieri, quia rapina non reperitur lege diuina prohibita. Et respondet dicens quod nomine furti omnis illicita vsurpatio rei alienæ intelligatur quod probat per.c.sequens.

3 *Prohibito maiori prohibetur minus.*

Penale. Hoc.c.est Augustinus.lib.de quæstionibus super Exo. Summa est quod nomine furti intelligitur prohibita etiā rapina, quæ grauius peccatum est quam furtum. Et diuiditur in duas partes. in prima dicit quod dictum est.in secūda assignat rationem dicti.2.ibi,non enim rapinam permisit.Pro pleniori intelligentia huius capituli quęruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum rapina aliquo præcepto diuino sit prohibita.

2 ¶ Secūdum est vtrum rapina sit grauius peccatū,quā furtū.

1 Ad primum sic proceditur, † & videtur quod rapina non sit prohibita aliquo præcepto decalogi patet primo hoc discurrēti ꝑ singula ꝑcepta.¶ Secūdo sic. Exo.13. filij Israel exituri de ægypto, spoliauerūt ęgyptios auferētes vasa aurea, & argētea. ergo rapina siue spoliatio nō fuit ꝓhibita aliquo ꝑcepto. ¶ In oppositū est capitulū ꝑsens vbi Au.vult ꝙ sit ꝓhibita ꝑcepto illo nō furtū facies.¶ Respōdeo dicēdū ꝙ rapina ſm suā rōnē propriā,q̄ est cōtractio rei alienæ violēta,& cōtra volūtatē possidētis in oī casu in ꝑdicto ꝑcepto, nō furtū facies, ꝓhibet, ꝓbatur huiusmodi cōclusio satis in te. patet etiā ex illo Esa.61.Ego dn̄s diligēs iudiciū,& odio habēs rapinā.¶ Ad rōnes in oppositū.Ad primā Respōdetur, ꝙ licet vocaliter nō ꝓhibeatur aliquo ꝑcepto, ꝓhibetur tn̄ veraciter in eo ꝙ minus est.¶ Ad secundum patet responsio in præsenti.c. quoniam filij Israel spoliantes ęgyptios nec commiserūt furtum nec rapinam,cum fecerint mandato domini.

Primū ar.
Secundū
Opponit in contrariū.
Respondet.
Ad primū argumen.
Ad secundū

2 Ad secundum sic ꝓceditur, † & videtur, ꝙ furtū sit grauius peccatum q̄ rapina primo sic,furtū.n.in ꝑ acceptionerei alienę habet adiūctam fraudē & dolū,ꝙ nō est in rapina, sed fraus & dolus ex se habēt rōnē peccati. ergo furtū est grauius peccatum, q̄ rapina. ¶ Secundo sic. Verecūdia est de turpi actu, vt dicit.3.ethicorū,sed magis verecūdātur hoīes de furto, q̄ de rapina. ergo &c.¶ Tertio sic:quāto aliquod peccatū pluribus nocet,tāto grauius est,sed ꝑ furtum pōt inferri nocumētū magnis, & paruis,ꝑ rapinā aūt solū impotētibus pōt violētia inferri. ergo grauius videt esse peccatū furti, q̄ rapinæ. ¶ In oppositū est Aug.in.c.ꝑsenti.¶ Respōdeo dicēdū quod rapina est grauius peccatū,q̄ furtū,ista cōclusio patet.primo quia secūdū leges grauius punitur rapina q̄ furtum.¶ Secundo ratione sic,rapina & furtū habent rōnē peccati,propter inuoluntarium per ignorātiā,in rapina autē est inuoluntariū per violentiam,sed magis est inuoluntarium per violentiā quā per ignorantiā,quia violentia directius opponitur voluntati, q̄ ignorantia.ergo rapina est grauius peccatū, q̄ furtū. ¶ Item probatur

Primū ar.
Secūdū ar.
Tertiū arg.
Opponit & respōdet.

probatur alia ratione sic, per rapinam non solum offertur alicui damnum in rebus, sed etiã vergit in quãdã psonæ ignominiam, siue iniuriam. & hoc præponderat fraudi vel dolo, quę pertinent ad furtum. vnde patet responsio ad primum

Ad secundũ ¶ Ad secundum respondetur negando consequentiã. Et rõ est iuxta S. Tho. quia homines sensibilibus inhærentes magis gloriantur de virtute exteriori, quæ manifestatur in rapina, quam in virtute interiori, quæ tollitur per peccatum. Et ideo minus verecundantur de rapina, quã de furto. ¶ Ad tertium respondetur negando consequentiam. Et ratio est

Ad tertium iuxta S. Tho. quia licet pluribus posset noceri per furtum, quam per rapinam, tamen grauiora nocumenta possunt inferri per rapinam, quam per furtum. vnde etiam ex hoc rapina detestabilior est. Lege. ¶ [Pænale] id est dignum pæna,

Exponit literam. etiam æterna. Hu. [occulte.] hoc est furari [visibiliter]. i. publice, hoc est rapere. Hu. & Archi. siue occulte per furtum, siue palam, scilicet per rapinam. [habet præceptum suum] idest vtrunque prohibetur illa prohibitione, scilicet non furaberis. Exo. 20. & Deuter. 5. [omnis illicita]. i. omnis species illicitę vsurpationis. Et per consequens rapina intelligitur prohibita cum dictum est, non furaberis. Non enim rapinã

3 permisit qui furtum quod minus est prohibuit. ar.† quod

2 maiori prohibito a minus prohibetur. 44. dist. nulli [à parte] i. ratione partis. i. nomine furti, furtum enim secũdum quod dicitur a furuo, & rapina sunt species illicitæ vsurpationis. Et ita partis subiectiuæ generis, quia subijcitur ei, & prædicatur de ea & ita furtum in vna significatione est sicut pars, in alia sicut totum vniuersale, habẽs sub se diuersas species, sed cum dicitur, non furaberis, nomen furti extendit, & comprehendit omnem illicitam vsurpationem rei alienæ inuito domino animo lucri faciendi ipsam, vel vsum vel possessionem eius. Hug.

a ¶ Maiori prohibito prohibitio expssa plus importat quã psumpta à iure cõtradictione Pet. de anc. in. c. si cut tuis. n. 7. de sim.

His autoritatibus §. est, in quo concludit Gratianus ex omnibus prædictis capitulis à principio quæstionis quod ex rebus acquisitis elemosyna fieri non debet.

Sed Augustinus Quarta pars quæst. in qua ostẽdit quod de aliquibus male acquisitis in quibus transfertur dominium potest fieri eleemosyna, & inducit ad hoc sequens capitulum.

1 *Eleemosyna potest aliquando fieri de male acquisito.*



Qui habetis aliquid de malo. Hoc. c. est beati Augustini de verbis domini secundum Lucam sermone. 12. Summa est† quod de male acquisito potest quandoq; fieri eleemosyna. Lege. ¶ [Qui habetis aliquid

Exponit literam. 1 de malo] tribus modis exponit hoc. c. & bene. Hug. aliquid de malo. i. aliquid acquisitum illicite scilicet per furtum, per rapinam, vel vsuram, vbi non transfertur dominium, facite inde bonum scilicet reddendo quibus ablatum est, vel eorũ hæredibus vt distinctum est supra. ¶ Secundo aliquid de malo. i. aliquid acquisitum cura & solicitudine [facite inde bonum] errogando pauperibus cura & solicitudo & labor dicitur malum. i. pæna de qua Gene. 3. dicitur. maledicta terra in opere tuo, in laborib. comedis, in sudore vultus tui &c. ¶ Tertio aliquid de malo. i. acquisitum cum Petro & intelligatur de eo, in quo transfertur dominium vel secundum alios vbi non datur repetitio. Hu. [numi tui] videtur loqui de illis, vbi translatum est dominium tu remanes malus. hoc multi faciunt, scilicet dant elemosynas & tamen non cessant peccare, & sunt talium opera bona non meritoria vitæ æternæ sed alicuius boni temporalis, vel minoris pænæ. Hu.

Sed hoc. Exponit Gratianus præcedens capitulum tribus modis. primo ponitur primus [nomine etiam]. 2. expositio. de mammona iniquitatis. Lucæ. 16. de diuitijs laborib. & solicitudine acquisitis, quæ solicitudo sępe est causa iniquitatis alias [ex malo]. 3. expositio de ista inducit capitulũ sequens ad ostendendum quod de his quæ cum peccato acquiruntur potest fieri elemosyna.

1 *Eleemosina an possit fieri de male acquisitis.*
2 *Acquisitum illicitum potest esse aliquid tripliciter.*
3 *Meretrix potest facere eleemosynam de eo quod acquirit per meretricium.*
4 *Histrio potest facere eleemosynam de eo quod acquirit per histrionatum.*
5 *Medicus, aduocatus, iurisperitus, & officialis licite possunt recipere pro labore eorum in causis*
6 *Testis & iudex à nulla parte debent accipere.*
7 *Iniuria fit ei cui debitum negatur.*
8 *Aduocatus potest vendere iustũ patrocinium, sed non iniustũ. Iurisperitus potest vendere verum consilium, sed non falsum.*



Non sane. Hoc. c. est beati Augusti. ad Macedoneum. Summa est in rubro vel quod sæpe de his quæ male acquiruntur potest fieri eleemosyna. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quæ personæ licite in causis recipiunt aliquid pro labore suo, & q̃ nõ. in secũda ostendit q̃ de illicite acquisitis possunt erogare pauperibus, & q̃ non. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. quod ad

Diuisio.

1 secũdã partẽ q̃ principaliter respicit propositum queritur.† Vtrũ de illicite acquisitis vt de meretricio, de histionatu, & p ludum alearum posit fieri elemosyna. Et videtur quod nõ. Deutero. 24. Non offeres mercedem prostibuli in domũ Dei tui. ¶ Secundo sic. ex. c. elemosyna eadẽ. q. vbi dicit Gregorius. Eleemosyna illa oculis redẽptoris nostri placet q̃ nõ ex illicitis, & iniquitate exigitur, sed q̃ ex rebus cõcessis & bene acqsitis impẽdit. ¶ Tertio sic, dicit Gregorius & habet 1 q. 1. non est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, sed exercere se in ope histrionatus est illicitum. ergo ex acquisitis p histrionatum nõ põt fieri eleemosyna. ¶ Quarto sic, de acqsitis p ludum alearũ ꝙ nõ possit fieri eleemosyna sic, illuc ꝙ pditur in ludo alearũ põt repeti. ff. de aleatoribus. l. vltima, sed de nullo acqsito illicite de quo debetur repetitio, põt fieri eleemosyna. ergo &c. ¶ In oppositũ sic, de illicite acqsitis in qbus transit dominiũ nec cõpetit illi à quo acqrit repetitio põt fieri eleemosyna, vt superius dictũ est, sed omnia huiusmodi de qbus arguit hic sunt huiusmodi. ergo de eis potest fieri elee-

Quæstio.
Primũ ar.
Secundũ ar.
Tertium ar
Quartũ ar
Opponit contrariũ.

2 mosyna. Respondeo dicendum† quod tripliciter põt esse aliquid illicite acquisitũ, vt dicit. S. Tho. in. 2. 2. vno enim mõ ita ꝙ id ꝙ illicite acquiritur debeat ei, à quo est acqsitũ, nec põt ab eo retineri, qui acqsiuit, sicut cõtingit in rapina, & furto, & vsuris. Et de talibus est prima conclusio ꝙ de talibus non põt fieri eleemosyna cũ talia sint restituẽda, talis quidẽ eleemosyna quæ faciat impotẽtẽ ad restituendũ idẽ, vel æqualens, nõ est bona. ¶ Alio modo est aliquid illicite acqsitũ, ꝙ qdẽ ille q acquisiuit, non põt retinere, nec tamen debetur ei, à quo acquisiuit, quia. s. contra iustitiam accepit, & alter contra iustitiã dedit, sicut cõtingit in simonia, in qua dans & accipiens contra iustitiã diuinæ legis agit. de tali est secunda conclusio, quod tale per simoniam acquisitum non est restituẽdum ei, qui dedit, sed debet in eleemosynam erogari. Et eadẽ rõ est in similibus, in quibus datio & acceptio est contra legem Dei. ¶ Tertio modo est aliquid illicite acquisitum non quidem quod ipsa acquisitio sit illicita, sed quod illud ex quo acquiritur est illicitũ, sicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium. Et hoc proprie vocatur turpe

Respondet
Prima conclusio.
Secunda conclusio.

3 lucrum. & de isto conclusio tertia† quod de eo quod mulier per metricẽ acquirit, potest facere eleemosynam, patet quia licet mulier meretricium exercens turpitudinẽ agat, & contra legem Dei, accipiendo tamen mercedẽ, nec iniuste agit, nec contra legem. vnde tale sit licite acquisitũ & retineri po-

Tertia con.

4 test, & de eo fieri potest eleemosyna. ¶ Quarta cõclusio.† de acquisitis p histrionatũ põt fieri eleemosyna. patet ista conclusio, qa sic acqsitũ trãsit in dominiũ acqrẽtis, nec cõpetit repetitio illi, vel alijs à qb9 aliqd p histrionatũ acqrit ¶ Quinta conclusio. de acqsitis p ludũ alearũ põt in aliquibus casibus fieri eleemosyna, & in aliquibus nõ, p cuius conclusionis pbatione notãdũ iuxta. S. Tho. in. 2. 2. q. 32. ar. 7. ꝙ circa illa q̃ p aleas acqrũtur videt aliqd esse illicitũ ex iure diuino, s. ꝙ aliquis lucret ab his q rẽ suã alienare nõ possunt, sicut minores ætate, & furiosi, & hmõi. ¶ Secũdo ꝙ aliquis trahat aliũ ex cupiditate lucrãdi ad ludũ. ¶ Tertio ꝙ fraudulẽter ab eo lucret, & in his casibus est cõlusio. ꝙ de tali acqsito nõ põt fieri eleemosyna, qa in illis casibus tenet, aliqd aũt vlterius videt esse illicitũ ex iure positiuo ciuili, ꝙ phibet vniuersaliter tale lucrũ, sed qa ius ciuile nõ obligat oẽs, sed eos solos qui sunt his legibus subiecti, & iterum per dissuetudinem abrogari potsũt. Et ideo apud illos qui sunt huiusmodi legibus astricti tenentur vniuersaliter ad restitutionem qui lucrantur, nisi forte contraria consuetudo præualeat

Quarta cõ.
Quintus cõsus.
S. Tho.

prævaleat,aut nisi aliquis lucratus sit ab eo qui traxit eū ad ludum,in quo casu non tenetur ad restitutionem,quia ille qui amisit nō est dignus recipere nec pōt licite retinere tali iure positiuo durante.vnde pōt de tali fieri eleemosyna in hoc casu.¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur dupliciter.primo negando consequentiam,quoniā licitum est aliquid dare homini quod non licet offerre Deo.vnde Hieremiæ.2 nec qd quā.frumēti aut mellis offerebatur in sacrificio domini,primitias tantū eorū offeretis.¶ Secundo respondetur q̄ licet de acquisitis de meretricio eleemosyna fieri posset nō tamē sacrificiū aut oblatio ad altare. Tum propter scandalum. Tum propter sancto rum reuerentiam,vt dicit.S.Tho.¶ Ad secundum respondetur quod dictum Gregorij intelligitur quando illicite acquisita non transeunt in dominium acquirentis,vt illicita dicantur quia iniuste acquisita & iniqua,quia iniuste non secundum æquitatem iuris possessa.¶ Ad tertiam respondetur simili modo, quod dictum Gregorij intelligitur de illicite acquisitis,vbi non transfertur dominiū in acquirente,vt in furto,& vsura.¶ Ad quartam respondetur quod in casu in quo in acquisito per ludum alearum non trāsfertur dominium, & competit repetitio,conceditur,quod non potest fieri de tali eleemosyna,in casu vero vbi trāsfertur dominium nec competit repetitio,potest fieri,vt iam satis est explicatū circa quintam conclusionem.Lege.¶ [Non sane.]in ista prima

Ad primū argumen.

Ad secūdū

Ad tertiū.

Ad quartū.

5 parte dicit Augustinus† quod medicus,& aduocatus & iurisperitus & officialis licite possunt recipere pro labore eorū in causis,sed aduocatus & iurisperitus ab vna parte:officia-
6 lis ab vtraq;.† Testis vero & iudex à nulla parte debet accipere,& si testis vel iudex accipit,peccat & plus peccat si accipit p̄ malo testimonio vel iudicio,quā si p̄ bono.In secūdo articulo dicit,quod iudex,testis vel officialis & aduocatus & iurisperitus licite distribuunt pauperibus ea,quæ in causis acquirunt, etiam cum peccato ,sed illi qui furto vel rapina vel inuasione alia acquirunt ea non possunt erogare pauperibus,sed debēt ea reddere illis,quibus sunt ablata . Sumitur tamen autoritate iudicis.Nam si propria autoritate hoc faceret,peccaret,& caderet à causa,cum nemo sibi ius debeat dicere,vt.16.q.6 cap.1.& 2. Hug. [accipiuntur] per iudicem in iudicio,Hug.Bernardus Archidiaconus.C.de suffrag.l.1. §.fi.Archi.[potius per iniuriam]quasi diceret potius iniuriā, facerer,si non solueret quod deberet.Et est arg.† quod ei fit
7 iniuria,cui debitum negatur.Hug.[Sed non ideo]quasi dico quod medico & operario licet accipere,sed non cuilibet licet exigere,vel accipere aliquid pro officio suo .[iustum iudicium]maxime Archi.Sed Hu.dicit quod ideo sic locutus est † quia aduocato licet vendere iustum patrocinium a
8 sed non iniustum , & iurisperito verum consilium , non falsum & iudex vel testis magis peccat vendēdo falsum iudiciū, vel testimonium , quod verum.[illi enim]scilicet iudex,& testis[inter vtrunque.]iudex enim æqualiter ad ambas partes se debet habere prout ius dictat pronunciare , non motus odio, vel amore alterius partis.Similiter testis æqualiter se debet habere ad vtranque partem , nullo habito respectu ad alterutram partem debet verum dicere,& falsum tacere, ad quod etiam iuramento compellitur. vt.2 questio.4 .nullā [isti]scilicet aduocatus , & iurisconsultus ex vna parte. ista materia distincta est supra.11.questio.3.non licet [cum indicia & testimonia &c.]ordina sic. testimonia iniqua & falsa venduntur quæ nec iusta nec vera vendenda sunt [scelera - tus]hoc fit, quoniam si venderentur iuste in hoc casu plus peccat,qui falsum iudicium aut testimonium vendit,quam qui vēdit verum iudicium.Et ratio est,quia primus in duobus peccat.s.in dando malum iudicium aut falsum testimonium secundo peccat in accipiendo pecuniam secundus nō peccat,nisi in vno quia accipit,scelerate etiā datur, quia turpitudo est ex parte accipientis & dantis [ille solet ablatam] opinio fuit quorundam iurisperitorum, quod turpitudo nō esset ex parte dantis pro iusto iudicio. Et ideo posset repetere.Et hanc opinionem hic sequitur August.sed reprobata fuit quia turpitudo etiam est dare pecuniam pro iusto iudicio,præsumitur enim voluisse iudicē corrūpere.& ideo non re petit, & amittit litē.vt.ff.de condi.ob turp.causam.vt puta.§.sed si dedi.Hug.nisi timeret,quod non audiretur . Nam allegaret turpitudinem suam,& ideo non audiretur in isto casu. Hu.[& puderet]non minus tamē repelleretur , & si nō puderet eum.Hu.[inferioris loci].i. officij loquitur s̄m Hu. de duplici genere officialiū . Quidam enim sunt temporales. Quidam perpetui [non insolenter accipiunt].i. non superbe,& iniuste,sicut officiales [mouetur].i. remouetur a tali officio.i.qui ad tēpus est in tali officio &,q mouetur.i. cui confertur officium per immoderatam improbitatem].i.importunitatē[repeti]de facto solent magis q̄a reprehēdimus eos,scilicet litigatores.Officiales .n. reprehendēdi sunt, nō quia exigunt vel accipiunt debitum , sed quia illud exigunt cum nimia importunitate,& scandalo,& vexatione litigatorum.Hu.[reprehēdimus eos].s.litigatores.[inusitate].i. cōtra id,quod fieri solet contra officiales Hug. [de more].i.de consuetudine,& rōne officij.[isti]scilicet omnes supradicti; scilicet officiales , aduocati testes, iurisperiti,officiales non peccant accipiendo debitum,peccant tamen petendo nimis instanter.& scandalizando fratrem,aduocati etiam aut iurisconsulti peccant quandoque , aut nimis accipiendo vltra quam debeant , vel accipiendo pro iniusto patrocinio vel malo consilio.[tanquam sua.]hic innuit August.quod facta sint sua quamuis cum peccato acquisierint , & ideo licite possunt facere eleemosynas.vbi vero non efficiuntur sua male acquisita, non possunt. vnde subdit [quia vero contra ius.]¶ Et est arg.quod licitè fit eleemosyna de male acquisitis vbi transfertur dominium alias non.hic tanquam aliena, quia reuera non sint aliena.[reddenda.scilicet à quibus subtracta sunt,quia in talibus non transfertur dominium , quā donanda pauperibus[zachei] scilicet cum pœna quadrupli si est furtum manifestum,vel dupli,si nō est manifestū , vel tripli,si est rapina.vt.12.q.2.cum deuotissimam.Hug. Lau. & Archid.

a ¶Vēdere iustum patrocinium. adde etiā si partes trāsigāt etiam opera ipsius aduocati gloss. in l.si litis. ff. mādat.Bal. in l.j.ī 5.q. C.de suffr. Coll. in c. put nu. 5. de dolo.Et tale salariū transmittit ad hæredes Ia.rebuffi. in.l.j.nu.2. ver.salariū C.de leg.libro 10.

Exponit literam.

¶ Quæstio Sexta.



Vod vero pœnitentia agi non possit. Hic incipit quęstione 6.scilicet an vsurarij possint agere pœnitentiā nisi restituāt vsuram.Et diuiditur in quatuor partes. in prima probat per capitulum Augustini, quod non agitur digna pœnitentia , si res ablata aut detenta restituatur.Ioan.de Archid.Et ad hoc inducit capitulum sequens. Diuisio.

2 *Casus in quibus excusatur quis ne restituat ablata.*
4 *Papa potest dispensare quod bona clericorum siue ecclesiarum iniuste habita non restituantur si videt hoc vtile esse ecclesiæ etiam extra casum necessitatis.*
Idem si bona sunt personarum siue laicorum qui immediate subsunt ecclesiæ.nu.5.
Et quid si subsunt iurisdictioni principum secularium.num.6.
7 *Papa extra casum necessitatis non potest dispensare cum raptoribus vsurarijs & similibus quin teneantur restituere bona personarum secularium.*
8 *Illicitum dicitur aliquid dupliciter.*
12 *Ablatum potest esse in quadruplici differentia.*
13 *Damnificare aliquem in bonis spiritualibus animæ intelligitur dupliciter.*
14 *Occasio damni animæ alterius pōt quis esse quadrupliciter.*
15 *Damnificans aliquem suadendo consulendo vel præcipiendo ad peccatum tenetur modo sibi possibili restituere damnum.*
Et quid de his qui damnificant malo exemplo.nu.17.
16 *Reuocans aliquem ab ingressu religionis ad quid teneatur .*
18 *Damnificans alium in bono famæ & honoris tenetur ad restitutionem.*
19 *Lędere alium in fama & honore contingit quatuor modis.*
20 *Prælatus si dixerit verba contumeliosa subdito faciens hoc ad correctionem non tenetur ei petere veniam.Similiter nec pater filio,nec magister discipulo,nec dominus seruo,nec maritus vxori.*
21 *Restitutio siue satisfactio famæ debet fieri quam citius potest fieri quando notabilis est.*
22 *Damnificatio quę fit in bonis corporis per læsiones contingit fieri quatuor modis.*
Et qualiter sit fienda restitutio.num.23.
24 *Occidens hominem qualiter teneatur ad restitutionem.*
25 *Damnificare aliquem in bonis fortunę contingit dupliciter.*
26 *Inueniens aliquam rem quod teneatur ad restitutionem.*
Et quid si nescit cum debeat restituere. num.27.

28 *Lucrum hab tum ex iniuste acquisitis an sit restituendum.*
29 *Illicite dare dicitur aliquis aliquid dupliciter.*
30 *Rapina totaliter est restituenda.*
31 *Quaestores sancti Antonij vel alij quicunque nullo modo possunt sibi retinere ea quę illis pauperibus vel locis pro quibus petuntur dantur, possunt tamen viuere super quaestus.*
33 *Cooperatur ad damnificãdum tenetur restituere totum illud damnum, ad cuius totalitatem est cooperatus.*
34 *Consulens quando dicatur cooperari efficaciter.*
35 *Adulator qui teneatur ad restitutionem.*
37 *Cõsciẽtiã habẽs de re quod sit aliena, tenetur illã restituere.*
38 *Notarij facientes scienter chartas de debito vsurarũ ac si sit debitum legitimę & absque vsura tenentur reddere vsuram acceptam.*
39 *Recipiens de bonis alterius quantum sibi alius tenebatur, an teneatur accepta restituere.*
40 *Restitutio an semper sit facienda ei, a quo aliquid acceptũ est.*
41 *Casus in quibus restitutio non est facienda ei à quo aliquid acceptum est.*
42 *Praescriptio an excuset a restitutione rei alienae.*
43 *Res Ecclesiae non praescribitur nisi bona fide continua.*
44 *Clericus furem captum in domo sua non debet tradere iudici seculari.*



Si res. Hoc.c.est beati Augu. in 2. epistola ad Macedonium. Summa est in rub. Diuiditur autem in 4. partes. in prima dicit, ꝙ non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum, si restitui potest. in 2. ꝙ si quis restituere tenetur dicat se non posse restituere, & si dubitetur de hoc, est verberibus subijciendus. in 3. quod ecclesia pro tali apud iudicem secularem potest intercedere non tamen vt ablata non reddantur. in 4. quod ecclesia non debet talem subijcere poenae temporali, nec eum ad hoc tradere iudici seculari, comminari tamen debet ei aliquando clam. aliquando manifeste ẜm diuersitatem personarum. 2. ibi, huic certe. 3. ibi, sed non inhumanum. 4. ibi, sed nunquid nos. Pro pleniori intelligentia huius capituli quaeruntur sex. — Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum restitutio ablatorum sit de necessitate salutis.
3 ¶Secundum est vtrum potest fieri dispensatio quod ille qui tenetur ad restitutionem non teneatur restituere.
9 ¶Tertium est vtrum qui tenetur restituere teneatur statim restituere.
10 ¶Quartum est vtrum qui iurauit vsurario aut latroni ablata non repetere, teneatur non repetere.
11 ¶Quintum est vtrũ de omni ablato sit restitutio faciẽda.

1 **Ad primum** Sic proceditur, † & videtur ꝙ restitutio ablatorum non sit de necessitate salutis. Nullus tenetur ad impossibile, sed restituere bona ablata animę, vel corporis vel etiam bonorum fortunae est saepe impossibile. ergo &c. dicit. n. Hieronymus. Qui dixerit idem impossibile praecepisse anathema sit. ¶ In oppositum arguitur ex ca. praesenti, vbi dicitur non dimittitur peccatum &c. Respõdeo dicendum, quod restituere ablatum iniustè stante possibilitate restitutionis, sit de necessitate salutis. ista conclusio probatur primo sic iuxta Scotum in 4. dis. 15. sicut auferre alienum est peccatum mortale, & cõtra praeceptum diuinum negatiuum. s. nõ furtũ facies. ita & tenere alienum, ideo sicut necessarium est seruare praecepta negatiua, ita necessarium est non tenere alienũ dño inuito. Et per consequens necessariũ est vel statim reddere, vel statim velle reddere. ¶Secũdò sic iuxta S. Th. in 2. 2. q. 62. ar. 2. Restitutio est actus iustitię commutatiuae, quae in quadam ęqualitate consistit. Et ideo restitutio importat redditionẽ illius quae iniuste ablata est. Sic. n. per iteratam eius exhibitionem aequalitas reparatur. Cum ergo seruare iustitiam sit de necessitate salutis, consequens est quod restituere iniuste ablata sit de necessitate salutis. ¶Ad argumentum in oppositum dicendũ, ꝙ in quibus non potest recõpensari aequiualens, sufficit quod recompensetur, quod possibile est. Et si nõ potest actu necessario, tamẽ requiritur quod sit in proposito & voluntate restituendi quod ablatum est, vel aequiualens ẜm facultatem datam. — Primũ ar. / Opponit contrariũ. / Respondet. / S. Thom. / Ad argu.

2 † Nota hic ẜm Petrum de palude plures casus in quibus excusatur quis ne restituat ablata. primus est propter impossibilitatem hactenus, in qua debet cõsiderari si est aequalis necessitas in illo qui est creditor respectu sui necessitatis, tunc iustum est alium superuestiri de suo, quam istum de alieno. Nã si esset extrema necessitas, quae facit oĩa cõia melior est conditio possidentis ¶ Secũdus est qñ remittitur per creditorem, nisi sit talis persona quae non habeat administrationem, vel quae non pōt donare, vel qñ iure est cautũ, quòd remissio non valet, tunc non excusat sicut in iudice delegato. extra de rescrip. statutũ. lib. 6. Tertius est qñ recompensatio fit sicut in foro contentioso liquidi ad liquidum fit compensatio vt mihi debes decem. Ego debeo tibi alia decem, neuter alteri soluere tenetur, sed potest vtrunque recõpẽsari sic. ¶ Quartus est si res debitoris ad me puenit per modum pignoris, possum retinere quousque mihi satisfecerit. ¶ Quintus est, excusat praescrptio si iusto titulo bona fide semper fuerit res aliena possessa non vitio furti, aut violentiae vitio affecta completa praescriptione iuris autoritate potest licite retineri: aliter non, extra de praescriptione. capi. vigilanti. — Petrus de palude. / Primus ca. / Secũdus ca. / Tertius ca. / Quartus ca. / Quintus ca.

3 **Ad secundum** sic procedit, † & videt, ꝙ vsurari⁹ vel fur, vel raptor possit in aliquo casu absolui ab obligatione restitutionis, papa dispensante, primo necessitate fidei, vtpote peregrini terrę sanctę sic sup illud Mat. 2. nunquid legistis. Quid dicit Dauid, qñ necessitatem habuit. dicit gl. quod non est licitũ in lege necessitas facit licitum. ergo non restituere alienũ quod est simpliciter illicitum ex necessitate efficitur licitum, sed nulla est maior necessitas, q̃ illa quae est fidei. ergo in necessitate fidei licitũ est non restituere debita habita dispẽsatione cõtra obligationẽ restitutionis. ¶ Secundò sic, oĩa bona sunt ipsius ecclesiae. ergo summo & generali dispẽsatori ecclesiae ẽ licitũ bona ecclesiae rapta & detenta ipsis raptoribus dare. Et hoc vr̃ cõfirmari ex illo facto dñi, qui populo Israel bona quibus spoliauerãt Aegyptios asportare ꝑcepit nulla illis facta restitutione. ¶ Tertiò sic, necessitas absoluit filios Israel ab obseruantia Sabbati, ad q̃ tenebant̃ ex praecepto dñi, sicut patet 1. Macha. 2. sed nõ minus obligat praeceptum de obseruando sabbatum, quam necessitas restituendi aliena, ergo vr̃ iminẽte necessitate & maximè fidei absolui põt quis ab obligatione restitutionis. ¶ Quartò necessitas corporis facit licitum, ꝙ simpliciter est illicitum, sicut furari aliena in vltima necessitate. vt patet de conse. di. 5. discipulos. Simili ratione vel fortiori vr̃, quòd necessitas spiritualis. s. fidei faciat licitum illa non restituere. ¶ In oppositũ vr̃. c. episcopus vbi dicit Aug. ꝙ nõ dimittitur peccatum nisi restituat̃ ablatum. — Primũ ar. / Secũdũ ar. / Tertiũ ar. / Quartũ ar.

4 ¶ Respõdeo sub certis conclusionibus. prima est† ꝙ si bona iniuste habita sint de bonis clericorum siue Ecclesiarũ, papa põt dispẽsare ꝙ non restituant, si videat hoc vtile esse Ecclesię etiã extra casum necessitatis dummodo appareat Ecclesię vtilitas. patet conclusio, quia Papa est generalis dispensator & administrator taliũ bonorũ Ecclesiasticorũ. — Opponit in cõtrarium. / Respondet / Prima conclusio.

5 ¶ Secũda cõclusio † Si bona illa iniuste habita sint laicarum ꝑsonarũ quae immediate subsint iurisdictioni Ecclesiae est conclusio secunda quorundã, ꝙsimiliter potest Papa dispensare. — Secunda cõclusio.

6 † Si vero accepta sunt illa bona de bonis laicorũ, qui subsunt iurisdictioni principũ secularium, tunc est conclusio. D. Petri de palude ¶ in casu necessitatis Ecclesię põt etiã dispẽsare ad subueniẽdũ tali necessitati, ꝓbatur cõclusio, quia in casu necessitatis Ecclesiae oĩm fideliũ sunt magis cõia & debita ad subueniẽdũ tali necessitati, quã necessitati corporali priuatae ꝑsonę, in cuius tñ necessitate maxime extrema sunt omnia cõmunia, quilibet tenetur de bonis suis subuenire tali necessitati, & bona cuiuslibet in hoc casu sunt communia. vnde potest dispensare cũ illis qui pñt subuenire necessitati, quod nõ restituãt bona etiã ꝑsonarũ secularũ iniuste habita, hoc tamẽ obseruato, ꝙ ab alijs à quibus põt cõmode fieri: accipiãt secũdũ ratã suã ad restituẽdũ partẽ illorũ bonorũ, illis, à quibus fuerũt accepta, velꝙ tantũ minus ab illis accipiũt, qa nõ aliqui soli de necessitate, sed, communitas tota & quilibet ẜm ꝓportionẽ debet portare onus cõmunitatis, hoc obseruato non fit contra iustitiam, & in hoc dispensatio Papae est declaratio iuris. — Tertia con

7 vltima cõclusio† extra casum necessitatis non videt̃ ¶ Papa sic cũ raptoribus & vsurarijs, & similibus possit dispẽsare, qn teneãtur bona ꝑsonarũ seculariũ restituere. patet cõclusio qa taliũ bonorũ Papa nõ habet liberã dispẽsationẽ, magister vero Augu. de anchona ponit in summa ꝙ Papa nõ possit facere talẽ relaxationẽ ꝑp quatuor incõueniẽtia q̃ sequerẽtur primũ est scãdalũ, Salua reuerẽtia isti⁹ magistri, existẽte necessitate ecclesię nullũ esset scãdalũ sed exẽ pꝉũ discrete ꝓuidere. ¶ Scd̃m incõueniẽs est, quia non esset certa — Quarta cõ. / Aug. do an Contra. au. de ancho.

certã cõſcientiæ abſolutio, ſalua pace quia fideles ſcientes il lud quod dictũ eſt Petro & in Petro ſucceſſoribus. Quodcũ que ligaueris ſuper terram &c. videntes diſpenſationem il- lam in caſu neceſſitatis Eccleſiæ minime dubitarent, quin remiſſũ eſſet ei peccatũ non facta reſtitutione bonorũ obla- torũ interueniente diſpẽſatione papali. Tertiũ ꝙ dicit ſe qui eſt quod ſcelera manerent impunita. Salua pace hoc non ſe- queretur. vt patet manifeſte. ¶ Quartum inconueniens ꝙ dicit ſequi eſt, quod iniuſtum contra proximum committi- tur ſalua pace ſua, nihil fit contra iuſtitiam in caſu illo, vt di- ctum eſt. ¶ His habitis dicendum eſt ad rationes in princi- pio. Ad primam reſpondetur quod in caſu neceſſitatis Ec- leſiæ & maxime fidei papa poteſt. Et ita argumentum con- ceditur alias non procedit. † Aliquid enim eſt illicitum dupli-

Ad primũ argu.

8 citer. vno modo quia habet perpetuam malitiam. alio mõ qa habet malitiam ad tempus. primum non poteſt fieri licitum ex aliqua cauſa. vnde nõ eſt ſimile de euulſione ſpicarum in ſabbato, & de non reſtituendo ablatum. quia euellere ſpicas in ſabbato nõ habuit perpetuam malitiam, ſed ad tempus, ſ. quandiu durauit lex. Sed furari & rapere perpetuam ha- bet malitiam. vnde reſtituere ablatum præceptum morale eſt. vnde eccleſia non poteſt diſpenſare in eo, hoc præcedit lo quendo de diſpenſatione prout eſt iuris relaxatio, non autẽ prout eſt iuris declaratio. ¶ Ad ſecundam reſpondetur ne- gando conſequentiam. Et cum dicitur, quod omnia ſunt ec- cleſiæ &c. poteſt dici, quod ratio procederet de bonis eccle ſiaſticorũ ẽt extra caſum neceſſitatis magnæ. de bonis vero laicorum in caſu ſicut dictũ eſt. Secundo dicit ꝙ papa poteſt diſpenſare bona eccleſiæ, quæ nõ habent certos poſſeſſores non niſi exigentibus eorum demeritis diſpenſare nõ poteſt, niſi in caſu magnæ neceſſitatis eccleſiæ. Ad confirmationem de filijs Iſrael reſpondetur, quod non eſt ſimile, ſicut alias di ctum eſt quia illi iubente domino ſpoliauerunt Aegyptios & ideo reſtituere non tenebant quia à domino vniuerſorũ il la ſpolia erãt eis donata. alia cõcedimus iuxta ſuperius dicta.

Ad ſecũdũ

Ad primũ argumen.

9 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quod ꝙ il le qui tenetur reſtituere non teneatur ſtatim reſtituere ſed potius poteſt reſtitutionem differre. Primò ſic. præcepta affirmatiua non obligant ad ſemper, ſed neceſſitas reſtituendi imminet ex præcepto affirmatiuo. ergo non obligatur homo ad ſtatim reſtituendũ. ¶ Secun- dò nullus ad impoſſibile tenetur, ſed quandoq; aliquis non poteſt reſtituere. ergo nullus tenetur ad ſtatim reſtituendũ. ¶ Sed in oppoſitum videtur illud Leui. 19. Non morabitur opus mercenarij apud tẽ vſque ad mane. ergo ſimiliter in alijs reſtitutionibus faciendis non debet fieri dilatio ſed ſta- tim reſtituere oportet. ¶ Secundò ſic ex præſenti capitulo vbi dicitur ꝙ peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur abla tũ. ſed nullo modo eſt differẽda dimiſſio peccati. ergo nullo mõ eſt differẽda reſtitutio ablati. ¶ Tertiò ſic. Præcepta nega tiua obligãt ad ſemper. ergo ſicut nunꝗ eſt furandum. ita ab- latum nunquam eſt retinendum. ¶ Reſpondeo dicendũ iux ta S. Tho. in 2.2. vbi. ſ. quod quilibet qui tenetur aliquid re- ſtituere, ſtatim cum poteſt debet reſtituere, vel petere dila- tiones ab eo, qui poteſt vſum rei concedere. Iſta concluſio probatur. ſicut accipere rem alienam eſt pc̃m contra iuſti- tiam, ita etiam detinere eam. quia per hoc ꝙ aliquis detinet rem alienam inuito domino, impedit eum ab vſu rei ſuæ. & ſic ei facit iniuriã. Manifeſtum eſt autem, quod nec per mo dicum tp̃s licet in peccato morari. ſed quilibet tenetur ſta- tim peccatum deſerere ſm̃ illud Eccleſiaſt. 21. quaſi à facie colubri fuge peccatum. Et ideo quilibet tenetur ſtatim reſti tuere, vel petere dilationem ab eo, qui poteſt vſum rei cõce dere. ¶ Ad rationes in oppoſitum dicendum eſt. ad primam negando conſequentiam. Et ratio eſt ſm̃ S. Tho. quia præce ptum de reſtitutione facienda, quãuis ſm̃ formam ſit affir- matiuum, implicat tamen in ſe præceptum negatiuũ, quo prohiberetur rem alterius detinere. ¶ Ad ſecundam reſpon detur ꝙ qñ aliquis non poteſt. ſtatim reſtituere ipſa impotẽ tia abſoluit ab inſtanti reſtitutione facienda, ſicut etiam tota liter à reſtitutione abſoluitur, ſi omnino ſit impotẽs, debet tamen ab eo, cui debet remiſſionem vel dilationem petere per ſe vel per alium. ¶ Ad rationes pro alia parte etiã reſpon dendum eſt. Ad primam poteſt reſponderi, primo negando conſequentiam, quoniam non eſt æqualitas in potentia reſtituendi ſtatim in omnibus ablatis. ¶ Secundo reſpondeƭ, ꝙ etiam in illo caſu ſi poſſibilitas non adeſt ſtatim ſoluendi mercenario cũ licentia eius poteſt haberi licite dilatio. ¶ Ad

Oppoſuit ĩ contrariũ.

Secũda op. poſitio.

Tertia op.

Reſpondet.

Ad primũ argu. in op poſitum.

Ad ſecũdũ.

Ad primũ argumen.

Ad ſecũdũ

ſecundam de capitulo præſenti reſpondetur, ꝙ in caſu licet reſtitutionem differre, vtpote qñ non eſt in ſoluendo, vel qñ non inuenitur dominus rei furatæ vel eius hæres tunc per conſiliũ prelati poteſt fur vel raptor reſeruare penes ſe quo- uſque inueniat dñm rerum. Et ſi nõ poteſt inuenire, debet reddere eccleſiæ, & eccleſia ſiue prælatus poteſt furi vel ra- ptori, ſi valde indigens ſit dare, quia in tali caſu efficitur res illa eccleſiæ, & tunc eccleſia poteſt illam dare cui voluerit. Modo ad capitulum præſens dicimus, quod reſtitutio quan doq; dicitur habitus ſiue voluntas reſtituendi, quandoq; dici tur actus. Non ergo dimittitur peccatum niſi ablatum. ſ. ha bitu, vel actu reſtituatur vel habeat voluntatem reſtituendi. ¶ Ad tertiam reſpondetur, ꝙ ſicut exiſtenti in extrema ne- ceſſitate alienum ſit proprium, ita diſpenſatione neceſſita- tis licet deferre actum reſtitutionis ſicut tactum eſt.

Ad tertiũ.

10 **Ad quartum** Vbi quæritur † de illo qui iurauit nõ repetere, vtrum teneatur non repe tere ab vſurario, vel fure vel raptore. Reſpondetur ſm̃ Ray. ꝙ non repetet directe propter iuramentum, ſed indirecte be ne repetet. ſ. denuntiando eccleſiæ crimen illius. vt ſic com- pellatur ad pœnitentiã quam non põt facere niſi reſtituatur. Si vero iurauit non denuntiare non tenet iuramentum cũ ſit illicitum vtpote contra ſalutem proximi. vnde hoc non obſtante denuntiare poteſt. extra de cogna. ſpirituali. ca. tua: & de iureiu. quemadmodum. Concor. Goff. & Hoſt. addens, quod etiam ſi debitor iurauerit non repetere, nec recipere vſuras, nihilominus vſurarius debet cogi ad reſtitutionem, & in hoc caſu erit pecunia pauperibus eroganda.

Reſpõdet. Raymun

Goffredus Hoſtienſis

11 **Ad quintum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non omne iniuſte ablatum ſit reſtituen- dum. Primò ſic. nullus obligatur ad impoſſibile ſed ſi ablata ſint bona animæ eſt impoſſibile illa reſtituere, vtpote ſi qs retraxit aliquem à religione damnificauit eum in bonis aiẽ, quæ habiturus erat in vita religioſa, & religionem quæ vtili tatem habitura erat ex perſona illa. ergo &c. ¶ Secundo ſic. Committere peccatum non eſt de neceſſitate ſalutis, vt pa- tet ſed qñq; illud quod aufertur non poteſt reſtitui ſine pec cato, puta cum aliquis famam alicui abſtulit, verum dicẽdo. ergo reſtituere ablatum non eſt de neceſſitate ſalutis. ¶ Ter tiò impoſſibile eſt reſtitui quod alicui ablatum eſt in bonis corporis. vtputa ſi abſtulit membrũ alicui vel vitã; ergo &c. ¶ Quartò ſic. ille qui impedit aliquem ab aliquo bono conſe quendo videtur ei auferre. quia quod modicum deeſt quaſi nihil deeſſe vr̃. vt dicit philoſophus. 2. phyſic. Sed cũ aliquis impedit ne quis conſequatur præbendam, vel aliquid huiuſ- modi, non videtur ꝙ teneatur ad reſtitutionem p̄bẽdę, qa quandoq; non poſſet ergo &c. ¶ Quintò quid cum nõ repe ritur aut neſcitur cui ablatum ſit reſtituendum. ¶ In oppoſi tũ vr̃ colligi ex c. præſenti vbi vniuerſaliter loquitur, ꝙ non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatũ. ¶ Reſpõdeo di

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Quĩtũ ar. Opponit ĩ cõtrarium Reſpõdet.

12 cendũ † ꝙ quia ablatũ põt in quadruplici differentia eſſe, ſm̃ ꝙ dãnum quod infertur proximo quadrifariũ eſt, quia vel eſt damnũ in bonis aĩæ. ſ. in virtutibus Theologicis, vel mo ralibus. Secũdò põt eſſe in bonis famæ & honoris. Tertiò in bonis corporis. Quartò in bonis fortunæ. Ideo de quadru plici reſtitutione reſtat dicendum ꝑ ordinem ſm̃ ordinẽ ar- gumentorum, & ſic erunt quatuor articuli. In prima loqui- mur de reſtitutione fienda bonorum ablatorum animę. Cir

13 ca quam primo notandum eſt † ꝙ damnificare aliquem in bo nis ſpiritualibus animæ poteſt intelligi dupliciter. vno mo- do directe, & hoc modo nullus poteſt alium damnificare di recte in bonis ſpiritualibus animæ, ſ. virtutibus quia tales in fuſæ aut acquiſitæ non perduntur, niſi per peccatum morta le ſiue per actus vitioſos. peccatum autẽ adeo eſt volũtariũ. ſm̃ Aug. de vera religione, quod ſi non eſt voluntarium non erit peccatum. Et Ambr. dicit. Nemo tenetur ad culpã, niſi propria voluntate deflexerit. 15. q. 1. Secundo modo põt ali quis intelligi damnificare alium in bonis talibus animæ. ſ. in directe prout quis põt eſſe alteri occaſio peccati. Et quia vt decretalis dicit. Qui occaſionem damni dat damnũ dediſſe

Auguſtinu. Ambroſi.

14 videtur. extra de iniurijs & damno dato. ca. vlti. † Eſt autem aliquis occaſio damni animæ alterius quadrupliciter. Primò modo verbo alium ad peccatum inducendo. Secundò à me liori bono retrahendo. Tertiò à malo exemplo ſcandalizan do. Quartò ſeductorie virginem deflorando. Quantum ad primũ inducit quis aliũ ad peccatum verbo ſuadendo, con- ſulendo, vel præcipiendo id, quod eſt mortale. Et per hoc au fert gratia, & virtutes. vnde Auguſt. Si fratri tuo male per-

suades occidis. de pe. di. 1. nolli. Et de tali sic damnificato est
15 prima cõclusio. † q̃ tenetur modo sibi possibili restituere dã num. Ista conclusio patet, quia dãnificatio in bonis animę est multo peior, quã dãnificatio in bonis fortunæ, vt dicit Au. li. retractationum. Si ergo de illis restituenda sunt dãna, multo magis dãna bonorũ animæ modo possibili. s. inducẽdo eũ efficaciter ad pœnitentiã ad actus virtuosos. Et si sola inductio sua non sufficit. quia facilius est hominẽ peruertere, q̃ conuertere tenetur per orationes suas ab alijs procuratas impetrare sibi conuersionem. Et per aliorum suasiones efficaces dum tamẽ illis nõ prodat peccatum occultum prædicti. ¶ Quantum ad secũdũ scilicet in reuocãdo aliquẽ à meliori bono facit homo damnum alteri reuocando a religione, in qua perfectius viueret quã in seculo. Et de tali hoc modo dã
16 nificato est conclusio. † quod talis tenetur ipsum reuocatum ab ipso reducere ad ingressum religionis siue ingressum. Nã secundem Petrum de palude in quarto non solum ille qui induxit professum ad ingressum religionis tenetur ad inducendum ipsum ad reuersionem in religionem, sed etiam qui retrahit illum qui volebat ingredi nondum tamen ingressus fuerat, inducere eum ad ingressum. Quod si ipse nolit intrare tenetur aliquem idoneũ procurare, q̃ si nõ posset tenetur pro eo intrare, quod intelligens magister Raymundus ordinis prædicatorum, quia auerterat quendam ab ingressu religionis pro eo intrauit. Ratio est quia abstulit domino seruum suum nouitium, vel intraturum. hæc Petrus de palude. Concordat dominus Franciscus de Mayronis in quarto. dicens, quod in tali casu quo aliquis fecit aliquem exire religionem vel impediat ingressum, dicit quod debet se ipsum dare pro illo, vel procurare equiualentem, vel facere quod in se est. Sed Scotus in. 4. dicit hoc verũ esse de obligato ad religionem obligatione professionis, non de eo qui erat dispositus ad intrandum, nec tamen intrauit. Ratio est quia interest interesse in religione, & prope esse, vnde nõ tenetur ad tantam restitutionem religioni ad quantam si fuisset in religione, sed tenetur ad aliqualẽ restitutionẽ, scilicet ad aliqualem inductionẽ ipsius, vel alterius æquiualentis ad ingressum illius religionis hæc Scotus. Idem videtur dicendum secundum dominum Archiepiscopum Florẽtinum, de eo qui auertit nouitium religionem ingressum animo perseuerandi, cum talis obligetur religioni saltem in genere, hæc autem intelligenda sunt si illum retraxit intentione dãnificandi religionẽ, quia tunc teneretur religioni. Si autẽ hoc fecit intentione consulendi propriæ vtilitati sine fraude, non tenetur religioni, sed personæ, quã retraxit vt in persuasionibus & alijs bonis spiritualibus in quibus damnificauit illum Concor. Hosti. in summa. Idem Richardus in. 4. di. 15. dicẽs quod retrahẽs vtilem personam religionis ab ingressu eiusdem causa damnificandi religionem, tenetur illi religioni ad interesse secundum arbitriũ bonorũ virorũ. Si autẽ hoc nõ faciat pp hoc, sed vt cõsulat vtilitati suæ, siue tẽporali siue spirituali, non suggerens aliquod falsum, nec in fraudem, nõ tenetur religioni ad aliquam restitutionẽ, sed personæ cuius profectum spiritualem impediuit tenetur in spiritualibus facere restitutionem quantum potest. Quantum ad tertiũ, de dãnificãdo alios mõ exẽplo, sicut scandalizant prælati subditos suos põpis, & lasciuijs, mulieres ornatæ viros suos vanitatibus & alij manifeste peccantes, & præcipue quando hoc in
17 tendunt vel non scandalizare contemnũt, propter quod alij ruunt in diuersa vitia: de talibus est conclusio. † q̃ tales tenẽtur ad satisfaciendum bonis exemplis manifestis alios ædificare, sicut scandalizarunt malis operibus suis. ¶ Quantũ ad quartum modum damnificandi scilicet educendo virginem & eam deflorando de restitutione facienda tali damno loquitur Exo. 22. Qui seducit virginem, & dormit cum ea, dotabit eam vxorem, aut reddet illi iuxta morem dotis quam virgines solent accipere. damnificat enim talis illam in castitate virginali, auferẽdo ei illicite thesaurum irrecuperabilẽ: vnde tenetur ei saltem ad restitutionem castitatis coniugalis accipiendo eam in vxorem, vel dotando. Et si quidem promisisset ducere eam in vxorem teneretur ad hoc ratione pmissionis, nisi esset nimis dispar conditio & tunc faciat ad arbitrium boni viri. Idem vero dicendum est quando alter seduxit pro alio vel molestauit. Quamuis autem pręceptũ allegatum legis Mosaicæ sit iudiciale, & inquantum huiusmodi non obliget obligat, tamen inquantum est sumptum pro statuto ab ecclesia. vt extra de adul. ca. 1. vel ab aliqua ciuitate, sicut patet, extra de iniur. & damno da. c. 1. & seque

Aug.

Petrus de palude.

Raymund.

Franciscus de mayronis.

Scotus.

Antonius.

Hostiensis.

Richardus.

tibus. & hæc de primo. ¶ Quantum ad secundum articulum
18 vbi videndum est, quomodo damnificans fama & honore debeat satisfacere pro quo sit ista conclusio. † damnificans aliũ in bono famę & honoris tenetur ad restitutionem. Ista cõclusio probatur sic, dicitur prouerbiorũ. 20. melius est nomẽ bonũ, quã diuitiæ multæ, ergo plus lædit proximum q̃ sibi
19 aufert bona fortune, ergo ad restitutionẽ magis tenet. Verũ ad videndum de mõ restitutionis est prænotandum † quod quatuor modis potest contingere vnum hominẽ alium lędere, aut damnificare in fama, & honore, vno modo per contumeliationem. Secundo per detractionem. Tertio per detractionis publicationẽ. Quarto cũ quis accusatur iuste per virtutis negationem, primo modo dicitur aliquis alteri contumeliã inferre, cũ in facile priuatim vel etiã alijs dat verba importantia notabilem defectum culpæ, vt vocãdo eum latronem, proditorem, adulterum, & huiusmodi, vel verba cõtinentia defectum naturæ, vt cum quis vocat fatuum, cecũ, illegitimum, & huiusmodi, quod tamen magis dicitur convicium & hoc fit animo iniuriandi vltra offensam Dei, quæ est mortale tenetur satisfacere læso & placare eum petẽdo veniam, vel alio modo, & hoc in priuato seu publico, secũdum quod ipse contumeliam intulit. Nam si in publico hoc fecit & læsit contumelijs hoc exigit ab eo, vt in publico veniã petat, tenetur ad hoc & si in contumelijs aliquod falsum cri-
20 minale expressit, tenetur coram illis qui audierant dicere se falsum dixisse. † Verũ si platus subdito, vel pater filio, magister discipulo, dominus seruo, vir vxori. dixit verba contumeliosa, hoc faciens ad correctionem non tenetur petere veniam alteri, secundum quod dicit Aug. in regula de prælato videlicet. Si ipse vos modum excessisse sentitis non à vobis exigitur, vt à subditis veniam petatis, & habetur. in. c. qñ necessitas. di. 88. Et rationem assignãs Augustinus subiungit ne dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur, autoritas, sed si hoc facerent multum iniuriose & liuore vindictæ, tunc tenetur prælatus ad petendum veniam & ad recõciliandum lęsum. Sed cum opera sint efficaciora quam verba, si quis contumeliatus in verbo post contumeliam inde ad modicum domestice & amicabiliter conuersatur cum cõtumeliante videtur ostendere remisisse iniuriam, & sibi conciliatum fuisse & consequenter non teneri aliter ad petendũ veniam ¶ Quantum ad secundum modum damnificandi alterum in fama, scilicet per detractiones, est notãdum quod hoc contingit dupliciter. Primo modo imponendo alicui falso aliquod crimen verbo contumelioso, vel falso libello. Et de tali ponitur conclusio, quod tenetur talis coram illis coram quibus detraxit alteri dicere se falsum dixisse quantũ cunque inde exurgat erubescentia & confusio, nisi ex hoc sibi immineret magnũ periculum vitæ. Et si nouerit is cui detraxit talem sibi factam infamationem per eum, tenetur cõponere cum infamato de iniuria, & nihilominus veniam petere in propria persona, si audet, vel per alium. Sed si ignorat infamatus detrahentem reconcilietur ei per alium tacito nomine suo. ¶ Secundo modo cum alij quid criminale infamię inductiuum coram alijs, quod verum est sed occultum seu modo iniusto cõtra debitum ordinem dixerit, de tali est conclusio iuxta. S. Tho. in. 2. 2. quod talis tenetur damnificato restituere famam, quantum potest, sine mendacio tamen, vt quod dicat se male dixisse, vt iniuste eũ diffamauerũt, vel alio congruo modo, vt videlicet non credatis eum talem esse, male dixi, fatue dixi, addit Hosti. hoc faciendũ est, nisi ex tali publica recognitione infamatus ille amplius infamaretur. Et addi posset, nisi quãdo tale crimen q̃ erat occultũ post detractionem factam factum est publicum per alium modum quã p illã detractationem. Quod si non potest famã restituere, debet ſm. S. Tho. vbi supra ei aliter recõpensare sicut in alijs iniurijs probatur. hoc. 5. q. 1. quidã. & 9. q. 6. si res. Nota tñ q̃ si qs reuelet crimẽ alicuius occultũ: vel ecclesiæ ſm ordinẽ fraternæ correctioni, vel cõfessori cũ nõ põt peccatum suũ aliter sufficiẽter notificari, sine manifestatione illius vel etiã cũ hoc exprimit confessori sine necessitate: sed ex caritate tanq̃ psonæ quæ põt prodesse, & non obesse: vt. s. pro eo oret, aut secrete laboret ad correctionẽ eius vel plato cũ crederetur q̃ pbabiliter per secretã admonitionẽ sufficienter pudebitur saluti delinquẽtis, q religiosus est, vel statui religionis suæ, vel cũ accusat eũ corã iudice zelo iustitiæ, dato q̃ ex hoc sequatur infamia delinquẽtis, tñ quia nõ fit contra iuris ordinem, sed ex charitate fit, non tenetur ad famæ restitutionem, vt dicit Petrus, & Raymun. & Humbertus

¶ Ad restitutionem, Quid dicatur famæ restitutio, vide Bal. ſ. l. si qua. C. ad tertu. Et quod famã graui' est pdere quam res. Pe. de anc. in. c. prælatorũ. nu. 3. de accusatio.

Hostiensis.

S. Thom.

Petrus. Hũbertus

¶ Quantum

¶Quantũ ad tertiũ modũ damnificandi famam alterius.ſ.
recitando detractiones auditas coram alijs, non ex ſe aſſerẽ
do,nec tanquam certum dicendo,ſed quod audiuit tale, vel
tale crimen de aliquo,quod neſcitur.Eſt concluſio quod ſi
hoc fiat mala intentione,ſcilicet lædendi famam illius, non
facile excuſari poteſt à mortali. Si autem fiat coram puſillis
& leuibus hominibus vel ex cõſyderatione durum eſt dice-
re ꝙ ſit mortale,dicũt aũt aliq,ꝙ ſi qs ex tali reuelatione no
tã infamię incurriſſet tenet̃ ſibi famam reſtituere apud illos,
coram quibus locutus eſt de eo,ſed ſi non ſecuta eſt infamia
non tenetur.¶ Quantum ad quartum modum damnificãdi
in fama qui contingit cum videlicet quis accuſatus in iudicio
de crimine quidem ſed occulto,& non ſufficiẽter probabili,
negat ſe commiſiſſe & ſic indirecte crimẽ imponit accuſa-
tori oſtendens eum in hoc mendacem,& notat eum de calũ
nia,de tali eſt concluſio iuxta Scotum quod ille ſic negãs nõ
tenetur retractare negationem ſuam,quia negauit in publi-
co crimen,verumtamen tenetur per quædam verba ſobria
reſtituere illi accuſanti famam quam indirecte notauit de ca
lumnia,ſcilicet dicendo non habeatis eum pro calumniato-
re.Credo quod habuit bonam intentionem in accuſando &

Scotum.

21 huiuſmodi. Vltima concluſio huius capituli eſt.†quod reſti-
tutio infamiæ ſiue ſatiſfactio debet fieri quam citius poteſt
fieri cum notabilis eſt,& adeſt opportuitas. ¶ Quantum ad
22 tertium articulum.†de damnificatione quæ fit in bonis cor
poris per læſiones.Et in primis notandum, quod quatuor
modis fieri contingit.Primo per occiſionem. Secundo per
membrorum mutilationem.Tertio per vulnerationem ſeu
23 percuſsionem.Quarto per retentionem.†Circa hunc arti-
culum eſt iſta concluſio,quod de hoc damno eſt neceſſario
a reſtitutio facienda ªqualis poſſibilis eſt,patet.Si enim vnam
gallinam aut bouem læderet,nulli dubium quod ſatiſfacere
tenetur quanto magis in læſione hominis,aut damnificatio-
24 ne,ſed circa modum videndum eſt.†Si enim contingat dam
num fieri per occiſionem ſecundum aliquos aſſignatur tri-
plex modus ſatiſfaciendi.Primus eſt vt ſuſtineat pœnam, q̃
in multis ciuitatibus ſtatuta eſt, ſcilicet pęnã talionis & hoc
à iudice non a ſe,nec tenetur iudici ſe præſentare vel offer
re ad hoc,ſed captus & condemnatus patienter ferre mortẽ
ſi lex hoc ſtatuit.¶ Secũdus modus ſatiſfaciendi eſt vtilis ſi-
bi & ſi ad hoc non teneatur neceſſario vt exponat vitã ſuã
in cauſa iuſta belli,vt puta contra inimicos Eccleſiæ,vel pro
defenſione fidei in bello vltra marino,ordinando hunc labo
rem & periculum ſuſcipiat in ſatiſfactionem huius quem oc
cidit.Quod ſi nec hoc vult facere,aut non poteſt,eſt tertius
ſatiſfaciẽdi modus,ſcilicet in ſpiritualibus bonis pro anima
occiſi vt ad eleemoſynas faciendas,& ad aliquam peregrina
tionem aſſumendam,& debet etiam aliorum orationes pro
curare pro anima occiſi.Sed nec hoc ſolum ſufficit in caſu,in
quo interfectus ſuſtentabat aliquos,vt patrem, vel matrem
vel propinquos,quia in hoc caſu tenetur interfector ad ſu-
ſtentationem omnium illorum,quantum poteſt.Si vero ſe-
cundo modo dãnificauerit alium in corpore,ſcilicet per mu
tilationem membrorum,vt dicit.S.Tho.in.2.2.quod debet
ei recompenſare vel in pecunia,vel in aliquo honore, conſy
derata conditione vtriuſque perſonæ ſecũdum arbitrium ꝓ
bi viri.Et præter hoc tenetur ad expenſas factas in curatio-
ne,vt habetur extra de iniurijs & dam.da.c.1. Et vltra hoc
tenetur ad placationem lęſi quantum in ipſo eſt,& ad conſo
lationem ipſius afflicti, quę perpetua eſt ſibi deſolatio,
& in tali mutilatione plus eſt conſyderanda, & ponde-
randa mutilatio pauperis, quam diuitis, & ſi magis indi-
gebat parte abſciſſa ad victum neceſſarium, puta ſi abſciſſa
eſt ei manus dextera,qua ſcribendo lucrabatur, tunc enim
magis teneretur. ¶ Quantum ad ſatiſfactionem fiendã cir-
ca tertium modum damnificationis corporalis ſcilicet vel
per vulnerationem, vel percuſſionem ſatis diuina lex vi-
detur modum poſuiſſe cum ait Exo.21.vbi dicitur.Si rixati
fuerint viri,& percuſſerit alter proximum lapide,vel pugno
& ille mortuus nõ fuerit,ſed iacuerit in lecto,ſi ſurrexerit &
ambulauerit vadens ſuper baculum ſuum,innocens erit qui
percuſſerit.ſ.à mortis pęna ſuſtinenda, ita tamen vt operas
eius quas ſcilicet interim neglexit & expenſas eius in medi
cos reſtituat.¶ Quantum ad ſatiſfactionem damnificationis
corporalis,ſcilicet per detentionem eſt concluſio iuxta.D.
Archiepiſcopum Florentinũ, ꝙ vltra reconciliationẽ & ve
niam petitam lædẽtis à læſo,fiet ſatiſfactio iniuriæ, ꝓut ſa-
piẽs determinabit. Et ſi læſus plus vellet exigere,quã debe-

a¶Reſtitutio facienda. Reſtitutio an ſit beneficiũ, perſonale vel reale, vide Bartol.in l.ſi. ver.ſed cõtra hoc.C de fideiuſ. min. Bal. in l.1.C ſi aduerſus dotẽ.Bar. & Bal. in. l. marcellus.ff. de. fideiu.Bar in.l. ſi pupilli.de acquir. hæredi.

Archiepiſcopus florentinus.

ret ad illud plus nõ tenetur lædens vt illũ recõciliet. Cõcor-
dat.S.Tho.dicens,ꝙ vbi nec in ſe, nec in æquiualenti poteſt
fieri reſtitutio,vt in mutilationẽ mẽbri,& huiuſmodi, dicit
ſatiſfactio fiet per recompenſationem faciendã ad arbritriũ
boni viri.Idem dicit Richardus.¶ Ad quartum articulum.ſ.
25 circa damnificationem in rebus fortunæ.† Pro quo notãdũ
quod damnificare alium in bonis fortunę dupliciter contin
git,vno modo ita quod damnũ quod infertur alteri acquirat̃
auferẽti, vt cum quis damnificat aliquem in centũ libris,&
appropiat ſibi.¶Secundo aut tale damnũ non acquiritur au-
ferenti,vt cum quis cooperatur ad furandum equum,ſed nõ
appropriat ſibi,aut cum quis dat venenum animalibus alte-
rius,& inde acquiruntur,acquiritur aũt aliquid alicui multi
pliciter,puta vel quia à caſu inuenit, vel quia iniuſte acquiſi-
uit,vel qa turpiter accepit,vel quia violẽter & ꝑ oppreſſio-
nem extorſit,vel quia per errorem illi datũ eſt ab eo,qui nõ
poterat dare.Et de quolibet iſtorum ſex modorum eſt dicẽ
dum an omne illud quod aliquo ſex modorũ acquiritur ſit
reſtituendum,de primo ſcilicet caſualiter inuentis ſit iſta cõ
26 cluſio.†Cum talis inuentio non faciat inuentorem iuſto ti-
tulo rem poſsidere,& per conſequens non ſit legitimus poſ
ſeſſor,ſed potius p̃do,quia mala fide poſsidet,nec iuſto titu-
lo gaudet.talis inuentor tenetur reſtituere omne ſic inuẽtũ.
Iſta cõcluſio eſt ſupra poſita.e.q.5.ſi quid inueniſti.Verũ alij
diſtĩguũt,ſicut Richard⁹, ꝙ q̃dã ſunt res cõunes omni iure
naturali,vt volucres nõ domeſticæ,& piſces maris & ſimilia,
inſti.de rerũ diui.§.equidem. & §.feræ beſtiæ. Quædã ſunt
vniuerſitatis.Quædam ſunt proprie ſingulorum,tunc eſt cõ
cluſio.Reperiens rem de primo modo dictis reſtituere non
tenetur.Secunda reperiens res quæ ſunt communitatis aut
alicuius ſingularis perſonæ tenetur reſtituere.ſ.q.5.ſi quid in
ueniſti.& debet facere inquantũ in ſe eſt vt ſciatur cuius eſt,
quia vt dicitur.ff.de furtis.l.falſus.§.qui alienum quid iacens
in terra lucri faciendi cauſa ſubtrahit furti aſtringitur, ſiue
ſciat cuius ſit,ſiue ignoret.Et hoc rationabile eſt,quia ex quo
ſcit rẽ ſuã non eſſe,ſupponere debeat eã de iure ad aliũ ꝑti
27 nere.¶ Surgit quæſtio.†quid ſi forte neſcit cuius eſt cui de-
bet reſtituere. Reſpõdet̃ ꝙ tũc debet ipſe diligẽtẽ operam
dare,vt ſciat cui⁹ eſt res illa inuẽta.quẽ ſi inueniat reddat ſibi,
ſi nõ inuenit,põt ad tempus ſeruare cum intentione reddẽ-
di illi,cuius eſt quando reperietur,vel pro anima ipſius cuius
in pauperes erogare.vel illi cui incumbit cura de republica
reſtituat.vnde non poteſt rem illa retinere ſecundũ com-
munum opinionem,niſi in caſu neceſsitatis. De iniuſte acq-
ſitis eſt concluſio. ꝙ cũ in tali caſu poſſeſſor bono titulo &
bona fide careat in re ſic acquiſita,non põt eam retinere, ſed
tenetur illã reſtituere.Modi iniuſtæ acquiſitionis ſunt mul-
ti,& ꝓp eorũ varietatem ſub certa regula non poſſunt com
prehendi.ſed multi tacti ſunt in ſuperiori q̃ſtione.ſ.de vſura
de rapina,de furto,de meretricio,de ludo alearũ,de hiſtrio-
28 nibus &c.¶ Sed hic ſurgit quæſtio.† vtrum illud quod iniu-
ſte eſt acquiſitũ eſt ſolum reddendum vel cum eo reddendũ
lucrum,inde habitũ.V.g.extorſi à te centũ libras per iniuſti
tiam vſurarum, cũ quibus cẽtum libris quinquaginta libras
licite acquiſiui,tunc eſt dubium, an ſolum tenear reſtituere
centũ, vel centum quinquaginta. ¶Reſpondeo quidquid di
cãt alij dicendum eſt iuxta S.Tho.in.2.2.diſtinguendo: quia
res quædã ſunt quarum vſus eſt ipſa rerũ cõſumptio,quę nõ
habent vſum fructũ ſ̃m iura.Et de talibus ponitur cõcluſio
ꝙ ſi talia fuerũt per vſurã extorta.puta denarij,triticũ, vinũ
& aliquod huiuſmodi non tenetur ad reſtituendum niſi id
ꝙ accepit,quia, illud de tali re eſt acquiſitũ non eſt fructus
huius rei,ſed humanæ induſtriæ,niſi forte per detentionem
talis rei alter ſit dãnificatus amittendo aliquid de bonis ſuis,
tunc.n.tenetur ad recompenſationem nocumẽti.Quædam
vero res ſunt,quarũ vſus non eſt earum conſumptio,& talia
habẽt vſum fructũ,ſicut domus,ager,& alia huiuſmodi. Et
ideo ſi quis domũ alterius vel agrũ per vſuras extorſiſſet,nõ
ſolũ tenetur reſtituere domũ vel agrum,ſed etiã fructus in-
de perceptos.quia ſunt fructus rerũ ipſarũ quarũ alius eſt do
minus.& ideo ei debentur. ¶ De tertio.ſ.turpiter acquiſitis,
puta per ſimoniã, per hiſtrionatũ,per ludũ alearũ, per mere
tricium,eſt opinio quorundã ꝙ ſic acquiſitũ eſt reſtituendũ
imo etiã oẽ lucrum inde prouenięns.Sed opinio iſta non te
netur.& ſupra circa principium quintæ quæſtionis eſt dictũ
contrarium. Vnde eſt alius modus dicendi qui nobis vide-
tur rationabilior iuxta ſuperius determinata & iuxta Sanctũ
29 Tho.in.2.2.† quod aliquis dicitur dupliciter aliquid illicite

S. Thom

Richardus

Richardus

Quæſtio. Reſpondet

Quæſtio.

Reſpondet S. Thom.

Cõtra p̃dictam opinionem.

dare. vno modo quia ipsa datio est illicita, & contra legem, sicut patet in eo qui simoniace aliquid dedit, talis meretur amittere quod dedit. vnde non est ei restitutio facienda. Et quia ille qui accepit contra legem accepit, non debet sibi retinere sed debet in pios vsus conuertere Alio modo aliquis illicite dat, quia propter rem illicitam dat, licet ipsa datio nõ sit illicita, sicut cum quis dat meretrici propter fornicationem. vnde & mulier potest sibi retinere quod est ei datum. Sed si per fraudẽ vel dolum aliquid extorsisset, tenetur eidẽ restituere. Et ita dicendum videtur de histrionatu. De ludo vero alearum satis dictum est supra circa principium quintę quęstionis iuxta S. Th. in. 2. 2. q. 32. ar. 7. ¶ De quarto modo extortis scilicet violenter, est primo notandum quod hoc potest fieri dupliciter. vno modo per violentiam apertam si

30 cut rapina. Et de hoc est conclusio indubitata † quod totaliter est restituendum cum talis non solum iusto titulo & bona fide careat, imo etiam vltra hoc apertã vim inferat. Alio modo propter fraudulentã machinationem. puta cum noui census collectæ vel pedagia vel similia à principibus imponuntur contra ius rectum & approbatum aut contra consuetudines approbatas & vim iuris habentes siue etiam præcibus aut regis vim violentiæ habentibus extorqueantur. Cum enim in principatu politico princeps non sit omnino dominus subditorum, nec rerum subditis cõcessarum non potest pro libertatis arbitrio quæstus seu census imponere, sed secundum quod ius exigit, & ratio dictat. Contrarium autem facientes non sunt principes, sed tyranni, & obligantur ad restitutionem illi, vel illis, à quibus acceptum est, vel si scire non potest in pias causas est conuertendum secundum Raym. Concor. & Vlri. & Inno. ¶ De quinto, scilicet cui datum est aliquid per errorem, est notandum, quod in tali donatione vel est error personæ, vel error fortunæ, vel alterius conditionis appositæ. Si primo modo puta intendo tibi dare, vt pauperi, & tu es diues. Et de tali est cõclusio, ꝙ talis recipiens tenetur sic acceptũ restituere danti, vel alicui pauperi nisi recipiens interim effectus sit pauper. Si vero sit error alicuius alterius conditionis, puta quia credo te esse sacerdotem cum non sis, & do tibi, vt dicas pro me missas: de tali est conclusio, ꝙ si recipienti constat de tali intentione dantis quod alias non daret, nisi ista conditio subesset talis error obligat ad restituendũ receptum, vel ad sufficienter supplendum per se vel per alium intentionem dantis. Quorum ratio est qa cum in istum nõ trãseat, nisi eo modo quo dans vult transferre, si non existat conditio in ipsum res non trãs

31 fertur. Ex istis elicitur corolarie, † quod quæstores S. Antonij vel alij quicunque nullo mõ possunt ibi retinere ea q̃ illis pauperibus, vel locis pro quibus petunt dantur, quia hoc esset error personæ. Verũtamen quia nullus tenetur proprijs stipendijs militare, nec causas aliorũ gerere ad expensas suas, dico ꝙ possunt tales viuere super quæstus quos faciũt & potest ei moderatum salarium dari. ¶ De sexto scilicet de illo quod est datum alicui ab eo, qui non habet potestatem dandi, de isto est conclusio, quod tale datum est restituendum illi, apud quem residet potestas dispensandi. cum nullus possit transferre in alterum ius, quo tempore caret, talis ergo in recipientem non potest transferre ius vel dominium rei datæ. Ad hunc modum possunt reduci multa quę videntur impedire liberam donationem, puta defectus liberi arbitrij, coactio improuida, & indeliberata ratihabitio, & similia. Ex his patet corolarie, ꝙ acquisitum à seruo & monacho & a filio famil. & similibus est restituendũ, nisi ꝓbabiliter ꝓsumatur ꝙ placeret talis datio illi, qui super hoc habet potestatem. Sic igitur patet ꝙ est restituendum in his sex casibus qñ. s. quod abest vni, adest alteri, siue qñ quod aufertur vni, acquiritur auferenti. Secundo modo damnificatur aliquis cõ

Quæstio.

32 paratione alterius. Et circa hãc partem quæritur, ¶ † Vtrũ quicũq; damnũ intulit alteri cooperãdo aliquo modo teneatur ad restitutionẽ. Et videtur ꝙ nõ. Primo de milite, q̃ præcepto principis sui inuadens terrã inimicorũ dãnificat inimicos, sicut patet in guerris, sed talis nõ videẽ teneri ad restitutionũ cũ obediẽdo suo principi hoc fecerit. ¶ Secũdo de aduocato iniustã cãm defendẽte, qui nõ solũ nocet parti à qua salarium recipit, imo parti cuius ius impedit, & tamen videtur ꝙ non obligetur. ¶ Tertio vxor vsurarij viuens de bonis mariti damnificat illos, quibus vsurarius restituere tenetur. ¶ Quarto idem arguitur de eo, qui accipit filiam vsurarij cum magna dote damnificat illos, quibus restitutio est faciẽda & tamẽ nõ videtur talis obligari. ¶ Quinto arguitur

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertium ar. Quartũ ar. Quintũ ar.

de corratarijs & notarijs vsurariorum, qui damnificãt illos cum quibus vsura contrahitur, cum præbeant operam efficacem ad exigendum vsuras, difficile autẽ videtur omnes istos obligari. ¶ In oppositum arguitur. quia qui occasionem damni dat, damnũ dedisse videtur. ¶ Respondeo, non solum executor damnificationis iniustæ teneẽ ad restitutionẽ, imo oẽs alij qui operantur efficaciter ad talem dãnificationem, de q̃

Oppositũ contrarium Respondet

33 bus est hic vna generalis regula siue conclusio. † ꝙ talis cooperator ad damnificandum tenetur restituere totum illud damnũ, ad cuius totalitatẽ est cooperatus, sic ꝙ ꝓbabiliter ꝓsumitur, ꝙ absq; hac cooperatione dãnũ illud nõ cõtigisset nisi forte in tali dãno illato plures cooperati fuissent, & quilibet vellet pro rata sua facere restitutionẽ. Nam sic quilibet liberatur soluendo partem suam vel si tota fiat ab vno illorũ tunc quilibet tenetur illi pro parte sua vel si principalis restitueret totũ alij restituere non tenerẽtur. Circa quod nota ꝙ cooperationes istę fiunt nouem modis, qui his versibus cõtinentur. Iussio, consiliũ, consensus, palpo recursus. Participans, mutus, non obstãs, non manifestus. Quinque istorum sunt quę semper obligant ad restitutionem. Quorum primum est iussio, quando aliquis iubet aliquem deprædari, vel damnum fieri, talis est causa prior & principalior quam exequens, & per consequens plus influit, & ideo fortius obligatur ad restitutionem. ¶ Secundum est consilium. † Consulẽs

Versus.

34 enim tunc dicitur cooperari efficaciter, quando dãnificãs nõ erat hoc alias facturus. ar. à simili. extra de sen. ex. nup. in glo. Consensus ad rapinam perpetrãdã in eo fine quo rapina fieri non poterat tunc consentiens dicitur cooperari, quãdo sine tali cõsensu non fuisset damnificatio executa. 2. q. 1. notum ibi enim dicitur, quod consentientem & facientem par

35 pęna constringit, palpo. i. adulator. † non tamen omnis adulator tenetur ad restitutionem, sed ille vt dicit. S. Tho. qui ad auferendum incitat, dicens hoc signum strenuitatis esse, talis enim tenetur ad restitutionem vt dicit Richardus in 4. quando probabiliter præsumitur quod tali adulatione motus fuit ille ad damnum faciendum. talis enim adulatio vim habet cõsensus. 93. di. si inimicus est iste recursus. i. receptator latronum, & eis patrociniũ præstat, quando. s. dãnificans recursum habet ad illũ, sicut ad patrocinium ꝑstãtem. 16. q. 3. qui cõsentit, participans est ille, qui inferẽti damnũ assistit adiuuãs ad spoliandum, & in pręda participat, quia talis maximum præstat fauorem. 23. q. vlti. si quatuor. & extra de homic. sicut dignum. Mutus mutus est ille qui ex officio reclinare tenetur, vt cum videt alium damnificari iniuste, vel furtum fieri, & dolose tacet, cum posset verbo sine periculo impedire. Iste tamen non tenetur restituere, nisi ex officio ad hoc teneatur, cui prouerbiorum. 24. dicitur. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses. Non obstans dicitur ille qui iniuriam facientibus non obstat, cum possit & ex officio incumbat ei, vt princeps, qui tenetur custodire iustitiam in tantum, quod si per eorum defectum latrones increscant ad restitutionem teneretur, quia redditus quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam seruent in terra, tales tenentur ad restitutionem, maxime quando manifesta est eis iniuria, vt 86. di. facientes. Ibi enim dicitur, quod negligere, cum perturbare possit peruersos, nihil aliud est quam fouere, nec caret scrupulo cõcessionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, extra de homic. sicut dignum. §. illi autem. non manifestans, non manifestans dicitur ille qui scilicet interrogatus à iudice, vel ab illo ad quem pertinet si sciat istum, qui res iniuste detinet, & celat scienter tamen sciat sine periculo vllo se posse respondere veritatem, extra de furtis, qui cum fure. Isti tenentur restituere, vno tamẽ restituẽte illi q̃ passus est, alij sunt liberati a debito restitutionis. Verum illi qui sunt principales in facto & ad quos ꝑuenit tenẽtur alijs restituere q̃ restituerunt. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes factas in principio quæstionis quinti articuli principalis, ad primam respondetur vt dicit. S. Tho. quod in quibus nõ potest recompensari æquiualens, sufficit quod recompenseẽ ꝙ ꝑsibile est. De modo autem recompensandi in dãnis animę dictum est in primo articulo. ¶ Ad secundam respondeẽ negando minorem, pro quo notandum iuxta. S. Tho. in. 2. 2. ꝙ aliquis potest alicui famam auferre vno modo verum dicendo, & iuste, puta cum aliquis crimen alicuius prodit debito seruato, & tunc non tenetur ad restitutionem famæ, alio modo falsum dicẽdo & iniuste, & tũc teneẽ restituere famam cõfitendo falsum dixisse. Tertio modo verũ dicendo iniuste,

S. Thom.

Respondet primis ar. Ad Primũ ar.

Ad secundũ S. Thom.

Raymũdus Vlrichus. Innocenti'

iniuste:puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum,& tunc tenetur ad restitutionem famæ, quantum potest sine mēdacio tamen, vtpote ꝙ dicat se male dixisse,vel quod iniuste eum diffamauerit, vel si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare sicut in aliis fit.¶ Ad tertiam sicut dictum est , ad primam,ꝙ in quibus non potest recompensari æquiualens, sufficit quod recōpensetur quod possibile est. Et ideo quando id quod ablatū est: non est restituibile per aliud æquale, debet fieri recompēsatio qualis possibilis est, puta cum aliquis alicui abstulit mēbrum , debet ei recompēsari vel pecunia vel in aliquo honore, considerata conditione vtriusq; personæ secundum arbitrium probi viri , de quo in tertio articulo satis plene dictū est.¶ Ad quartam respōdetur iuxta S.Tho. ꝙ aliquis potest impedire aliquem ne habeat præbendam multipliciter,vno modo iuste,puta si intendens honorem Dei vel vtilitatem ecclesiæ procuret ꝙ detur alicui personæ digniori, & tunc nullo modo tenetur ad restitutionem,vel ad aliquam recompensationem faciendam.Alio modo iniuste,puta si intendat eius nocumentum quem impedit,ne prębenda detur digno consulens ꝙ non detur antequam sit firmatum, ꝙ ei detur tenetur quidam ad aliquam recompensationem pensatis cōditionibus personarum & negotij secundum arbitrium sapientis , non tñ tenetur ad æquale , quia ille nondum fuerat adeptus & poterat multipliciter impediri. Si vero iā firmatum sit,ꝙ alicui detur prębēda,& aliquis præter causam indebitam procuret,vt reuocetur idem est, ac si iam habitam ei auferret.Et ideo tenetur ad restitutionem æqualis tamen secundum suam facultatem. ¶ Ad quintam cum queritur.

Ad tertium S. Thom.

36†quid si non reperitur cui restitutio sit facienda vel est mortuus.Respōdetur iuxta S.Th.ꝙ si ille cui debet fieri restitutio sit oīno ignotus debet homo restituere ſm quod potest .s.dando in eleemosynas pro salute ipsius , siue sit mortuus siue viuus,præmissa tamen diligenti inquisitione de persona eius cui est restitutio faciēda. Si vero sit mortuus ille cui est restitutio facienda: debet restitui hæredi eius: qui cōputatur quasi vna persona cum ipso . Si vero sit multum distans,debet sibi transmitti quod ei debetur,& præcipue si sit res magni valoris,& possit cōmode trāsmitti, alioqui debet in aliquo tuto loco deponi,vt pro eo conseruetur, & domino significari.¶ Nunc dicendum est ad rationes factas in quæstione de cooperantibus ad damnificationem.Ad primā de milite respondetur quod aut miles scit guerram esse iustam,aut non . Si scit esse non iustam, tunc non tenetur regi obedire,nec obediēdo in tali casu excusatur à peccato,& ab obligatione ad restitutionē,quia plus tenebatur timere Deū quam hominem. Si vero ignorat nec iustam causam habet sciendi,tunc secundum beatum Augustinum ordo obedien di excusat.23.q.1.quid culpatur.in fine.¶ Ad secundā respōdetur negando ꝙ aduocatus non teneatur,imo in tali casu tenetur etiam si aut propter ignorantiam vel propter negligētiam personas damnificauerit. Et idem de iudice est dicendum.Ad tertiam de vxore vsurarij aut raptoris respondetur secundum Raymūdum,si ibi sunt aliqua de iusto,de illo potest consumere vel expendere.Si vero non sunt alia alium sibi victū q̄rat,vel à laicis vel cōsanguineis,vel operādo. Et idē dico si aliqua sunt ibi de iusto,sed vel ita suntmista,ꝙ nō possunt discerni,vel si possunt maritus nō p̄mittit.Si vero de prędictis modis victum quærere non potest:restat triplex auxilium,vnum si potest habere dote, vel despōsaliatione.s. donatione ei facta propter nuptias inde viuat. Secundū est vt denuntiet talibus qui possunt prodesse & non obesse , vel si necesse fuerit si probari potest denūtiet Episcopo vt cōpellant eum pascere vxorem de iusto.2.q.1.si peccauerit. & 22.q.5.hoc videtur.extra de donat. propter nup.per vestras. Tertium auxilium est. vt si esset in arcto posita:tunc in necessitate posset etiam de rapina viuere,quia necessitas non habet legem.de conse.di.1.sicut. & de consec.distin.5. discipulos.Quidquid autem sic expēdit doleat animo, & proponat quam cito poterit restituere,& vtatur parcius.s.ad solam necessitatem, dicit autem Alexāder de Halis in tractatu de tribus partibus pœnitentiæ, ꝙ qui comedunt vel in alios vsus conuertunt aliquid de vsura vel furto scienter , siue sint religiosi,siue alij tenentur ad restitutionem,& sic et si dubitarēt an sint huiusmodi , similiter non communicent se discrimini,habetur pro regula † quod quicunq; habet conscientiā de

Respondet args de cooperātibus ad damnificandum. Ad primū argu.

Ad secundū

Ad tertium

Alex.de ha.

37re,quod sit aliena,tenetur illā restituere.Idē dicendum est de principib⁹,q ab vsurarijs accipiūt collectas,& munera,qui tñ ab eis accipiunt prætium certum,quia fauorabiliter permittūt eos facere vsuras in terra sua, semper debēt illud aut reddere defraudatis si vsurarius non fuerit soluendo aut dare pauperibus.¶ Ad quartam respōdetur,ꝙ accipiendo filiā vsurarii qui nihil habet nisi reddendum,non tenetur secundum quosdam dotem quam accepit cum ea reddere,si non crassa aut summa negligentia vel ignorantia ductus sit in credēdo socerum suum non esse vsurarium,aut præter illam dotē habere sufficientiam ad soluēdum ſm alios,ex quo scit,ꝙ dos accepta erat necessaria ad soluēdum antecedentia debita , nō potest talem dotem bona conscientia retinere.Si vero vxor non pateretur eam reddi,tunc forte sufficit illi,quod ipse p̄cipiat de bonis illis.¶ Ad quintam de contrarijs respōdetur: quod corratarij qui pro parte vsurarij tenentur restituere : si tñ sic sunt ad hoc cooperati, quod sine eorum cooperatione ista vsuraria pręstatio non fuisset facta , inter præcipuos autem cooperatores censendi sunt principes , qui in fauorē vsurariorum cogunt reddi vsuras , aut ex quorum indebito

Ad quartū

Ad quintū

38fauore potentius vsuras exercent.† De notarijs autem dico ꝙ si scienter faciunt chartas de debito vsurarum ac si sit debitum legitimæ & absq; vsura tenentur reddere vsuram acceptam,quia eorum instrumentum est efficaciter cooperantium, ad hoc vt solueretur vsura . Si vero innota vel instrumento facta est expressa mentio de vsura, tunc non tenētur, quia tunc non cooperantur nisi vbi esset consuetudo per talia instrumenta cogere debitorem ad soluendum vsuras vsurarijs.Alij distinguūt sic de ministris,quia quidam sunt ad vtilitatē officij vsurarij destinati,ita quod apud eos manet principalis autoritas domini sui,& istos dicunt teneri. Quidam vero solum ad actualem & manualem traditionem principati,ita quod ipsi non taxant pretium vsurarum , nec cum eis contrahitur pactum de vsuris,quamuis ipsis præsentibus & pecuniam tradentibus fiat,& tales non tenētur propter causam prædictam , licet mortaliter peccent accipiendo de bonis.¶ Cōsequēter querit.†Vtrū ille q recepit de bonis alteri⁹

Quæstio. Primū ar.

39quātū sibi alius tenebatur teneatur accepta restituere. Et videtur quod sic , quia nullus in causa sua propria debet esse iudex:ille aūt per se accipiendo vsurpat potestatem publicam, ergo &c.¶ Secūdo sic.Quod iustum est,iuste est exequēdū, sed talis licet iustum faciat exequendo vel accipiendo tm̄, quantum alius erat sibi obligatus,non tñ hoc facit iuste.¶ In oppositum arguitur.Iste non accipit nisi suum, ergo non tenetur ad restitutionem. ¶ Respondeo hic quidam dicunt ꝙ sic iste accipiendo peccat propter rationes iam dictas.Secundo dicūt quod non tenetur ad restitutionem , quia in nullo alium damnificauit , cum nihil de suo tulerit sed solum qđ erat suū. Alii dicūt quod non peccat, nec tenetur ad restitutionem.rō est,quia quilibet licite pōt suum accipere,nullam violentiam faciendo.maxime si alius qui retinet reddere recusat,debet tamen sic accipiens cauere,ne sibi aut hęredibus suis iterum restituatur,quod ipse semel accepit. vnde debet facere, quod innotescat illi , à quo accepit,quod sibi satisfactū est si pōt sine periculo, vel si non potest debet informare hæredes super hoc.de hac questio. tractatur in c. olim.de resti:spo.& communis videt sententia doctorū,qđ pōt capere quando iustitia est denegata , sed qñ non est spes de ea, & potest capere sine scandalo.Ad rationes in oppositum patet responsio . quoniam non concludūt istū teneri ad restitutionem cū non probent accipientem sic habere alienū, sed solum ostendūt modum accipiendi non esse licitum.¶ Conse

Secundū ar

Opponit contrariū. Respondet.

40quenter quæritur . † vtrū semper oporteat restitutionem facere ei,à quo aliquid acceptū est.Et videtur quod non.Primo sic . Nulli debemus nocere , sed aliqñ esset in nocumentum hominis,si redderetur ei quod ab eo acceptū est , vel etiam in nocumentum aliorum,puta si aliquis reddet gladium depositū furioso.ergo non restituendum est ei, à quo acceptū est.¶ Secundo sic. Ille qui illicite dedit non meretur illud recuperare.Sed qñq; aliquis illicite dedit, quod alius illicite accepit,sicut apparet in dante,& accipiente aliquid simoniacū. ergo non semper est restituendū ei à quo &c. ¶ Tertio nullus tenetur ad impossibile.sed quandoq; est impossibile restituere ei,à quo acceptum est,vel quia est mortuus,vel quia nimis distat, vel quia est ignotus. ergo non est semper &c. ¶ In oppositum est ad Ro.13. Reddite omnibus debita,cui tributum tributū,cui vectigal vectigal.¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, quod regulariter restitutio est facienda ei,à quo res accepta est. quę conclusio ostenditur sic iuxta.S.Tho.in.2.2.per restitutionem fit reductio ad equalitatem

Quæstio. Primū arg.

Secūdū ar.


Tertiū ar

Opponit contrariū. Respondet

litatem commutatiuæ iustitiæ, quæ consistit in adæquatione rerum, huiusmodi autem rerum adæquatio fieri non posset, nisi ei qui minus habet, q̃ suũ est suppleretur quod deest. Et ad hanc suppletionem faciendam necesse est, vt ei fiat re
41 stitutio à quo acceptum est. † Ab ista autem conclusione vt ponit dominus Petrus de Palude excipiuntur octo casus. Petrus de palude.
4 aut coactè.s.ex quo videt testes paratos si velit negare. †Si confitetur in iure sponte crimē commissum ante ordinationem tunc est conclusio, ꝙ talis deponitur ab officio sacerdotali,& retinebit tamen nomen presbyteri, & omne inferius officium vt infra e.q.c.1.si quis presbyter.†Si vero confitetur crimen commissum post ordinationem est conclusio ꝙ talis ad tempus debet suspendi ad agendam pœnitentiam sed postea restituitur ex dispēsatione.†Si vero confitetur coacte vel conuincitur de crimine commisso,siue ante ordinationem siue post.est conclusio quod talis irreparabiliter deponitur,vt vigesima quarta.di.c.vlti. & 50. di.ex pœnitentibus & 81.dist. si quis . cum aliis similibus.idem dicendum est de Diacono.vt in c.sequenti. idem intelligo de quolibet clerico Hu.¶ Surgit hic quæstio,†quæ tangitur in gl.& monet Hu.quæ sunt crimina q̄ inducant depositionem.Respondetur, ꝙ non est in canone expressum.Sed circa hoc tanguntur tres opiniones, vna est dicentium ꝙ quodlibet peccatum mortale inducit depositionem.Sed ista opinio est falsa.Nam multa crimina mortalia sunt,quæ tamen non inducunt depositionem sicut patet per quatuor exempla,quæ ponuntur in gl. ¶Secunda opinio dicentium,pro regula tenenda, ꝙ tantum ꝓ illo crimine debet quis deponi de quo specialiter inuenitur cautum in canone.¶ Tertia opinio dicit, ꝙ pro omni crimine debet quis deponi nisi exceptum sit specialiter in canone sed opinio habet plus veritatis,& maiori innititur pietate,quare tenenda est.

Tertia conclusio. Quinta cōclusio. 5 Sexta conclusio. 6 Quæstio. Respondet. 7

1 *Episcopus an possit dispensare in officio cum sacerdote.*



Qui admiserit. Inducitur hoc c.ex concilio Neocesariēsi sumptum pro responsione aliqua quæstionis.Sūma est in rubro.Diuiditur autem hoc cap.in duas partes.In 1.dicit, ꝙ presbyter sponte cōfessus se ante ordinationem fornicationē cōmisisse,executione sui officij carebit.Alij vero qui nō confitentur sponte sed conuincuntur tale crimen commisisse ab omni ordine remouentur.In 2.extendit hoc statutū. ad Diaconos 2.ibi,similiter,& Diaconus.Lege.¶ [Qui admiserit corporale delictum].i.fornicationem.postea ergo de crimine commisso ante ordinationem loquitur confessus sponte in iure non metu probationum glo.[non offerat].s.in altari.i.non conficiet.solum.n.officium missę offertur ei,& esse ad officium presbyterale ei relinquitur,& erit in officio Diaconi.Hu.& Arch.& hoc est, ꝙ sequitur [in alijs officijs].i.sacerdotalibus,& inferioribus,Hu.[propter vtilitatem &c.]quia studiosus fuit & spontaneus in cōfitendo,vel quia studium eius est vtile ecclesiæ.Nam sæpe propter hoc solet induci dispensatio.d.50.studeat. ¶Sed hic surgit q̄stio.†Vtrū episcopus possit dispēsare in hoc officio cum isto sacerdote, quo officio dicitur carere . Ad hoc respōd.Bar.Hispa.ꝙ cū sit iā manifestū crimē eius nō pōt episcopus dispensare in hoc officio cū isto sacerdote, quo officio dr̄ carere ar.d.50.ex penitētibus licet posset cū occulte peccāte. Lau.Arc.videt, ꝙ sic ante sententiā depositionis ex.de iudi.at si clerici.[priuari].i.remoueri ab oī ordine,clericali, vt infra e.si qs p̄sbyter &.dr̄.24.c.vlt. ista lectura quæ differentiā facit inter sponte confitentē,& illos qui conuincūtur vel coacte confitentur, plus placet nobis, quam alia,quæ differentiam facit inter fornicationem,& alia peccata.[potestas confitendi]quasi diceret si nolit confiteri,relinquendum est suo arbitrio. Nullus. n. cogendus est confiteri contra se.Causaliter tamen quandoque cogitur.vt 23.q.5.c.1.Hu.]vel potestas]se purgandi si est infamatus tunc cogitur ad purgationem ar.2.q. 5. presbyter. Hu.Laur.Arch.[similiter].2.pars.[à ministerio Diaconali]si sponte confitetur vt infra eo.si quis . sed conuincitur, vel coacte confitetur [à ministerio]id est ab omni actu clericali Hu.& Arch.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. 1 Respondet Archid. 2.


1 *Peccatum iteratum grauius punitur .*



Hi qui. Ad idem sequitur hoc c.ex concilio Ilerdensi sumptum.Summa.si deseruiēs altari in peccatum carnis post suam ordinationē lapsus fuerit,si pœnituerit,episcopus secum dispēsare poterit.ita tamen, vt ad superiora non ascendat.Et diuiditur in duas partes.In prima ponit quod dictum est.In 2.ponit, ꝙ si iterum postea lapsus fuerit,non solum dignitate officij carebit,sed communione priuetur,nisi in exitu 2.ibi,quòd si iterato.Lege. ¶[Hi qui desidiosos]in pœnitentia Hu.[loca] Opponitur de c.peruenit 50.d.videtur prohiberi dispensatio episcopo etiam in suscepto .Solutio vt ibi not.dic. ꝙ solum indiscreta dispensatio prohibetur.[Quod si iterato] 2. pars. ar.quod peccatum iteratum grauius punitur ar.1.q.7.Saluberrimum Hug.


Diuisio. Exponit literam. Oppon. Respondet.

1 *Casus in quo filius punitur pro patre.*
2 *Casus in quo seruus nascitur de ventre libero.*



Cum multæ. Ad idem inducitur hoc ca.ex concilio Toletano. sumptum.Summa . Quicunque ab episcopo vsque ad Diaconū filios procreauerit ex detestando connubio libere vel Ancillæ canonica censura damnabitur,filij vero inde geniti serui erunt ecclesię ad cuius ignominiam nati sunt.Et diuiditur hoc,c.in duas partes.In 1.ponit exordium.in 2. ponit statutum 2.ibi,Ideoque quilibet.planum est . Lege. ¶[Cum multæ.]Multa erant statuta contra incontinentiam clericorū in sacro ordine existētium,sed quia nō cōpescebantur à luxu carnis,ideo ad maiorem pœnam eorū statuit concilium Toletanum hoc,in quo nedum ipsi : sed eorum filij puniendi venirent[super Innocentiam.] seruādam Hu.i. vt clerici innocētes essent & castè viuerent Arch.[in progeniem] vt si non terrentur parentes pro pœnis sibi illatis , saltem terreatur pro his quę in filijs infligūtur.Nam plus timent parentes de filijs, quam de seipsis.ff. ꝙ me.causa.isti quidem Arch.†Ecce hic punitur filius pro patre p ęna. s.temporali , quia æterna nullus punitur pro alio Ezec.18.& 1.q.4.crimen Hu.[ideoque]2.pars.[quilibet].i.quicunque vsque ad Subdiaconum inclusiue tenetur , quia etiam Subdiacono non licet contrahere Hugu. [deinceps].i.ammodo,nec debet esse hic copula,quia clerici in minorib.ordinib.licite cōtrahunt Hu.& Arc. Si autem est in copula sic legitur.[Deinceps].i.supra ab episcopo Hu.[vel Ancillæ].s.papæ,aut ecclesiæ , vel [ingenuę].i. nobilis.†Et est specialis iste casus in quo seruus nascitur de ventre libero non regulariter de ventre libero liber nascitur vt 32.q.4.liber.Hugu. [connubio.] Ecce ꝙ hic aperte colligitur , ꝙ hęc pœna.s. ꝙ hæ fœminæ & eorum filij redigātur in seruitutem ecclesiæ,statutum tantum de illis, q nomine matrimonij coniunguntur clericis in sacro ordine constitutis,& non de alijs concubinarijs,secūdum Hu. & glo.quę addit, ꝙ quidquid hic dicatur ecclesia cum nunquam fuerit vsa hoc iure,perdidit ius istud.[in honore].i. in aliqua ecclesia intitulata.& Hu.& Arc.[Aliena.].s.à veritate matrimonij,quasi diceret, nō matrimonij,vt 33.q.2. lares Hu.& Arch.[hæreditatem]nam si non est filius legitimus,nec heres 32.q:4.dicat[in seruitutem].i.in seruitio. s. vt seruiat ecclesię.Alij dicunt derogatum esse huic ca. per contrariam consuetudinem Hug.vel ministri. i. Diaconi & Subdiaconi Hu.Sed hic surgit quæstio,quid si talis clericus nō habeat ecclesiā, vel non sit clericus alicuius ecclesiæ,dico, ꝙ tūc filius eius est seruus illius ecclesiæ cui subest ipse pater vel ratione ordinis accepti,vel ratione talis criminis commissi in parochia illius ecclesiæ Hu.

Diuisio. Exponit literam. 1 2 Respondet.




Si quis presbiter. Ad idem inducitur hoc ca. ex concilio Martini sumptum. Summa est in rubro diuiditur aūt in tres partes. In prima dicit, ꝙ si quis presbyter ante suam ordinationē peccauerit,& sponte in iure confessus fuerit,non offerat in altari.in 2.dicit, ꝙ si non sponte, sed conuictus aut coacte confessus fuerit omnino omni officio priuabitur.in 3.parte dicit idem obseruādum esse circa diaconos. 2.ibi,si tamen 3.ibi,similiter.Lege. ¶[Si quis peccauerit] & sponte in iure confessus fuerit[non offerat in altari].i. missam non celebrabit[portet nomen presbyteri]expone vt in c.qui admiserit.supra e.q.[Si tamen]2.pars.[Nec hoc ipsum].i.nomen presbyteri[habeat].i.retineat Hug.[Similiter] .pars[accipiant].i. prius acceptum retineāt,vel officium subdiaconatus exequatur & intelligo , acta vel incepta pœnitenda ,& idem intelligo de presbytero Hu.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Baptismus purgat peccatum originale, & alia quæ inuenit.*

Sciscitantibus.



SCiscitantibus. Mentio erat facta de criminosis sacerdotibus, ne aliquis crederet, quod à talibus nūquam essent sacramenta suscipienda. Ideo Gratianus voluit hoc c. annectere, in quo aperte determinatur quid iuris sit in tali casu, hoc aūt capitulū est papæ Nicolai, summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima ponitur consultatio. In 2. responsio. In 3. responsionis probatio 2. ibi. Respondemus tertia. ibi, quoniam mali. Lege. ¶ [Sciscitantibus vobis]. s. Bulgaris, Bulgari. n. nouiter conuersi erant habebant sacerdotes fornicarios & côcub narios, dubitabāt an ab eis debebāt recipere ecclesiastica sacramēta. Quibus rescribit Nicolaus, quod omnia sacramenta recipiant ab eis, quousque tolerantur ab ecclesia. Respondemus]. 2. pars [contaminati] sancta sunt Dei sacramenta, quamuis polluti sunt ministri, qui sancta non polluunt, quamuis per pollutos trāctāt, sicut nec sol trāsiens p sordida sordidatur, ipsi tū dicuntur sancta polluere. Ezec. 23. sacerdotes polluerunt sanctuaria mea, & distinct. 81. oportet non est intelligendum, quod sancta polluantur in se, sed mali, & polluti ea quantum in eis est polluunt, quia polluti irreuerenter ea tractant, sic sanctum corpus domini & à malo sacerdote consecratur, & ab indigno sumptum est panis vitæ, quantū in se est, sed ei qui indigne sumit fit iudicium mortis, nō dijudicans corpus Christi, vt dicit Apostolus 1. ad Corin. 11. [purgatoria sunt cunctarum & c.] s. tam mortalium, quam venialium. †baptismus. n. purgat originale, & omnia alia peccata quę inuenit. Eucharistia venialia purgat. pœnitentia actuolia etiā omnia, & c. 3. pars: [ab omni sacerdote] in forma ecclesiæ celebrante, & tolerato ab ecclesia [quoniam omnia]. s. peccata [in fide Christi]. i. per fide. Hug. [fides. n. purificat corda] Actuum 15. fides est, quæ vincit mundum 1. Io. 5. [hunc mundum]. i. amorem terrenorum, quia fides separat & remouet hominem ab amore & appetitu rerum terrenarum Hu. [Et quia non dantis] sed accipientis fit [ipsū effectum]. i. non habet effectum sacramentum, nec causat effectum secundum merita dantis, sed secundum merita accipientis, vt de cōse. dis. 2. secūdum merita, & dicit [beato Hieronymo] super Mat. & [beato Augustino] super Io. Homel. 5. baptismus est perfectus in essentia sua, & in effectu, à quocunque detur, & qualitercunque accipiatur, dū tamen assit fides, & conferatur in forma ecclesiæ, & in omni sacerdote. i. in consecratione cuiuslibet presbyteri, etiā indigne confitentis in forma ecclesiæ, perfectum quidem in essentia qualiscunque sit sacerdos qui conficit in forma ecclesiæ, siue bonus, siue malus perfectum corpus Christi conficit, & verum sacramentum est, perfectum etiam in effectu si digne accipiatur [qui rursus] Hieronimus vel Augustinus [audi crimen] & loquitur iudici, vel loquitur alii [priusque audias damnationem presbyteri ne iudicaueris] ille videtur presbyterum iudicare, qui nō vult ab eo recipere sacramenta, tanquam iam esset condēnatus, atque ante probationem 2. q. 1. nemo & ca. nomen. cum multis alijs [à tua communione & familiaritate [nō statim] quia non sufficit aliquem accusari de crimine, nisi conuincatur. alias multi Innocentes damnarentur vt 2. q. 1. multi Hu. [reus]. i. criminosus [cōuincitur] euidentia facti, vel testibus vel propria confessione. Hug. [est criminosus]. i. præsumitur esse, & habetur criminosus donec appareat in contrarium Hu.

D[iui]sio.

Exponit literam.

†Et sola alia peccata. Adde Pe de An. in c gaude mus nu. 20. de diuor.

¶ Causa Decima sexta.



QVidam abbas. Hic incipit 16. causa, quæ iuxta Hu. sic continuatur. ad præcedentia, hactenus magister egit de statu ecclesiarum & clericorum, sed quia religione monachorum multum decoratur status ecclesiarum, ideo in hac causa, & quinque sequentibus agit de statu monachorum ostendens an officia populis celebrare valeant, & an eorum capellæ per eos debeant institui. Annectit etiam generaliter de præscriptione tam ecclesiarum, quam monasteriorum, & quod nullus sua autoritate rem quam credit ad se pertinere vsurpare valeat. Tandem subijcit, quod laici nullam potestatem habent in ecclesijs. Vt autem ad hæc pertractanda magister competentius descendat thema præmittit, & inde quæstionem elicit dicens. Quidam abbas. vbi mouet octo quæstiones. vt videbitur in processu.

¶ Quæstio Prima.



QVod autem monachi. Hic magister reassumit primam, quæstionem quæ est, vtrum liceat monachis officia populis celebrare, & sacramenta ecclesiastica conferre. Et diuiditur in duas partes. In quarum prima prosequitur prædictam quæstionem in qua sic procedit magister, quoniā primo probat quod nō liceat monachis populo officia celebrare, & hoc vsque ad. §. his ita 2. allegat ad partem contrariam respondendo allegatis pro prima parte secundum Bar.

Cōtinuatio

2 *Non licere dicitur aliquid dupliciter.*

8 *Cura parochiarū principaliter est commissa episcopo.*

11 *Priuilegium a papa datum religiosis de confessionum audientia, & prædicatione non est in præiudicium alicuius.*

13 *Religiosi licite possunt a prælatis ecclesiæ petere licentiā prædicandi populis eorum, & audiendi confessiones.*

14 *Officium prædicationis laudabiliter potest vitari ex humilitate.*

15 *Officia ecclesiastica duo habent annexa. & nu. 17.*

19 *Sacerdos quilibet an possit vti clauis potestate in quemlibet.*

20 *Sacerdos secularis vel regularis non habens curam animarū vel populum sibi commissum, an possit ex sola licentia sine commissione sacerdotis parochialis audire subditos suos, & nu. 3.*

Et quis intelligatur quantum ad hoc proprius sacerdos numero 21.

22 *Sacerdos potest dupliciter impediri ne confessionem alicuius audiat.*

24 *Moachi poterant sibi inuicem iniungere pœnitentiam tempore Nicenæ synodi.*

Nec erant tunc omnes laici nu. 25.



PLacuit. Hic incipit inducere capitula pro parte negatiua quæstionis. Et in primis inducit hoc c. quod est Nicœnæ synodi. Et diuiditur in duas partes. In 1. ostendit qualis debeat esse cōuersatio monachorū, quia singularis iuxta etymologiam nominis. In 2. prohibet eis, ne officia ecclesiastica populis celebrēt. 2. ibi. Quamobrē pro pleniori intelligentia 2. partis quæ principalis est veniunt merito plura disputanda.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum liceat religiosis officia ecclesiastica populis celebrare, & doctoris officium exercere.

3 ¶ Secundum est, vtrum religiosis maxime cōueniat alios docere siue doctoris officium exercere.

4 ¶ Tertium est, vtrum conueniens fuit, vt aliqua religio sit specialiter instituta ad docendum.

5 ¶ Quartum est, vtrum licitum sit religiosis prædicare.

6 ¶ Quintum est, vtrum religiosis liceat confessiones audire.

7 ¶ Sextum vtrū episcopi & superiores prælati possint prædicare, & confessiones audire eorum, qui sacerdotib. subduntur sine licentia ipsorum sacerdotum.

9 ¶ Septimum vtrum episcopi possint religiosos licentiare ad audiendum confessiones populorum sibi subditorum.

10 ¶ Octauum vtrum papa possit dare priuilegiū reliogisis, vt possint prædicare populis & confessiones audire.

12 ¶ Nona quæstio est, vtrum licitum sit religiosis ab episcopis vel presbyteris parochialibus seu à papa petere talem licentiam prædicandi, & confessiones audiendi.

16 ¶ Decima quæstio est, vtrum saluti animarum expediat vt etiam alijs quam sacerdotibus committatur authoritas prædicandi, & exercendi alia, quæ ad salutem pertinent animarum.

18 ¶ Vndecimum vtrum conuenienter aliqua religio fuerit instituta ad prædicandum, & confessiones audiendum.

Ad primum

1 Ad primum Sic proceditur,†& videtur ꝙ non liceat religiosis officia ecclesiastica populis celebrare,aut doctorum officium exercere siue doctores esse sacræ scripturæ. Primũ ar. Primo sic ex præsenti c.vbi statutum Nicenæ synodi ita dicit,placuit omnibus residentibus in sancta Nicena synodo,& sequitur infra firmiter & indissolubiliter præcipimus omnes ne aliquis monachus pœnitentiam nemini tribuat, nisi sibi inuicem,vt iustum est mortuum non sepeliat,&c.¶Secundo arguitur ex statuto Constantinopolitanæ synodi,ꝙ habetur 7.q.1.c.hoc nequaquam,vbi dicitur sic,monachorum vita subiectionis habet verbum,& disciplinatus,non docendi vel præsidendi,vel pascendi alios. Secũdũ ar. Tertiũ ar. ¶Tertio arguitur ex illo Hieronymo ad Riparium & Desiderium, quod habetur, infra eodem quæstione cap.monachus vbi inquit. Monachus non docentis,sed plangentis habet officium. Quartũ ar. ¶Quarto arguitur ex illo Mat.23.nolite vocari rabi:vnus est.n.magister vester &c.ꝙ quidem consilium est à perfectis seruandum.vnde cum omnes religiosi perfectionem profiteantur, à magisterio abstinere debent. Quintũ ar. ¶Quinto arguitur, docere est contra religionis votum. ergo non licet religiosis: consequentia patet antecedẽs probatur sic,per votum religionis mundo renuntiatur,omne autem ꝙ est in mundo est concupiscentia carnis,concupiscentia oculorũ & superbia vitæ,per quæ tria diuitias delitias & honores intelliguntur.Magisterium autem ad honorem pertinere videtur.ergo docere contra religionis votum esse videtur. Sextum ar. ¶Sexto ar.sic, Dionysius in li.cœlestis Hierarchiæ distinguit nostram hierarchiam in tria, scilicet purgationem,illuminationem,& perfectionem. Communicantes diuinas actiones diuidit in tria in 5.c.scilicet in purgãtes, ꝙ est Diaconorum,in illuminantes, ꝙ est sacerdotum,& in perficientes, ꝙ est epõrum: recipientes etiam diuinas illuminationes.diuidit in tria in 6.c.s.in intrãdos,qui purgantur per Diaconos in sacrum populum qui illuminantur,per sacerdotes & in monachos, qui sunt altioris gradus, qui perficiuntur per episcopos, ergo patet ꝙ monachorum non sit alijs sacra communicare,& per consequens non licet religiosis alios docere. Opponit & Respondet ¶In oppositum arguitur per multa capitula quæ inducuntur infra eo.q. Respond.fuerunt quidam vt tangit S.Thom.tam in secunda secundæ,quam in tractatu contra impugnãtes religionẽ. S. Thom. Quidam aduersarij religionis,qui ad tantam insaniã deuenerunt,vt in hunc errorem prolaberentur,ꝙ non liceret, quocunque modo religiosis sacra populis celebrare, aut doctoris exercere, imo nec oblatum suscipere, ꝙ manifeste falsum & erroneum est, vnde contra hunc errorem ponitur talis conclusio,ꝙ licet religiosis sacramenta populis celebrare,& doctoris officium exercere,& doctores sacræ scripturæ esse ex autoritate sine commissione superiorum prælatorum ecclesiæ.Ista conclusio deducitur tripliciter. primo autoritate.2.exemplo sanctorum religiosorum. 3. ratione.Autoritate primo patet multiplici posita in capitulis sequẽtibus in hac q. vnde Hieronymus ad Rusticum monachum infra e.q.3.in c.si clericatus. Ita inquit.Si clericatus te titubat,desiderium discas ꝙ possis docere. itẽ Gelasius in sequẽti c.dicit. Sic viue in monasterio,vt clericus esse merearis,multo tempore disce,quę post modum doceas,& Gregorius eo.q.2.c.ex autoritate,dicit sic.Ex autoritate huius decreti,ꝙ Apostolico moderamine & pietatis officio,à nobis est cõstitutum, sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus liceat prædicare,baptizare,communionem dare,pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere,atque peccata soluere.¶Secundo idem ostendit sanctorum exemplo,qui in religione viuẽtes docuerunt,sicut patet de Gregorio Nazianzeno,qui cum monachus esset Constantinopolim est adductus,vt sacrã scripturam ibi doceret,vt ecclesiastica narrat historia. Gregorius nazianzenus hoc ẽt patet de Damasceno,qui cum monachus esset, scholares docuit non solum sacram scripturam,sed etiam in liberalibus artibus,vt patet in lib. de miraculis beatæ virginis. Damasce. Hieronymus etiam in prologo bibliæ licet monachus esset doctrinam sacræ scripturæ promittit Paulino monacho.s.ꝙ eum docebit quomodo etiam ad studium sacræ scripturæ arctatur. Hierony. De Augustino etiam legitur, ꝙ postquam monasterium instituit,in quo cepit viuere secundũ regulam a sanctis Apostolis constitutã,scribebat libros,& docebat indoctos. Augus. Hoc etiam patet de alijs ecclesiæ doctoribus,s.Gregorio,Basilio,Chrysostomo,& alijs multis,qui religiosi fuerunt.& præcipui ecclesiæ doctores, præterea post illos antiquos doctores ecclesiæ religiosi fuerũt apud monachos & ordines mendicantium clarissimi, & doctissimi magistri quorum doctrina illustratur ecclesia. ¶Tertio probatur prædicta conclusio ratione pro quo notandum iuxta sanctum Tho.in secunda secundę q. c.88.ar.1.

2 †ꝙ aliquid dicitur dupliciter non licere. vno modo, quia habet in se quod contrariatur ei,ꝙ dicitur non licere, sicut nulli homini,licet peccare, quia habet in se, quilibet homo rationem & obligationem ad legem Dei, quibus contrariatur,peccatum. S.Thoma. Et hoc modo dicitur alicui non licere prædicare,vel docere,aut aliquod huiusmodi facere quia habet in se aliquid quod his repugnat vel ratione pręcepti,sicut hi,qui sunt irregulares ex statuto ecclesiæ,non licet ad sacros ordines accedere, vel propter secundum illud psal.49.Quare tu enarras iustitias meas.Hoc autẽ modo nõ est illicitum religiosis docere,aut prædicare,& alia huiusmodi facere,patet.Tum quia ex voto vel ex præcepto regulæ non obligantur ad hoc ꝙ ab his abstineãt. Tũ etiam quia nõ redduntur ad hoc minus idoneæ ex aliquo peccato cõmisso,sed magis ex exercitio sanctitatis,quod assumpserunt.Stultum aũt est dicere, vt ꝙ per hoc aliquis in sanctitate ꝓmouetur efficiatur minus idoneus ad spũalia officia exercenda. Et ideo stulta est præfata opinio dicentium quod status religionis impedimentum afferat talia exequendi,quorum errorem Bonifacius Papa rationibus supradictis excludit,dicẽs vt habetur. infra.eo.quest.3.c.sunt nonnulli. vbi ita inquit. Sunt nonnulli nullo dogmate fulti audacissime quidem zelo magis amaritudinis,quam dilectionis inflammati, asserentes monachos quia mũdo mortui sunt,& Deo viuũt,sacerdotalis officij a potentia indignos nec pęnitentiã nec christianitatẽ largiri,nec absoluere posse ꝑ sacerdotalis officij sibi diuinitus iniunctã dignitatem,& potestatẽ,sed oĩno labuntur.i. decipiuntur. a ¶Sacerdotalis officii. Adde ꝙ monachus põt esse legatus P.de An. in c.per inquisitionẽ n.1. de electi. Quod ostendit primo quidem quia non contrariatur regulæ. Subdit enim.Nec enim beatus Benedictus monachorum præceptorum almificus huiusmodi aliquo modo fuit interdictos, & similiter nec in alijs regulis hoc prohibetur. secundo improbat præfatum errorem ex identitate monachorum cum in fine capituli subdit.Quãto quisq; est excellentior,tãto in illis scilicet spiritualibus operibus potentior.¶Alio modo dicitur aliquid non licere alicui non ꝑꝑ cõtrarium quod habeat,sed propter hoc quod ei deficit. vnde illud possit sicut diacono non licet missam celebrare, quia non habet ordinem sacerdotalem, & presbytero non licet sententiam ferre, quia non habet episcopalem autoritatem, in quibus tamen est distinguendum, quod ea quæ sunt ordinis committi non possunt,nisi ei qui ordinem habet, sicut diacono non potest committi quod celebret missam nisi fiat sacerdos. Ea vero quę sunt iurisdictionis committi possunt ei, qui non habet ordinariam iurisdictionem sicut prolatio sententiæ committitur ab Episcopo simplici sacerdoti. Et hoc modo dicitur non licere monachis & alijs religiosis prædicare,& docere,& alia huiusmodi quia status religionis nõn dat eis potestatem hoc faciendi,possunt tamẽ ista facere,si ordinem accipiant,vel ordinariam iurisdictionem,vt cum cura animarum eis committitur aut etiam si eis committantur ea quæ sunt iurisdictionis. ¶His habitis dicendum est ad rationes in opppositum. Ad primam de Nicena synodo. Ad primũ argu. Respondet. primo iuxta. Hug.quod hæc & alia capitula similia intelliguntur secundum antiqua tempora, sed postea aliter ordinauit ecclesia ex moderamine apostolicæ sedis.vt infra.e.q.moderamine.¶Secundo respondetur prout respondet.S.Tho.in.2.2.vbi supra dicens quod illud statutum nihil aliud præcipit, nisi quod monachi non vsurpent ex hoc quod sunt monachi huiusmodi actus exercendi:nõ prohibet autem quin ista possint eis committi,vel vt dicit in tractatu contra impugnantes religionem,per illud.c.& similia nihil aliud intẽditur,nisi quod monachi nõ possunt autoritate Papæ vel episcopi vt habetur manifeste.infra.e.q. peruenit. S. Tho. ¶Ad secundam de statuto constantinopolitanæ synodi. Ad secundũ Respondetur negando cõsequentiã.Et rõ est ≠m. S.Tho. quia ex verbis illis tm̃ habetꝰ, ꝙ monachi ex hoc ꝙ sunt monachi non nanciscuntur potestatem talia faciendi,& hoc concedimus.Non autem quod ex hoc quod sunt monachi habeant

beant aliquid contrarium executioni talium. ¶ Ad tertiã respondetur secundum sanctum Tho. ꝙ non facit pro aduersarijs, ꝙ ibi Hieronymus ostendit ꝙ monacho ex hoc ꝙ est monachus competit pœnitentiam agere, non autẽ docere sicut quidã vsurpant, qui ex hoc, ꝙ erant monachi volebant docere. Non autem ex hoc sequitur, ꝙ si monachus eo, ꝙ monachus non habet docendi officium, ꝙ accipere nõ possit, sicut non sequitur, Subdiaconus non habet officium legendi euangelium, quod ad hoc officium assumi non possit. ¶ Ad quartam de Mat. 23. Respondetur, ꝙ ex illa autoritate nihil sequitur cõtra. Tum quia per illud non prohibetur officium docendi. vnde Apostolis præcipitur, vt in vniuersum euntes doceant omnes gentes. Ma. vlt. vnde falsum est quod præsupponitur in ar. ꝙ sit cõsiliũ de magisterio vitando, cum doctoribus excellens debeatur præmium secũdũ illud Daniel. 12. qui ad iustitiam erudiunt plurimos glo. verbo & exemplo, erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed prohibetur tantum libido, & inordinata voluntas præsidendi, quod patet ex verbis propositis ibidẽ, vbi de inordinato appetitu pharisæorum loquens ait, amant primos accubitus in synagogis &c. ¶ Ad quintam respondetur negando assumptum, quoniam falsum est ꝙ officium docẽdi sit contra votum religionis. Et ad probationem dicitur iuxta sanctum Tho. ꝙ nulla est. Tum primo, quoniam religiosi non hoc modo abrenuntiant mundo, vt rebus mundi vti non possint, sed mundanæ vitæ. i. vt mundi actionibus non occupentur. Vnde & sunt in mundo inquantum mundo vtuntur. Et nõ sunt in mundo, in quantum liberi sunt à mũdanis actionibus. vnde non est contra votum eorum, si vtuntur diuitijs, vel ẽt quandoque delitijs alias quandocunque delitiose comederent peccarent mortaliter, ꝙ non est dicẽdum, vnde nõ est contra votum eorum si quandoque honoribus vtũtur. Tum secũdo probatio nulla est, quoniam vt colligitur ex glo. in illa autoritate ad mundum non dicuntur pertinere diuitiæ, & delitiæ simpliciter sed inordinatus appetitus, eorum & sic nõ solum religiosis, sed honoris ambitio gl. ibi superbia vitæ. i. omnis ambitio seculi. ¶ Tertio probatio non valet ꝙ dato, ꝙ honor simpliciter ad mundum ptinere dicatur non tamen hoc posset dici de quolibet honore, sed de honore qui consistit in rebus mundanis. Non .n. potest dici ꝙ honor sacerdotij ad mundum pertineat. Similiter nec honor magisterij cũ doctrina quam sequitur talis honor sit de spiritualib. bonis, sicut ergo religiosi per votũ non abrenuntiant sacerdotio ita nec magisterio. ¶ Ad sextã rõnẽ respondetur dupliciter iuxta S. Tho. in tractatu vbi supra, primo ꝙ Dion. loquitur in prædicta autoritate de monachis, ꝙ clerici non erant tempore primitiuæ ecclesiæ, sicut ecclesiastica narrat historia. Et ex dialogo Gregorij satis colligitur tales aliquando fuisse & tũc per dictum Dionysij non potest aliquid concludi de monachis, qui sunt episcopi vel presbyteri vel Diaconi. ¶ Secundo respondetur ꝙ ratio eorum non valet, quia procedit ex malo intellectu Dionysij, vocat. n. ibi actiões sacras ecclesiastica sacramenta baptismi, dicens esse purgationẽ, & illuminationem, & confirmationem, & eucharistiam pfectionem, vt patet 4. c. ecclesiasticæ Hierarchiæ, & hæc disponere non nisi prædictis ordinib. licet, sed docere in scolis, non est de istis sacris actionibus de qubus Dionysius loquitur alias nullus posset docere in scholis, nisi esset Diaconus, vel sacerdos, item monachi clerici possunt conficere corpus Christi quod nisi sacerdotibus non licet, ergo multo fortius possunt docendi officio vti, ad quod sacer ordo non requiritur.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

Ad quintũ.

s. Tho.

Ad sextum

3 Ad secundum Sic proceditur, †Et videtur quod religiosis non maxime conueniat alios docere siue doctoris officium exercere. Primo sic dicit Gregor. Nemo potest ecclesiasticis obsequijs deseruire, & regulę monachali deseruire vt infra e. q. alia est causa. ergo videtur quod non conueniat clericis cum obseruantia suæ regulæ exercere doctoris officium. ¶ Secundo sic. in cap. placuit dicit Eugenius papa. Sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. Sedeat itaque solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est. ergo si monachus vt hic dicitur est solitarium esse, & tacere, & esse mundo mortuum, manifestum est, ꝙ non maxime conueniat eis doctoris officiũ. ¶ Tertio sic, monachus nõ debet pascere, sed pasci sicut habetur infra e. q. alia est causa.

Primum ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

¶ In oppositum arguitur sic: illi potissime conuenit docere & habere doctoris officium, qui facit & ꝓfitetur quod docet Actuum 1. cepit Iesus facere, & docere. Et Lucæ vlt. potens opere, & sermone coram Deo & omni populo, sed religiosi faciunt & profitentur quod docent perfectius, quam seculares. ergo magis conuenit illis actus, & autoritas docendi, qui magis sunt conformes summo doctori. s. Christo, ꝙ illi, qui minus sunt huiusmodi. Sed religiosi vt patet sunt magis conformes & imitatores vitæ Chri, & cõfirma tur hæc ratio sic, doctrina sacræ scripturæ operibus comprobatur. Actuum 1. Cæpit Iesus &c. doctrina autem euangelica non continet solum præcepta, sed etiam consilia. Conuenientissime ergo doctrinam euangelicam docet, qui non solum præcepta, sed & cõsilia seruat cuiusmodi sunt religiosi. Respondeo dicendum ꝙ religiosi maxime sunt idonei ad docendum sacram scripturam. ista conclusio multipliciter ostenditur. Primo sic. Quanto quis est in merito excellentior, tanto in exercitio operum spiritualium ad salutem animarum pertinentium idoneior & potentior alijs. Ista conclusio patet infra e. q. sunt nonnulli. Sed religiosi sunt communiter excellentiores in merito, ergo, &c. ¶ Secundo sic. Qui. n. liberi sunt omnino à curis animarum & ministeriorum quæ incumbunt ex debito, curæ animarum, & ratione officiorum ecclesiasticorum, & possessionis præbendarum sicut sunt aliqui religiosi magis sunt idonei ad exercitium doctrinæ theologicæ, quam alij qui in huiusmodi curis sunt impliciti. dicit enim Gregorius in homilia quadam iustus quanto in hoc seculo nihil possidet, tanto loquendi pro iustitia fiduciã habet maiorem. ¶ Tertio sic, cum cura multiplex terrenarũ rerum occupat, & excæcat intellectum, planum est, ꝙ absoluti, & liberi ab huiusmodi curis, cuiusmodi sunt multi religiosi magis sunt idonei vacationi, studio, & doctrinæ sacræ scripturæ, quam alij quibus incumbit necessario huiusmodi implicatio. vnde Gregorius in moralibus ait verba Dei mens viuacius penetrat, cum ad se curarum secularium tumultus recusat. & Ecclesia. 38. dicitur. Sapientiam glo. diuinam scribe in tabulis cordis. i. disce in tempore vacuitatis. Et qui minoratur actu percipiet sapientiã. ¶ Quarto idem patet ex abiectione humilitatis, quæ magis relucet in religiosis, cui plura reuelantur. Matth. 11. Confiteor tibi pater domino cœli, & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et in ps. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. ¶ Quinto arguitur. Ex conformitate maiori cum summo magistro. s. Christo, cui sunt magis cõformes, qui sunt Deo astricti triplici voto. s. obedientiæ, continentiæ & paupertatis, quam alij qui non sunt huiusmodi astricti, vt Gregorius 6. Homil. super Ezec. ponit. ¶ Sexta ratio sumitur ex maiori tranquilitate mentis qua magis potiuntur religiosi à seculi vanitate segregati, & in studio virtutum exercitati, in pace enim, id est serenitate mentis est locus eius. Sapient. 1. ¶ His habitis dicendum est rõnes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta S. Thom. ꝙ Dictum Gregorij intelligendum est non de his quæ ad substantiam religionis pertinent, vt etiam ibi per glo. apparet, quia hoc bene seruare possunt ecclesiasticis, vacantes officijs. Sed intelligitur quantum ad alias obseruantias, sicut silentium vigiliæ, & huiusmodi. Quod patet etiã ex hoc quod sequitur in prædicto c. cũ dicitur vt ipse districtionem monasterij teneat, qui quotidie in ecclesiastico ministerio cogitur deseruire, à quibus obseruantijs, regularibus non est inconueniens si aliqui abstineant, vt vtilitati communi vacent docẽdo sicut patet in his qui ad prælationis officium assumuntur, cum tamẽ etiam in claustrum manentes in talibus dispensationem recipiant propter studium aut aliquam aliam causam. ¶ Ad secundam respondetur cum dicitur ꝙ sicut piscis &c. debet sic intelligi, sine monasterio. i. sine regulari obseruantia, quam ꝓfessus est, inquantum est persona huius monasterij. Regulares. n. qui obligantur voto alicui regulæ in aliquo monasterio, sicut faciunt aliqui viuentes extra illam obseruantiam mortui sunt Deo. ¶ Ad tertiam cum dicitur, ꝙ monachi non est pascere, sed pasci. Respondetur ꝙ verum est de debito officij monachalis, potest tamen ei competere docere iniunctione & dispositione superioris, qua monachi possunt clericorum officia libere administrare secũdum Gregorium vt patet infra e. q. c. ex autoritate.

Ad ter-

Oppon.

Respond.

Respondeo

Grego.

Grego.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Ad tertium

4 **Ad tertiam** Sic proceditur.† Et videtur ꝙ non sit conueniens, ꝙ aliqua religio sit instituta ad docendum. Primo sic. Nulla res dicitur conuenienter institui ad id, quod repugnat rationi sui status, sed status monachorum & per consequens religiosorum consistit in quadam singularitate conuersationis. Dicit.n. monachus quasi singularis, quia eũ per oĩa oportet singulariter viuere, vt in c.præsenti, & in c.si cupis infra c.dicit Hieronymus ad Paulinum. Si cupis esse, ꝙ dixeris monachus, .i.solus quid facis in vrbibus &c. Docere, autem requirit communiter cum alijs conuersari, & viuere, vt patet. Nulla ergo religio conuenienter instituitur ad docendum.

Primũ ar.

¶ Secundo sic. Nihil conuenienter ordinatur ad id quod repugnat officio suo: sed monachus vt ait Hieronymus nõ docentis sed plãgentis habet officium, vt in c.monachus: ergo, &c.

Secũdũ ar.

¶ Tertio. nulla religio conuenienter est instituẽda ad studendum. ergo nec ad docendum. Consequentia patet, antecedens probatur. Illud quod est defensionis principium religiosis non competit, qui in vnitate pacis cõgregãtur, sed studium dissentionem inducit. vnde in philosophis subsecuta est diuersitas sectarum. Et Hieronymus dicit super epistolam ad Titum. antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis ego sum Pauli &c. Ergo videtur ꝙ nulla religio debeat institui ad studendum.

Tertiũ ar.

Hieronym.

¶ In oppositum arguitur sic. Ad omne opus misericordiæ exequendum potest aliqua religio institui. Sed docere est actus misericordiæ. vnde inter spirituales elemosynas computatur, ergo potest aliqua religio statui specialiter ad docendum.

Opponit in contrarium

Respondeo dicẽdum sub ista conclusione, ꝙ conuenientissime aliqua religio instituta est ad docendum. Ista conclusio satis est nota ex præcedenti argumento, quoniam si religiosi maxime sint idonei ad docendum, vt probatum est conuenienter aliqua religio institui debuit ad docendũ, nihilominus ex multiplici alio capite iuxta S.Tho. ostenditur primo sic. Magis videtur à religionis proposito corporalis militia quæ armis corporalibus exercetur, quam militia spiritualis, quæ vtitur armis spũalib. i. sacris documentis ad errorum impugnationẽ, de quib. 1.ad Cor.10. armis militiæ vestræ nõ sunt carnalia &c. Sed religiones aliq̃ proinde institutæ ad exercendam militiam corporalem in tutelam ecclesię sunt ab hostibus corporalibus, quamuis nõ desint ecclesiæ principes seculares, qui ex officio ecclesiam defendere debent, vt in c.principes 23.q.5. ergo, & salubriter institutæ sunt aliquæ religiones ad docendũ, vt per eorũ doctrinã ab hostibus defendatur, quamuis etiam sint ad quos pertinet hoc modo ecclesiam defensare. ¶ Secundo sic. qui idoneus [a] est vt assumi possit ad id quod maius est, & in quo aliud includitur idoneus debet reputari ad id quod minus est, quod in maiori includitur, sed religiosus etiam si eius religio non sit ad docendum instituta, potest assumi ad ꝑlationis officium, vt patet de monachis per multa capitula in hac quæstione. Cum ergo prælationis officiũ sit maius, quam doctoris officiũ, quod magistri legentes in scolis exercent, & cum prælationis officium etiam simul habeat doctrinam adiunctam, non debet inconueniens reputari, si monachi autoritate eius ad quem spectat ad prædictum doctrinæ officium assumantur. ¶ Tertio sic. Minora bona pro maioribus bonis intermitti possunt vt dicit gl. Lucæ.9. super illud. Tu autem vade & annũtia regnũ Dei. Sed bonum commune profertur bono priuato. Cũ ergo monachus in claustro ordinem suum seruans, priuato bono insistat. s. suæ tantum saluti. Doctrinæ autem officium quo plurimi erudiuntur, in bonum totius ecclesię redundat non est inconueniens si monachus extra claustrum viuat ad doctrinæ officiũ assumptus de licentia eius ad quem spectat. Nec valet quod dicunt aduersarij, ꝙ hoc posset fieri quando necessitas immineret, quæ nunc non apparet cum magistri seculares ad copiam habeantur, qa vtilitas communis non solum debet procurari, vt sit quocunque modo, sed vt sit optimo modo, quo fieri potest. Quanto autem doctores magis multipliplicantur, tãto vtilitas communis quæ ex doctrina prouenit magis crescit, quia vni manifestatur quod alij notum non est. propter ꝙ dr̃ Sapien.6. multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum. ¶ Quarto sic. eiusdem est verbo præsentes, cuius est scripto absentes docere. prima ad Cor.10. Dicit apostolus quales sumus in verbo per epistolas absentes tales & præsentes. Sed nullus dubitat quin religiosus possit docere absentes scripto, cũ omnia armaria plena inueniantur operibus siue libris, quos religiosi fecerunt ad ecclesiæ instructionẽ, ergo & præsentes possunt verbo docere, & ita conuenienter religio aliqua potest ad docendũ institui.

Respondet

[a] ¶ Qui idoneus Idoneº dic tur qui pōt ꝑ desse & obesse car za ba.in c.veniẽs n 9. đ acc.& multiplicẽ idoneitatẽ vi de ꝑ P.de Anc. in c.dudũ n 3. de pſump.

¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ rõ nõ procedit. Tum primo quia viuere singulariter licet sit interpretatio monachi non est tamen rõ status monachalis, quoniam licet monachi aliqui sint solitariam vitam ducentes, aliqui tamen sunt in congregatione & tamen sunt vere monachi. ¶ Secunda ratio non procedit, quia solitariè viuere licet sic interpretatio monachi, nõ tñ est interpretatio religiosi, licet.n. in aliquibus cõueniunt. s. quantum ad ea, quæ sunt cõia omni religioni, non tamen conueniũt in alijs, quæ sunt propria monasticæ professioni. Conclusio autem nostra dicit, ꝙ conuenientissime religio aliqua instituta sit ad docendum. Et ita rõ nõ est ad propositum. Ad primũ argu.

¶ Ad secundam rñdetur, ꝙ rõ etiã nõ procedit, videlicet tũ ex dictis, tum quia licet monachi (inquantum monachus est, officium sit plãgere) hoc tamen non excludit, quin ex commissione vel iniunctione superioris ei facta, non possit docere, & alia officia ecclesiastica exercere. Ad secundũ

¶ Ad tertiam respondetur iuxta sanct. Tho. in secunda secundæ negando minorem vniuersaliter Concedimus.n. quod studium ordinatur ad sciam quæ si sine charitate est inflat, & per consequens dissentionem facit. secundum illud Prouerb.13. Inter superbos semꝑ sunt iurgia, sed scia cum charitate ędificat, & concordiã parit. vnde 1.ad Cor.1. apostolus cum dixisset. Diuites facti estis in omni verbo, & in omni scia, postmodum subdit idipsũ dicatis omnes & nõ sint in vobis scismata. Hieronymus tamen non loquitur ibi de studijs literarum, sed de studijs dissentionum, quę per hęreticos & scismaticos intrauerũt in religione christiana. Ad tertium

5 **Ad quartam** Sic proceditur. † Et videtur quòd nõ sit licitum religiosis prædicare. Et præter argumenta facta contra alios superiores articu. quæ oĩa quasi possunt fieri. contra istũ argui. sic. Primo ex cap. alia, alia est causa monachi & alia clerici infra e.q. vbi clerici pascũt oues. ergo monachus pastor, sed ꝑdicare est pascere ppł̃m verbo Dei, ergo monachi & alij religiosi, q̃ omnes monachorũ iure censentur prędicare non possunt Primũ ar.

¶ Secundo arguitur ex.c.adijcimus infra.ea.q. vbi dr̃. Statuimus vt præter dñi sacerdotes, nullus audeat prædicare siue laicus, siue monachus ille sit, qui cuiuslibet sciæ nomine glorieẽ. Scd̃m arg.

¶ Tertio arguitur ex.c.iuxta, vbi dr̃ monachos ab Apostolorum prædicatione oĩno cessare censemus. Tertiũ ar.

¶ Quarto arguitur ex illo Bernar. super Cant. vbi dicit, ꝙ prædicare monacho non cõuenit nec nouitio expedit nec non misso licet. Quartũ ar.

¶ Quinto arguitur ex illo Apostoli prima ad Cor.10. quomodo prædicabunt, nisi mittãtur. sed non legimus missos à domino, nisi 12. Apostolos. Lucę 11. & 72. discipulos. Lu.10. vbi dicit glo. ꝙ sicut in Apostolis forma est episcoporũ, ita in 72. discipulis forma presbyterorum secundi ordinis, qui sunt presbyteri parochiales. Adiunxit autem Apostolus prima ad Cor.12. opitulationes. i. eos qui maioribus ferunt opes. vt Titum apostolo, vel Archidiaconum epis, vt ibi dicit glo. ergo cum nec religiosi sint epi, nec presbyteri parochiales, nec Arch. prædicare, non debent. Quintũ ar.

¶ Sexto sic. Si religiosus prædicat aut cum potestate, aut sine potestate, si sine potestate, seqtur ꝙ sit pseudo apostolus. Si cum potestate ergo potest procurationes exigere. Dominus.n. mittens Apostolos ad prędicandum præcipit eis, ne aliquid tollerent in via nisi virgam tantũ, vt dr̃ Mat.6. per virgam autem. (vt glo. dicit ibidem) potestatem accipiendi à subditis intelligit. Hoc autem non vr̃ religiosis conuenire, vt procurationes exigere possit, quia sic ecclesiæ plurimas procurationes deberent: ergo nec prædicare debent. Sextum ar.

¶ In oppositum est quod habetur infra eadem quæst. cap. ex autoritate. vbi dicit Gregor. Apostolico moderamine & pietatis officio à nobis est constitutum, sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus liceat prædicare &c. Opponit in cõtrarium

¶ Respondet dicendum sub ista conclusione, quòd religiosi ex commissione papę seu episcoporum possunt Christianis prędicare. Hæc conclusio colligitur ex duplici capite. Primo ex potestate, qua episcopi possunt & debet, præter, sacerdotes parochiales aliquos viros idoneos ad prędicationis sanctæ officium salubriter Respondet.

lubriter exercendum assumere. ¶ Secundo ex idoneitate, quam habent religiosi ad ipsum prædicationis sanctæ officium exercendum. Primo sic dr extra de offic. Iud. ord. inter cætera, ꝙ episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exercendum assumant. ¶ Secundo sic. Constat ꝙ apostoli (quorum episcopi sunt successores) per ciuitates & castella episcopos ordinabãt, qui continue cum populis sibi subiectis cõmorabantur, & tñ alios mittebant ad predicandũ & alia exequenda quę ad salutẽ pertinẽt animarum. 1. ad Cor. 4. Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus & fidelis in domino, qui vobis patefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu 1. ad Cor. vlt. Rogaui Titum, & misi cum illo fratres gl. 1. Barnabã & Lucam, & Tit. Primo huius gratia reliqui te Cretæ & c. ergo aliqui quam presbyteri parochiales possunt prædicare ex commissione superiorum. Tertio epi debent diuina iudicia imitari quantum possunt 1. ad Corin. 4. imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed diuino iudicio aliqui religiosi reputati sunt idonei, vt eis à Deo immediate prędicationis cõmitteret officiũ, sicut de Equicio monacho B. Greg. in dialogo narrat, & de b. Benedicto, ergo & iudicio episcoporũ aliqui religiosi possunt idonei reputari, vt eis pdicatio cõmittatur. ¶ Quarto sic, omnia quæ licent secularibus clericis, licent, & religiosis, exceptis his, quę eis in regula prohibetur. ar. in f. e. c. sunt nonnulli. vbi dicitur, ꝙ monachis licet absoluere & alia hmõi facere. nec beat. Benedictus monachorum præceptor almificus hmõi ita suit interdictor, sed secularibus ex commissione episcoporum liceat prædicare & audire confessiones. ergo & religiosis cum in nulla regula sit prohibitum. ¶ Quinto sic. Maius est prædicationis officiũ ex propria autoritate exequi quam ex commissione alterius, sed religiosi possunt ad prælationis gradum sublimari, in quo eis competit & prędicare & alia propria autoritate exequi quæ ad salutem ptinent animarum, ergo multo magis idonei reputari debet vt prædicationis officium & alia hmõi ex commissione superiorum in ecclesia sicut papæ & episcoporũ exequantur. Secundo probatur eadem conclusio ex alio capite. s. ex idoneitate religionis ad tale officium. Primo sic. Prædicationis officium maxime conuenit perfectis, sed religiosi sunt in statu perfectionis positi, ergo maxime ad pdicationis officium sunt idonei, cum ergo alij possunt ex commissione papæ vel episcoporum hoc officium exequi religiosi hoc idem possunt, confirmatur hoc ex illo Esdræ 1. c. 8. super illud promouimus ergo à flumine, vbi dicit gl. fratrum, quoque cohortem religiosam vobis in auxilium vocamus, qua adiũcti animas fidelium electorum, & ad arcem vitæ perfectoris quasi vasa sancta ad templum domini efficacius transferamus. ¶ Tertio sic. Religiosi sunt maxime idonei ad docendũ sacram scripturã vtpote magis imitatores summi magistri Christi, & Apostolorum, vt deductum est supra, circa articulum secundum. ergo maxime sunt idonei vt eis prædicationis officium cõmittatur. ¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositum.

Ad primũ arg. Ad primam de c. alia, respondetur negando consequentiã. Quod. n. in hoc c. dr verum est, s. ꝙ ad monachos placere, non pertineat sed pasci ex hoc ꝙ sunt monachi, & hoc bene dr contra illos qui ex sola vitæ sanctitate potestatem ecclesiast. ordinis alicui competere dicebant, sicut & potest dici ꝙ clerico seculari non competit pascere, si non habet curam animarum, vel nisi sit sibi ab habentibus curam animarum commissum, vnde per hoc non excluditur quando ad religiosos pertineat pascere populum Dei verbo Dei, siue cum ad prælationem assumuntur, vel si à plat s eis committatur. Non. n. minus sunt idonei religiosi ad prædicationis officium, quam seculares nisi forte quatenus sub obedientia sunt constituti, vt sic indigeant dupli ci licentia ad prædicandum. s. licentia eorum quibus cura plebis committitur, & licentia prelatorum ordinis sui sine qua nihil eis agere licet.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundam respondetur negando consequẽtiam. Et ad autoritatem cum dr, quod nullus pter sacerdotes audeat prædicare intelligitur quasi propria autoritate. s. ordinaria sed non prohibetur, quin alij præter sacerdotes parochiales possint ex commissione superiorum prælatorum.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ intelligitur, vt non propria autoritate ex hoc ipso ꝙ monachi sunt officium prædicationis sibi assumant. Similiter ꝙ sequitur ꝙ monachis prædicare non conuenit, intelligẽdum est quasi ex hoc ipso ꝙ monachi sunt officium habeant prædicandi.

Ad quartũ ¶ Ad quartam similiter respondetur.

Ad quintũ ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam. Et rõ est iuxta sanctum Tho. quia illi, qui sunt missi à domino, possunt alios mittere, sicut, & Paulus, qui misit Timotheum ad prædicandum. 1. ad Cor. 4. Ideo misi ad vos Timotheum & c. Ita ex missione episcoporum & presbyterorum etiam possunt alij ad prædicandum mitti, & tamẽ illi missi à domino intelliguntur qui per potestatem a domino traditã mittuntur, & omnes illi qui sunt missi à prelatis ecclesiarum. s. episcopis vel presbyteris inter opitulationes computantur, quia ipsi maioribus opem ferunt, quamuis non sint Arch. Quod. n. in glo. dr vt Titus Paulo. vel Arch. episcopis per modum exempli ponitur. vnde nõ sequitur, ꝙ qui non sunt Arch. non possunt maiori opitulari, & tamen cum aliquis ex commissione epi prędicat, vel audit confessiones, episcopus hoc facere intelligitur vt in 3. ca. ecclesiasticæ Hierarchiæ dicit Dionysius.

Ad sextum ¶ Ad sextam respondetur, quod prædicant cum potestate non ordinaria, sed ab alijs commissa, nec tamen sequitur, ꝙ possint pcurationes exigere, quia hoc non est eis datum, possunt tamen si eis daretur ab his in quibus residet potestas, & sic non sequitur ꝙ propter hoc ecclesiæ debeant plurimas pcurationes soluere.

6

Ad quintam

Sic proceditur, † Et videtur, ꝙ religiosis non competat confessiones audire.

Primum ar. Primo sic. Ex hoc capitulo placuit. vbi dr, præcipimus vt aliquis monachus pœnitentiam nemini tribuat, & placuit vt nullus monachus presumat nec misericordiã dare & c. Idem in c. interdicimus e. q.

Secũdũ ar. ¶ Secundo sic, prælatis ecclesiæ præceptum est diligenter cognoscere vultum peccatoris sui. Prouerb. 27. gloss. pastori ecclesiæ dicitur, diligentem adhibe curam eis qbus te præesse cõtingit, agnosce eorum actus, & vitia quæ in eis inueneris, citius castigare memento. sed non possunt actus, & vitia subditorum pastores ecclesiæ cognoscere, nisi per confessionem, ergo non debent alijs confiteri nisi suis rectoribus.

Tertiũ ar. ¶ Tertio extra de pœniten. & rem. c. omnis vtriusque sexus. Dicit Inn. tertius in concilio generali. Oĩs vtriusque sexus postquam ad annos discretionis venerit oĩa sua peccata saltẽ semel in anno confiteatur proprio sacerdoti, sed ille qui absolutus est à peccatis non tenetur vlterius peccata sua confiteri, ergo si alius quam proprius sacerdos posset audire confessiones, & absoluere aliquem, ille non teneretur semel in anno confiteri proprio sacerdoti quod est contra decretalem inductam. Cum ergo religiosi non sint proprij sacerdotes, quia non habent sibi plebes commissas, videtur, ꝙ non possunt audire confessiones, & absoluere.

1 *Episcopi nihil possunt exigere à clericis siue laicis sibi subiectis præter quã a iure sit eis permissum.*



Nulli episcoporum. Inducit hoc.c.ad idẽ qđ est, Leonis Papę in cõcilio suo statutũ, summa est in rubro, vel
1 sic.1 Qđ episcopi nihil possunt à clericis vel laicis sibi subiectis exigere, vltra q̃ eis canonibus sit ꝑmissũ.Et diuidit̃ in tres ptes.In prima ꝓhibet. in scđa docet qualiter episcopi oues suas nõ vexare exactionib.sed pascere & alere debeãt.ĩ tertia assignat rõnẽ.ꝙ ita nos xp̃s docuit facere.2.ibi sed cũ optimus.3.ibi, qa dñs.Leg.¶[Nulli &] ꝓ vel.Hu.[exigere] nõ debẽt.n.esse exactores cõtra, quos dicit̃ Esa.3. exactores pplm meũ spoliauerunt.vnde Exod.22.non vrgebis quasi exactor[angarijs[quæ ꝑsonis imponuntur.Hu.& Arch.sed quę sint angaria no. ex.de immuni.eccl.nõ minus.in.3.glos. [sed cũ].2.pars[optimus sit].i.esse debeat.Hug. [perspicor] quia ipse debet prospicere & facta subditorũ.[quia dñs]3.pars qa dñs deos suo exẽplo docuit pascere oues suas Io.10.dicẽs

Diuisio. Exponit literam. Exponit literam. Exponit literam. Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respondet. Hugutio. Diuisio. Exponit literam. Arch. Exponit literam. Diuisio. Exponit literam. Archid.

Ego sum pastor bonus.& in Petro nos docuit cum ait Ioan. 21.pasce oues meas.& iterum Petrus episcopis.1. Pet.5.dicit pascite eũ qui in vobis est gregẽ,non dominantes in clero.sed forma facti gregis.Econtra de malis dominus cõque ritur.Eze.34.ve pastoribus Israel,qui seipsos pascebant,nõne greges à pastoribus pascuntur.



AD hoc locorum. Ad idem sequitur hoc.ca. qđ est Leonis papę. Summa est in rubro.vel sic. pro bono pacis & quietis Episcopus debet sine diminutione redditus suæ ecclesiæ inter clericos ipsius ecclesiæ prout sibi visum fuerit diuidere. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit exordiũ.in scđa ponit ꝓuisionẽ.2.ibi:volumus.Lege.¶[Ad hoc].i.ꝑ hoc. Hu.locorũ.i.officiorũ & dignitatũ ecclesiasticarũ. Hu. [rõnis ordo].i.rõnabilis ordo vel ordinata rõ.Hu.[& iudicia].i. iudices.Archi. [præpositi].i. prælati [in opprimẽdos.] nõ.n. subditis graues esse debent.10.q.3.quia cauendum.frustra.i. sine causa. [volumus].3.pars,quartam quæ debetur clericis. Hu. [sine diminutione visum discrete].s.magis vel minus laborem vel meritum vniuscuiuscunque.Hug.

Diuisio. Exponit literam. Arch.



PRædicator. Ad idem est hoc.ca.ex.6. synodo. summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes. In prima præmittit autoritatem Pauli pro fundamento.in secunda statuit ꝓhibendo quod est in rubro. in tertia ad confirmationem dicti sui inducit duas autoritates alias.secũda ibi,propter ꝙ & nos.tertia ibi: ait.n.Apostolus.Lege.¶[Prædicator Paulus]qui.1.Thessa. 2.de seipso dicit.positus sum prædicator & Apostolus:veritatẽ.n.dico[diuinus]quia à domino immediate euãgelium suscepit.vnde ad Gala.1.Notum vobis facio fratres euangelium, ꝙ euangelizatũ est à me, quia non est ẜm hominem, neq; ego ab hoĩe accepi,nec didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi.veraciter ergo põt dici diuinis[argentũ]Act.20.& c: [propter quod]secunda pars. [turpis lucri]hoc longe debet esse ab episcopo.Ti.1.oportet episcopũ nõ turpis lucri cupidum[ad excusandas].i. sub aliqua occasione alicuius prætensæ necessitatis.Hu.[ait.n.]tertia pars.2.Cor.12.[& Petrus] 1.Petri.5.plana sunt.

Diuisio. Exponit literam.

Illud quod. §.est,in quo Gratia. secũdũ sensum suũ finẽ illius.c.§.possessiones declarat.& dicit ꝙ illud verbũ tẽporaliter perfruatur. quod ibi ponitur nõ refertur ad monasteria monachorũ quæ perpetuo possessiones habere possunt.sed ad clericos pauperes peregrinos: qui ad tẽpus.s.instãte necessitate paupertatis illorũ illas possidere possunt. Hu.& Arc.vide in.ca.possessiones & distinctionẽ ibi positã in gl.1.& a veritate nõ deuiabis.vt dicit Hu.

Quam vero. Hic incipit septima pars huius quęstionis in qua magister Grati.ꝓbat ꝙ decimæ sunt dandæ clericis ecclesię ministris dicens qđ graue peccatum est decimas primitias & oblationes non soluere.& inducit ad hoc sequentia capitula.

3 *Decimæ personales quæ dicantur.Quę prędiales.num.4.*
7 *Preceptum de decimis non est cerimoniale.*
Sed est partim morale,partim iudiciale.nume.8.
9 *Præcepta cerimonialia & iudicialia qualiter differant.*
13 *Consuetudo contraria excusat a peccato non soluentes decimas personales.*
14 *Consuetudo nulla excusat a decimis prædialibus soluendis.*
16 *Decimę prædiales dandæ sunt non deductis expensis.*
17 *Decimæ personales an sint dandę deductis expensis.*
22 *Deus qualiter dicatur affligi.*
23 *Maledictum dicitur duplex.*
24 *Decime referendi sunt a rusticis ad ecclesiam.*



REuertimini. Inducit in primis hoc capitulũ qđ est Hieronymi sup Malachiã prophetã. Summa est in rubro. Et diuiditur hoc capitu.in tres partes sicut ponit gl.in prima ponit Hiero.verba ꝓphetæ vsq; ad verbũ effusionis.in secunda exponit prædicta verba ad literã vsq; ad locũ,si quis doctus.in tertia exponit illa mystice siue moraliter. Pro pleniori intelligẽtia huius de decimis soluẽdis multa veniunt quærenda.

Diuisio.

1 ¶Primum est quid est decima.
2 ¶Secundum quot sunt species decimarum.
5 ¶Tertium est an soluere decimas cadat in præce pto,an in consilio.
6 ¶Quartũ est si sit præceptũ, vtrũ morale vel cerimoniale.
10 ¶Quintum vtrum omnes decimæ sint in præcepto.
11 ¶Sextum vtrum decimæ minutæ essent vel caderent sub præcepto. Raymun
12 ¶Septimum est vtrum consuetudo excuset à solutione decimarum.
15 ¶Octauũ est,an decimę debeãt dari deductis prĩo expensis.
18 ¶Nonum vtrum debeant dari solutis primo censibus, vel tributis.
19 ¶Decimum vtrum debeant dari optima pro decimis.
20 ¶Vndecimum vtrum debeãt decimæ in vinea vel prædio: an debeant portari in ecclesia.
21 ¶Duodecimũ vtrũ debeant statim cũ fructus percipiũtur.

1 Ad primum †Respondetur secundũ Raymũ.ꝙ decima est oĩm bonorũ iuste acquisitorũ talis pars.s. decima Deo debita siue in signũ vniuersalis dominij,siue pro remissione peccatorum, siue pro stipendio multum deseruientium in tabernaculo Dei. extra.e.tit. tua nobis.Concor.Hosti.in summa. Respondet.

2 Ad secundum †Rñdetur primo secundũ diuinã scripturã, ꝙ tres legim⁹ decimas ad quas tenebantur hoĩes in veteri lege.prima erat leuitarũ. secunda vt haberent necessaria in solenitatibus. tertia q̃ in tertio anno colligebantur pauperibus. ¶Pro quo nota ꝙ Iudęi singulis annis faciebant duas decimationes bonorum suorum,primã separabãt leuitis.itẽ reliquas nouẽ partes decimabãt & hanc secundã decimã sibi reseruabãt,vt ex ea ter in anno cũ ascenderent in hierl̃m oblationes, & epulationes sibi & domui suæ faciebãt,& leuitã qui etiã secũ ascendebat inuitabãt.Præterea tertio anno duabus decimis sublatis tertiã faciebant in vsus pauperũ,& hanc reponebant apud se,vt haberent vnde peregrino & aduenæ pupillo, & viduæ egentibus donarent,sed quia in noua solum de primis fit mentio de illis loquimur.Cum ergo quæritur quod sunt species earum.Rñdetur ꝙ secundũ Host.duæ sunt spẽs.quia qđã sunt Hostiensis. Respondet
3 ꝑsonales,& quædã prædiales†personales sunt quæ debentur ex negotiatione vel artificio seu scientia vel militia,aut venatione & huiusmodi.†prædiales aũt sunt q̃ proueniunt ex
4 ipsis ꝑdijs,vt vinũ,bladũ,fructus arborũ. vt ext.e.tit.ad apostolicæ.& c.pastoralis.& extra de parochijs.c.vlti.Sed de q̃busdã dubiũ est vtrũ sint prædiales an personales vt de agnis & fętibus aliorũ aĩantiũ q̃ in pascuis gregatim pascunt. Quidã vero hoc dicũt. quidã aliud sed dici põt,ꝙ sint mistæ cũ partim à ꝑdijs ꝓueniãt vnde viuunt.ar.ext.eo.cõmissum.& hac rõne videtur ꝑdiales. nã boues de eodẽ fundo intelligũtur in quo laborãt nõ in quo morantur.ff.de fun.instruc.cũ quidã partim etiã à personis proueniũt.i.à custodia personarũ q̃ si deficiat lupus inuadit.extra de reg.iu.ca.penul. & hac ratione videntur personales. Gof. vtrãq; opinionem ponit, & tamen magis videtur consentire,ꝙ sint ꝑdiales quod nobis etiam magis videtur. Gof.

5 Ad tertium In quo quæritur. †an decimæ sint in ꝑcepto, an in concilio sic proceditur & videtur quod nõ in præcepto.¶Primo sic illa sola tenentur homines obseruare tẽpore gratiæ quæ à Christo & Apostolis sunt mãdata,ẜm illud Mat.vlt.dicentis eis,seruate oĩa quæcunq; mãdaui vobis. & Apostolus dicit Act.20.Nõ.n. subterfugi quo minus annuntiarẽ vobis oẽ cõsiliũ Dei, sed nec in doctrina Xpi nec in doctrina Apostolorũ aliqđ cõtinetur de solutione decimarũ. nã quod dñs de decimis dicit Mat.27.hoc oportuit facere ad tps ꝑteritũ legalis obseruantiæ referendũ; vr̃ ergo ꝙ hoĩes tpe gratiæ non tenentur ad decimarũ solutionẽ.¶Scđo sic.hoĩes tpe gr̃ę nõ tenent magis ad obseruãtiã legaliũ,quam ante legẽ, sed ante legem nõ dabãtur decimę ex ꝑcepto.sed solũ ex voto.legit.n.Gen.28. ꝙ Iacob vouit votũ dicẽs.si fuerit Deus mecũ, & custodierit in via in qua ambulabo &c.de cũctis q̃ dederis mihi decimas offerã tibi.ergo nec tẽp ore gratię hoĩes tenẽtur ad decimarũ solutionẽ ex ꝑcepto.¶Tertio decimæ nõ ẽ rõ quare dicãtur eẽ in ꝑcepto, nisi qa seminãtib⁹ spũalia debet merces siue sustẽtatio tpalis. secundum illud Luc.10.dignus est mercenarius mercede sua &.1.Cor.9.Si nos vobis spiritualia seminamus nõ magnũ est,si vestra carnalia metamus. sed cõstat quod hæc ratio non determinat hanc aliquotam.s.decimã. ergo videtur ꝙ dare decimã non sit in ꝑcepto licet dare aliquid ministris Dei in sustentationẽ sit in præcepto. ¶In oppositum est c.præsens & sequens.¶Respõdeo iuxta magistrum

Primũ ar. Secundũ ar. Tertium ar. Opponit Respond.

gistrũ Alex.de Halis in tertio, & S.Tho.in.2.2.cũ distinguan tur tẽpora.s. ante legem in lege post legẽ in gratia euangelij dicendum est ad quæstionẽ sub duabus conclusionibus.¶ Prima est, ꝙ ẜm indeterminationẽ vt.s.aliquota pars simile da retur ad sustentationẽ ministrorũ Dei semper fuit in præcepto & de iure naturæ.vt in seq.articulo plenius dicetur. vnde Genes.47.sacerdotibus egypti cibaria ex horreis publicis præbebantur. ¶ Secũda cõclusio.ẜm determinationẽ talis partis.s.decimę ante legẽ fuit in cõsilio.vnde Gen.14.legitur. ꝙ Abrahã dedit decimas Melchisedech:nunꝙ legitur hoc sibi fuisse præceptũ:in lege vero fuit in præcepto simpliciter.vt patet Exo.23.& Nume.18.vbi dicitur filijs Leui.de di oẽs decimas Israel in possessionẽ pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Itẽ Malachiæ.3.inferte oẽm decimationẽ in horreũ meũ vt sit cibus in domo mea. Tẽpore vero gratiæ factę sunt autoritate ecclesiæ in præcepto,cũ necessitas est & petuntur à ministris etiã,si non petãtur,dum tñ sit cõsuetudo regionis. vnde extra de decimis. Alexan. Papa in c.peruenit dicit mandamus quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit sub excõmunicationis districtione cõpellere, vt de prouentibus molendinorũ &c.decimas ecclesijs quibus debẽtur persoluant, item ibi.Inno.3.in concilio Lateranensi.in.c.in aliquibus inquit,illæ quippe decimæ necessario sunt soluendæ quæ debẽtur ex lege diuina & consuetudine approbata. ¶ His habitis dicendũ est ad rõnes. Ad primam respõdetur negãdo minorẽ.dicimus.n.iuxta iã dicta,ꝙ solutio decimarũ quantum ad ipsam sustentationẽ ministrorũ Dei est in præcepto & in euãgelio Matt.10.vbi dr̃.dignus est operarius mercede sua. in Apostolo aũt.1.Cor.9.&.alle. quantũ vero ad determinationẽ certę partis ẽ reseruata determinationi ecclesiæ.¶ Ad secundam respondetur negando consequentiã, & rõ est, qa non est simile quia vt dicit S.Tho.ante tẽpus veteris legis nõ erãt determinati ministri diuini cultus, sed dicitur.ꝙ primogeniti erant sacerdotes qui duplicem portionẽ accipiebant. & ideo etiã non erat determinata aliqua pars exhibenda ministris diuini cultus,sed vt aliquis occurrebat vnusquisque dabat ei propria sponte.quod sibi videbatur sicut Abrahã quodã ꝓphetico instinctu dedit decimas Melchisedech sacerdoti Dei summi. vt dicitur Gen.14.Et similiter etiam Iacob vouit decimas se daturum, quamuis non videatur decimas vouisse quasi aliquibus ministris exhibendis, sed in diuinum cultum. puta ad sacrificiorum consummationem.vnde signanter dicit. decimas offeram tibi.in lege vero veteri erant determinati ministri diuini cultus. ideo fuit determinata pars exhibẽda eis in pręcepto,quã determinationẽ secuta est ecclesia in tẽpore gratiæ.Rõnabile visum est vt nõ minus populus nouę legis exhiberet ministris noui testamenti ꝗ populus veteris testamẽti exhibebat suis. ¶ Ad tertiã patet respõsio ex dictis, qm̃ quãtũ ad determinationẽ aliquotę partis.s.decimę,nõ ẽ ĩ pcepto in noua lege.sed pcepto ecc̃liæ.

Prima conclusio. — Secunda cõclusio. — Ad primũ argumen. — Ad secundũ — Ad tertium

6 **Ad quartum** Sic proceditur.† Et videtur ꝙ præceptũ de decimis sit cerimoniale fic. Hoc nõ est scriptum in corde hoĩs quod debeat plus dare decimã quam nonã vel vndecimã & sic de alijs aliquotis, sed præcepta moralia scripta sunt in corde hominis, vt dicit August. ergo præceptum de decimis non est morale.ergo est cerimoniale.¶ In oppositum sic.de iure naturæ est vt faciat hõ illud quod ordinatur ad salutẽ aĩæ. vt in ca. præsenti,& in seq.ergo præceptũ de decimis est morale,& non cerimoniale.¶ Respondeo dicendũ iuxta S.Tho.in.2.2. sub duabus cõclusionibus.prima est.† quod pręceptum de decimis
7 non est cerimoniale.patet conclusio. quia nũc non tenemur ad obseruanda cerimonialia,sed tenemur ad solutionẽ decimarũ,vt patet in præsenti.c.& seq. ergo præceptum de deci
8 mis non est cerimoniale. ¶ Secunda conclusio.† preceptum de decimis est partim morale,& partim iudiciale. Quãtum ad substãtiã est morale, quantũ ad determinationẽ partis est iudiciale.pro prima parte probatur conclusio.qm̃ quod eis q diuino cultui ministrãt ad salutẽ populi totius, necessaria victus populus ministret, naturalis rõ dictat, sicut & his qui cõi vtilitati inuigilant.s.principibus, & militibus & alijs huiusmodi stipendia victus debentur à populo.vnde & Apostolus hoc probat.1.Corin.9.per humanas cõsuetudines dicẽs quis militat suis stipendiis vnquã,quis plantat vineam,& de fructibus eius non edit.Quo ad secundam partem videlicet quod determinatio certæ partis.s.decimæ exhibendo ministr is diuini cultus nõ sit de iure naturali,patet ex argumẽto facto in princi.quæstionis. sed est introducta diuina institutione ẜm conditionẽ illius populi,cui lex dabatur qui tamẽ in.12.tribus esset diuisus.12.tribus.s.leuitica quæ tota diuinis ministerijs mancipata possessiones non habebat, vnde conuenienter institutum est, vt reliquæ.11.tribus decimam partẽ suorũẽ prouentuum leuiticis darent,vt honoriabilius viuerent. vnde quantũ ad determinationẽ decimæ partis erãt iudiciale,licet aliquid significaret in futurũ,sicut oĩa eorũ facta ẜm illud.1.Corin.10.oĩa in figura cõtingebant in quo cõueniebat cũ cerimonialibus præceptis quæ principaliter instituta erant ad significãdũ aliquid in futurã. Qui.n.decimã dat,quæ pfectionis signũ est,qđ denarius est numerus quodãmodo perfectus,quasi primus limes numerorũ vltra quẽ numerum nõ procedunt,sed reuertunẽ ab vno sibi nouẽ partibus reseruatis,protestatur quasi in quodã signo ad se pertinere imperfectionẽ. pfectionẽ vero ꝗ erat per decimã esse expectãdã à Deo.nec tñ pp hoc est cerimoniale pręceptum
9 sed iudiciale vt dictum est.†Est autẽ hęc differentia inter cerimonialia & iudicialia,ª quod cerimonialia illicitum est seruare ea tẽpore legis nouę, iudicialia vero & si nõ obligẽt tẽpore gratiæ,tñ possunt obseruari sine peccato, & ad eorum obseruantiã aliqui obligantur, si statuãtur autoritate eorum quorum est leges cõdere,sicut si nũc aliquis princeps statueret vt qui furatus fuerit ouẽ reddat quatuor vt legitur Exo. 24.eius subditi tenerentur obseruare.ita etiã determinatio decimæ partis soluẽdæ est autoritate ecclesiæ tẽpore nouę legis instituta,ẜm quãdã humanitatẽ vt.s. nõ minus populus nouæ legis ministris noui testamẽti exhiberet,quã populus veteris testamẽti ministris veteris legis exhibebat.cum .n.populus nouæ legis ad maiora obligatẽ ẜm illud Matth.5. nisi abundauerit iustitia vestra plusquã &c. & etiã ministri noui testamẽti maioris sint dignitatis, quã ministri veteris testamẽti vt probat Apostolus 2.ad Corin.3. Sic ergo patet quod ad solutionẽ decimarum hoĩes tenẽtur partim quidẽ ex iure naturali, partim etiã ex institutione ecclesiæ ꝗ tñ pẽsatis opportunitatibus tẽporum & ꝑsonarum posset aliam partem determinate soluendã.concor.cum S.Tho. Alex.de Ha.q in 3.suo ad pſentẽ qſtionẽ ita respõdet,quod pceptum de decimis nõ est dicẽdum morale quãtum ad suã determinationẽ,quia ẜm illum non est scriptum in corde hominis nec cerimoniale, quia non est datum principaliter in figurã significationis,sed iudiciale, quia datum principaliter ẽ ẜm rõnẽ æquitatis mutuę distributionis, vt sit æqualitas dati & accepti inter seminãtem spiritualia,& dantẽ tẽporalia ẜm ꝙ possibile est, hæc ille.& per hoc patet responsio ad argu.factum in prin.quęstionis, quia pceptum de decimis quãtum ad substantiã suã scriptum est in corde hoĩs.cuilibet.n.dicit cõscientia,quod dãda sunt tẽporalia ei qui ministrat spiritualia, sed non est scriptum quota pars sit danda.sed dominus in veteri lege taxauit decimam partem rationabili causa, & ecclesia post in noua lege.

Prima conclusio. — Secunda cõclusio. — Primũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Respondet S. Thomas — Prima conclusio. — Secunda cõclusio.

a ¶ Cerimonialia & iudicialia ad de Arch.in c. decimæ. n.4 infra. e.causa & q & quare pcepta cerimonialia sunt data. item Arc. in.ca. non est .§. his itaque nu. 6.vi dist.

S. Thom. — Ale. de Ha. — Ad argu.

10 **Ad quintum** Sic pcedit.†Et videẽ ꝙ oẽs decimæ .s.tã psonales,quã pdiales sint in pcepto.de personalibus arguitur ex illo Gene.14. quod Abrahã de his ꝗ iuste acquisierat in bello dedit decimas Melchisedech de oĩbus.ergo videẽ qđ exẽplo Abrahę decimę personales sunt persoluẽdę.¶ Secundo sic.dr̃ Macha.3. & habetur in pſenti.c.inferte oẽm decimã in horreũ meum.sed qui oẽm dicit nullã excipit. ergo personales sunt in pcepto sicut pdiales.¶ Tertio sic.dicit Augu. & habetur in c. seq. de militia & de negotio redde decimas.¶ In oppositum videẽ. quia in lege diuina nõ videnẽ pcipi nisi decimæ pdiales siue de armentis.Leui.vlti.oẽs decimæ terræ siue de frugibus siue de pomis arborũ dñi sunt.itẽ decimæ aĩalium ꝗ sub virga pastoris trãseunt.¶ Rñdeo dicẽdum videẽ sub ista cõclusione qđ decimæ personales nõ sunt in pcepto diuinæ legis,sunt tñ in pcepto ecclesiæ,vbi esset cõsuetudo uel ministri Dei indigerẽt,& pp indigẽtiã & sustẽtatione perirẽt.ista cõclusio quo ad secundã partẽ patet ex c. seq extra de decimis.c.1.re uera. quo ad tertiã vero de qua est magis dubium, patet etiã quia nullibi videtur eẽ pcepta,in aliquo passu diuinæ legis.de noua.n.lege patet,de antiqua etiã.vnde S.Tho.in.2.2.q.88.arg. 2.dicit ꝙ specialis regio fuit quare in veteri lege nõ fuit datum pceptum de decimis personalibus ẜm cõditionẽ populi illius.Tum primo quia oẽs aliæ tribus certas possessiones habebãt de quibus poterãt sufficiẽter prouidere leuitis, qui carebãt possessionibus.tum secundo quia nõ interdicebatur leuitis, quin de alijs operibus honestis lucrarentur.sicut & alij Iudei

Primũ ar. — Secundũ ar. — Tertium ar — Respondet. — S.Thom.

alij iudæi. Sed populus nouæ legis est vbiq; per mundũ diffusus quorũ plurimi possessiones nõ habẽt, sed de aliqbus negotijs viuunt qui nihil conferrent ad subsidium ministrorum Dei si de eorum negotijs decimas non soluerent, & ita ministri Dei egerent. Præterea ministris nouæ legis arctius interdicitur ne se ingerãt negotijs lucratiuis. secundũ illud. 2. ad Ti. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. & ideo in noua lege tenentur hoĩes ad decimas psonales ẽm consuetudinẽ patriæ, & indigentiã ministrorũ. vnde dicit Inno. q vbi consuetudo est tenentur soluere decimas personales, sicut & prædiales. huius opi. ẽ Hug. Cardi. vt testatur Arch. 16. q. 7. super. ca. quicunq;, item est Raymun idẽ videtur Gof. idẽ Hos. ¶ His habitis dicendũ est ad rationes in oppositũ. Ad primum respondetur negando cõsequentiã: qm Abrahã non soluit decimas ex aliquo diuino præcepto, vt. s. dictũ est. Ad secundam respondetur q in autoritate illa Malachiæ per ly oẽm nõ fit distributio nisi pro decimis prædialibus, de quibus ibi exẽplificat. ¶ Ad tertiã de Augu. respondetur, q loquitur ex præcepto ecclesiæ. Nõ autem dicit q ex præcepto diuino debeant dari.

Ad primũ argu.

Ad secundũ

Ad tertium

11 Ad sextum Sic pcedit. † Et videt q decimę minutę cadãt in præcepto, primo sic. Matt. 24. dicitur, postquã dr de decimatione mẽtæ & aneti subdit dominus, oportuit ista facere, & illa non omittere. ergo de oĩbus istis, & de cõsimilibus minutis dãda est decima. ¶ Secũdo sic. leuitici præceptũ est vt dentur oẽs decimæ, sicut de maioribus vt grano & vino, & aĩalibus. ita de minoribus vt oleribus, & pullis & ouis. ¶ In oppositũ videtur esse, qđ dicit Inn. 3. extra de decimis c. in aliqbus. q illæ decimę sunt soluendæ necessario quæ debentur ex lege diuina vel cõsuetudine approbata, sed solutio decimarũ minutarum nõ præcipitur ex lege diuina quia in veteri testamento nõ. nec in nouo, nec in pluribus locis cõsuetudo est tales soluere. ergo decimæ prædictæ sub nullo præcepto cadũt, nec ad eas hoĩes tenentur vbi non est cõsuetudo. ¶ Respondeo dicendũ sub ista cõclusione, q minutæ decimæ nõ cadũt in præcepto aliquo. Quã cõclusionẽ sic declarat S. Tho. in. 2. 2. vbi. s. Ea q ordinantur in finẽ sunt iudicãda ẽm q cõpetunt fini. decimarũ aũt solutio est debita nõ pp se sed propter ministros quorũ honestati nõ conuenit vt etiam minima exacta diligẽtia requirant. hoc. n. in vitiũ cõputatur: vt patet per philosophũ 4. Ethi. & ideo lex vetus non determinauit vt de huiusmodi minutis rebus decimæ darentur, sed relinquit hoc arbitrio dare volentiũ, quia minima quasi nihil reputantur, vnde Pharisei quasi perfectã legis iustitiã sibi ascribentes etiã de his minimis decimas soluebant. nec de hoc reprehendũtur à domino, sed solũ de hoc quod maiora. i. spiritualia præcepta contẽnebant. Magis aũt de hoc eos ẽm se cõmẽdabile esse osten. dicẽs. hoc oportuit facere t pe legis: vt Chryso. exponit q etiã videt magis in quãdã decẽtiã sonare, q in obligatione. vnde nunc de minutis nõ tenentur dare decimas, nisi forte pp cõsuetudinẽ patriæ. hæc S. Tho. cõcor. Alex. de Halis in. 3. ¶ Ad rationes in oppositũ. Ad primam patet responsio ex dictis S. Thomæ, & eodẽ mõ respondet Alex. de Hal. s. q illud verbũ Christi referẽdũ est ad statũ tẽpori legis, & illud verbũ oportuit, non sonat in debitũ, sed in cõuenientiã, vnde sensus oportuit. i. cõueniens fuit. ¶ Ad secundã respondetur negando consequentiã. & rõ est. nã vt dicit dominus Alex. de Halis nõ est similis rõ de maioribus & minutis: qa de maioribus est magis expressum q de minutis. ita q maiores decimæ sunt in pcepto. minores in cõsilio nisi cũ determinatione pdicta peterẽtur in necessitate ecclesiæ. hæc ille.

Primũ ar.

Secundũ ar.

Opponit i contrariũ.

Respondet. S. Thomas

Ghrysost.

S. Thom. Ale. de Ha.

Ad primũ argumen.

Ad secundũ

12 Ad septimum Sic proceditur. † Et videtur q cõsuetudo excuset à solutione decimarum. Primo quia alias dicere oportet, q oẽs illi qui ex antiqua consuetudine decimas non soluunt, esset in statu damnationis, q videtur valde durũ. ergo &c. ¶ Secundo sic habetur extra de decimis. c. cũ sicut homines. super verbo consuetudinem duximus recurrendum dicit gl. in decimis personalibus cõsuetudo attẽditur. vt. j. ad Apostolicæ. & in c. in aliquibus. ergo vr q cõsuetudo potest excusare à non soluẽdo decimas. ¶ In oppositũ videt qa cõsuetudo nec cõtra ius diuinũ nec contra ius canonicũ præualet, vt dicit Hiero. ad Licinũ. Traditiones ecclesiæ obseruandæ sunt, nec aliorũ consuetudine aliorũve more possunt subuerti. & Nico. Papa. di. 12. in c. scit sctã. dicit cõsuetudines obseruãdæ sunt si illis nõ obsistat canonica autoritas. ¶ Respondeo dicendũ sub certis

13 conclusionibus. Prima conclusio. † Consuetudo cõtraria excusat à peccato non soluentes decimas personales. Ista conclusio patet primo ex dictis in quinto articulo. secũdo ex dictis Raymũdi qui ita ait. Quod cum decimæ personales nõ diuino iure sint, vt prædiales: sed præcepto hominis debeãt: quia Leuit. vltim. tñ de prædialibus fit mentio. Cõsuetudo aũt ius positiuũ siue ius humanum tollat, vel in totum si est generalis. dist. 4. §. leges, vel in parte si est particularis. di. 12. consuetudo, videtur, quod cõsuetudo, contraria a culpa liberet etiã non soluentes illas maxime per constitutionẽ Inno. 3. qui dicit extra de decimis. c. in aliquibus. quod ille quippe decimæ sunt soluendæ quę debentur ex diuina lege vel loci cõsuetudine approbata. s. prædiales. concor. his Goff. dicẽs in personalibus excusare consuetudinẽ maxime vbi ecclesia nõn cõsueuit huiusmodi decimas exigere. Concor. etiam in hoc Host. Raymund. tñ dicit q sanius consilium esset vt solueret vel saltẽ autoritate Episcopi & ecclesiarũ qbus essent

14 soluẽdæ faceret sibi remitti. ¶ Secũda cõclusio est, † q nulla consuetudo excusat à decimis prædialibus soluendis. ista cõclusio est Inno. 3. qui extra. e. in. c. in aliquibus. dicit q in eo quod non soluuntur decimæ vel minus plene nulla cõsuetudo valet. vt. j. e. q. 7. quicunq;. si tamen vt dicit Guilielmus in glo. & Host. super. c. statuimus. ext. de trans. Cõpositio inter psonã ecclesiasticã & laicos sup aliqua parte decimæ seu tota de consensu superioris prælati valet. Ad idẽ est Gof. q sic ait. dic cũ do. Hugo. Card. quod decimę prędiales ex præcepto debentur, & cõtra illas nec in totum nec in partẽ, nec in diminutionẽ aliquã põt valere consuetudo, quod intelligas nisi forte per papã approbata esset per conuentionẽ seu amicabilẽ cõpositionẽ autoritate superioris subsequenter facta. & idẽ Host. in gl. super. c. in aliquibus. ¶ His habitis dicẽdũ est ad rões in oppositũ. Ad primã respõdetur iuxta Sã. Tho. in. 2. 2. vbi. s. negando consequentiã, qm licet ministri ecclesię possint requirere decimas laudabiliter tñ non requirũt, vbi sine scandalo requiri nõ possent pp dissuetudinẽ vel pp aliquã aliã causam. nec tñ sunt in statu dãnationis, qui nõ soluunt in locis illis in quibus ecclesia nõ petit nisi forte pp obstinatione animi habẽtes volũtatẽ nõ soluẽdi eis si ab eis peterẽtur. Guil. dicit in gl. põt hic dici q qñ nulla decima vel pars decimę tñ soluit dñi prędiorũ breui manu soluerũt ecclesię decimas, & eis rursus ecclesia redonauit, vel in totum qñ. s. ecclesia nihil cõsueuit recipere p decima, vel partem qñ cõsueuit recipere minus quã decimã. ¶ Ad secũdã respõdetur negando cõsequentiã. quia in illis gl. nõ habetur quod super soluẽda decima, vel non soluenda sit consuetũdo attẽdenda maxime in prædialibus decimis, sed in hoc qñ est dubium cur ecclesię sit soluenda vel de quibus rebus, nec etiã quęlibet cõsuetudo haberet locũ, nisi esset approbata per papam sicut superius dictũ est. ¶ Ad rationem pro alia parte respondetur iuxta magistrum Alex. de Halis in. 3. quod solutio decimarũ est in pręcepto. Nihilominus est differentia inter præceptũ affirmatiuũ, & negatiuũ, quia negatiuum semper obligat, & ad semper, pręceptum vero affirmatiuum & si obliget, non tñ ad semper, sed pro loco & tempore. vnde illud pręceptũ honora patrem tuũ, in quo suscipitur sustentatio patris obligat quẽlibet filium semper, nõ tamen ad semper, nisi cũ tempus & locus se offerat, vt si pater indigeat vel à filio debitum obsequium requirat, ita dicendum est cum pręceptum de decimis sit affirmatiuum. semper obligat, non tñ ad semper sed cum necessitas est, & petuntur à ministris, & etiam si non petantur dum tamen sit consuetudo regionis. vnde Inno. 3. in concilio Lateranensi extra de decimis. c. in aliquibus illæ quippe decimę sunt soluendę quę debentur ex lege diuina & cõsuetudine approbata. Si vero non sit necessitas, nec petantur aliquibus bonis respectibus non videtur curare pręceptum secundum superius dicta à S. Thom.

Raymun.

Secunda cõclusio.

Guilielmus Hostiensis.

Goff.

Ad primũ argu.

S. Thom.

Guilielmus

Ad secundũ

Ad rõnẽ in oppositũ.

15 Ad octauam Quęstionẽ qua quęritur. † vtrũ decimę debeant solui deductis primo expẽsis. Rñdet ẽm Raym. sub duabus cõclusionibus, prima

16 est † q decimę pdiales dãdę sunt nõ deductis expẽsis nec etiã illis q fiunt pro fructibus colligẽdis. ista cõclusio patet extra de decimis. c. cũ hoĩes. & c. tua nobis. vnde nec semẽ deducẽdũ est. vt dicit Gof. & Host. ti. de decimis. ¶ Secũda cõclu-

17 sio: † decimę psonales. i. de negotiatione vel artificio vel alijs q nõ cõputant in fructibus terrę distinguũtur, qa vel surgũt ex reb. decimatis, vel nõ. in primo casu deducunt expẽsę, in secũdo nõ. patet ista cõclusio. ext. e. c. pastoralis. de lucro etiã aduocationis. ẽm Guil. non debent etiam deduci expensę, vbi est consuetudo soluendi decimam de aduocatione.

Respondet. Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

Ad nonam

18 **Ad nonam.** Quæstionem † in qua quæritur vtrum decimæ debeant solui in solutis primo censibus & tributis. ¶ Respondetur, ꝙ non. & ratio est secundum San. Thom.in.2.2.quia debentur decimæ de fructibus terræ inquantum proueniunt ex diuino munere, & ideo decimæ non cadunt sub tributo, nec etiam sunt obnoxiæ mercedi operariorū, & ideo nō debēt prius deduci tributa & ptiū operariorū,q̄ soluātur decimæ.sed ante oīa debēt solui decimæ.hæc.S.Tho.cōcor. Alex.de Hal.in.3.dicens,ꝙ solutio census vel tributi nō debeat præcedere solutionē decimæ,sed ecōuerso.cuius rō est;quia quæ est cōparatio domini terreni ad cælestē, ea est cōparatio dominij ad dominiū. Terrenus.n.dominus habet dominiū particulare, & trāsitoriū,& subiectus est dño cœlesti. Dominiū vero cæleste est ppetuum, & generale,quia ergo decima soluitur sacerdoti vicario Dei in signū cęlestis & generalis dñij, ideo solutio decimæ debet pcedere solutionē cēsus,& etiā ipse cēsus & tributū decimari debet,quia & ipsum dñium tēporale obnoxiū est dño cœlesti si receptus fuerit census ante solutionē decimæ. vnde Inn.in cōcilio Lateranensi ext.de deci. & pri.c. cū nō sit in hoīe.Cū in signum vniuersalis dominij quasi quodā titulo speciali dñs decimas reseruauerit, nos & ecclesiarū dispendijs,& aīarū periculis obuiare volentes statuimus.vt in prærogatiuā dñij generalis exactionē tributorū & censuū pcedat solutio decimarū vel saltē hi ad quos cēsus vel tributa indecimata puenerint, qm̄ res cum onere suo transit ea per censuram ecclesiasticā decimare cogantur ecclesijs quibus de iure debentur.

Respondet S. Thomas

Ale.de Hal.

19 **Ad decimam** Quæstionē in qua quæritur.† vtrū optima debeāt dari ꝓ decimis. Respōdetur iuxta Innoc.in gl.c.pastoralis. ꝙ agnos pullos vitulos & huiusmodi non tenetur quis dare optimos, nec deteriores sed mediocres sed sicut transeant sub virga pastoris. Qđ decimū fuerit sanctificabitur dño, vt Leui.vlt.indignū est enim dare Deo ꝙ dedignatur habere dñs.di.49.c.vlt.j.e.q.7.omnes decimæ.idem Hostien.& Goff.

Respondet. Innocen.

20 **Ad vndecimam** Quæstionē in qua quæritur. † vtrū decima sit soluenda in vinea vel in prædio vel an debeat deportari ad ecclesiā. Respōdetur ₰m Host.ꝙ in hoc debet seruari cōsuetudo.ar.ex. de sepul.certificari.Gl.tn̄ hic sup verbo in horrea mea dicit ar.ꝙ rustici debent in horrea deferre decimas,ad ecclesias ipsas.ar.j.q.7.decimas.sed melior videtur sententia supradicta tūc etiā videtur factū,qa sic erat cōsuetudo,nō præceptum.

Respondet Hostiensis.

21 **Ad duodecimam** Quæstionē in qua q̄ritur † vtrū decima sit soluēda statim cū fructus pcipiūtur.Respōdetur sub duabus conclusionibus. Prima est ꝙ decimæ personales solui debēt vbi est cōsuetudo eas soluere eo tēpore quo maior cōmoditas prouenit ecclesiæ,& ideo videtur ꝙ in fine anni dari possunt,vt sic maior vtilitas proueniat ecclesiæ,q̄ si per minutas soluerentur.ar.ex.de pig.c.ex literis.idē Host.& Gof.& Ioā. An. & addit Host. ꝙ si quis ante annum velit soluere non video ꝙ possit refutari,quia hoc iure expressum non est.concordat cū hoc Inn.in gl. sup c.pastoralis. ¶ Secūdo cōclusio est ꝙ decimæ pdiales sunt soluēdæ statim cū fructus pcipiūtur & anteq̄ inde separaretur cēsus vel tributū,vel ptia rusticorū,& antequā deducantur expensæ, & antequā per negligētiā inde aliquid furto vel rapina possit auferri, & anteq̄ res indecimata alienetur vel vēdatur ex.e.tua nob.s.&.c.cū non sit in hoīe.& idē Ale.de Halis in.3.Et hoc dictū sit de quæstionibus motis:vidēda iā est litera,quia de primitijs disputabitur.j.q.7.c.decimas, Lege.¶[Reuertimini.] Hoc scriptū est Malachiæ.3.ꝙ inducit hic Hiero.ad hoc: ꝙ decimæ sint dādū & primitiæ sacerdotibus & ministris ecclesię, & qui nō soluunt grauiter Deū offendūt[reuertimini]p pœnitētiam, & bona opera.Hu.& Arch.[reuertar]conferēdo gratiā, & bona tēporalia magna (vt inquit Hierony.)est Dei clementia dū eos qui à se recesserant ad reditū inuitat, vt ipse quoq; ad eos redeat: sed audi quā imprudētur isti nō recognoscētes culpā dicūt[in quo reuertemur]ac si dicant. Nos nō discessimus,vt nos reuerti oporteat.in quo grauius peccabant peccatū excusando,nō sic iustus q in principio accusator est sui. Proue.18. [si affligit hō Deū]more humano loquitur quia
22 Deus cū sit impassibilis.vt.2.2.q.4.incōmutabilis.† sed dicitur affligi.quia moleste fert peccata hoīum.vnde in verbo affligi denotatur,peccati acerbitas displicens Deo: vel dr̄ affligi in suis, tunc est sensus.[affligitis me].i.meos sacerdotes

Respondet. Prima conclusio.

Hostien. Ioan.And. Innocen. Secunda cōclusio.


Ale de Hal.

Exponit literam.

Archid.

quibus decimas & primitias denegatis.Hu.[in quo configimus te.]respōdet.[in decimis]& primitijs quas non soluitis. Ecce ꝙ nō reddētes decimā dicuntur affligere Deū,in quo manifestū est tales grauiter peccare.[& ideo in penuria]quā patimini pp hoc. Hu. Arc.[maledicti].i.puniti vel peccato
23 res cōstituti.† duplex est.n.maledictū.s. pęnæ & culpæ, vnde dr̄ maledictus homo qui pependit in ligno. Hu. maledicti quidem[quia vos me configitis]sicut.s̄.expositū est [tota gēs] .i.vos oēs Hu.vel tota.i.toti,& oēs generaliter viuētes.Hug. [nūc exequamur ordinē prophetæ].i.verba eius:& text.per ordinē verba sunt Hier.inserta[quia mihi] verba sunt ꝓphetæ nō ₰m trāslationē,sed de illa vel alia translatione Hiero. habuit verba ista: ṗdicta aūt verba sunt nostræ translationis Hu.[supplātastis].i. decepistis quantū est in vobis[vel me].i. meos sacerdotes.Hu. [fraudati estis]actiue[ecce annus]ar. ꝙ decimæ singulis annis soluēdæ sunt,& hoc verum est [ꝓ decimis].s.non solutis. Archi.ponit mala quæ dñs infert frequenter propter ingratitudinem non soluentium decimas, immittit certe sterilitatem,vt ait contra vbertatem:secūdo siccitates,infirmitates,& mortalitates.2.Paral.6. clauso cœlo pluuia nō fuit propter peccata populi[hortor vos].i. præcipio.qm̄ decimæ ex præcepto debentur, sicut superius declaratum est vt.j.ca.proxi.& j.q.7.decimas. & patet etiā ex pœnis quæ à domino inferūtur nō soluentibus eas[in horrea]ar.† ꝙ à rusticis decimæ deferendæ sunt ad ecclesiā.Hu.
24 & in gl.[& probate]ecce q̄ ꝓmittit soluentibus decimas.primo largitatē pluuiæ ib [si nō tantas pluuias &.c.catharactę.] .i.fenestræ,& meatus, vnde pluuia descendit.₰m ꝙ promittit est benedictio largissimæ abundantiæ ibi[& effundā vobis benedictionē]tertiū ꝙ promittit est remotio animātiū deuorātiū bona terræ,ibi cū ait[& increpabo pro vobis &c. ex ira Dei]sæpe.n.Deus pp peccata hominum irascitur, & affligit eos fame siti:& multis pestilentijs, sicut patet deut. 11.& 7.q.1.sciscitatis.& di.55.si gens.&.23.q.4.si quos.Hu. & glo.[possumus]secūda pars. Expositio ista moralis ita plana est,vt expositione non egeat.

4 *Decimæ an sint soluendæ de terra seminata semine furtiuo:*
Et quid de agro seminato de vsura.nu.5.
6 *Clerici sunt de numero pauperum.*



Decimæ tributa Ad idē sequit hoc. c. ꝙ est beati Au.in quodā sermone de decimis. Sūma ē ꝙ decimæ sacerdotib' debēt solui & ꝙsoluētes multa bona cōsequūtur. Diuidit aūt hoc c.in tres partes. In.1.ponit ꝙ dictū est. In.2.ponit de q̄bus rebus decimæ soluēdæ sunt.in tertia dicit ꝙ decimę sunt in debito;quas qui nō soluūt multorū rei sunt. secūda ibi,de militia;tertia ibi,decimæ ex debito.Pro pleniori intelligentia huius c.hic.Queruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primū est q̄ sunt bona quę cōsequūtur decimas soluētes.
2 ¶ Secundum est vtrum decimæ soluendæ sunt de omnibus rebus quæ homo iuste possidet.
3 ¶ Tertium est vtrum de male siue illicite acquisitis decimę sint soluendæ,sicut de furto vsura & meretricio &c.

1 **Ad primum** † Respōdetur iuxta Raymun. iuxta etiam hunc tex. quod qui bene & fideliter soluit decimas quadrupliciter remuneratur à Deo. prima remuneratio abundantia fructuum. scđa sanitas corporis. tertia indulgētia peccatorū,quarta cœleste regnū: de primis duabus dicit Aug.hic in prin.si decimas dederis nō solū &c.de duabus vltimis idē Au.in præsenti.c.in fi.qui præmiū cœlestis regni comparare aut peccatorū desyderat indulgentiam &c. Qui vero nō dat decimas vt debet punitur in quatuor oppositis vt dominus Malachiæ.3.& in cap.pręcedenti habitum est,dicendum. Qui mihi non dedistis decimas, & primitias, idcirco in fame & penuria maledicti estis. item Augu.in præsenti cap. cum enim decimas dando, & cœlestia & terrena possis promereri prę auaritia duplicem fraudas id est subtrahis ibi. item ibi idem Augustinus. hæc est dominij iustissima consuetudo, vt si tu &c. Et no.ꝙ infra.q.7.c.maiores.dicit August.

Respondet Raymun.

2 **Ad secundam** Quæstionē sic proceditur. † Et videtur ꝙ de omnibus licite & bene possessis sit decima dāda. Primo videtur ex.c.præsenti vbi ait Augu.de militia de artificio & de negotio redde decimas.¶ Secundo idem argu.ex.c.ex transmissa.extra de deci. vbi dicit

Primū ar.

Secundū ar

vbi dicit Clemens.3.quod fidelis homo de omnibus quæ li
cite põt acquirere decimas erogare tenetur mandamus &c.

Tertiũ arg.

¶ Tertio arguitur ex illo deu.12.Offerentis decimas & pri-
mitias manuũ vestrarũ.Et Neemiæ.10.accipient decimas
ex o[p]us operib. manuũ vestrarum.

Opponit in contrariũ.

¶ In oppositũ arguitur.
solutio decimarum videtur ex veteri lege esse introducta,
sed in veteri lege nullũ præceptũ datur de personalibus de-
cimis nec de minutis, nec de eis nũc tenentur hoĩes soluere
decimã,nisi pp consuetudinẽ patriæ vt circa pcedens.c.fuit
disputatũ in.5.&.6.articulis. ergo videtur ꝙ de oĩbus quæ
hõ licite possidet nõ est soluẽda decima.

Respondet.

¶ Respondeo dicẽ
dũ sic cũ quæritur, vtrũ de oĩbus licite possessis sit soluenda
decima.si ly oĩbus distribuat vniuersaliter ꝓ omnibus tam
immobilibus ꝙ̃ mobilibus.Tũc est cõclusio ꝙ de oĩbus lici
te etiã possessis nõ est soluẽda decima. quia nõ de immobili
bus vt puta de possessionibus:de quibus,vt dicit B.in gl.c.pa
storalis.extra de decimis decima de immobilibus nõ est sol
uẽda:quia vt inquit res ad quẽlibet possessorẽ transit cũ one
re suo:vt.j.c.cũ nõ sit.qm cũ dominus Deus terrã alienã de-
derit filijs Israel:tñ de fructibus sibi decimas dare mãdauit:

Hostiensis.

¶ Præterea si de possessionibus decima daretur,cito posses
siones reuoluerẽtur ad ecclesiã. hæc ille. & ibi dicit Host.ꝙ
hæc opi.benignior & æquior est & tenẽda est.Si vero ly oĩ-
bus distribuat ꝓ solis mobilibus vr̃ esse cõclusio ꝙ de oĩbus
soluẽda est decima maxime vbi cõsuetudo ecclesię talis est
&ministrorum indigẽtia hoc exposcit.Cõclusio satis ar.in
prin.positis patet.nihilominus iuxta.S.Tho.in.2.2.vbi.s̃.sic
ostẽditur de vnaquaq; re præcipue est iudicandũ ſm eius ra
dicẽ:Radix.n.solutionis decimarũ est debitũ quo seminãti
bus spiritualia debentur carnalia ſm illud Apostoli.1. Cor.
9.Si nos spiritualia vobis seminamus,nõ,est magnũ si carna
lia vestra metamus.q.d.nõ super hoc.n. debitũ fundauit ec-
clesia determinationẽ solutionis decimarũ. oĩa aũt quæcũq;
hõ possidet sub carnalibus cõtinentur.& ideo de oĩbus pos-

S. Thomas Raymun.

sessis decimæ sunt soluẽdæ.hæc S.Thõ.concordat Raymũ.
respõdens ad quęstionẽ,qui ita ait,decimæ dari debẽt de oĩ-
bus fructibus terrarũ:pomis arborũ,herbis ortorũ,nutrimẽ
tis aĩaliũ,lana,lacte,feno,lignis,piscationibus,venationibus,
affictis.i.firmis,pẽsionibus,molẽdinis etiã ad vẽtum,balneis
fullonibus,itẽ de negotijs & artificijs & ceteris bonis, etiã
de tẽpore.de cõsecra.di.5.c.quadragesima inducit ca.p̃sens.
&.q.7.quicũque.&.ca.oẽs decimæ.& extra de deci.cõmis-
sum.&.c.nuntios.&.capitulo.non est in potestate. & genera

Hostien.

liter, vt dicit Hostien.de omni lucro licite acquisito debet
dari decima. His habitis satis clare patet responsio ad argu-
menta vtriusque partis.

3 **Ad tertium** Sic ꝓceditur.†Et videtur ꝙ de ma-
le siue illicite aut turpiter acquisitis
vt puta ex iniusto bello,furto,rapina, simonia,vsura,iniusto
pedagio vel ludo iniusto, tallia vel aliqua exactione, iniusta
sententia,&ex eo ꝙ iudex per connexionẽ extorquet, vel
meretricio, histrionatu, & similibus non teneatur quis dare

Primũ ar. Goffred.

decimã.Primo sic dicitur.Prouerb.21.hostiæ impiorũ abo-
minabiles,quæ offerũtur ex scelere.su p quẽ locũ dicit Greg.
Quidquid in Dei sacrificio ex scelere offertur oĩpotentis,

Secundũ ar.

Dei non placat iracundiã: sed irritat. ¶ Secũdo sic.Eccle-
siasti.34.dicitur. dona impiorũ nõ probat altissimus,nec re-

Tertiũ ar.

spicit in oblationibus iniquorũ. ¶ Tertio sic.dicit Grego.
Scriptũ est,honora Deũ de eius iustis laboribus.qui ergo ma
le accipit vt quasi bene præberet.Cõstat sine dubio quod do
minum non honorat. Si ergo tã meretrix quã vsurarius &
alij supra nominati male accipiũt.ergo de illo non possunt

Opponit in contrariũ.

Deũ honorare. ergo nec decimã dare.¶In oppositũ argui-
tur sic.dicit humana lex.ſ.ff.de condi.ob tur.cau.l.idẽ.§.sed
quod meretrici,ꝙ turpiter facit meretrix,quia est meretrix
sed nõ turpiter accipit. ergo mercedẽ meretricij iuste possi
det.sed de iusto possesso iusta potest fieri distributio. ergo
& dari decima.¶ Respõdeo dicẽdũ iuxta tã gl.ꝙ̃ Ale.de Ha.
in tertio& San. Thom.in.2.2. quod decimarum aliæ sunt
personales, aliæ prędiales. Si personales distinguendũ est.
quia aut est translatũ dñium pecuniæ decimãdæ in accipiẽtẽ
& non cõpetit repetitio siue nõ tenetur restituere, vt in mẽ
retrice,& in histrione, aut nõ est translatum,vt in fure,simo
niaco,in vsurario,in raptore, & in malo ludo, in iniusta ex-
actione,& in iniusto bello, & huiusmodi,si nõ est translatũ
dominiũ tũc est cõclusio.Qđ de talibus nõ est soluẽda deci
ma nec ecclesia eã põt accipere.Ista cõclusio patet ex illo Ec
clesiast.35.postꝙ̃ dixit sanctifica decimas tuas, subiun. it,no
li offerre munera praua.nõ.n.suscipiet illa Deus.Si vero trã
latũ est dominiũ,tũc est conclusio,ꝙ tenetur talis decimam
dare.sed ecclesia nõ debet eã suscipere,quandiu psona illa est
in scelere publico, ne videatur eius ap probare delictũ. Ista
cõclusio patet ex illo Ecclesiasti.23.nõ offeres mercedẽ pro
stibuli,nec prætiũ canis. Et canis põt dici Histrio.bene dixi
mus in scelere publico,quia secus esset si occultũ faceret pec
catũ, licet prælatus hoc sciret.ar.32.q.5. Christiana.6.q.1.si

Quæstio: Respondet.

oĩa.Surgit hic qõ. Quid si talis peccator cõuertit. Respõde
tur ꝙ si talis accipiat pœnitentiã,& deserat prauã vitã pote-
rit ecclesia recipere ab histrione,& meretrice præteritas de

Ale.de Ha.

cimas, vt dicit magister Alex.in tertio. & Raymũdus.quia
sicut dicit beatus Grego.super Ioan.28.ferrũ de terra tolli-
tur &c.di.50.ferrũ. & nõ debet despici qui separãs ab actio
ne terrena, in eo ꝙ fuit,quia iã incipit esse quod nõ fuit. Itẽ

S.Thom.

dicit S.Tho.in.2.2.vbi.s̃.& Innocen.super.c.ex trãsmissa. Si
vero decimæ prædiales, est cõclusio,ꝙ indistincte solui de-
bent à possidente pdia, nõ solũ catholico:verũ etiã Iudæo,
vel hæretico vel pagano ext.e.de terris.Et ratio est, vt dicit

Ale.de Ha.

Alexander de Ha.quia tales decimæ nõ dãtur intuitu ꝑsonę:
sed quasi ex censu debito prædiorũ. idẽ dicit Raymũdus, &
4 Hosti.& Goffe.¶Sed hic surgũt duę q̃stiones†vna est.Quid

Primũ qõ. Respondet.

si terra est seminata ex semine furtiuo vel rapto aut huiusmo
di.Respõdetur, ꝙ nihilominus decima recipi põt rõne præ
5 diorũ ſm Ray.& S.Tho.¶Secũda questio est†de agro semi

Secũdũ qõ Respondet

nato,de vsura dimissis alijs opinionibus dicendũ est, ꝙ vsu-
rarius tenetur dare decimã,& ecclesia licite põt recipere, qa
ipse prouẽtus fructuũ nõ venit ex actione vsurarij, sed etiã
diuina largitate,& opere,quo multiplicatur semẽ. Præterea
hoc est debitum rõne prædij,& rõne personæ,vt dicit Alex.
de Halis.& S.Tho. addit: etiã si ager sit emptus de pecunia
vsuraria, vsurarius tenetur decimas dare de fructibus eius,
quia fructus illi nõ sunt ex vsura,sed ex Dei munere.His ha

Exponit literam.

bitis respõsio patet ex dictis ad argumenta facta pro vtraq;
parte.Lege.¶[Decimæ tributa egentiũ aĩarũ].s. filiorũ leui;
6 qui partẽ possessionũ non receperunt cũ ceteris.† Nã clerici
sunt de numero pauperum.23.q.7.quod aũt.&.s̃.j.q.2.sacer
dos.Archi.vnde merito decimas dicit tributa, quia Christi
sacerdotes reges spirituales sunt: vnde dictũ est Apocal.5.
fecisti nos Deus noster reges & sacerdotes &regnabimus su
ꝑ terrã.& ideo eis tãquã regibus debetur tributũ decimarũ,
& primitiarũ[vel aĩarũ egentiũ.]i.pauperũ,siue clericorum,
siue laicorũ.ideo dicũt.n.decimæ dãtur,vt inde clerici & alij
pauperes pascãtur. Hu.ꝙ[si decimas]inducit Aug.hoĩes ad
soluendum decimas remuneratione, ꝙ̃ dominus tribuit be-
ne soluẽtib' eas[præmium.] quia Psal.15. qa bonorũ nõ indi
get.[honorẽ]qa ei debetur honor & gloria.i.soli Deo honor
& gloria.sed ipse pręmiũ seruantibus mãdata sua pollicetur.
Mat.19.Si vis ad vitã ingredi, serua mandata,& ita solutio
decimarũ prodest soluentibus nõ Deo,cui nõ succedit pro-
fectus. quia nihil deest ei[tardius] peccatũ est tardius dare.
sed maius multo nunquã dare.de tẽpore aũt solutionis supra
dictũ est tã de prædialibus,quã de personalibus circa articu-
lũ.12.[de militia].2.pars de acquisitis per mali-
tiã.i.cũ bellũ est iustũ,quia si iniustũ est secus, sicut in dispu
tatione tertij articuli explicauim' [negotio].s.licito [artifi-
cio]generaliter accipitur, & cõprehẽdit oĩa genera artificio
rũ.Hug.[iustissima]certe Deus summe iustus vindicat iuste
auarum decimarum fraudatorẽ,& punit vt qui sacerdotem
in decima deprædatur per iniquũ militẽ in totum spolietur:

Dionysius.

sibique sentiat dictum illud Esa.33.ve qui prędaris,nõne ip-
se prædaberis &c. [bene facere]vt.n. inquit Diony.bonum
diffusiuum est sui ipsius, & optimum vt inquit Plato est op
tima adducere[decimæ].3.pars[ex debito]. quia sunt in præ
cepto, sicut supra dictum est,& per consequens sacerdotes
à quolibet detentore petere possunt tanquã suas & qui eas
non reddunt tanquã fures, & latronesres alienas inuadunt
[homicidiorum]quia subtrahũt panem indigentibus, vnde
& ipse eos interficere videtur,vt dist.86.pasce. & 13.quæst.

August.

2.qui oblationes.Hu.[reddat]qa nõ dimittitur peccatũ ni-
si restituatur ablatum vt scribit Augusti.ad Macedonium
& supra.14.quæst.6.si res.[& de nouem]ergo decimam par
tem debet dare rusticus pro decima,& nouem partes sibi re
tinere.



Postolicus. Ad idem est hoc capitulum quod est Hir.in quodã sermo
ne,summa est in rubro.Breue est.Lege.¶[Apo
stolicis euangelizatoribus] euangelizatores vo-
cat: qui

cat, qui Apostolorum locum tenent quo ad prædicationem, & officium ecclesiasticum, vt sunt clerici scilicet sacerdotes, Epi & alij prædicatores quibus victus necessaria debentur Mat.10.&.1. Corin.9.[in necessarijs vsibus].s. nõ superfluis arg.44.dist.§.1.Hug. nam victu & vestitu contẽti esse debemus.vt.10.q.2.Episcopus.Hugo.[condemnare] quia debitum subtrahit eis.Hug.

Quod autem. §.est,in quo Grati.postquam ostẽdit an monachi debeant soluere decimas;nunc ostendit an debeant seu possint recipere decimas & respicit ad illũ.§.superiorem.de his vero,& dicit autoritate beati Hiero.ꝙ licite accipiũt decimas ab alijs si eis cõcedantur, vel donentur qui habent potestatem donandi illas.Hug.& Archid.

2 *Religiosi possunt accipere decimas eis concessas autoritate ecclesiæ.*

Non tamen non concessas.nu.3.

4 *Religiosi habentes curam animarum possunt percipere decimas sicut alij clerici.*

6 *Laicus tenens decimam ab ecclesia in feudum an possit ipsum feudum in alium laicum transferre.*

9 *Decimæ an sint soluendę clerico qui non seruit ecclesiæ vel est notorius fornicator.*



Diuisio.

Voniam quidquid. Ad idem est hoc c. quod est beati Hiero.ad Damasum papã.summa est in rubro.vel ꝙ licitũ est clericis cõcedere decimas monachis.Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponit id quod dictũ est.in.2.dicit,ꝙ laicis vsum decimarũ vel primitiarũ habere non licet.in.3.dicit,si tñ ab eis fuerint aliquando detentæ poterũt eas consentiente Episcopo in monachos trãsferre.in,4.qui sunt clerici,qui de bonis ecclesiæ debeant sustentari.2 ibi:quod aũt.tertia ibi,quamobrem.4.ibi,clericos.Pro pleniori inteligentia huius.c.Quæruntur quatuor.

1 ¶Primum est vtrum liceat monachis siue religiosis accipere decimas,

5 ¶Secundum est vtrum liceat laicis accipere decimas.

7 Tertium est vtrum rustici respõdentes militibus siue laicis de decimis excusentur à peccato.

8 ¶Quartum est vtrũ clericis diuitibus ex proprio patrimonio sint decimæ dandæ.

19 in omnibus prædictis cum Raymundo.† Ciuiliter autem præscriptio interrumpitur secundum Rayn.in iudicio tribꝰ modis.primo per libellum principi oblatum,& hoc valet tãtum in quibusdam actionibus quæ annales vocantur quæ ꝑ hoc perpetuantur.C.quando libellus principi obla.li.contestat.l.2.item interrumpitur præsciptio per querelam iudici factam,& rei secutam,& hoc valet in omnibus actionibꝰ C.de prescrip.30.vel.40.an.sicut in rem.item interrumpitur in omnibus actionibus per lite.cõtest.C.de præscrip.30.vel.

20 40.an.l.fi.†Extra iudicium interrumpitur quinque modis ciuiliter.primo modo per vsurarum solutionem, per quam interrumpitur præscriptio quę currere videbatur cõtra creditorem non petentem debitum.C.de præscrip.30.vel.40. an.cum notissimi.¶ Secundo interrumpitur per cautionem scilicet quando debitor nouã facit cautionem, vt in.d.l.cũ notissimi

notissimi quia vt dicit gl.quoties debitor renouat cautionē super debito interrumpitur præscrip.¶ Tertio per protestationem,vt quando quis iusto metu vel alia causa impeditus non potest rem suam petere,protestatur coram iudice ordinario,vel corā publicis & honestis personis.extra de of.or. pastoralis.vel cum quis propter iustum metum .non audet comparere coram iudice ad ap.infra.10.dies.vt extra de ap. si iustus.¶ Quarto interrumpitur per denuntiationem factam colono.extra vt lite non conte. quoniam.C.vbi in rē ac.l.2.gl.dicit per denuntiationem.i.citationem factā de parendo iuri coram iudice super rem quam possidet nomine alieno.¶ Quinto interrumpitur per synodalem proclamationem vt puta cum aliquis sacerdos proclamat in synodo generali, vel prouinciali, quod alius sacerdos tenet rem ad ecclesiam suam expectantem.extra de præscip.sanctorum

Quæstio. Respondet. Raymūdus
21 † surgit hic questio in quibus casibus non currit prescriptio nec etiam interrumpitur sed quiescit vel dormire dicitur. respōdetur secūdū Ray.quod in septem casibus primus est tempore prelati qui male alienauit rem ecclesiæ.i. quandiu talis viuit,& tenet ecclesiam.Nam quandiu viuit non currit præscriptio contra ecclesiam.no.j.e.q.si sacerdotes: secūdus est toto tempore vacationis ecclesie.tertius est si prælatus Ecclesiæ hereticus fuerit.de his duobus extra de præscri.c.1.& c.auditis.quartus est tēpore scismatis extra.c.cū à nobis,quintus est tempore excommunicationis ipsius prelati ꝙ intelligo si non sit negligens in petenda absolutione extra de cōces.pben.quia Et rō est ꝟm gl.hic qa excōicatio nō pōt agere ad interrūpēdā pscriptionē,q̄ currebat contra ipsum.Sextus est tēpore ætatis pupillaris.C.in qbus casibus non est necesse in inte.resti.l.vl.septimus est generalis,qn̄ qs iusta causa impeditus non pōt agere.extra de app.ex rōne.ff. qbus ex causis maiores.20.annorum in inte.resti.l.ꝙ qdē.& l.nūc.n.& j.e.q.porro.extra.de.elec.ne ꝓ defectu.de his etiā Inn.in glo.e.ti.sup.c.trāsmissam.vbi specificat ipse de tēpore hostilitatis & captiuitatis.vt.e.c.trāsmissam.†

Quæstio. Respondet.
22 Surgit etiā hic qō vtrum currat præscriptio cōtra eū q diu aliqd soluit sine causa.respōdetur iuxta notata in gl.c.quia.10 q.3:quod non currit,imō pōt autoritate ꝓpria retinere quod de iure nō pstitit,licet diu soluerit.vt.C.de agri.&.cēsi.l.litibus. Tēpus enim ei non inducit obligationem.extra de censi. peruenit.nec in talibus currit præscriptio sine causa,etiam si quid lōgissimo tempore gratis præstitū sit in hoc nō currit præscriptio.vt.j.e.clerici.&.ca.si episcopus.¶

Quæstio. Respondet.
23 Surgit alia qō† in cipit præsciptio.respondetur ꝟm Ray.& gl.ibidē.quod pscriptio nō incipit cure in actione reali vel psonali.nisi ex quo qs agere pōt iure nō impediēte vnde filio familias nō currit pscriptio in rebus aduētitijs,nisi ex quo liberatus fuerit à patria potestate.†

24 Actio realis est ꝟm gl.qn̄ qs rē suā ꝓseqtur apud quēcūq; detētorē,vt est rei vēditio. Actio psonalis est, p q̄ cōtra psonā agitur ex aliquo cōtractu,vel maleficio,vel quasi,vt ē actio excēpto.actio tutellæ,actio furti actio de eiectis & effusis. Itē nec cōtra mulierē in dote pscriptio currat, nisi soluto matrimonio vel marito vergente ad inopiā.qa ex tūc pōt petere dotē,si nō repetit currit cōtra eā pscri.Itē nec creditori currit præscriptio,nisi si existēte debiti petēdi cōditione,vel adueniente die.vnde si promisi creditori centum si nauis mea venerit de Asia,non currit contra eum præscriptio quousque venerit nauis,nec currit nisi aduenerit dies so

25 lutionis.† vnde si credidisti mihi decem vsq; ad.10 annos,nō incipit currere præscriptio contra te nisi completis.10.illis annis.probantur prædicta.C.de anna.excep.l.1.§.vlt.C.de iur.do.l.in rebus.§.omnis.C.de præscri.30.an.l.cum notissimi.§.illud autem.cōcordat cū prædictis Vlrichus.& In.vbi supra.¶ Vltimo quæritur vtrum ille qui completa præscriptione cum bona fide cotinua & iusto titulo & alijs circunstantijs suprapositis incipit habere conscientiā rei alienæ teneatur restituere.Et videtur quod sic,dicit enim Aug. de fide & operibus ,& ponitur.34.q.2.si virgo.si virgo nesciens viro nupserit alieno,hoc si semper nesciat nunquam ex hoc erit adultera.si aūt sciat,tā ex hoc adultera erit , ex quo cum alieno sciens cubauerit.ergo similiter tandiu possessor bone fidei dicitur quandiu possidere alienum ignorat. Cum vero sciuerit nec ab aliena possessione recesserit,male fidei possessor erit.& ita iniuste possidet,& restituere tenetur.¶ In oppositum arguitur sic,quod non est alienum & iuste possidetur,non tenetur restituere.sed istud non est alienum , cum iure possideatur, secundum Aug.in.c.quid dicam.14.q.4.ergo &c.¶ Respondetur dicendum dimissis varijs opinioni-

Vlrichus. Quæstio. Primum ar. Opponit in contratium. Respōdetur

bus sub ista conclusione,quod si concurrant omnia pertinētia ad legitimam præscriptionem talis possessor nō tenetur ad restitutionem.Hanc conclusionem ponit dominus Vlrichus in summa sua.quam sententiam dicit tenere ecclesiam vbique terrarum in consuetudine,& approbat pluribus constitutionibus vt patet 16.q.3.per totū.& extra de præscrip. fere per totum.cuius statutis stādum est.vnde Hierony.sup illud prouer.3.ne innitaris prudentiæ tuæ.dicit prudentiæ suæ innititur,q ea q̄ sibi agēda vel dicenda videntur patrum decretis præponit.Et addit quod hoc tenendum sit non solū secundum forum iudicij,sed etiam secundum forum conscientie.idem dicunt Goffr.& Hostie. concordat etiā Inn. in glo.e.ti.sup.c.qm̄ oē.& B.ibidē. Itē etiam Monaldus in summa sua.Adducitur communiter ratio ad hoc , quoniā vt dicit Aug.ad Vincentium.Cum res terrena recte possideat iure humano,quod est in potestate regum terræ, multo fortius recte possidetur quod possidetur iure regali approbato autoritate ecclesiæ.Cum ergo autoritate vtriusque potestatis dominium rerum sit translatum in eum qui legitime pscripsit,& in hoc sit multiplex vti. cōmunitatis hominum. Expedit.n. dominia rerum esse distincta,& non confusa , ad vitandum bella,& alia multa mala,talis iuste possidet que legitime præscripsit.vnde cum res illa facta sit sua beneficio iure autoritate iuris , non est dicendum quod habeat consciētiam rei alienæ,immo talis conscientia esset erronea. sed habet conscientiam de re que fuit aliena.vnde propter cōscientiam de re que fuit aliena non tenetur reddere rē præscriptā secundum canones.dicit tn̄ Ray.quod si talis possessor post completam præscriptionem habet cōscientiam remordētē scilicet quod non posset rem præscriptam sine peccato mortali retinere,& talem conscientiam non posset deponere, tūc consulendum est ei,quod restituat.quia q facit cōtra cōsciētiā etiam erroneā ædificat ad geenuam.11.q.3.cui est illata. & extra de simo.per tuas.¶ His habitis patet respōsio ad argumentum in oppositum de.c.si virgo Respondetur quod non est simile.quoniam in illo casu vir acceptus post primū nullo iure efficitur suus primo viuente,hic autem res post præscriptionem completam concurrentibus omnibus pertinentibus ad præscriptionem legitimam efficitur possessoris. Quibus superius notatis facilius descendemus iam ad literam capitulorum.

Vlrichus. Hyeroni. Goffredus Hostiensis Innocen. Monaldus Raymund.

1 *Episcopus possidendo bona fide parochias alterius præscribit per triginta annos.*

PEr singulas. Ad probādū quod prescriptione temporis omnia iura tollantur , inducit sequentia tria capitula, primum est,quod hoc est Calcedonen.cōcilij. Summa est† quod vnus episcopus parochias alterius per.30.an.bona fide possidēdo prescribit,nisi infra ipsos.30.an.fuerit ꝓscriptio irrupta. Breue est. Lege. ¶ [Per singulas]ordo[decernimus parochias rusticanas].i. quæ in villis & rure sunt , semper manere immobiles apud eos Episcopos,qui eas tenent,i.possident[per singulas Ecclesias].scilicet Episcopales[& maxime].i.ita demū tantū si eas[sine violentia].i.inuasione & vsurpatione,vel sine questione & molestia.j.e.q.4.volumus.vel dic secundū Hu. [sine violētia]scilicet animi.i.sine scrupulo animi quasi bona fide & iusto titulo.quorum vtrunque exigitur in prescriptione Ecclesiastica.extra de prescr. si diligenti.Hu.vt.¶ diximus[.30.an.]hodie statur huic numero.sed.40.an. vt.s. notatum est.j.e.q.quas actiones.[si vero potest dici].2.pars [dubitatio]per litē contestatā, vel aliud equiualens res efficitur dubia, vel per libellum principi oblatum , sicut supra notatum est de his per quæ interrumpitur prescriptio.Non enim sufficit si petitor dicat.tu detines rem meam ,nisi legitima fiat possessionis interruptio,scilicet per litem contestatam,vel alio mo.vt.j.e.q.§.potest.Hugu.

Exponit literam.

1 *Prescriptiones omnes sunt odiosæ.*

PRæsulum. Ad idem sequitur hoc cap.quod est Papæ Gelasij.Summa est in rubro.vel sic.dioceses spatio.30.an.debent immobiles pertinere,siue præscribuntur . Et diuiditur hoc capitulum in duas partes.in.1.docet qualiter Episcopi facultates Ecclesiæ quas possident debeant distribuere inter pauperes,viduas,& pupillos,& clericos in 2.dicit quod dictum est in summa.2.ibi,illud etiā annecti.planum est.Lege.¶[Presulum hoc].i. tantum duas partes scilicet Hugut. [eis] scilicet

Diuisio. Exponit literam.

licet clericis & miserabilibus personis[decretū est]in multis canonibus[reliquum]id est alias duas partes pro se & fabrica. Hug. & Arch.[illud].2.pars.[absit]hoc dicit, propter speciem facti.quia quamuis nō peccet qui præscribit, infert tñ alijs dānū. Nā cōtra æquitatē pscriptionis sunt inductæ vt rerū dominia nō sint in incerto.ff.de vsuc.l.1.Hu. Lau. Arch. †Et etiam ad hoc respexit quod omnes præscriptiones sunt odiosæ. Hu.[vēdicēt].i.retineāt. Hu.[φ tricēnalis].i.qa[qa & filiorū]hoc videt̄ friuolū, dicit Archi. quia autoritas principū videtur aliud voluisse.vt patet.ȷ̄.eo.q.autoritate[quas actiones]vel vt dicit Hu.est ar.à simili quasi diceret hoc obseruādū pcipimus nostris subditis ad similitudinem principū filiorū nostrorū,q ita statuerūt ī suis subditis.s. vt oē ius & oīs actio inter eos.30.an.pscriptione tollat̄.alioq falsum esset cū principes statuerūt res ecclesiæ nō pscribi, nisi.40. annis, vel dicamus φ ab initio ab antiqoribus principib᷒ ita statutum & postea per autēticum correctum fuisse Hugu.

Lauren. Archid. 1

SIcut diocesim. Ad idem est hoc cap.cōcilij Toletani. Summa est ₰m Hu.& gl.φ licet aliquis pscribat ecclesiam quo ad tēporalia & parochialia iura, nō tñ pscribit ius episcopale. Et qa ista lectura pl᷒ nobis placet illā sequemur. Lege. ¶[Sicut diocesim].i.Ecclesiā q̄tū ad tēporalia tātū.s.quo ad redditus & possessiones[nō ita]nō illa tricēnalis possessio [adimit] quo ad spiritualia [cōuētum].i.populum illius loci, quasi dicert non propterea quia præscribit temporalia & corporalia iura ecclesię,prescribit & spiritualia nō negat qn hæc & illa pscribere posset,cū hæc & illa possit possidere,sed φ hoc pscribit non ideo etiā illud præscribit.Hu.

Exponit literam.

1 *Episcopus non præscribit ecclesiam alterius diocesis remotam à limite.*

QVicunque. Ad idē est hoc cap.ex eodē cōcilio Toletano.Sūma ēst, qđ triēnalis possessio ex. puīciā illā nō seruat̄ siue non currat.vel sic.†Episcopus alterius diocesis ecclesiam remotā à limite spatio.30.ann. pscribit,positā aūt in limite vel iuxta limitem nō pscribit. Lege.¶[Quicunq; diocesim]i.ecclesiam a limite lōge.Hu. Archi.[interpellatione].i.pscriptionis interruptione natura li vel ciuili. Hu.[possedit]q̄tū ad temporalia vel parochialia iure vel etiā episcopalia,₰m aliā sentētiā.Hu.[q̄uis ₰m ius legis]humanæ q nō nisi.40.an. pscriptionē ecclesijs opponi pmittit,vel ₰m ius legis humanę nō videant̄ eē eius, quo ad dominiū.pscriptiōe.n.dominiū nō acqrit̄ sed actio petitoris exceptione elidit̄.vñ subdit[admittēda &c.]vel fortē[ius legis].s.naturalis cuius equitate suadet̄ ne sola detētionis plixę vsurpatione alterius possessio teneat̄.hoc.n.est alijs facere qđ tibi nolis fieri.Hu. [sed hoc].s.pscriptio currat contra ecclesiā[intra vnā puinciā vel episcopatū].i.in interiori parte puinciæ,vel episcopatus.i.nō in limite vel iuxta.Hu. [extra vero prouinciā].i.in exteriori parte puinciæ vel episcopatus.i.in limite vel iuxta.Hu.B.& Arch.[nullo mō]qa nulla pscriptione tollit̄ ecclesia si fuerit in limite.Et subdit rōnē [nedū defendit]allegādo pscriptionē.i.vendicatur puinciatū vel epatuū[termini cōfundātur]dū noīe pscriptionis termini istius episcopatus augentur, & illius minuantur. Hug.

1

Exponit literam.

Hugutio.

Archid.

Ecce his. §.est,in quo Gratia.cōcludit ex supradictis autoritatibus quod prescriptione iura ecclesiarum tollantur. Et incipit hic.2.pars questionis.in qua pbat,quod limites & ei adherētia nō possunt pscribi.Io.de.& Archi.[sed idem contra testatur].i.videtur testari.sed nō cōtradicit vere si intelligatur de iure episcopali,vel de limitibus,vel de inuasis.Hug.

LIcet. Cap.est Gelasij Papæ.Summa est:ecclesiā in limite vnius diocesis positā alius episcopus pscribere nō pōt ₰m Hu.& Bar.pōt hoc capitulum diuidi in tres partes. in.1.ponit pemiū.in.2. narrationē.in.3. cōclusionē.2.ibi sedqa.3.ibi.nulla igit̄.Le.¶[Licet] p cui᷒ intellectu ponatur casus.Casus ₰m Hu.est, inter Anconitanū episcopum & Cōstātinū Camistanæ ciuitatis episcopum,cōtrouersia erat de quadā ecclesia,q̄ positā in limite alterius.s. Cōstātini,aliter.s. Anconitanus diu possederat, sup hoc fuit cōuētus ipse Anconitanus corā Gelasio papa, & corā eo p eius nuntios missos respōdebat in eā,Gelasius cognita de cā controuesiā pdictam sic decidit, vt ecclesia restituatur petēti episcopo qa limites nulla rōne possūt pscribi sicut & in antiquis regulis & in suis asserit contineri decretis.Qua pppter

Diuisio. Exponit literam. Casus.

scribit Maximo & Eusebio episcopis, vt hāc sententiam mādent executioni,& consimilem formam in omnibus similibus causis dicit fore seruādā[deputas pristina dispōne] scilicet diocesum limitatione.Hu.[conuelli].s.ab ea dispōne .s.ab illa ecclesia. [Episcopali per consuetudinē pessimam] si sic conuellerent Hug.& Archi.[confusio.]inter prouincias,& Episcopatus. Hu.[tñ]quasi diceret quamuis per hoc videretur,quod nulla alia constitutio esset adijcienda[etiam decretis destinatis].i.missis per diuersas partes orbis, ad diuersas Ecclesias [omnia.] quo ad iura episcopalia, vel quæ sunt in limitibus.Hu.[inuasa.]ergo à principio per violētiā obtinuerat, ergo bonam fidem non habuit, ergo non præscribit.Nā secundum canones,& superius diximus, cōtinua bona fides exigitur in prescriptione[sed quia].2.pars[temeritas] Et sic patet idē.s.quod nō bonā fidē habuit ex quo temere intrauit[legē].i.ius vēdicādi possessa, vel legē.i.pscriptionē.Hu.[sceleri].i.scelerosę voluntati vel inuasioni[retētionis].i.possessa retinendi[impleri].i.executioni demandari.Hu.[decernimus].i.iudicam᷒ pferēdo sentētiā inter eos & secundum hoc illi Episcopi fuerunt tātū executores apostolicę sentētiæ.Hu.[vel impleri].i.cognosci,& iudicari, & diffinita sententia terminari[cognitionibus].i.in similibus causis.Quod.n.in vno negotio statuitur regulariter ad omnia extenditur.2.q.1.multi[nulla præsumptione]alias præscriptione.Archid.[statutum].i.limitē p quē parochiæ sunt immobiles.Hu.vel generaliter statutum parochiarum distinctarum immutari quo ad iura episcopalia[durauit].i. durare debuit.Hu.& Arch.vel ad durādum institutus fuit.Hu. [negligētia pōtifica]nō repetētium ecclesias suas in limite positas.Hu.[obiectio]præscribentiū.Hu. Archid.[per incuriā eorū]qui debuerunt repetere.Hu.[inania] s.p stultitiam Hug.[adhibitus.]p eum cuius erat limes vel cum adeo stultus fuit vt limitē suum alij concederet[præceptio.]superioris.Hu.vel priuilegium. Archi.[supplicatione].i.p surreptionem pcum.Hu.[cōstitutā]in limite alterius.Hu.[diuellere.] pscriptione,vel quo ad iura episcopalia.Et quod de his debeat intelligi,patet p exēpla supposita de regeneratione, & cōsignatione q̄ ptinēt ad ius episcopale.[Ex qua.]diocesi posita in limite,vel limitata, de cui᷒ terminatione cōstet. Hu. [ad regenerationē].i.baptismū [cōsignationem].i. cōfirmationē faciēdā ab episcopo Hug.[territorium].i.soli proprietatē.[nō facere.]esse diocesim eius,cuius est territoriū quasi diceret,nō ideo φ aliquis in solo suo ædificauit ecclesiā, poterit vendicare eius spūalia.vt.s.e.q.5.c.1.& s.Hug.vel territoriū quo ad tēporalia vel spiritualia q̄ adhæret rei, vel quo ad proprietatē poterit præscriptione sibi acquirere diocesim quo ad ius episcopale vt.s.e.q.sicut.

Arch.

Hugutio.

Archid.

HOc. § est,in quo exponit Gratianus præcedens capitulum dicens illud loqui de diocesibus quę certis limitibus sunt distinctæ quæ nullo modo in limite vel infra limitem prescribi possunt quo ad episcopalia iura. Hu. aliæ vero quæ certos limites non possunt præscriptione tollunt etiam quo ad ius episcopale.Hu.

1 *Limes non potest prescribi.*

Episcopus sufficit probare ecclesiam esse in suo episcopatu ad intentionem suam fundandam.

INter. Ad idem est hoc.c.quod est Inn. Papę. Sūma est in rubro. Et diuiditur in duas partes.in 1.narrat factū.in.2.determinat sub triplici membro secundū mēbrū ibi,quod si.tertiū ibi,si vero. Lege.¶[Inter]pro cuius intellectu ponitur casus iuxta Hu.inter Fulgētiū & episcopum Honorium de duob᷒ fuerat controuersia.s.de quadā capella cuiusdam plebis,& de limitibus Episcopatuū, vnus illorum.s. possessor dicebat eā esse in suo episcopatu & quod etiā si esset in episcopatu alterius diocesis,dicebat se possedisse.30.an.in quiete,& se dicebat tutum præscriptione.Inn.terminauit causam sub triplici membro, & deputauit quosdam, qui eam exequerentur. Mādans ergo primo quod si sit in limite in limitato episcopatu possessoris, possessor eam retineat.secundo quod etiam si in Episcopatu alterius sit,& longe à limite & possedit.30 annis, similiter eā retineat. 3. φ si nō possedit eā.30 annis restituat eā Episcopo petēti.De limitibus hic nihil dicit Papa inqt Hu.sed forte dicit in sequēti parte capituli,q̄ hic nō est, vel qa sentētia nō poterat de leui demādari executioni, nisi prius cōstaret de limitibus, pōt dici φ ex his verbis datur intelligi,qđ primo debuerit iudicare de limitibus, quod innuitur

Diuisio.

Exponit literam. Casus.

nuit ꝑ hoc ꝙ dicit[limes ꝓuisus Fulgetiũ.]possessorẽ.[& Honoriũ]petitorẽ.[ꝑ parochianũ].i.capellã cuiusdã plebis.Hu.[colacẽsem].i. ad talẽ plebẽ,q̃ sibi subiecta erat ptinere: & ita sibi esse subiectã ꝑ cõnam.Hu.[actio].i.q.vel discussio.Hu.[cu
1 ius].s.limitis.vel iuris epalis[vetusta.]hęc lr̃a probat† ꝙ limes
a ¶ Quod limes. Quid sit limes. vide Pet.de ancha.in.c.su ꝑ eo.nu.5. e pa o.& ꝙ nõ possit ꝓscribi ibidẽ.nu.3 &.8.
a ᵃpræscribi nõ põt,nec tale ius episcopale in Episcopatu limitato.Hu.[ideoq;]quasi diceret sic volumus nostrã sentẽtiã formare,vt de cetero non renouet[mittẽdo]Papa format hic sniam trimẽbrẽ,vt dictũ est in casu.& vt ita mãdaret executioni mittit quosdã [signis].i.ꝓbationibus, vel certis indicijs quasi diceret possessor habeat ꝑpetuo ecclesiã, de qua est controuersia si
2 in suo epatu cõtinet,& hoc põt ꝓbare.Et est ar.† ꝙ sufficit epo ꝓbare ecclesiã esse in suo episcopatu ad intẽtionẽ suã fundãdã. ar.infra.e.q.7.oẽs basilicæ.Hu.[limes ꝓuisus].i.diligẽter inspectus vel à patrib.olim ꝓuiso distinctus[ꝙ si]secũdũ mẽbrũ snię [limes]possidẽtis[nõ cõcludit]quasi diceret, si nõ est in epatu possidẽtis.s.in epatu petẽtis lõge tñ à limite[appellatio].i.interpellatio & petitio petitoris.Hu.laud.Arch.huc etiã arguit à si
Laurentius. de mõte laudino. Hugutio.
mili.q.d.hæc principes in suos subditos statuerũt[& etiã ꝓsulũ & cã ꝓcipiũt.]in rebus priuatorũ.Hu.[quasi]non cõtra ecclesiã. Hu.[si vero]tertiũ mẽbrũ sniæ est, quasi diceret si possessor alterutrũ ꝓdicatorũ ꝓbare põt sufficit.Si vero in vtroq; deficit & basilica cõtinetur in epatu petitoris ei restituat.Hu:[infra metas tricẽnalis &c.]i.infra spatiũ.30.an.[extra terminos possidẽtis]Epi.Hugu.[alienos]quo ad petentem episcopum, quasi diceret,si reperiatur in episcopatu petentis & extra episcopatum possidentis iniusta.i.non iuste bablica retinetur.Hu.

Dilectio. Ad idẽ est hoc.cap. Gelasij Papæ.Summa est.vbi de epatuũ limitibus fuerit qõ,si illi vnq̃ fuerint distincti, debet illa distinctio firma ꝑsistere, alias si q̃ ptiũ de ꝓscriptione cõfidat illã
Exponit literam. Casus.
ꝓbet. Breue est. Lege.¶[Dilectio] Casus est.cõtrouersia erat inter duos epos de limitib.q̃ cõmittit papa iusto epo diffiniẽdũ in hũc modũ.Si olim fuerũt distincti sic ꝑmaneãt,alias si q̃ pars cõfidit de ꝓscriptione eã probet Hu.[de spatijs.]i.limitib.inter quos spatia epatuũ cõtinẽt[diffinitio] i assignatio.s.qđ fuerint distincti limites.Hu.[terminatũ[de limitibus:vbi dicebatur esse sita parochia,de qua erat cõtrouersia.Hu [sacramẽtũ]testiũ ex parte sua, q ꝓscripserit Hu. vel sacramentũ in ꝓpria ꝓsona, qui possederit,qa forte nõ habet testes tñ ꝑmittitur[offerre].i. offerri alteri parti iusiurandũ,si voluerit nõ tñ sine arbitrio iudicis,de eius.n. arbitrio pendet,an parti fides sit adhibẽda per iuramẽtũ,deficiẽte alia ꝓbatione.Hu.vel offerre.i.ꝓstare. Hu.

Potest etiam. §.est, in quo ẽm aliquos incipit tertia pars quæstionis,in qua probatur ꝙ res possessa nõ ꝓscribitur.sed ẽm Hu.est alia solutio illius.c.[licet si nullo titulo] potius debuit dicere nõ bona fide q̃ ẽm canones exigitur cõtinua in ꝓscriptione.Hu.[ꝓscribere nõ põt]iure canonico secundum quod in præscriptione.30.vel.40.an.desideratur bona fides,vel iustus titulus.[Si vero possidere]planum est per omnia,nec indiget expositione.

Placuit. Inducit ad idẽ probãdũ hoc cap. Gelasij Papæ.Sũma.donata vel cõcessa ecclesijs & ab eis tricennali possessione ꝓscripta dñt illibata persistere.diuidit̃ hoc.c.in duas partes . in prima statuit qđ dictũ est,&ꝓhibet cõtrarium.in.2.cõminatur pęnã cõsauẽtibus.2.ibi:quisq.s.Le.¶[Placuit diuo]diuus dr̃ Deus vel imperator q̃ post mortẽ velut Deus habebatur ẽm papiam. Arc.[donata.]Nota hic expressum argumentũ cõtra illos q̃ notãt,ꝙ nõ tenet donatio Cõstãtini facta ecclesiæ. Ad idẽ in aut. de nõ alie.aut ꝑ re.eccle.§.sanctissimus.colla.2. ꝓsertim cũ imperiũ defendatur orationibus &c.vt.j.23.q.8.§.in qualibet. & hæc plene disputauit Io.de.in suis q̃stionibus in principio. Et ita sentit ꝑ hoc cap.63.di.ego.ibi videas.Arc.vbi & nos disputauim⁹ hãc q̃stionẽ,vide ibi[&]ꝑ vel.Arc.[30.]hic no. ꝙ sunt supra in principio diximus in summa qđ ecclesia aduersus priuatũ bene tuetur se spatio.30.annorũ [quisquis] 2. pars patet totum[priuilegia] i.charitas.12.q.2. si quis de clericis . Archi.
Diuisio. Exponit literam . Io.de.deo. Archid.

Inter cetera. Ad idẽ. §. est hoc cap. eiusdẽ Gelasij. Summa est in rubro. Breue est. Lege.
Exponit literam.
¶[Inter cetera] hæc verba sunt Gratiani[idẽ].s. Gelasius eps dardaniæ[inter cætera inqt] quæ sequuntur verba sunt Gelasij & est principiũ cap. [post quingentos] Hu.[epi].i.ecclesiæ, vel Xp̃i ꝓprie. Hug.[cum.30.]ꝓbatio est a minori contra quosdã:q volebãt rescindere ecclesiastica statuta,etiã ante quingentos annos,quasi diceret quod non licet in minori, qualiter licebit in maiori. Hugu. [arrumpi] .i.reuocari imo qui præscribit tutus est contra omnem petentem.Hu.

Item si de rebus. §.est,& incipit.4.pars quæstionis in qua dr̃,qđ tempore plati male alienantis non currit præscriptio , sed post eius mortem incipit currere.quod probatur per cap.sequens. vnde vt dicit. Hugu.qualiter iste.§. debeat intelligi ex sequenti cap. patebit [excessum]id est mortem &c.

Si sacerdotes. Cap.hoc est sumptũ ex cõcilio quodã Toletano . Sũma est viuente prælato male alienãte rẽ ecclesiæ , vel de illa male trãsegit, vel cõtra ius cõstitutionis ꝓnuntiauit:nõ currit contra ecclesiã præscriptio,& hoc tangendo omnes lecturas huius capituli in glo. põt diuidi in duas partes. in prima ponit statuta . in secunda assignat rationem eius.2.ibi: nunquam enim. planum est.
Diuisio.

Si sacerdos. Casus est ẽm Hu.Quidã eps nõ obseruata solennitate quã canones ꝓcipiunt obseruari in alienatione rerum ecclesiasticarum, puta sine cõsensu, vel subscriptione clericorũ vel non exigẽte necessitate vel vtilitate ecclesiæ ꝓdium ecclesiasticum vẽdidit,& alienauit,ꝓdium tñ nõ factum illius cui est alienatum,sed post mortẽ epi poterit eum ꝓscribere,viuẽte .n.epo nulli currit ꝓscriptio ecclesiæ.qa si in vita epi ecclesia illũ non repetit . nõ est ei imputadũ inter alia,qa talis alienatio vel cõtractus nõ sumpsit exordiũ ab origine æq̃tatis[sacerdos] .i.epi[ministri].i.inferiores prælati,q rerũ ecclesiarũ hñt administrationẽ.Hu.[cõtra patrũ &c.].i.ꝑter illas solẽnitates,quas sancti patres sanxerũt esse adhibendas in alienatione rerũ ecclesiasticarũ. Hu. [diffinisse].i.alienasse.Hu.[scribẽdo]instrumẽta vẽditionis[supportationis].i.cõputationis annorũ faciẽdæ ꝓscriptionis[substabit].i.nõ inchoabitur.i.nõ incipiet . Hu. [nunquam] 2.pars [iudicantis] de rebus ecclesiæ qđ irritadũ est[vita].i.tempore vitæ[ęquitatis]sed à comento fraudis. Hu. ista lectura magis videtur consona lecturæ.
Casus.
Innocen. Monaldus

Item ea. Hic dr̃ incipere quinta pars q̃stionis , in qua dr̃,ꝙ si eps alicui ecclesiastico cõcedit vineas vel terras ecclesię,nõ ꝑꝑ hoc ꝓscribit eas possessor. Et hoc probat ꝑ duo capitula sequentia Io.de.Archi. Et rõnem assignat Hu.quia proprietas rerum ecclesiasticarum non datur clericis sed vsusfructus.vt.j.e.q.6.illud,

1 *Clericus non præscribit rem sibi ab ecclesia pro remuneratione ad vsum concessam.*

Clerici. Ad probandũ ꝙ dictũ est,inducit primo hoc ca.ꝙ est ex cõcilio Magũtinẽsi
1 sumptũ.Sũma est in rubro.vel sic.† Clericus rẽ sibi ab ecclesia ꝓ remuneratione ad vsum cõcessam nullo tẽpore ꝓscribit.diuiditur in duas partes.in.1.ponit ꝙ dictũ est.in 2.limitat.ibi: dũmõ.Lege.[¶ Clerici possederint]quo ad vsum si.n.ex toto esset eis donata.nõ eẽt eis necessaria ꝓscriptio. Hu. [ne videantur] ponit duo incõuenientia q̃ sequerentur,si hoc esset.s:ꝙ ipsi non deberent concedere beneficia de rebus ecclesiæ & ꝙ epi vel clerici q hñt ꝑbendas, & possessiones ecclesiæ diu retẽtas crederent se eas ꝓscripsisse[ꝓcaria].i.beneficia quæ sic dicuntur. quia dantur ad modũ pręcariæ interueniente instrumento.Hugu.in gl.notantur aliqua de quibus nos in principio quæstionis multa notauimus.
Diuisio. Exponit literam.

1 *Casus tres in quibus non currit præscriptio ecclesiæ.*
2 *Casus quatuor in quibus non currit præscriptio ad tempus,sed bene postea.*

Si episcopus. Ad idẽ est hoc ca. ex Aurelianensi cõcilio.Sũma est,† ꝙ cle
1 rici vel monachi vel qcũque alij quibus intuitu pietatis res ecclesiæ ad pensionẽ vel vsum cõcessa sunt cõtra ecclesiã nullo tempore præscribũt.plana est litera: Lege. ¶[Si eps excolendas]sub annua pensione.Hu.vel tenẽdas sine pensione gratiæ in bñficio.Hu.[lõga].i.lõgissima.Hu. [præiudiciũ]quo ad ꝓscriptionem,q̃ in talibus nulla põt esse,quia siue habeant,vt coloni,siue gratis in bñficio nõ possident noĩe suo, sed noĩe ecclesię,imo nec possident sed ecclesia ꝑ eos.Hu.[nec seculares &c.opponatur]ideo dicit quia ẽm leges humanas coloni & huiusmodi qui sic retinẽt res alienas nunq̃ possunt ꝓscribere,nisi interuertãt possessionem.vt.C.de ꝓscri.30.vel.40.an. l.male agitur.sed in rebus ecclesiasticis q̃uis coloni interuertãt possessiones , vel clerici de rebus ecclesiæ in beneficijs habentes nõ currit ꝓscriptio, sicut hic aperte dr̃.Alia.n.est rõ rerũ secularium,& alia ecclesiasticarũ,siue diuinarũ,vt de consecra.di.
Exponit literam.
1 3.celebritatem. † Nota tres casus in quibus nõ currit ꝓscriptio ecclesiæ primus in limite vel iuxta vt.supra.e.q.licet secundus in his:q Eps vel alius ecclesiæ prælatus cõcedit alicui intuitu pietatis,& misericordiæ.vt hic.& c.clerici.terti⁹ est in his q̃ possidentur à talibus,qui earũ rerũ cõmerciũ vel possessionem cõiure habere nõ possunt,vt cũ decimæ possidentur à laicis. vt.j.
2 e.q.§.licet prædia. † Itẽ nota quod quatuor sunt casus in quib. præscriptio nõ currit ecclesiæ ad tempus,sed postea currit,primus est viuente iniquo alienatore nõ currit , sed post mortem eius currit supra.e.q.si sacerdos.secundus si interueniat hostilitas captiuãs,quia ea durante non currit: sed post liberationem currit,vt in duobus proximis capitulis.s.prima & porro.tertius est si ecclesia vacet plato quia interim non currit,sed eo recursο ad vnitatem ecclesiæ currit . quartus est si prælatus ecclesiæ
cessit

cessit in partem hæreticorū, atu scismaticorū, interim nō currit sed eo reuerso ad vnitatem ecclesiæ currit vt. j. e. q. c. placuit.

1 *Præscriptio non currit tempore hostilitatis.*

2 *Postliminio reuerti qui dicantur.*

3 *Fictiones duæ proditæ iure ciuili circa illos qui ab hostibus capiuntur.*

PRima actione. Cap. hoc est ex concilio Hispalensi sumptū Et incipit sexta pars quæstionis. in qua probatur q tēpore Hostilitatis non currit præscriptio, & hoc probat per

Diuisio. Exponit literam. Casus.

1 hoc cap. & sequens. Sūma est in rubro vel sic. † qđ tēpore hostilitatis non currit pscriptio. diuiditur in tres partes in. 1. narrat querelā. in. 2 puidet. in. 3. prouisionem roborat autoritate & canone. 2 ibi: pro qua. 3. ibi: sunt. Lege. ¶ [Prima actione] synodi prima cū illud negotiū synodi, quod prima die vel primo loco in synodo proponebatur, & tractabatur &c [prima actione] i. in tractatu primæ diei ipsius cōcilij, vel in primo tractatu cōcilij. Hu. [decisam] i. scissam & diuisam [postliminiū reuertenti-

2 bus. † dicūtur postliminiū reuerti q cū ab hostibus capti essent

3 ab eis redeūt vel redempti sunt. † Nota q duæ sunt fictiones pductæ iure ciuili circa illos qui ab hostibus capiuntur, vna est legis Corneliæ q fingit ciuem romanū ab ea hora qua captus est mortuū esse. Altera est postliminij, q fingit captū ab hostibus q reuertitur semp fuisse in ciuitate. postliminij, à post: & limen. Nā sicut limina in domibus finē faciūt, sic & imperij finē limen esse veteres voluerūt, inde post limen reuerti dr, qui ab eo limine reuertebat, a quo missus erat. Hu. Arc. [nō aliter] i. similiter

Hugutio Archi.

Hug. qui dicit q ista litera refertur ad receptionem, & ad aliquem & non ad quemlibet modum recipiendi. Hu. [transfusa] quo ad res & possessiones. Hug:

POrro. Ad idem est cap. hoc qđ est Papæ Ioā. Sūma est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in. 1. ponit q tēpore hostilitatis nō currit pscriptio. in. 2. cōfirmat duplici exēplo dñi. 2. ibi, sed Deus ipse. Lege. ¶ [Porro] pro cuius intellectu ponitur casus. in Germania & Pannonia hostilitate paganorū interueniente per cētū vel forte plures annos aliqui possessiones ecclesiarū detinuerūt, quas cū prælati reddita trāquilitate repeterēt tutas se præscriptione dicebāt illi detētores. sup hoc fuit delata querela Papæ Ioan. q volens puidere, mādat Paulino, q erat legatus in partibus illis, vt de causis istis cognoscat, & instruit eū, q inter Christianos certus numerus est pfixus ad præscribēdū: sed vbi furor siue hostilitas paganorū interuenit, nulla tēpora currūt. vnde oia pfatis ecclesijs sūt restituēda. Et hoc probat duobus exēplis dñi [porro causatur] i. causam vult agere, & inde se defendere. Hu. Arc. s. detētor [&] i. eos [qui vnius fidei sunt] i. Christianos, quasi diceret, q dictū est pscriptionē posse nocere ecclesijs, intelligendū est, qn res ecclesiasticæ possident à Christianis, non instante persecutione paganorū. i. vbi Christiani non opprimuntur ab eis sed tranquilla sunt tempora. Hu. Archi. [corporalia nescientes arma] quo ad exercitiū in personis clericorum. Hu. sed [& Deus] .2. pars. [qui post. 430. annos] primū exēplum tot. n. annis seruierūt filij Israel in ægypto in latere, & luto, & tādē liberati sunt tēpore Moysi & Aarō nō obstāte lōgitudine tēporis [sed & ipse] ẽm exēplū est de diabolo, q populū Dei spiritualiter captiuauerat quē tñ Dominus redēptor post multa annorum milia liberauit. Et ita sicut ægyptij & demon non potuerunt se defendere contra ecclesiā Dei præscriptione tēporis, ita nec in pposito quia mala fide & sine iusto titulo possederāt, qre nō currebat pscriptio, sicut dicebāt.

Diuisio.

Exponit literam. Casus.

Hugu. Archi.

Tolluntur. §. est: in quo incipit septima pars quæstionis, in qua pbat, q si aliquis negligit loca sua, & eps ea liberat ab hæretica fœditate post trienniū præscribit. in hoc autē. §. magister Gratianus ponit alium casum in quo res ecclesiæ pscriptione tolluntur. s. cum aliqs episcop⁹ negligit populum suum ad hæresi reuocari, si alius episcopus eum reuocat ad quod inducit cap. sequens.

1 *Episcopus monitus si fuerit negligens locum suū ad fidē cōuertere, alius Episcopus pōt eum cōuertere, & sibi acquirere.*

PLacuit. Cap. istud sumpt⁹ est ex cōcilio Africano. Summa est in rubro vel sic. † Si

1 eps monit⁹ negligens locū suū ad fidē cōuertere ali⁹ eps pōt eū conuertere, & sibi acqrere. Et diuidit in duas part. in. 1. dicit q dictū est. in. 2. dicit, q si p collusionē puēta fuerit diligētia ipsi⁹ diocesani hoc pbato loc⁹ ei restituetur. 2. ibi: ita sane. Litera. ¶ [Placuit quicunq;] epi pprij [lucrari] i. ad catholicā vnitatē sua pdicatione reducere. Hug. [cōueniantur epi.] Sed surgit hic qō cuius autoritate cōgregabuntur isti epi. respōdetur q metropolitani Hu. [sex] deputatos ad ammonitionē exequendā, nō ad præscriptionē [mēses cōnumerandos à die cōuētionis] i. admonitionis episcoporū [non effecerint] q tum in se est. s. n. diligentē operā dederunt: sed effice re nō potuerūt, nō est q sibi debeat imputari ex quo p eos non

Diuisio.

Exponit literam. Quæstio. Respondet

steterit. Hu. [ita sane] .2. pars [vt si ille] s. ep. [magis illius epi] à quo sunt cōuersi [negligentia] i. remissionem, desidiā, dissolutionē [ibi] i. apud episcopum, qui eos conuertit Hug. [vt eo modo] s. recedendo a subiectione & obedietia proprij episcopi [cura eius] i. pprij episcopi vitaretur ab hæreticis. Hugo [iudices] communi placito electi, vel a primo primate dati. Hug.

Post etiam aliter. §. est: in quo magister Gratianus ponit aliā solutionē illi⁹ c. supra. s. licet quasi diceret nō solū pdictis modis pōt intelligi, sed pōt etiā aliter intelligi, videlicet q in illo. c. Gelasius nō negat pscriptionē. 30. vel 40. annorum in rebus ecclesiasticis, sed præscriptione decenn j vicennij quorum neutrum currit contra ecclesiam, in alijs vero capitulis præscriptio. 30. vel 40. annorum conceditur.

PRæscriptionum. Hic incipit octaua pars quæstionis in qua magister Gratianus ponit mētes legū de pscriptionib⁹ quas tamē ecclesia cōtra se nō recipit. Io. de. Et no. quod hic non seruātur p oia verba legū nec sensus, ibi forte ẽm opinionē aliquorū dominorū. Hu. & Arc: ponit primo diffinitionē pscriptionū & postea ostendit q priuatis & q ecclesiasticis præscriptiones obijci possunt. diuiditur in tres partes. 2. ibi, q si male. 3. ibi, q si p naturalē Lege. ¶ [Præscriptionū odio] nō q odia tur psona, sed culpa, & amissione rei punitur negligentia quia cōtra desides & sui iuris neglectores introductę sunt pscriptiones [petentis] post pscriptionem. Exēplū de primis est, quia si quis iusto titulo, & bona fide rē psentis p decenniū, & absentis per vicenniū possederit, tutus erit exceptione etiā aduersus dominū, & aduersus creditores, quibus res erat obligata. Itē si aliquo casu talis à possessione ceciderit, et aduersus dominū poterit ipsam rē vēdicare. Item si qs sine titulo sed tamen bona fide per. 30. annos rem possederit habebit simile psidiū. & hanc bona fidem sufficit habuisse initio possessionis [pscriptiones &c. qđ si mala fide] .2. pars ponit exemplum de pscriptionibus introductis tm in odio petentis, q si quis rem alicuius possederit mala fide p: 30. annos, iste tutus erit aduersus quemlibet petentem exceptione, sed si a possessione ceciderit, eam petere nō poterit, nisi per violentiam inde expulsus fuerit. Et si ad dominū vel creditorem sine violentia puenerit, isti tuti sunt aduersus ipsum malæ fidei possessorem. Si vero res venerit, ad tertium dominus vel creditor habebit actionem. secundum Bar.

Io. de. deo.

Diuisio. Exponit literam.

Ale. de Ha

Exponit literam.

Hæc de præscriptionibus Hic est. 2. ps §. ẽm Bar. dicit in hac parte magister, q ea q dicta sūt de pscriptione. 10. 20. vel. 30. an. sunt vera, si sine interruptione præscribens possederit [q si per naturalem] præscriptio aūt vt in superioribus notauimus, duobus modis interrūpitur naturaliter & ciuiliter. Naturaliter vt si quoquo modo amittit possessionē ille, qui pscribebat, & hæc interruptio à quolibet facta prodest. Ciuiliter vt p litis conte. alias eo q habetur per litis contest. & hæc interruptio ab alio facta nō pdest, nisi à procuratore vel filio quis velit aliud dicere fauore ecclesiæ, q nō credo [noui. 30. anni oibus pscriptionibus] malæ fidei Arc [si per litem] qđ est in ciuili interruptione. Hu. [in causa pscribendi] i. cui præscribebat [nanciscatur] aliquo titulo, puta emptionis, vel donationis, vel legati. [tempus præcedens] quo possedit per Hu [cōtinuare poterit] vt. s. cōputet annos primi possessoris cū suis. Hu. hoc tamen nō cōtingit in qualibet præscriptione sed qn prior possessor possidebat bona fide: mala. n. fide possidente alienante cessat longi temporis præscriptio. Expectatur ergo. 30. vel. 40. annorū defensio. Hu: [is aūt cuius res] .4. pars. hic ponit aliū modū ciuilis interruptionis. s. q habetur pro litis conte. scilicet quando quis vult interrumpere per litis contest. [non pōt] exponit in casibus hic positis & sunt. 4. s. quando aduersarius q est possessor est absens, vel est infans, & sine tutore, vel furiosus, sine curatore vel in magna potastate posito, in qua quis positus in ius vocari nō pōt impune vt. 2. q. 1. prohibentur. Hugu. [inter constituta c. præscriptionis] i. antequam cōpleretur præscriptio [libellum] cōuentionalem, in quo contineatur, q vellet cōuenire illū, qui possidet rem suam, sed pp aliquem illorū 4. casuū non possit, Hu. [publice] & sine libello, & scriptis [tabellariorū] i. notariorū, qui ad hoc erant constituti, vt publica cōficerent instrumenta [temporalem interruptionem] i. cuiuslibet temporis. i. vt oīs temporalis possessio interrūpatur ciuiliter sicut per lit. contest. & post talem interruptionem necessarij sunt possessori 40. anni vel 30. Hu. & Arc. [triennij] vsucap: Hug.

1 *Papa an possit dare priuilegium omnibus laicis quod non soluant decimas.*

Hæc de præscriptionibus inter priuatos. §. est: hic est. 3. pars. §. ẽm Bart. dicit hic magister. quod hæc quæ dicta sunt de præscriptionibus sunt vera inter priuatos, sed aduersus religiosa loca non currit præscriptio: nisi 40. annorū. Et inducit ad hæc duas

Exponit literam.

autenticas

autenticas auctoritates.i.quas actiones.& aut. nec decennij[ꝙ si priuatus] priuatus intelligitur qualibet psona.s.siue clericus siue laicus ad differētiā ecclesiæ, vel collegij.Hu. [minime mutilabuntur] hoc verū est, vbi de libertate constat, sed ea causa dubitaretur tm̄ tēpus seruitutis pręscriptionem induceret.Hu.

Hugutio. [ad hoc].s. probādū ꝙ decimæ nō possunt præscribi à priuata persona vel[ad hoc].i.post hoc:i post prædictam ,pbationem, qua ,pbatur,ꝙ decimæ nō possunt præscribi à priuata persona: potest etiam hoc modo probari ,p simile. s. q̄a ecclesia obtinet instar reipu.& primitiæ & decimationes istar ciuiliū functionū obtinet, quasi arguat sic . sicut aduersus rempublicam nullus pōt se tueri pscriptiōe tēporis,qu soluat decimas.Hu.Ar. [porro publice] hoc est si à priuato vel à subdito . nā à principe pōt vnus rex,vel vnus princeps cōtra aliū regē:vel principē:vel vna ciuitas cōtra aliam ciuitatem,pōt talia præscribere & in talibus rōne pscriptionis se defendere sicut ecclesia cōtra ecclesiā pscri

Archi. bit decimas & in his rōne pscriptionis se defendit.nā tales à talibus iure cōi posideri possunt.ergo & præscribi.sed subditi priuati qui iure cōi talia posidere suo noīe nō possunt, talia præscribere nō valent,alias nisi sic intelligeretur qd' hic proponitur,sequeretur ꝙ ecclesia decimas præscribere nō posit . ergo nec ecclesiam ꝙ maius est: piret ergo doctrina canonū de talibus præscribendis.vt supra.e.q.quicūq; psulū.Et adducit imperatorem Athanasiū ad hoc qui ait[iubemus &c.] dicit ꝙ si q̄s sine legitima interpellatione[sine interruptione].i.per lit.cōte. per id ꝙ habetur pro lit.cōte. rem aliquam posideret per.40. an.quo ad possesionem siue dominiū ipsius rei.s.prædiorū:pōt se tueri præscriptione illa nō tamen quo ad functiones,siue ciuilem canonē vel publicam collationē sunt tuti , cōcedit necesse erit eū respōdere soluēdo[sic & prædia]adaptat,& cōcludit,ꝙ sicut dictū est in.l.iubemus,ꝙ prædia possunt præscribi 40.an.nō aūt functiones publicæ [ita & prædia possunt pscribi siue sint priuati siue ecclesiæ]possunt præscribi[prouentus] i. ius tolli non pōt à priuata psona,& etiā[si a Romano &c.] quod probat duplici rōne.prima quia rescripti cōtra ius nō valent,nisi talia sint quæ &c. secunda est quia contra ius domini mandatū esset ibi [decimæ] vñ in superioribus notauimus ꝙ ius decimarū nulla autoritate humana posit cadere in laicū,fructus bene aut rōne pietatis,& eleemosynæ, vt cū dantur pauperibus aut religiosis loci, aut ratione vtilitatis ecclesiæ .s.defensionis vt quandoq;

Quæstio. militib' sunt datæ.vnde hicq̄rit Hug.† vtrum papa hoc priuile-

Respondet gium posset dare laicis oībus vt nō soluerent. respondet ꝙ non

1 quia esset contra vtriusq; testamenti pręcepta,sed intuitu paupertatis posset aliquibus dare.

Vniuersas. Est lex.C. ne rei dominicæ vel tēp. l.2.Summa de quibusdam alijs qui etiā præscribi non possunt dicit ꝙ si coloni principis rei publicæ vel ecclesiæ alienauerūt vendendo alijs rē ipsius imperatoris vel reipublicæ,vel ecclesiæ non possunt præscriptione se tueri ementes illas res,imo nec licebit eis pretiū

Exponit literam. repetere[emphyteoticarij].i. q̄bus datæ sunt in emphyteosim. Hu.[templorū].i.ecclesiarū[contra leges]quia contra legem facta fuit alienatio.Hu.[longi]non dicit longissimi, nā præscriptione. 40. annorum possunt præscribi, sed a colonis vel emphyteoticarijs nullo modo,nisi mutent possesionem. Colon' .n.& emphyteoticarius non posident:sed dominus per eum.& ideo nō præscribit rem sic possessam vt.C.de præscri.30.vel.40. annorum.l.male agitur. Hu.

Cōtinuatio De præscriptionibus. §.est,hic incipit nona pars q̄stionis in qua dr̄ præscriptio contra ecclesiā nō currit,nisi:40.annorū, continuatur ꝯm Hu.q̄a in pcedenti lege fecerat mētionē de præscriptione longi tēporis,ideo subdit & inducit autenticā sequentē [alijs].i.si alijs cōpetunt vt priuatis personis Hu.[religioso].i. monasterio, & hmōi [suum locum habentibus].i. manentibus immutatis in rebus ecclesiæ , quia sicut in rebus priuatorum , ita in mobilibus rebus ecclesiæ triennio vsucapio currit, ꝙ nō contingit de præscriptione.10.vel.20.vel.30.anno.Hu.

Sed sola. Hic incipit decima pars,in qua probat ꝙ contra romanā ecclesiā nō currit præscriptio,nisi in spatio centum annorum,quod probat per cap. sequens.

Nemo. Cap.hoc est Papæ Io. Summa est in rubro[romana ecclesia] Hic q̄ritur q̄ dr̄ romana eccle.dicunt q̄dā ꝙ Lateranensis [pri

Exponit literam. uilegia in firma petra] Mat.16.sup hāc petrā ædificabo ecclesiā meā[nullis temporibus angustantur].i.abbreuiantur,vel præscribuntur[nullis regnorum partibus].i.partitionibus[præiudicantur].i.diminuuntur, æque.n. ecclesia ro.est prolata in toto orbe Christiano [sed venerandæ leges rerum eius]no.rerum eius quia de priuilegio prelationis quo super omnes ecclesias habuit principatum , non loquitur ext.de præscri.cum à nobis , q̄a illud immobile semper manet tanq̄ supra firmā petrā fundatum . sed de rebus tēporalibus & possesionib' eius pōt pscribi q̄ eā in centum annis:patent ista.

¶ Quæstio quarta.



Ostensum. Hic intitulatur 4.quæstio:qua quæritur,an monasteriū aduersus ecclesiam præscribere posset & quod non probat c.sequēs.

1 *Monasteriū nō utitur aduersus ecclesiā præscriptione 30. annorum.*



1 Possessiones. Ca.hoc est Vrban .2.Sum.†Monasteriū aduers' ecclesiā.30.an. pscriptione nō vtit.Breue est.Le.¶ Possesiones].i pscriptiones ex possesione cōtinua.30.an.natas.H Ar. Exponit literam

Et si tricennalis. §.est,in quo dicit magister,ꝙ & si tricēnalis præscriptio tollitur monachis,conceditur tamen.40. quod probat per sequens ca.



Volumus. Hoc.c.est beati Greg. Sūma est in rubro.Casus est ꝯm Hu.ecclesia S.Theodori habebat à romana ecclesia in feud. quosdā fines.i.agros , de q̄b' cōtrouersia nata erat inter quoddam monasteriū & ecclesiam S. Theodori:dicebatur.n. monasteriū illos pscripsisse quo ad ius feudi,mandat ergo Greg. ꝙ si monasteriū eos.40. annis quiete posederit tutū sit pscriptione.si vero ecclesia S.Theodori pōt probare interruptionē esse factā,tūc electis arbitris cōtro uersia ista canonice sopiatꝰ siue terminetꝰ Le. [¶ Volumus dño] i.possesione improprie hūt hic dñium,habito casu lr̄a est clara. Casus. Exponit literam.

1 *Præscriptio triginta annorum sola currit contra ecclesiam.*



Neq; Inducit ad idē hanc.l.q̄ habetur in aut. de eccle.ti.§.pro temporalibus.colla.9. vt dicit Arch.Sūma est.†Sola.30.ann.pscriptio currit cōtra ecclesiam.Lege.¶[Neq; religiosis domib'] hoc noīe intelligitur q̄libet ecclesia & oīs alius religiosus.Nam quælibet est domus religiosa & loc' Exponit literam.


2 religionis.1.q.7.si quis omnē.20.q.3.pñs,ꝯm Hu. [legatis]† legatū est donatio q̄dam à defuncto relicta , ab hærede pstanda. Hæreditas est succesio in totū ius,ꝙ defunctus habuit tempore mortis.Hu.Sicut ergo magister concludit ꝙ ex prædictis:patet , ꝙ aduersus monaster ium non præscribitur:nisi.40.annis: ita aduersus alias ecclesias præscribere possunt.

¶ Quæstio sexta.

1 *Rector nullus debet rem aliquam occupare sine iudice.*

2 *Ecclesia cadat a iure suo si rector occupat rem aliquam.*

3 *Episcopus & clerici possunt facere conditionem ecclesiæ meliorem,non deteriorem.*




Vod autem ea. Hic intitulatur 6.q. qua q̄ritur. vtrū plat' sua autoritate sine iudice occupet rem ecclesiasticam, q̄ suam rem credidit ecclesia cadat à iure suo, ita vt postea nō posset rem illam repetere,hanc q̄stionē magister sic tractat. Nam primo ostendit, ꝙ nullus prælatus ecclesiæ sine iudice rem q̄ credit esse suā sua autoritate debeat inuadere.scdo ostendit,vtrū ecclesia cadat à iure suo , vel

1 nō:in primo articulo sine distinctione dicendū est,†ꝙ nullus rector ecclesiæ debet hoc facere.s.rem aliquā sine iudice occupare.vt.C.ne q̄s in causa sua iudicet.&.C.vt nemini liceat sine iu

2 di.autoritate.l.1.& 2.in.2.s.†si hoc fecerit vtrū ecclesia cadat à iure suo. Quidā sic distinguunt.s.si hoc facit sine consensu fratrum siue clericorū ecclesia non cadit à iure suo . Si vero cum cōsensu ecclesiæ talem inuasionem fecerit , tunc ecclesia cadit à iure suo,mihi tñ dicit Hu.vr̄ ꝙ in nullo istorū casuū ecclesia cadit à iure suo ; ne delictū psonæ in damnū ecclesiæ cōuertatꝰ, sed qualiter delictū pluriū personarū potius vertatur in damnū ecclesiæ,quā delictū vnius,nūquid vt si omnes clerici ad malū aliqd' consentiūt piudicabit ecclesiæ.Respondetur, ꝙ non.12. q.2.sine exceptione.&.18.q.2.si q̄s abbas,sicut dr̄ de tutoribus vel curatoribus.s.ꝙ p p iuuasionem eorū pupilli suo iure non Opponit. Respondet.

3 priuatur,sed ipsi puniūtur.vt.C.vnde vi. meminerint. † Eps & clerici cōditionem ecclesiæ meliorem facere possunt,non deteriorem,habet.n.ecclesia se ad instar pupilli,,cuius conditionem tutor meliorem facere potest,non deteriorem,ipse tñ platus vel alius clericus,q̄ hoc facit cadit à cā sua, & patitur detrimentū causæ suæ,ꝙ qualiter intelligatur postea dicetur.Hu.diuiditur aūt q̄stio plens in tres partes.in.1.ponit,ꝙ nullus debet ponere vexilla in rebus suis.Aliæ partes patebunt in processu. Diuisio.

1 *Clerici qui ponunt titulos prædijs per alios possessis sunt excōicandi.*



1 Onsuetudo. Sequiturquo ad primū articulū hoc.c.quod est beati Gregorij in registro.Et summa est in rubro,vel sic.†excōmunicandi sunt clerici qui titulos sua autoritate prædijs p alios possesis etiā si ea putēt esse ecclesiæ ponūt. Et pōt diuidi in duas partes.in prima facit ꝙ dictū ē.in ꝯa idē dicit de platis q̄ titulos tales poni faciunt vel faciētes nō puniūt. ꝯa ibi, his aūt.Lege.¶ [Consuetudo titulos].i.quædā signa quasi sint sub hasta.tituli hic dicūtur pali, vel hastæ,vel vexilla,vel alia si Diuisio. Exponit literam.

gna, quæ fiscus solet ponere in pdijs suis suo iuri ptinentibus, q̄ hic prohibētur rectoribus ecclesiæ, q̄ etiā cōstitutionibus prīcipū nulli pmittit priuatæ psonæ. vt. C. vt nemo priuatus. l. 1. & 2. nec tñ credo q̄ platis ecclesiæ phibeatur, vt hoc nō possint facere in pdijs, q̄ cōstāt esse ecclesiæ sed in illis, q̄ alius tenet, & de illis refert q̄stionē dicēs, illa nō ptinere ad ecclesiā. Eo. n. ipso q̄s cadit à iure suo, si talia signa in agro alterius posuit. vt. C. de his q̄ pe. no. l. 1. Hu. [pauperib⁹]. i. ecclesiæ res ecclesiæ pauperū sunt vt. 10. q. 2. casellas. & supra. e. q. 1. qm̄ [nō iudicio sed manibus defendāt] & male. 12. q. 2. monem⁹. Arc: q̄a nō decet mā suetudinē platorū, vt dimisso recto iudicio vtatur manibus. s. violētia & potētia abutētis [pdicatores]. i. platos [veritas]. i. ipse Xp̄s, q̄ ait Io. 16. ego sum via, veritas, & vita: ipse quippe ait Mat. 5. vult tecū cōtēdere in iudicio, dimitte ei & palliū &c. q̄a Prouerb. 20. dr̄. honor est homini, q̄ se separat à cōtentionibus. &. 2. ad Timo. 3. Seruū Dei non oportet litigare. vt. 2. q. 7. sicut. Hu. [anathema sit] non ipso iure sed anathematizetur. Hu. [neglexit] quod punitur qui non facit, quod debet, sicut qui facit quod non debet. ar. 18. q. 2. abbates. & dist. 83. c. 1. Hug. & Arc.

Hugutio. | Hugutio.

3 duo.¶ Primum eſt,† vtrum ſit verum ꝙ in vno eodẽq; officio non debeat eſſe diſpar profeſſio.¶ Secundo vtrum in adminiſtrationibus poſſit pontificibus ſociari qui profeſſione & habitu diſcrepent.¶ Ad primum ſic proceditur.Et videtur ꝙ in eodem officio licite poſſint eſſe homines diſparis profeſſionis ſic,in officio docendi & prædicandi cõueniunt clerici,& religioſi,& varij religioſi qui ſunt diſparis profeſſionis:ergo in eodem officio licite &c. Similiter idem arguitur de officio eccleſiaſtico, in quo conueniunt homines diſparis profeſſionis.¶In oppoſitum videtur eſſe tex. præſentis literæ.Reſpondeo dicẽdum iuxta Hu.quod duplex diſtinguitur profeſſio,vna generalis & principalis, & iſta eſt.ſ.clericalis & laicalis, ſm̃ quod duo ſunt genera hominum 12.q.1.duo ſunt genera,& ſub vno comprehenduntur omnes eccleſiaſticæ perſonæ,ſiue omnes clericalis profeſsionis,ſub alio laici. Alia profeſſio eſt ſpecialis,qua adinuicem diſtinguuntur clerici & religioſi variorum ordinum ab inuicem:hoc notato reſpondetur ſm̃ S. Thom. in tractatu contra impugnantes religionem ſub duabus cõcluſionibus,†ꝙ homines diſparis profeſſionis in eo in quo
4 ſunt diſpares ſiue diuerſificantur, non bene conueniunt in eodem officio, ſicut ꝙ laici & clerici ſocientur in his, q̃ tm̃ pertinent ad officium clerici. vnde ante prædicta verba ponitur, indecorum eſt laicum vicarium epiſcopi eſſe, & eccleſiaſticos iudicare.Similiter religioſus nõ poteſt ſociari ſeculari in illo in quo religioſus à ſeculari diuerſificatur,vt in negotijs ſeculi exercendis,quæ ſunt religioſo prohibita.prima ad Ti.3.Nemo militans Deo &c.¶ Secunda concluſio,homines diſparis profeſsionis in eo in quo non diuerſificantur,bene & licite poſſunt conuenire in eodem officio,ſicut argutum eſt tam de officio docendi, & prædicandi,& in officio eccleſiaſtico, in quo conueniunt ſimul clerici & religioſi,ſicut licet diuerſæ ſint conditiones hominum, vnum tamen corpus eccleſiæ conſtituunt ſm̃ quod in vnitate fidei conueniunt.ad Galat.3.dicente apoſtolo,non eſt iudæus, nec græcus, non eſt ſeruus, nec liber,non eſt maſculus,nec fœmina.Omnes.n.vos eſtis vnũ in Chriſto.Ad tex.dicit Hu.ꝙ text.præſens intelligitur de diſparitate generalis, & principalis profeſſionis.ſ. cleri-
5 calis & laicalis. ¶ Ad ſecundum ſic proceditur.†Et videtur quòd in adminiſtrationibus poſſunt pontificibus aſſociari homines qui profeſſione & habitu diſcrepent.primo quia monachus albus poteſt recipi in monaſterio monachorum nigrorum, & effici ibi abbas. vnde dicit Archid. quòd vidit de facto quod dominus Honorius papa contulit abbatiam monaſterij Fraſiniorum ſitam in diocœſi Mutinen.quod monaſterium eſt monachorum nigrorum cuidam ſuo fratri monacho albo.¶ Secundo ſic,monachus poteſt eligi ad prælaturam in eccleſia ſeculari,vt di.58.c.2.& 18.quæſt.1.cap.1.ergo,&c.¶ In oppoſitum videtur text. præſentis

Diuiſio. Exponit literam. Hugu. Prima q̃o. Secũda q̃o. Ad primã quæſtionẽ. Primũ ar. Opponit & Reſpondet. S.T[homas] Prima concluſio. Ad argu. Ad ſecundã quæſtionẽ. Archid. Secũdũ ar. Opponit

Respondet. præsentis litere. Respódeo iuxta Hu. ꝙ sicut supra in quæstione præcedenti distinctio est facta, ꝙ duę sunt professiones. vna principalis &c. ita sunt duo habitus. s. principalis clericalis. s. & laicalis, itẽ clericalis, alius simpl'r clericalis, & alius monachalis, itẽ alius albus, alius niger, alius medij coloris, albus monachus & niger monachus non discrepãt in habitu ꝓfessionis, quia vterq; monachus imo in vno & eodẽ monasterio est aliquãdo habitus diuersi coloris sicut patet in monasterijs vallis vmbrosæ, vnde si clericus non vult effici monachus, non dicetur discrepare habitu à monachis in officijs faciendis, & administrationibus exercendis, & hmõi, quia oẽs vtuntur eodem habitu. s. clericali. ergo si monachus vel canonicus regularis associet episcopo in administratione rerum ecclesiasticarum, vt sic æconomus non dicetur discrepare ab episcopo professione & habitu, cum vterque vtatur habitu clericali. Quod ergo dicit hoc c. ꝙ associari episcopis non debent, &c. intelligendum est de generali & principali professione, & habitu. s. laicali. ẽm Hu. per hoc patet solutio ad omnia. [Si quis autem] quarta pars. [reus]. i. dignis pœna. Hu.

Exponit literam. **Non placuit.** Ad idẽ est hoc c. ꝙ est ex concilio Symmachi papæ. summa est in rubro. Breue est. Leg. ¶ [Nõ statuẽdũ] nisi de autoritate ecclesiæ, tunc. n. põt laicus de rebus ecclesiasticis statuere, & disponere, sic intellige duo capitula sequentia [obsequendum] ad Heb. 12. obedite præpositis vestris, vt filij patribus.

Laicis. Ad idem est hoc c. ex eodem concilio. Summa est in rubro. Breue est, & patet ex dictis.

Si quis principum. Ad idem est hoc c. Calixti papæ. Summa est in rubro. breue est, & patet.

5 *Construens vel fundator quis dicatur.*
7 *Ius patronatus an quis acquirat ipso iure quod quis ecclesiam construit &c.*
10 *Ius patronatus qualiter possit transire ad hęredes.*
11 *Ius patronatus an possit pignori obligari.*
Et an possit dari in feudum, nu. 12.

Cõtinuatio. **Piæ mentis.** Hic incipit tertia pars quęstionis, in qua ostenditur quid iuris habeant patroni in ecclesijs, & hoc propter 12. autoritates sequentes. Cõtinuatur aũt ad præcedentia, ẽm Hu. sic dictum erat in præmissis capitulis laicos in ecclesijs nihil iuris habere. Sed ne quis velit excipere patronos, & dicere eos aliquid dominatiuæ potestatis in eis obtinere, subijcit capitula, quibus ostendit patronos ecclesiarum nihil præteritis hominibus in ecclesijs posse habere, vel vendicare, sed hoc de iure alienandi, vendendi, donandi, vel tanquã proprijs vtendi, intelligitur non de iure patronatus, ꝙ laicos in ecclesiã habere probat, pro intelligẽtia pleniori huius materiæ sequendo gl. & Hug. sunt hic plura quærenda & specialiter pro nunc decem.

1 ¶ Primum est quid sit ius patronatus.
2 ¶ Secundum quare sic appelletur, & de alijs nominib. eius
3 ¶ Tertium vtrum sit ius spirituale vel annexum spirituali.
4 ¶ Quartum ex quot & quibus causis acquiratur.
6 ¶ Quintum quando acquiratur.
8 ¶ Sextum quid ex tali iure incumbat patronis.
9 ¶ Septimum quot modis ad alios transfertur.
13 ¶ Octauum an inter hæredes possit diuidi.
14 ¶ Nonum quid faciendum sit si patroni discordent.
15 ¶ Decimum quid faciendum est si inter præsentantes sit discordia, quis eorum sit patronus.

1 Respondet. **Ad primum** quo quæritur† quid sit ius patronatus. respõdetur ꝙ iure ciuili sic diffinitur, ius patronatus est potestas iure ciuili patrono concessa in personam liberti ad obedientiam sibi præstãdam propter beneficium manumissionis, hæc diffinitio colligitur. ff. de iure patron. l. 1. & 2. & ff. de offi. præ. vr. l. 1. §. cum iure vero cao. sic diffinitur ius patronatus est potestas prouidendi ecclesiæ, procedens ex beneficijs ante consecrationem ecclesię collatis, colligitur hęc diffinitio, vt dicit Arc. Arch. Hostien. hic ex diuersis iuribus, ẽm Goffred. Bernar. & ita dicit hic Hu. Host. vero, sic diffinit, ius patronatus est potestas præsentandi instituendum ad beneficium ecclesiasticum, simplex & vacans addens, ꝙ prouidentia patroni consistit circa duo. s. temporalia & spiritualia, tenetur. n. pro temporalibus esse solicitus, ne dilapidentur & talem ministrum in ecclesia eligere qui diuina officia digne valeat celebrare.

2 **Ad secundum** quo queritur† quare sic appellatur & de nominibus alijs eius respõdetur iuxta Hu. quod ius patronatus dr̃ ꝑ defensionẽ, quã patroni debent impendere ecclesiæ. Respondet. Secundum vero diuersas regiones diuersimode appellatur. Qñque. n. aduocatio, vt ex. e. ti. quia clerici. Quandoque dr̃ vicedominatus, vel custodia, siue guardia, ex. e. præterea. Quandoque ius frequentationis, vel processionis, vt in duobus sequentibus capitulis, quandoque gratia, vt. s. eo. q. 5. c. si quis episcoporum, hæc omnia pro eodem supponunt. extr. de sta. mo. in singulis. §. fi.

3 **Ad tertium** In quo quæritur, † vtrum sit ius spirituale vel annexum spirituali. respondetur ꝙ non est spirituale proprie cum laico competat, & ad hæredes transeat, vt. ȷ̃. e. considerandum, sed est annexũ spirituali. ex. e. de iure. & de hoc no. ex. de iudi. quanto.

4 **Ad quartum** quo quæritur † ex quibus acquiratur. respondetur iuxta Hu. & Goffr. Respõdet. & gl. ꝙ tribus ex causis ius patronatus acquiritur. primo. s. ex ecclesiæ constructione. secundo ex ecclesiæ dotatione, tertio ex territorij ad ecclesiam fundandam collatione. vnde versus. Versus. Patronum faciunt dos, ædificatio fundus, De dotatione & constructione. ȷ̃. e. filijs. De fundi collatione, 18. q. 2. abbatem. idem Host. & Inn. circa primum de constructione potest quæri † quis dicatur construens vel fundator. Questio. 5 Respondet. respondetur, ꝙ certe ille, quia principio & de nouo aliquod dedit cum consensu episcopi diocesani quia aliter ecclesia ædificari non potest ex. de iure patro. nobis, cum similibus. item no. post Hostiẽ. ꝙ si fundator potest & vult solus ædificare, & dotare diocesanus alium non admittet vt euitetur dissensio.

6 Respondet. **Ad quintum** in quo quæritur † qñ acquiratur ius patronatus, respondetur, ẽm Hug. ꝙ ante consecrationem patet, quia illa tria consecrationem præcedunt, vnde ante consecrationẽ debet cõstrui & territorium vbi construitur assignar, ialias construi non posset & dotis collatione dotari, alias construi non debet, vt in sequenti c. pie, & c. frigentius. imo ante fundationem dos ecclesiæ est assignanda, vel fundari non debet, vt de conse. di. 1. nemo, patet ergo ꝙ ius patronatus acquiritur, quia ante consecrationem, vnde dicit Hu. ꝙ si post consecrationem Hug. multi beneficient ecclesiam & supra modum eam dotent, quamuis vulgo patroni censeantur, & pro patronis habeãtur, non credo tñ eos esse patronos, licet benefactores ecclesiæ recte possent vocari. ¶ Sed surgit qõ, quæ est rõ diuersitatis, respondetur iuxta Hug. quia ille qui construit & Quæstio. Respondet. qui solum vbi construatur, confert, & qui eam primo dotat ecclesiam ducit ad esse, ꝙ nullus istorum facit licet aliquid ad augmentum & meliorationem conferãt, sed quia digniora sunt substantialia, quam accidentalia, hoc potest esse quare ecclesia, maiori honore cumulauit eos, qui sibi esse conferunt, & eam tanquam patres de non esse generarunt in esse, quam eos qui sibi iam natæ & per se existere potenti aliquid boni conferunt. ¶ Surgit quæstio. † An ipso 7 Quæstio. Respondet iure ꝙ quis ecclesiam construit vel &c. acquirat ius patronatus, etiam si non exprimatur in principio, respondetur iuxta Hug. qui ait, credo quòd sic, nisi expresse renuntietur, ar. infra. e. decernimus.

8 **Ad sextum** quo queritur † quid ex tali iure incumbat vel competat patrono. respõdetur Respondet. Versus. ꝙ quatuor, vñ versus. Patrono debetur honor, onus, emolumẽtum. Præsentet præsit, defendat alatur egenus. Competit ergo sibi aliqd honoris, aliquid oneris, aliquid vtilitatis honor consistit in præsentatione & reuerentia. repræsentat. n. ad præbendas, & ad ecclesias non collegiatas. ex. e. per totum, in collegiatis autem non pro electione facienda consensus eius requiretur, sed bene electus ei præsentatur, & consensus postulatur. extra. eo. nobis. honor etiam consistit, quod quasi principalis primus in processione incedit, & honorificentius suscipitur, & studiosius ei seruitur, vt in duobus capitulis. ȷ̃. proximus. Onus consistit in eo, quod ꝑcipuus defensor ecclesiæ est, vnde tenetur ecclesiam ab oĩbus oppressionibus & impugnationibus defendere, vnde & aduocatus eius & defensor dici potest, & de rebus ecclesiæ soli-

siæ solicitudinem debet gerere, ne defraudetur infra eo.q. c.filijs Emolumentum siue vtilitas ei cōpetit, quoniam si vergat ad inopiam alendus est de bonis ecclesiæ,& sustentandus, vt in d.c.filijs,& c.quæcōque, non tamen secundū voluntatē ipsius patroni, sed cum debita ratione ne egeat. Credo tamen dicit Hu. ꝙ persona & qualitas & ecclesię facultas sunt hic consideranda, quia aliter est prouidendum nobili vel infirmo & aliter ignobili & sano. Si.n.ecclesia tenetur subuenire omnibus indigentibus, præcipue tamen suis benefactoribus, & inter eos præcipue patronis ar.dist. 86.non satis. Item in ipsa fundatione pōt patronus laicus, de consensu episcopi certum censum retinere.extra e.præterea 2.sed vltra nihil debere exigere, nec in aliquo grauis esse,& si contraueniat per censuram ecclesiasticam satisfacere compelletur extra de sta.mo.in singulis.§.fi.

Hugue.

9 **Ad septimum** Quo quæritur. † Quot modis ius patronatus ad alios transfertur. respondetur secundum Hug.& Host. ꝙ quatuor modis.s. successione, donatione, & permutatione, & vniuersitatis ratione. vnde versus ius patronatus transire facit nouus hæres. Res permutata, donatio venditioq;. Successione, quia trāsfertur ad omnes hęredes siue sanguinis, siue extranei. indistinctè.n.dicitur hæredes infra e.considerādum, & ad quemlibet transit in solidum, etiam sic in æqualibus partibus sint hæredes, quia indiuisibile est extra e.c.2. ¶Sed surgit hic quæstio † quomodo ius patronatus cum sit spūale aut spūali annexum possit trāsire successione ad hæredes, cum spūalia non transeant vt 8.q.1.apostolica. respondetur iuxta Hu. ꝙ de iure communi nulli laico cōpetere potest, vel ad hæredes transire, sed vt omnes inuitarentur ad bonum, & propiores essent ad benefaciendum de sola gratia, & benignitate canonum concedit, vt & laicis competat, & ad hæredes transeat. Est.n.spūale non purum, sed mistum, quia pendet ex prouidentia rerum temporalium. Nam si merum esset laicis concedi non posset donatione, distingue cum dimissis alijs modis dicēdi, ꝙ aut datur laico, & tunc requiritur consensus episcopi, vt extra e.preterea, & maxime quando dubitatur ne fiat in fraudem, & transfertur in potentiorem, vt innuitur ibi. Si vero donetur clerico aut loco religioso, tunc non requiritur consensus epi extra eo.ex insinuatione,& c.illud de quo no.Ioan. And.in c.illud super glo.vlt.& eo.ti.c.5.lib.6.super verbo, religioso. tertio ex permutatione, quia cum alio spūali ꝑmutari potest vt infra eo.q.nemini extra de rerum permuta.ad quæstiones & c.fi.4.venditione, quia licet non posset vendi specialiter extra e.de iure.cum sit annexum spūali, tamen transit cum vniuersitate, nisi de ipso specialiter excipiatur extra e.ex literis.& c.cum seculum. Et similiter cum vniuersitate in conductione ad firmam, siue ad pensionem vt in c.ex literis. ¶Sed hic surgūt duæ quęstiones. prima † vtrum ius patronatus possit pignori obligari. Respondetur ꝙ de hoc sunt variæ opiniones. Nam quidā dicunt, quod potest obligari cum vniuersitate, verior tamen, videtur opinio, ꝙ nec simpliciter, nec cum vniuersitate possit pignori obligari. ¶Secunda quæstio est † vtrum ius patronatus possit in feudum dari. Respondetur ꝙ sicut nec per se vēdi potest, ita nec in feudum dari vt dicit San. Th.in 4.di.25. Et idē dicit Ho. quia feudum requirit homagium, ꝙ est res temporalis cum vniuersitate tamen quæ in feudum datur, cui est annexum potest in feudum dari illi, cui illa villa datur, extra e.cum seculum.

Respondet Hostiensis Versus. Quæstio. 10 respondet. Ioā.Andr. Prima qō. respondet. 11 Secunda qō. respondet. 12 S Thom. Hostiensis

13 **Ad octauum** Quo quæritur † an ius patronatus inter hæredes posset diuidi, vt si ecclesia patiē duos sacerdotes, & duo hæredes sint discordes de eadem ecclesia, vtrum vnus possit sibi vnum sacerdotem statuere tātum nomine suo, & alter alterum tantū nomine suo. Ita vt vnus sacerdos sit vnius & alter alterius, vel ecclesia non patiatur simul habere duos presbyteros, vtrū vicissim possint singuli sacerdotē pręsentare. s. ꝙ alternis vicib. ꝑsentēt. rńdetur iuxta Hu. ꝙ ius patronatus in hæredes nō diuidiē. Non.n.patitur diuisionem, nec successionē recipit. Est.n.ius illud incorporale, & singulare, & indiuiduum. Et cum plures sint hæredes, quilibet succedit in totum, & quilibet habet integrum ius, vt colligitur infra ex. filijs, & 21.q.2.c.penult. Et generaliter cum plures sint patroni, totum ius patronatus est in singulis.& totum habetur à singulis, & quilibet est patronus insolidum, & non plus iuris habent tres, aut plures, quam vnus. hæc respōsio habetur in cle.plures e.tit.

respondet.

14 **Ad nonum** Quo quæritur. † Quid faciendum sit si patroni discordent. respondetur secundum Ho. ꝙ quocunque modo impediatur ordinatio ecclesię, ponendus est œconomus in ecclesia, qui fructus reseruet fideliter instituendo futuro. extra de offi. ord. cum nos.& si patronorum vota diuidūtur præfertur is, qui maioribus meritis adiuuatur, & à pluribus præsentatur. ext. eo.quoniam. Si numerus, æqualis est recurre ad merita.d. 63.si forte. Si omnia æqualia potest episcopus dicere iterū præsentate 79.d.si duo. si nolunt vel non possunt concordare, si adhuc repræsentāt duos primos vel alios, locus erit gratificationi extra de elec.venerabilem.§. obiectionem. Sed si neuter præsentatorum potest sine scādalo poni, quia patroni minantur, & dicit quilibet, ꝙ si ponatur alius quā per eum præsentatus interficiet eum, tunc episcopus similiter si sine scandalo fieri poterit, prout sibi videbitur ordinabit ecclesiam extra e.quoniam. Sed si episcopus sine scādalo tali ecclesiam ordinare non potest, tunc tenetur ecclesiam interdicere, & reliquias extrahere in patronorum verecundiam, & ruborem. extra e.c.1.& 2. intelligendum est autem hic, vt dicit Inno. super ca. quicunque de reliquijs quæ sunt extra altare in capellis, alias non liceret. idē Bar. in glo.& Host.in gl. ꝙ si patroni nec sic compesci non possunt vel ad concordiam reuocari in fine recurrendum est ad brachium seculare. extra de off.or.c.1.& extra de hęre. excommunicamus.§.moneantur.

respondet. Hostiensis

Innocent. Hostiensis

19 **Ad decimum** Quo quæritur † quid faciendum est si inter præsentantes sit discordia alias eorum sit patronus. respōdetur secundū Goffre.e.ti. ꝙ episcopus debet expectare vsque ad sex menses, & si vsque tunc non fuerit diffinitum prouideat episcopus ecclesiæ de pastore saluo in posterum de iure eius qui vincit c.fi. Si vero, vel si noluerit eps tanto tempore expectare, faciat hoc infra quatuor menses. vt extra.e.quoniam; si autem quæstio sit inter episcopum & præsentantes forte epo ignorante eos esse patronos, tunc donec quæstio sopiatur ponat eps in ecclesia œconomum qui fructus reseruet futuræ personæ, vt extra de offic.ord. cum vos. ¶ Piæ mentis hoc est primum cap. ꝙ inducit ad ostendendum, quid iuris habeant patroni in ecclesijs, in quibus patroni sunt. Et est capitulum Gelasij papę. Summa est, præter ius patronatus in ecclesia quam quis fundauit nihil præ ceteris habet iuris. Et potest diuidi in tres partes. In 1. supplicationem cuiusdam deuotam de ecclesia consecranda. In 2. committit consecrationem. In 3. adiūgit protestationem. secunda ibi, Hanc igitur. Tertia ibi, Sciturus. Lege. ¶[Piæ mentis in re Iuliana]. i.in possessione sui iuris, quæ sic vocatur Iuliana[hāc igitur] secūda pars [collata primitus donatione solemni]. i.solemniter ante consecrationem donatione dotis facta, quæ tanta debet esse, ꝙ sufficiat ad ipsius ecclesiæ luminaria, & ministrorū stipendia, de consecra.d. 1.nemo Hu. [destinasse]. i.cum effectu assignasse, & dedisse, & tunc ly solenni. i.solenniter per chartam scriptam ad cautelam, vt si postea reuocaretur in dubiū, nec aliter posset probari, probaretur per autenticum instrumentum, in fundatione, ergo ecclesię sufficit simplex donatio, sed in consecratione debet solennizari, si adhuc non est solennizata [sciturus] 3.pars [præter processionis aditum] multipliciter exponitur ab Hugutione, sed videtur, ꝙ sit melius [præter processionis aditum]. i.ius patronatus. nam vt in 2.art.supra diximus, ius patronatus quādoque nominatur ius processionis, vt hic dicitur, processionis, quia acquiritur ex ꝓcessione ecclesiæ 1.ex eo ꝙ ipsa ecclesia processit ad esse [omni christiano]. s.patrono. vt referatur tantum ad patronos, de quibus sermo erat & non generaliter ad omnes christianos secundum Hu. [christiano] dicit & subauditur catholico, quia nec Iudæus nec paganus huiusmodi ius potest sibi vendicare licet ecclesiam dotauerit, vel construxerit puta domū aliquā, quæ postea facta est ecclesia, vel territorium suum fuerit, vbi est constructa ecclesia. Hęreticus etiam ipso iure hoc ius amitteret, si primo habuit, quia cadit in hæresim. Item etiam creditur secundum Hugu. ꝙ hæreticus non possit tale ius acquirere, sed acquisitum retinet, sed illius iuris effectus & executio impeditur quandiu est in hæresi. Hug. vel auditum ꝓcessionis vocat quēdam honorem. s. ꝙ in ꝓcessione patronus vadat iuxta prælatum,

respondet. Goffredus.

Diuisio.

Exponit literam.

prælatum, & hoc spectat ad ius patronatus, & ita per hoc voluit intelligere ius patronatus quasi à parte totum Hug.



Diuisio. FRigentius Ad idem est hoc ca. eiusdem Gelasij. Summa est eadem cũ summa præcedentis cap. potest diuidi in tres p-tes. In 1. narrat petitionem. In 2. iniũgit. In 2. protestatur. Secunda ibi, Et ideo frater. tertia ibi, Nihil tamẽ. Lege. ¶ [Frigentius] litera patet ex præcedenti [defensione] .i. redemptione animæ suæ Hu. [Et ideo] secunda pars. [benedictionem] .i. consecrationem [nihil tamẽ] 3. pars. vt supra dicit hic Hug. ꝙ si quis subtiliter hanc literam inspiceret, videtur, ꝙ in fine capituli huius, & præcedẽtis nihil aliud prohibetur, nisi ꝙ patronus non habeat ibi ius proprium .i. ius vtendi rebus ecclesiasticis, tanquam proprijs quod prohibetur non solum patronis, sed etiam episcopis vt 12. q. 2. fine.

Exponit literam.



ECclesias. Ad idem est hoc capitulum Clementis papæ. Et summa patet ex ipsa litera, videlicet ꝙ ecclesiæ sũt fundandæ in locis congruis & vtilibus. Leg. ¶ [Ecclesias per congrua] vt non sit locus infirmus, vel difficilis ad eundum, vel grauatus nimia incommoditate bestiarum, vel persecutorum, & huiusmodi. vt quiete & in pace Deo seruiatur. Nã vt dicitur in psalmus 75. in pace factus est locus eius & domũ eius decet sanctitudo. psal. 92. nam etiam ædificare in tali loco debent inde transmutari, vt infra e. si quis vult, & de conse. d. 1. tribus Hu. [vtilia] vt sit opus ibi ædificari ecclesiam Hu. [grauari] 98. di. c. vlti.

Exponit literam.

1 *Laici non possunt eijcere clericos de ecclesiis in quibus sunt nominati vel intitulati.*




COntra Ad idem est hoc cap. ꝙ est Leonis quarti scribentis Carolo regi. Sũma est in rubro, vel sic † ꝙ laici non possunt
1 clericos de ecclesijs in quibus vel nominati, vel intitulati sunt eijcere. breue est. Le. ¶ [Cõtra nititur] .i. conatur, quia facit, quantum in eo est, quia de facto tantum, & non de iure iniustum quidem est, ꝙ clerici per laicos de suis ecclesijs expellantur quod facto, & verbo docuit beatus Ambrosius in epistola de Basilicis non reddendis.

Exponit literam.

Si fundatores. §. Est. Summa est patens pro qua inducit capitulum sequens.

1 *Patronus ecclesiæ vel eius filij si ad inopiam vergunt debent ab ecclesia alimentis confoueri.*
2 *Et quid si deueniant ad inopiam sua culpa nu. 2.*
3 *Ecclesia si non vult subuenire patrono vel eius filijs debet cogi per superiorem.*



QVicunque. Postquam magister posuit id, quod competit patrono quod est honoris. Nunc ponit quod est emolumenti siue vtilitatis. Et ad hoc inducit hoc capitulum quod est concilij Toletani. Summa est. †Quod patronus ecclesiæ vel eius filij
1 si ad inopiam vergerent debeant ab ipsa ecclesia alimẽtis confoueri. breue est non diuiditur. Lege. ¶ [Quicunque aliquid] magnum vel multum .s. vnde posset ecclesia construi, vel vbi posset ædificari, vel vnde posset dotari, & hoc ante consecrationem. Non. n. ex qualibet dotatione acquiritur ius patronatus, sed tantum ex illa, quæ fit ante consecrationem, sed nec ex omni illa nisi sit tãta, ꝙ sufficiat ad luminaria, & clericorum stipendia. vt de consecratione. d. 1. nemo Hug. & glo. [filij] quorum nomine intelligũtur nepotes, & reliqui successores. j. proximo capi. [redacti.] ¶ Surgit hic quæstio. †vtrum sint bonis ecclesiæ patroni,
2 alendi qui sua culpa ad inopiam deuenerunt. Respõdetur iuxta Hug. ꝙ sic, vt d. 86. non satis [percipiant] sicut supra fuit expositum circa quæstionem sextam. Et hoc rationabiliter est institutum. Primo ad vitandum vitium ingratitudinis quia secundum philosophum 4. ethicorum refamulari oportet ei, qui gratiam fecit. vnde ecclesiastic. 29. gratiam benefactoris ne obliuiscaris. secundo quia qui ecclesiam ditauit ad pauperes sustentãdos, factus pauper de bonis ecclesiæ quæ sunt bona pauperum sustentari debet. tertio vt per hoc diuites ad dotandum ecclesias & ad largiendum ecclesijs munifici & promptiores reddãtur. Sur-
3 git hic quæstio †quid si ecclesia non vult talibus subuenire cum possit. Respondet Hu. ꝙ cogetur per superiorem. Idẽ Io. An. extra de iure patro. nobis super verbo vergat.

Exponit literam.

Quæstio. respondet.

Quæstio respondet.

Si ergo. §. Est in quo concludit magister ex supradictis, ꝙ si pro quia laici disponere nõ possunt res ecclesię, multò minus ecclesias alijs tradere vel auferre valent habent ius prouidendi præsentando clericum, sed alienandi vel vtendi rebus ecclesiæ tanquam proprijs.

1 *Ius patronatus transit ad hæredes.*




FIlijs Consequenter magister ponit id qđ est oneris, quod patronis conuenit. s. habere curam & solicitudinem de bonis ecclesiæ, vt non dilapidentur. hæc est summa. Diuiditur capitulum in tres partes. In 1. dicit quod dictũ est. In 2. protestatur quod in rebus ecclesiæ nihil iuris sibi vendicare potest. In 3. quod aliquid occupauerit de rebus ecclesiæ censura ecclesiastica compelletur restituere. Secunda ibi. Ipsi tamen hæredibus. Tertia ibi, si quis. Lege. ¶ [Filijs vel nepotibus] quorum nomine intelliguntur pronepotes & cæteri rectè descendentes. Hugu. [propinquis] ex latere descendentibus.
1 Hug. aperte colligitur †quod ius patronatus transit ad hæredes Hu. [honestoribus] .i. catholicis, quia non hæreticis vel paganis vel subaudi maxime Hug. [construxerit & ditauerit] sicut supra [solertiam] .i. cautelam, & solicitudinẽ [iudici] ab episcopo ad talia destinato & constituto, puta æconomo, vel Archidiacono. Hu. [talia] .s. ꝙ dilapidet, & fraudet res ecclesiæ Hu. [insinuare] simplici verbo, vel denũciando vel accusando. Credo. n. ꝙ in tali casu patronus laicus potest accusare laicum. vt no. supra 2. q. 7. accusatio. & supra e. q. 1. constitutũ, imo quilibet qui est de sua plebe ar. 63. di. plebs. & ex. de test. ex parte Hug. & gl. [regis auribus & c. hoc tunc demũ debet fieri, qñ per ecclesiasticum iudicem cogi non põt, vt eum corrigat. vt 11. q. 1. petimus & 17. d. nec licuit. Hu. vel cũ iudex ecclesiasticus deest, vt ex de fo. comp. ex transmissa. aliter non potest adiri iudex cularis. vt 11. q. 1. placuit. §. quisquis in glo. vel loquitur in eo casu, cum simul rex est patronus Hug. [ipsis tamen] secũda pars [nullus noxam] .i. nullum damnum, nullam læsionem. [attingat] .i. faciat ecclesię. Hugu. [quod] .i. de opere patroni [assumat] .i. mercatur recipere à deo [multa] si multum seruiuit ecclesiæ. [vel saltem aliquam] .i. modicam si parum seruiuit ecclesiæ] [partẽ salutaris mercedis] .i. æternæ retributionis, quasi diceret, ita bene operetur, vt in cœlo retributionis mercedẽ percipiat [multã] si multum & c. sicut ante. Hu. [si quis] tertia pars [annuæ excommunicationis] per annum abstinebit à sacramentis ecclesiæ, & celebratione missæ, si sacerdos est d. 84. c. 1. nec ob hoc si clericus est euadet pœnam depositionis, quia in casu non concesso distraxit bona ecclesiastica, nisi dispensetur cum eo. vt 12. q. 2. apostolicos & 13. q. 2. nullus Hu.

Diuisio.

Exponit literam.

Hug.

1 *Patronus si non presentat idoneum quid iuris.*
2 *Patronus aliquis an possit seipsum presentare.*
3 *Pater an possit filium vel nepotem præsentare.*
4 *Prelatus vacante ecclesia si proprio motu vocat patronum, et ei confert ecclesiam, valet.*
5 *Patronus, infra quod tempus debeat præsentare.*
6 *Patronus si præsentat vnum, & postea alium quid iuris.*
7 *Patronus cui præsentabit si non sit ibi episcopus.*
8 *Pupillus patronus si præsentat idoneum, & tutor alium, quis præferetur.*
9 *Patronum sperni intelligitur tribus modis.*
10 *Patronus si est absens, & commode expectari non potest, quid iuris.*



DEcernimus. Ad idem sequitur hoc capitu. quod est concilij to
1 letani. Summa est. †ꝙ patroni ecclesiarum debent offerre ordinandos, in ipsis ecclesijs episcopo, & irrita erit collatio beneficij, quam facit episcopus spreto patrono, potest capitulum diuidi in tres partes. In 1. ponit, ꝙ patroni debent habere curam solicitam de ecclesia. In secũda quod ipsorum est vacantibus ecclesijs præsentare episcopo ordinandos. In 3.

Diuisio.

In 3. dicit, ꝙ ordinatio facta per episcopum spreto patrono nō valet. sed quos dignos patronus præsentauerit ordinari debebunt. secunda ibi, Atque rectores. tertia ibi, ꝙ si spretis. ¶ Pro declaratione materiæ plura quæruntur.

Prima qō. respondet. 1 primum est. †Quid si patronus non possunt auerit idoneum. Respondetur secundum Host. ꝙ siue patronus sit laicus siue clericus si præsentat indignum priuatur suo iure ea vice, & deuoluitur potestas ad episcopum: extra de sup. neg. præla. sicut. in fi. in auten. de sanct. episcopis. §. si quis orator colla. 9. vnde si primus præsentatus est indignus, episcopus non tenetur secundum recipere, nisi velit gratifica re extra de sup. neg. prælat. c. antepenul. & vlt. Concordat. Inno. in glo. extra de filijs presbyterorum super c. proposuit. Et addit ꝙ tamē benefacit, si reddat prouisionem patrono laico præsentanti indignum, quia laici non sunt instructi in negotijs ecclesiasticis, sed Ber. extra de of. ord. in glo. super c. cum nos dicit ꝙ laicus patronus licet præsentet indignum, non est priuatus. nec priuandus potestate præsentandi, sed in collegio aut in persona ecclesiastica aliud est extra de elect. cum in cunctis. Sic etiam patronus laicus variare potest antequam sit confirmatus, sed non clericus extra de iure patro. cap. cum autem. Inno. recitat hanc opinionem, vbi supra. sed alij dicunt contra vt supra. ¶ Secundo

Secunda qō respondet. 2 quæritur† vtrum aliquis patronus possit seipsum præsentare. Respondetur secundum Hug. ꝙ non quantumcūque sit idoneus extra e. per nostras 8. q. 1. in scripturis, tamen si plures sunt patroni bene possunt vnum de se præsentare, vt dicit Goff. extra de elect. cum in iure. idem Hostien. in gl.

Goffredus. Tertia qō. respondet. 3 ¶ Tertio quæritur† vtrum possit pater filiū, vel nepotem præsentare. Respondetur secundum Host. ꝙ sic, dummodo sit idoneus, quoniam potius videtur præsentādus, quam alius ar. extra de coha. cle. & mu. c. 1. & extra de censibus. cum apostolus. §. prohibemus. Concordant Inn. Goffre. & Bar.

Quarta qō. respondet. 4 ¶ Quarto quæritur† quid si vacante ecclesia prælatus proprio motu vocat patronum, & ei confert ecclesiam in qua habet ius patronatus. Respondetur secundū Host. ꝙ cum hoc non habuit originem à se, sed episcopus proprio motu contulit ei, credo ꝙ possit talis patronus cōsentire voluntati prælati extra e. consuluit. & extra de electio. cum inter.

Quinta qō. respondet. 5 ¶ Quinto quæritur† infra quod tempus patronus debet præsentare. Respondetur ꝙ si patronus est laicus debet præsentare infra quatuor menses, si est ecclesia, vel monasterium tenetur infra sex menses etiam si ius patronatus habuerit ex collatione laici. extra e. si laicus li. 6. alias episcopus ordinabit de ecclesia ar. extra eo. cum propter.

Sexta qō. Respondet Archid. 6 ¶ Sexto quæritur† quid si patronus præsentat vnum, & postea alium. ¶ Respondēdum videtur dimissis alijs modis dicendi iuxta Arch. hic, ꝙ si patronus est laicus & primo præsentatus est dignior secundo, illum episcopus debet acceptare, & si non facit debet primo prouidere ob dolum suum, & iniuriam, quam facit illi. Et in tali casu intelligitur decretalis illa extra e. pastoralis. Si vero sunt æque digni ambo & variare patrono conceditur, episcopus tūc ibi habet liberum arbitrium, vt in decretali cum autem extra e. Si vero est collegium vel ecclesiastica persona variare non potest, sed primus præficiendus est extra e. cum autem aduocatus.

Septima qō 7 ¶ Septimo quærit. † quid si episcopus non sit cui patronus præsentabit. Respondetur quod vacante ecclesia præsentare debet capitulo ar. c. cum olim extra de maio. & obed. & est expressum extra de insti. c. 1. li. 6. Leg.

Exponit literam. ¶ [Decernimus fundatores] & patroni quicunque, siue heredes eorum Hu. [idoneos] de eodem episcopatu. vt di. 71. hortamur glo. [offerant] primo electos à se. debet. n. patronus primo eligere, & nominare sacerdotem, & postea offerre. i. præsentare episcopo [ad ordinandum] quo ad ordinem, si nondum est ordinatus vel [ordinandum]. i. instituēdum, confirmandum, & inuestiendum quo ad temporalia

Hostiensis & spiritualia Hug. secundum quem no. hic ꝙ in capellis & in ecclesijs nō collegiatis tota electio spectat ad patronum. In alijs est vnus de eligentibus vt 18. q. 2. abbatem. Surgit

8 hic quæstio quam mouet hic Arch. † Quid si pupillus siue puer qui est patronus habens septem annos aut vltra

Quæstio. præsentat idoneum, & eius tutor præsentat alium æqualem præsentato per pupillum quis eorum præferri debet & admitti.

Respondet. Respondetur ꝙ præferri & admitti præsentatos per pupillum. Et ratio est, quia ipse pupillus est dominus, & hanc

Tancre. sententiā sequitur. Tancred. & Bar. Brix. in sua quęstione dominicali, quæ incipit, tutor cuiusdam &c. [quod si spre-

9 tis] secunda pars. † Sperni autem patronus potest intelligi tribus modis secundum Hugu. Primo si non vocetur vbi commode vocari possit, & expectari. secundo si adest non tamē auditur, nec admittitur ad cōsilium. Simile notatur 63. dis. obeuntibus ar. 11. quæstione 3. certum. ¶ Surgit q.

Quæstio. Respondet. 10 † quid si patronus est absens & commode expectari non potest. Respondetur, ꝙ eligent clerici sibi prælatum, vel si non sint ibi clerici eliget populus vel episcopus nec ipse postea adinueniens poterit contradicere, prælatus tamen eum debebit cognoscere sicut patronum Hu. [irritam]. i. irritandam, & hoc in odium & verecundiā episcopi.

Quæstio. ¶ Surgit quæstio quā autoritate irritabitur illa ordinatio episcopi. Non potest dici ꝙ autoritate patroni, quia nemo iudex sibi in sua causa ius debet dicere, vt 3. q. 1. §. vlt.

Respōdet. Respondetur ꝙ autoritate maioris hæc fiet. proponet. n. patronus q̄relam superiori iudici. s. metropolitano, & eius autoritate remouebitur ille male institutus. Credo tamen ꝙ possit irritari ab ipso episcopo, si peccatum suum vult corrigere, & emendare. Nam tali casu licet ei corrigere errorem suū arg. di. 50. pœnitentes, & 35. q. 9. quod quidam. & extra de elect. nosti. secundum Hu. & gl. [ordinari] ab ipso maiore, vel eius autoritate ab alio episcopo in odium proprij episcopi vel forte [ordinari] à proprio episcopo, si maior vult ei deferre in tali casu. Hug.



Monasterium. Ad idem sequitur hoc c. ex Romana Synodo sumptum. Summa est in rubro, diuiditur autē in duas partes. In 1. dicit ꝙ patronus non debet priuari iure patronatus in ecclesia canonicæ ab eo cōstructa. In 2. dicit, ꝙ licitum est patrono præsentare rectorem in prædicta ecclesia. Secunda ibi, liceatq;. Leg.

Diuisio.

Exponit literam. ¶ [Monasterium]. i. ecclesia quælibet. vel oratorium. secundum vulgare francorum oratorium dicitur capella pro commodo priuatæ personæ fundata. Hub. [canonicæ]. i. cum consensu episcopi loci illius. [A dominio]. i. iure patronatus, quod improprie dicitur dominiū cum magis sit solicitudo seruitij. Hug. [vel monasterium] i. ius patronatus quod habet in eo [à dominio]. i. potestate, & est idem sensus [eo inuito] Nam volēs potest iuri suo renuntiare, vel in aliam ecclesiam transferre.

Quæstio. Hic surgit q. Si trāsferatur ecclesia in aliū locū, illa quęritur vtrum iste patronus habet ius patronatus in ecclesia noua, vel veteri, vel in vtraque.

Respondet. Respōdetur iuxta Hu. ꝙ si erat patronus in priori ecclesia tantum ratione cōstructionis, vel territorij, habet ius patronatus in veteri & nō in noua ob hoc quod prioris esset patronus, nisi postquam fuit patronus in prima aliquid fecerit, per quod acquisiuisset ius in noua eam constituendo, vel dotando. Si vero fuisset patronus ratione dotationis, quia diuitię nouam sequuntur ecclesiam, habet ius patronatus in vtraque. Hug. [liceat] secunda pars. [commēdare] per electionem Hu. [illius diocœsis] de quacunque parochia vult ar. e. q. 5. c. 1. [dū tamen canonicæ]. i. vt idoneum eligat, & de eadem diocœsi. alias potest repelli ar. d. 71. hortamur Hug.



Rationis. Ad idem inducit hoc c. Gregorij papę in registro. Summa est eadem cum summa præcedentis capituli in prima parte. Lege.

Exponit literam. ¶ [Rationis monasteriū] i. ecclesiam Hu. [uendicare] quo ad ea, quæ spectant ad ius patronatus. s. quo ad electionem sacerdotis, & prouidentiam, & defensionem ipsius ecclesiæ.

Prouidentia. §. Est, in quo magister dicit ꝙ ecclesiæ debent honorari & bene tractari à fundatoribus iuxta prouidentiā, & admonitionem episcopi, ad quod inducit duo sequentia capitula.



Considerandum. Hoc est primum c. ꝙ inducit, & est beati Gregorij. Summa est ꝙ ecclesiæ patroni debeant ecclesiam in honore & statu suo debito iuxta prouidentiam episcopi conseruare, & manutenere. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit. In secunda docet episcopum quid contra contrarium præsumentes agere debeant. Secunda ibi: si autem. Lege.

Diuisio.

Exponit literam. ¶ [Considerandum tenere]. s. ecclesias quo ad ius patronatus. [defendere,] & prouidere. Hu: [Si autē] secunda pars. [in episcopi potestate] omnes. n. ecclesię suæ, diocœsis sunt in potestate episcopi, & per eum debet modus inueniri

dus inueniri, qualiter possint consistere in tali statu, in quo prius erant de consec. di. 1. c. 2. Hu. [aut reliquias] vtrique istorum verborum derogatum esse dicit Hu. nisi velit quis dicere. quod loquitur de reliquijs non in altari reclusis. sed in alijs vasculis in ecclesia positis. Et est sensus, ꝙ episcopus interdicat officium ibi ita quod ecclesiam permittat sic esse. Hug.



SI plures. Ad idem est hoc capitulum, ex concilio Tiburiẽsi. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Si plures contenderint de communi ecclesia]. i. de communi iure patronatus, quod communiter habẽt in ecclesia. Hu. [contenderint] quia volunt in vnum presbyterum consentire. de ista materia dictum est supra in prin. quæstionis articu. 10.

Exponit literam.

Vt ergo. §. Est, in quo incipit quarta pars huius q̃stionis, in qua ostendit magister ꝙ laici donare decimas vel ecclesias sine consensu episcopi nõ possunt, & hoc concludit ex c. quoniam, & c. nullus & c. si quis principum.



LAici. Hoc c. est ex concilio Magũtino sumptum. Summa est ipsa litera patens. ¶ [Sine consensu]. i. autoritate. Arc. nisi in casu præassignato in c. decernimus. s. cũ episcopi spretis patronis presbyteros in ecclesijs instituerunt Hu. & Arch.

Exponit literam.



INuentum. Ad idem est hoc ca. quod est ex concilio Cabilonen. sumptum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat excessum. In secũda prohibet. Secunda ibi. Vnde oportet. Leg. ¶ [Inuentum absq; consensu episcoporum] omnes ecclesiæ suæ diocæsis consensu & voluntate episcopi sunt regendæ, vt 10. q. 1. regenda Hug. [vnde oportet] secunda pars [coram episcopo] adiunctis alijs videlicet episcopis, si agitur ad depositionẽ si vero agitur ad penitentiam agendam vel suspensionem, vel amissionem ecclesiæ adiunctis sibi tantum clericis suis credo ꝙ solus episcopus cum suis clericis potest cognoscere de crimine presbyteri, etiam criminaliter ad qualemcũque pœnam agatur, nisi ad depositionẽ [canonica regula] seruata Hug. [amittere] non tamen deponetur nisi actum sit ad depositionem [graui.] Nam de leui culpa debet ei imponi pœnitentia, & ordo & beneficium seruari, vt distin. 68. sicut Hug.


Diuisio. Exponit literam.

Sic ergo. §. Est in quo magister concludit ex autoritate Hieronymi supra eo. q. fin. quod sicut monachis licet & c. Litera p lana est, & sic soluit propositam quæstionem.



DEcimas Ad hoc inducit hoc c. Vrbani papæ secundi. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. ꝓhibet. In secunda comminatur pœnam. Secunda ibi: Quod si. Lege. ¶ [Decimas volũtate] præcedente, vel sequente. Nam etiam præscribere potest quis ecclesiam à laico. [donatam] extra de iure patro. cura Arch. ¶ Sed surgit quæstio. Quid si episcopus malitiose consentire non vult Respõdetur agatur, per superiorem extra e. c. nullus Lau. Arch.

Diuisio. Exponit literam.



NEmini. Ad idem est hoc c. ex decreto Syluestri. Summa est, ꝙ monasteriũ siue ecclesia non potest in ius proprium alicuius regis vel alterius transferri. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit quod dictum est In 2. ponit decretum. Secunda ibi: Quod si. Lege. ¶ [Nemini] secundum Hug. dimissis alijs expositionib. & intellectibus literæ, istud c. non loquitur de iure patronatus, sed simpliciter de ipsa ecclesia, & assignat, quatuor casus. Primus nõ licet clericos vel laico tradere ecclesiam in proprium ius. s. vt fiat commune habitaculum ar. 19. q. 3. qui semel. secundus est. Quando non licet ecclesiam tradere nisi alteri ecclesiæ. tertius est ꝙ non licet alicui commutare ecclesiam nisi pro ecclesia. Quartus est ꝙ in nullo casu licet ecclesiam vendi, esset. n. simonia, & secundũ hoc legitur sic principium huius ca. [nemini] s. episcoporum, vel quorumcunque liceat tradere alicui regum aut hominum [monasterium]. i. ecclesiam [in proprium ius]. i. in proprium vsum, vt fiat ibi commune habitaculum, vel tradere ecclesiã eã supponendo, & proprietatem inducendo, nisi ad aliud monasterium. i. nisi alij monasterio. i. ecclesiæ. & sic Gratianus inducit hoc cap. ꝙ ecclesia non detur alicui in proprietatem, nisi alij ecclesiæ, vel commutare, nisi cum alio monasterio. i. pro alio monasterio. vel alia re spirituali. Laur. & hic intellectus satis cõgruus est, vt dicit Arch. Et ita nobis videtur [nemini liceat vendere ecclesiã] hoc nullam habet exceptionem, esset. n. simonia, vt dictũ, est Hu. [ꝙ si] secunda pars hoc ad quemlibet casum præmissum respicit. Hug.

Diuisio. Exponit literam. Lauren. Archid.


1 *Ecclesia potest mutari de loco ad locum autoritate episcopi suadente necessitate.*

2 *Vtilius ecclesiæ semper debemus facere.*



SI quis. Hic incipit quinta pars huius q̃stionis, in qua ponit casum specialem de volente mutare ecclesiam de loco ad locum. Sũma est, † ꝙ de licentia episcopi potest suadente vtilitate ecclesia de loco ad locum mutari, dum tamen officiũ diuinum non deseratur; secundum, quæ duo dicta potest diuidi in duas partes. secunda ibi: & dicat. ¶ [Ad meliorãdum.] hęc est vna de 4. causis, quibus ecclesia mutatur de loco ad locum. Aliæ tres habentur de consecrat. distinct. prima. tribus. ar. † quòd semper ꝙ est vtilius ecclesiæ debemus facere 12. q. 1. videntes, & q. 2. sine exceptione Hu. Archi [ponere]. i. aliud ædificare, quod intituletur nomine prioris monasterij saltem quantum ad personas, & possessiones & iura. Vtrum autem erit patronus prior patronus diximus s. e. q. c. monasterium. hic dicit Arc. ꝙ sic si ex dotatione fuerit patronus primus. Secus si ex sola præstatione soli, vel ecclesiæ vel monasterij constructione, cum cõsilio episcopi, & patroni, si habet [fratrum] nunquid sufficeret consensus abbatis & episcopi. Respondet Hu. quod non. [Et dimittat] secunda pars dicit Hu. si fieri potest esse aliqua de causa, ꝙ sacerdos ibi remanere non potest.

Diuisio. Exponit literam. Archid. Quæstio. Respondet.



COnstituit. Hoc c. est ex concilio Magunti. sumptum. Et hic incipit sexta pars huius quæstionis, in qua imponit pœnam monachorum recipientiũ aliũ monachũ non ꝓ fructu animarum, sed pro vtilitate temporalium. hoc capitulum dicit Hu. non deberet esse hic 20. q. 3. & ibi exponetur: hic. n. non facit ad propositum magistri. ponitur autẽ in hoc capitulo quia pœna puniuntur qui homines circũ ueniunt ad ingressum monasterij vt bona illorũ habeant. Et potest diuidi in duas partes. In 1. narrat excessum. In 2. punit eos canonicæ pœnæ. i. excommunicationi subijciendo. In 3. statuit vt tales qui allecti ingressi monasteriu ibi debeant permanere, & res eorum dentur hæredibus. secũda ibi, pœnæ canonicæ. Tertia ibi: hi. alia patent.

Diuisio.

1 *Abbas si recipit aliquem monachum sine consensu fratrum an valeat talis receptio.*

2 *Fratres an possint recipere aliquem ad ordinem vacante monasterio.*



COngregatio. Hic est septima pars quæstionis secundum Io. in qua ostendit ꝙ conuentus eligit sibi abbatem. & est populum sumptum ex eodem concilio Maguntino. Summa est, ꝙ vacante monasterio quocunque ad congregationem monachorũ spectat eligere abbatem. Et diuiditur in tres partes. In 1. dicit quod dictum est. In 2. dicit, ꝙ episcopus non potest, abbatem secum retinere contra voluntatem suam. In 3. ponit, ꝙ non licet abbatibus aliquid ordinare de suis propinquis vel amicis sine fratrum voluntate. Secunda ibi: Episcopus, Tertia ibi: Autem. Lege. ¶ [Congregatio eligere, abbatem] hoc rationabile est. Tum primo, quia præsumitur ꝙ religiosorum conuentus sibi meliorem & vtiliorem eliget in abbatem. Tũ secundo quia verosimile est ꝙ sic ꝓ conuentum electus magis pacifice, & maiori charitate reget & tractabit conuentum ac ipsius bona curiosius procurabit. Tum tertio quia cõuentus, minus resistet, & magis obediet ei, quem sibi in caput & pastorem elegerunt, vel [peccauerit] & ob hoc depositus fuerit aliter non licet 8. q. 4. nonne. [violenter]. i. contra voluntatem fratrum cũ est, dignus depositione, & hoc probatum fuerit episcopo, vt. 18. q. 2. si quis abbas Hug. vel violenter. i. contra voluntatẽ abbatis, & si vult cedere causa humilitatis. vt 18. q. 2. abbas

Diuisio. Exponit literam.

[Ipse]

Quæstio. respondet. 1 [Ipse]secunda pars[Ipse].i.abbas [ordinare] in monachū vel [ipse].i.episcopus[ordinare] in abbatem[siue fratrum, voluntate]nisi vellent maligne resistere,tunc.n. posset ar. 9.q.3.cum simus Hu.& si posset manifestum est,quod valeret.¶Hic Arc. mouet quæstionem.†Quid si abbas recipit aliquem monachum sine consensu fratrum.dicit Host. ꝙ non debet facere,sed si fecerit tenet vt extra de reg.ad apostolicam.idem no.in summa.Idem dicit Martinus de fa.fauore religionis.extra de regu.porrectum 12.q. 2.religiosam cum multis alijs. Sed istis contradicere videtur ista litera manifeste.Et ob hoc forte dicit Specu.ꝙ in talibus cōsuetudo loci cuiuscunque erat expetenda ar.extra de his, quæ fiunt a præla.ea noscitur Arc.sed videtur nobis ꝙ Hugu.dicit optime,ꝙ regulariter fieri non debet,nisi vbi malitiose monachi vellent resistere[consanguineis] præsertim prohibetur de consanguineis,ne carnali fauore hoc fecerit.¶Surgit hic quæstio†vtrum vacante monasterio fratres possent recipere aliquē ad ordinem.Respondetur iuxta Guil.ꝙ sic,quia tota potestas in illo casu remanet penes conuentum,licet contrarium seruetur vt ipse notat in spe. ti.de statu mona.§.alias versi.20.quæritur,& sequenti dic, de reg.si ad solum lib.6.

Martinus. Archid. Quæstio. Respōdet. 2

¶ Causa Decima septima.

Cōtinuatio



Quidam presbyter. Hic intitulatur, decima septima causa quæ continuatur sic ad superiora.Superius magister tractauit de statu monachorum,& de decimis,& alijs ad ecclesiam pertinentibus. Nunc in ista causa incipit tractare de ingredientibus religionem, interserit etiam de priuilegijs, & immunitatibus ecclesiarū,& rerū ecclesiasticarū ostendens qualiter puniēdi sunt res ecclesiasticas inuadētes, vel quia infra spatium ecclesiæ aliquā cōgressionē, vel rapinā vel furtum faciunt.Sed vt ad hæc tractanda magister competentius descendat thema præmittit,& inde quæstiones elicit dicēs. Quidam presbyter.Ex isto themate magister elicit quatuor quęstiones. Quarum prima est vtrum reus voto,& cætera.

¶ Quæstio prima.

2 *Votum diuersimode diffinitur.*
3 *Ad votorum tria requiruntur.*
4 *Votum triplex diuisio.*
5 *Votum singulare quid dicatur.*
Quid simplex nu.6.
Quid solenne nu.7.
9 *Periculi causa sufficiens quæ dicatur.*
12 *Vota duo diuersa si quis emisit quid iuris.*
13 *Vota facta à constituto in angustijs an valeant.*
14 *Vota facta duplici ex causa deficiente vna an teneant.*

Diuisio.



Quod autem. Hic intitulatur 1. quæstio, an liceat pœnitere qui infirmitate grauatus, se velle fieri monachum dicit. Et diuiditur hæc quæstio in duas partes.In 1. ꝓbat per quatuor capitula, quod talis pœnitēs est reus voti. In 2.dat solutionem. secunda ibi.his itaque.

Pro pleniori intelligentia huius materiæ de voto veniunt quærenda quinque.

1 ¶Primo vtrum expediat aliquid vouere.
8 ¶Secundo vtrum votum semper sit de meliori bono.
10 ¶Tertio vtrum magis laudabile sit & meritorium facere aliquid sine voto,quam cum voto.
11 ¶Quarto vtrum omne votum obliget ad sui obseruationem,vel vtrum reddere votum sit necessitatis.
15 ¶Quinto vtrum vouens aliquid statim teneatur illud soluere.

Primū ar. 1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ non expediat aliquid vouere.Primo sic. Christus & apostoli non leguntur aliquid vouisse.ergo videtur quod non expediat aliquid vouere. Consequentia videtur bona,quia si expediret,illi nos aut verbo aut exēplo docuissent,maxime dicente apostolo 1.ad Cor.4.imitatores mei estote,sicut & ego Christi.¶Secundo sic.Non expedit alicui se periculo miscere,sed quicūque vouet periculo se inijcit,quia quod ante votum sine periculo poterat præterire,si non seruetur post votum periculosum est. ¶Tertio sic.Non expedit alicui vt se priuet bono, quod ei Deus donauit, sed libertas est vnum de maximis bonis,quæ Deus homini dedit, quæ videtur priuari per necessitatem quam votum imponit, ergo non videtur expediens homini, ꝙ aliquid vouerit.¶In oppositum est litera præsentis c.vbi ponitur illud psalmistæ.vouete & reddite domino Deo vestro.¶Respondeo pro pleniori intelligētia huius quæstionis.primo præmittemus,quid sit votum.secundo quot sunt species eius.tertio respondebitur ad quæstionem.vtrum.s.expediat aliquid vouere.¶Circa

Secūdū ar. Tertium ar. Opponit in contrarium Respondet.

2 primum est notandum†ꝙ variæ reperiuntur datæ diffinitiones voti.Nam magister sententiarum in quarto di. 38. diffinit hoc modo.Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ,quæ Deo & de his,quæ Dei sunt proprii fieri debet.magister Hugo de sancto Victore in primo libro de sacramētis parte 12. sic diffinit.Votum est sponsio animi voluntaria. ¶Tertio quidam iurisperiti sic.votum est alicuius boni cū deliberatione facta ꝓmissio. ¶Quarto antiqui docentes theologiæ sic diffinierunt. Votum est conceptio boni propositi cum deliberatione firmata, qua quis ad aliquid faciendum vel non faciendum se Deo obligat.¶Quinto alij sic diffiniunt. Votum est promissio melioris boni ex deliberatione firmata. ¶Pro declaratione, harum diffinitionum notandum est cum sancto Th.in secunda secundæ q. 88. ꝙ votum quādam obligationem importat ad aliquid faciendum, vel dimittendum. Obligat se homo homini ad aliquid per modū promissionis, que est actus rationis patet.Tum ex hoc ꝙ promittēs,quia est enuntiatio quædam.Tum ex hoc ꝙ promittens rem promissam ad alterum ordinat.Omnis autem ordinatio rationis est.Sicut.n.hōin petendo,vel deprecando ordinat quodammodo ꝙ sibi ab alijs fiat.Ita promittendo ordinat,qd ipse pro alio facere debeat,sed promissio,quæ ab homine fit homini,non potest fieri nisi per verba, vel quæcunque exteriora signa, Deo autem potest fieri promissio per solā interiorem cogitationem,quia vt dicitur 1.Regum 15. homines vident ea,quæ patent,sed Deus intuetur cor. ¶Exprimuntur tamen quandoque verba exteriora, sed ad sui ipsius excitationem sicut circa orationem cōtingit vel ad alios contestandum,vt non solum desistat à fractione voti propter timorem Dei,sed etiam propter reuerētiam hominum.promissio.n.procedit ex proposito faciendi,propositum autem aliquam deliberationem exigit, cum sit

Hu.de S.Victore. S.Thom.

3 actus voluntatis deliberatæ.¶†Sic ergo ad votum tria requiruntur.primo quidem deliberatio.secundo propositū voluntatis.tertio promissio,in qua perficitur ratio voti. ¶Super adduntur autem quandoque alia duo ad quandā voti confirmationem.s.pronunitatio oris,secūdum illud Psal.65.Reddam tibi vota mea quæ destinxerunt tibi labia mea,& iterum testimonium aliorum,quæ omnia includuntur in diffinitione magistri sententiarum,quæ inter omnes videt perfectissima vt dicit S.Th.in quarto que est,ꝙ votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ,quæ Deo & de his quæ Dei sunt, proprie fieri debet. quia ponit promissionem,quæ est essentialiter votum, & tangit voluntatē,eo ꝙ dicit spontaneē, quæ est causa obligationis,& confirmationem vltimam promissionis, quæ alias includitur in hoc,ꝙ dicit testificatio,& voti terminū qui est actus.ad alterum in hoc,ꝙ dicit quæ Deo debet fieri,quia votum non fit sanctis,nisi secundum ꝙ per suffragia sunt mediatores inter nos & Deum,sicut & oratio ad sanctos fit.Et ideo omne votum principaliter ad Deum reducitur sicut,& oratio.Tangit autem materiam in hoc,ꝙ dicit ꝙ est de his quæ Dei sunt.Aliæ vero diffinitiones dātur secundum diuersa,quæ requiruntur ad votum in illis diffinitionibus incomprehensa secūdum magis,& minus. ¶Circa tertium articulum de speciebus votorum est no-

4 tandum†ꝙ reperitur triplex diuisio votorum.primam.n. magister sententiarum in 3.d.38.ponit istam.Quod est votum quoddam commune,& quoddam singulare,commune votum dicitur,quod est de his,ad quæ omnes tenētur, sicut

sicut est votũ quod in baptismo quisquis christianus facit abrenuntiando diabolo,& pompis eius,& fidem seruare, vt dicit gl. super illud psalm.75. vouete & reddite domino
5 Deo vestro.†Votũ singulare dr̃ ꝙ est de his ad quæ non tenemur sicut sunt supererogationis sicut. j. videbitur in alia quæstione. Ista autẽ diuisio qua votũ diuiditur in singulare & in commune vt dicit Albertus,& S. Tho. in 4. est diuisio analogi quod prædicatur per prius & posterius de suis diuidentibus, sicut ens de substantia,& accidente. Cũ .n. votum sit obligatio ex voluntate facta, necessitas autem voluntarium excludit illud votum quod nihil necessitatis habere dicitur per prius votum, quasi habens compelete rationem voti. Et hoc est votum singulare, quod est de illis, ad quæ non tenemur. Illud autem votum, quod habet aliquid necessitatis, habet incomplete rationem voti. Et ideo dicitur per posterius votum,& hoc est votum commune quod est de his ad quæ omnes tenẽtur quorum est, necessitas conditionata non absoluta. secunda diuisio voti
6 est in priuatum siue simplex,& in solẽne.†votum simplex siue priuatum dr̃ quod simpliciter emittitur nulla solennitate adhibita. vt cũ dico. voueo continentiã. voueo intrare
7 religionem,& non procedit. †Votum solenne est, quando post votum solennitas sequitur. Ista diuisio vt dicit S. Tho. vbi supra in quarto est diuisio totius potestatiui in suas partes. Cuius perfecta virtus est in vna suarũ partium. In alijs autem quædam ipsius partitio. sicut anima diuiditur in rationalem, sensibilem,& vegetabilem. virtus autẽ voti est obligatio, quæ quidem virtus complete est in voto solenni, cuius obligatio nullo casu irritari põt, sed est incõplete in voto priuato siue simplici cuius obligatio aliquo casu irritatur. ¶ Tertia diuisio voti est, ꝙ aliud est purum & absolutum, vt cum quis sine conditione aut determinatione emittit votum continentiæ, abstinentiæ, vel peregrinationis, vel simile. Aliud est votum conditionatum, vt cum qs vouẽs peregrinationẽ vel huiusmodi dicit. Si Deus dederit mihi sanitatem vel vsque ad annum vel simile. ¶ His habitis venio ad quæstionem soluendam. Respondeo dicendum. iuxta sanctum Tho. sub vna breui conclusione, ꝙ licet non expediat aliquid vouere propter vtilitatem Dei, expedit tamen ppter vtilitatem hominis. patet cõclusio. quia sicut illud, quod damus Deo non est vtile, sed nobis quia quod ei redditur reddenti additur, vt dicit Augu. Ita etiam promissio qua Deo aliquid vouemus non cedit in eius vtilitatem, qui à nobis certificari non indiget. sed ad vtilitatem nostram inquantum vouendo voluntatem nostram immobiliter firmamus ad id quod expedit facere. Et ita patet conclusio ꝙ expediens est vouere. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est de Christo, quia vt dicit S. Tho. Christo secundum se non competebat vouere. Tum quia Deus erat. Tum quia inquãtum homo habebat firmatã volũtatem in bono, quasi comprehensor existens quamuis p quandam similitudinem ex persona eius dicatur in psal. 21. secundum glo. vota mea domino reddam in cõspectu timentium eum. Loquitur autem pro corpore suo, quod est ecclesia. de apostolis autem dicitur, ꝙ intelliguntur vouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christũ relictis omnibus sunt secuti. vnde Apostolus de seipso dicit 1. ad Corin. 20. Cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci. ¶ Ad secundã respõdetur negando minorem falsum.n. est, ꝙ periculum immineat vouenti ex ipso voto, sed ex culpa hominis, qui voluntatem mutat transgrediendo votum. vnde dicit in epistola ad Mentarium & Paulinam. Non te vouisse pœniteat. imo gaude iam tibi non sic licere, quod cum tuo detrimento licuisset. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. Dicimus.n. ꝙ sicut non posse non diminuit libertatem, ita etiam necessitas firmatæ volũtatis in bonũ nõ diminuit libertatẽ, vt patet in Deo,& in beatis,& talis est necessitas voti similitudinem quandam habens cum confirmatione beatorum. vnde Aug. dicit in eadem epistola, ꝙ fœlix necessitas, quæ in meliora compellit.

Albertus. S. Thom.

S. Thom.

Augu.

Ad primũ argu.

Ad secundũ

Ad tertium

8 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur quod votum non semper debeat fieri, de meliori bono. Primo sic. melius.n. bonum dicitur, quot ad supererogationem pertinet. sed votum non solum fit de his, quæ sunt superogationis, sed etiam de his quæ pertinent ad salutem. nam in baptismo vouent homines abrenuntiare diabolo,& põpis eius,& fidem seruare. vt in glo. super illud psal. vouete,&c. Item Iacob etiam vouit, ꝙ esset eis dominus in Deum,& ꝙ decimas & hostias & pacifica offerret ei, vt habetur Gen. 28. hoc autem maxime est, de necessitate salutis, ergo votum non solum fit de meliori bono. ¶ Secundo sic. videtur ꝙ votum nõ solum de meliori bono fieri posset. sed etiam de illicito. sicut patet in voto de Iepte qui in cathalogo sanctorum ponitur. qui vouit vt primum quod occurreret sibi reuertenti de victoria offerret Deo,& obtulit propriam filiam. quod illicitũ fuit. ¶ Tertio sic. ea quæ redundant in detrimentum personæ, vel quæ ad nihilum sunt vtilia, non habent rationẽ melioris boni. sed quãdoq; fiunt aliqua vota de immoderatis vigilijs, vel ieiunijs, quæ vergunt in periculum personę. Quandoque etiam fiunt aliqua vota de aliquibus indifferentibus ad nihilum valentibus &c. ¶ Quarto videmus quosdam & præcipue fœminas vouere ꝙ non pectinent caput tali die pro festo, quando licet operari, vel ꝙ non comedant hunc vel illum cibum, sicut anguillam, vel aliud simile. Et de his nec est consilium, nec est præceptum, ergo videtur ꝙ votum non semper sit de bono. de quo est consilium siue de meliori bono. ¶ In oppositum est diffinitio prius posita, ꝙ votum sit promissio melioris boni. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. Licet votum communiter acceptum, quod supra appellamus commune votum, fit de his quæ cadunt sub præcepto, quemadmodum est illud, ꝙ quilibet in baptismo dr̃ vouere, vt arguebat in primo argumento, votum proprie sumptum quod votum appellauimus votum singulare, non est nisi de meliori bono, siue de his quæ cadunt sub consilio. Ista conclusio quo ad primam partem est manifesta. Quo ad secundam probatur sic iuxta sanctum Tho. in secunda secundæ. Cum.n. votum sit promissio Deo facta, oportet ꝙ sit de bono ad Deum pertinente,& ꝙ sit Deo acceptum. Cum ergo omne peccatum sit contra Deum, nec aliquod opus sit Deo acceptum, nisi sit virtuosum, consequens est, ꝙ de nullo illicito, nec de aliquo indifferenti debeat fieri votum, sed solum de aliquo actu virtutis: Sed quia votum promissionẽ voluntariam importat, necessitas autem voluntatem excludit, illud quod est absolute necessarium esse, vel non esse nullo modo cadit sub voto. Stultum.n. esset, si quis voueret se esse volaturum, vel non esse moriturum. Illud vero, quod non habet absolutam necessitatem, sed necessitatẽ finis, puta, quia sine eo potest esse salus, cadit quidem sub voto, inquantum voluntarie fit, non autem inquãtum est necessitatis: illud autem quod nec cadit sub necessitate absoluta, nec sub necessitate finis, siue conditionata omnino est voluntarium. Et ideo proprijssime cadit sub voto. Hoc autem dicitur maius bonum, in comparatione ad bonum quod cõmuniter est de necessitate salutis, vel quia superaddatur illis bonis, sine quibus non est salus, vt dicit S. Th. in quarto. Et ideo proprie loquendo votum dicitur esse, de bono meliori. His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur, ꝙ votum illud baptizatorum non proprie dicitur votum, vt dictum est, sed large, siue communiter dictum. ¶ Ad illud quod dicitur respondetur iuxta S. Tho.& iuxta dominum Albertum in 4. ꝙ votum Iacob fuit de bono consilij. Cum.n. dicit, erit mihi dominus in Deum, intelligitur per cultum specialẽ, ad quem in communi nõ tenebantur alij, sicut est erectio altaris, preordinatio loci ad templi futuram ædificationẽ. Et cum dicit decimas,&c. hoc erat etiam inconsiliabile, quia nondum erant ministri quibus debẽtur decimæ nec etiam multi pauperes, eo, ꝙ tunc habitatores erãt rari. Et ideo tunc oblatio decimarum non sub præcepto sed sub consilio cadebat. ¶ Ad secundam respondetur iuxta sanctum Tho. ꝙ quædam sunt quæ in omnem euentum sunt bona, sicut opera virtutis,& alia quæ absolute possunt cadere sub voto. Quædam vero in omnem euẽtum sunt mala, sicut ea, quæ secundum se sunt peccata.& hæc nullo modo possunt sub voto cadere, vt dictum est. Quædam vero sunt in se quidem considerata bona,& secundum hoc possunt cadere sub voto,& sic accidit in voto Ieptæ, qui vt dicitur Iudicum 11. votum vouit domino dicens. Si tradideris filios Amos in manus meas, quicunque primus egressus fuerit de foribus domus meę mihique occurret reuertenti in pace, offeram eum in holocaustum domino. Licet .n. hoc

Primũ ar

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit in cõtrarium. Respondet.

S. Thom.

Ad primũ argumen. S. Thom. Albertus.

Ad secundũ S. Thom.

enim hoc quantum ad emissionem voti est erit laudabile qa ex deuotione & fide, qua sperabat habere victoriam procesſit, nihilominus ex indeterminatione eius fuit indiscretũ, ratione cuius poterat malum euentũ habere, si occurreret ei aliquod animal non immolandum, sicut asinus, vel homo, ꝙ etiam accidit. vnde & Hieronymus dicit, quod in vouendo fuit stultus, quia discretionem non adhibuit, & in reddendo impius. præmittitur tamen ibidem, quod factus est spiritus domini super eum. qa fides & deuotio ipsius ex qua motus est ad vouendum fuit à spiritu sancto, ꝓp quod ponitur in decalogo sanctorũ, & ꝓp victoriã quam habuit sicut alij sancti. Et quia probabile est eum pęnituisse de facto iniquo, ꝙ tamẽ aliquod bonum figurabat. ¶ Ad tertiam respõdetur iuxta S. Tho. & Albertum, quod maceratio corporis publica per vigilias & ieiunia non est Deo accepta, nisi in quantũ est opus virtutis, quod quidem est inquantum cum debita discretione fit, vt scilicet concupiscentia refrenetur, & natura non nimis grauetur, & sub tali tenore possunt huiusmodi sub voto cadere & non aliter. vnde votum quod vergit in periculum sanitatis, & vitæ, non est seruandum. nec tale quod vergit in periculum personæ potest cadere sub voto. Et ideo cum est periculum, frangendum est votum, vel potius habendum ꝓ non voto. bonum tamen est, quod in talibus quęratur dispẽsatio superioris, sed si tarde habeatur, vel eam non daret & periculum immineret posset secure frangere votum.

Hierony. | Ad tertiũ. S. Tho. Albertus.

9 † videtur autem mihi inquit Albertus quod sufficiens causa periculi est duplex. s. paupertas vel infirmitas. pauꝑtas vt si forte quis vouit nõ comedere carnes. & cum mendicãt nõ danẽ ei nisi carnes, vel ea quæ sunt de carnibus, ꝗ si nõ cõmedat inedia cõsumetur. infirmitas aũt vt si vouit nõ comedere hoc vel illud, & postea debilitatur nisi comedat, tunc puto votũ frangere posse. Vota vero quæ sunt de rebus vanis & inutilibus, sicut de non pectinendo caput die sabbati, & similia potius sunt decidenda, ꝗ obseruãda. ¶ Ad quartam respõdetur iuxta Albertum magnum, & S. Tho. quod talia vota potius sunt sortilegia quædam, ꝗ vota & sunt reliquię quędã idolatrię, ẽm quã obseruantur dies, & menses, & ideo pro non votis habenda sunt, & etiã si pro honore Dei & sanctorũ fiant vt dicit Albertus. & peccant talia vouentes propter similitudinem idolatriæ. quia vt dicit Hieronymus cum infidelibus nec etiam nomina debemus habere communia. & apostolus dicit. 1. ad Thessa. 4. Ab omni specie mala abstinete vos.

Ad quartũ. Albertum. magnus. S. Tho

10 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quod non sit magis laudabile, aut meritorium facere aliquid cum voto, ꝗ sine voto. Primo sic. dicitur enim in secundo lib. de vita cõtẽplat. sic abstinere vel ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subdamus. ne iam nõ deuoti sed inuiti rem voluntariam faciamus. Sed ille ꝗ vouet ieiuniũ subdit se necessitati ieiunãdi. ergo melius erit si ieiunaret sine voto. ¶ Scd'o sic. Dicit apostolus. 2. ad. Cor. 9. Hilarem datorem diligit Deus. sed quidẽ ea quæ vouent ex tristitia faciunt. & hoc videẽ ꝓcedere ex necessitate, quũ votum imponit, qa necessitas contristãs est. 5. ethico. ergo melius est aliquid facere sine voto. ¶ Tertio sic votum necessarium est ad hoc, quod firmeẽ volũtas hominis ad rem, quam vouet. sed non potest magis firmari voluntas ad aliqd faciẽdum, quã cum actu facit. illud ergo nõ est melius facere aliquid cum voto, ꝗ sine voto. ¶ In oppositum est illud quod sup illud ps. vouete & reddite. dicit gl. voue te voluntati consulitur, sed cõsilium nõ est nisi de meliori bono. ergo melius est aliquid facere ex voto, ꝗ sine uoto. patet. qa ꝗ facit sine uoto, implet tantum unum consilium, s. de faciẽdo. Qui autem facit cum uoto implet duo consilia. s. & uouẽdo, & faciẽdo. ¶ Respõdeo iuxta S. Tho. in secunda secundæ. ubi supra sub ista cõclusione quod melius est & magis meritoriũ idẽ opus facere cum uoto, ꝗ facere sine uoto. Hæc cõclusio ex triplici rõne colligiẽ. primo qdẽ qa uouere est actus latrię, ꝗ est pręcipua inter virtutes morales, ẽm illud Esa. 19. Colent eum in hostijs, & uota uouebunt dño & soluent. Colere autẽ Deum est proprie religionis siue latriæ. nobilioris aũt uirtutis est opus melius & magis meritorium. unde actus inferioris uirtutis est melior, & magis meritorius ex hoc qđ impatur à superiori uirtute, cuius actus fit ꝑ imperiũ. sicut actus fidei uel spei melior est impetreẽ à charitate, & ideo act⁹ aliarum uirtutum moralium puta ieiunare, qđ est actus abstinẽtiæ, & cõtinere qđ est actus castitatis sunt meliora, & mágis meritoria, si fiãt ex uoto, qã sic iá pertinent ad diuinum cultum quasi qdã Dei sacrificia. unde Augustinus lib. de uirginitate dicit, quod nec ipsa uirginitas qa uirginitas est, sed qa Deo de dicata honorat, quã vouet, & seruat cõtinẽtia pietatis. Secundo ueritas ꝑfatæ cõclusionis patet ex eo, quia ille qui uouet aliquid facit plus se Deo subijcit, quã ille qui solum facit. Subijcit. n. se Deo nõ solum quãtum ad actum, sed etiã quãtum ad potestatẽ. qa de cetero nõ potest aliud facere sicut plus daret homini, qui daret ei arborem cum fructibus quã qui daret ei fructus tantum. ut dicit Anselmus libro de similitudinibus. Et inde est qđ etiã ꝓmittẽtibus gratiæ agũtur. ¶ Tertio patet veritas conclusionis, quia per votum immobilter voluntas firmatur in bonum. facere autem aliquid ex volũtate firmata in bonum pertinet ad perfectionẽ virtutis vt patet ꝑ philosophũ. 2. ethi. sicut etiam peccare volũtate obstinata aggrauat peccatum, & dicitur peccatũ in spiritũ sanctũ. ¶ His habitis dicendum est ad rões in oppositum. Ad primã respondetur negando cõsequentiã. Et ad authoritatem respondetur ꝙ non est ad ꝓpositum nostrum. Et ratio est, quia vt dicit. S. Tho. illa intelligenda est de necessitate coactionis, quæ in uolũtarium causat & deuotionem excludit. vnde signanter dicit ne iam nõ deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Necessitas autem voti est per immutabilitatẽ voluntatis. unde & uoluntatẽ confirmat & deuotionem auget. Et ideo ratio non sequitur. ¶ Ad secũdã respõdetur pariter negando consequentiã. Et ratio est quia necessitas coactionis inquãtum est cõtraria uoluntati tristitiam causat. ẽm philosophum. Necessitas autem uoluntati in his qui sunt bene dispositi, inquãtum uoluntatem cõfirmat nõ causat tristitiã, sed gaudium. unde Augustinus in epl'a ad Armentarium & Paulinã. Nõ te uouisse pæniteat, imo gaude iã tibi nõ licere, ꝙ cũ tuo detrimẽto licuisset. Si tamen ipsum opus secundũ se consideratũ triste & inuoluntarium redderetur post uotum, dum tñ remaneat uoluntas uotum implẽdi, adhuc est magis meritorium, ꝗ si fieret sine uoto, qa impletio uoti est actus religionis, ꝗ est potior uirtus, quam abstinẽtia cuius actus est ieiunare. ¶ Ad tertiã respondetur negãdo minorẽ, & rõ est iuxta. S. Th. qa ille ꝗ facit aliqd sine uoluntate habet immobilẽ uoluntatẽ respectu illius operis singularis ꝙ fit, & tũc qñ facit nõ manet uolũtas eius firmata in futurũ sicut uouẽtis. qa suã uolũtatẽ obligauit ad aliqd faciẽdum, & anteꝗ faceret illud singulare opus & fortasse pluries faciẽdi.

Primum argu. | Secũdũ ar. | Tertiũ ar. | Opponit in contrarium | Respondet. | Augus. | Ad primũ arg. S. Tho. | Ad secundũ | Augu. | Ad tertium S. Thom.

11 **Ad quartum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non omne uotum obliget ad sui obseruationẽ. Primo sic. Simplex ꝓmissio facta homini non obligat ad cõseruãdum ẽm institutionẽ legis humanæ. ergo multo minus simplex promissio Deo facta, quæ dicitur uotum obligat ad obseruandum. cõsequentia uidetur bona, quia hõ magis indiget his quæ per alium hominẽ fiunt, quam Deus, qui bonorum nostrorum nõ eget. ¶ Secundo sic. Cõfirmãdo rõnẽ factam, effectus nõ est firmior sua causa. sed causa dans firmitatem suo uoto est deliberatio. Cũ ergo deliberatio humana non habeat necessariã firmitatẽ, quia cogitationes hominum sunt timidæ & incertæ ꝓuidẽtiæ nostræ ut dicitur Sapien. 9. ergo uidetur, ꝙ uotum nõ obligat necessario ad seruandum. ¶ Tertio sic. nullus obligatur ad impossibile, ut extra de regu. iur. nemo. li. 6. Sed quãdoq; illud quod quis uouit fit ei impossibile ut patet in illo qui uouit uirginitatem, & corrumpitur, uel cum qa uouet pecuniã dare, & postea eã perdit. ergo nõ est necessitatis uotum obseruari. ¶ Quarto sic, nullus obligatur ad id, ꝙ pẽdet ex arbitrio aliẽo sicut cũ quis uouet intrare aliquod claustrum religionis. Est enim in potestate illorum eum recipere, vel non. ergo si ipsi nolunt nõ videtur ꝙ obligetur ad soluẽdum votum. ¶ Quinto sic, Votum quandoq; fit cum cõditione sicut Iacob. Gen. 26. Si dominus meus mecum fuerit &c. Sed tale votũ nõ obligat nisi cõditione existẽte. ergo nõ oẽ votũ obligat de necessitate. ¶ Sexto ille qui moratur in religione vltra tempus probationis determinatũ etiam si ore nõ ꝓfiteatur votũ interpretatum fecisse dicitur. Sed hoc votũ vt videtur nõ est necesse obseruare, quia ipse nihil ꝓmisit, nec videẽ teneri semꝑ ad ea, quæ votum ꝓfessionis cõtinet, cũ quãdoq; tẽpore ꝓbationis, nõ videãtur religiosi statuta regulæ obseruare, & ipse nõ intẽdit intrare monasteriũ, nisi vt viueret sicut alij viuũt ergo videtur ꝙ nõ omne votũ obliget ut necessario seruet. ¶ In oppositum est litera præsentis. c. & aliquorũ sequẽtiũ. & illud Ecclesia. 5. Quodcunq; uoueris redde. multo melius est nõ uouere, ꝗ post uotum ꝓmissa nõ reddere. ¶ Respõdeo dicẽdum iuxta Albert. magnum, ꝙ necessitas est duplex. sed necessitas ineuitabilitatis, siue coactionis absolute, & necessitas

Primum ar | Secũdũ ar. | Tertium ar | Quartũ ar. | Quintũ ar. | Sextum ar. | Oppon. in contrariũ. Respondet

sitas cōditionis. Prima necessitas est, sicut graue necesse habet descēdere. Fa sicut infirmus necesse habet sumere medicinā si ab infirmitate vult curari. Qua distin. posita ponitur cōclusio responsiua ꝙ tali modo necessitatis est necessariū reddere vota Deo facta nisi interueniat impedimentū. quia aliter causa damnationis incurrit animæ. s. peccatū mortale. peccat enim mortaliter qui votū rite factū ꝑtermittit. Quæ conclusio iuxta Sant. ¶Tho. probatur ratione sic. Votum vt ex prædictis patet est quidam promissionis cōtractus inter Deum & hominē. sed contractus bonæ fidei inter hoīes factus obligat ad necessariam obseruantiā. ergo multo fortius votū quo homo Deo aliquid promittit. ¶Secūdo sic. Ad fidelitatē hoīs pertinet, vt soluat id ꝙ ꝓmisit. vnde secundū Aug. fides dicitur ꝙ fuerit dicta. maxime autē debet homo Deo fidelitatem. Tū ratione dominij. Tum etiā ratione beneficij suscepti. Et ideo maxime obligatur hō ad hoc, ꝙ impleat vota Deo facta, cum hoc pertineat ad fidelitatē, quam homo debet Deo. fractio autem voti est quædā infidelitatis species. vnde Salamon rationem assignans quare sunt vota reddēda dicit, quia displicet Deo infidelis ꝓmissio. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur negādo assumptum. dicimus enim, ꝙ ſm honestatem ex qualibet promissione homo homini obligatur, & obligatiōe iuris naturalis, licet non obligatione ciuili, ad quam alia requiruntur. Præterea nihil valet quod inducitur ad probādū, quia licet Deus bonis nostris nō egeat, ei tamē maxime obligamur. & ita votum ei factum est maxime obligatorium. ¶Ad secūdam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Sāctū Tho. quia licet deliberatio hominis sit variabilis rectitudo tamen legis naturalis q̄ dictat quod promittitur Deo esse seruandum, est inuariabilis. & ista est quæ dat necessariā obligationem voto. ¶Ad tertiam respōdetur qđ si illud quod qs vouit ex quacūq; causa impossibile reddat, obligatio voti tollitur nihilominus debet homo facere quod in se est saltē habeat promptam voluntatem faciēdi quod pōt. vt si quis diues vouerit ędificare ecclesiā, vel dare pecuniam magnā qui post modum perficere non posset paupertate superueniēte, non obligatur ex voto adimplendum. Sed tamen vt dicit. S. Th. in. 4. hic est distinguēdum dupliciter. vno modo vel est factus omnino impotens, & tunc non tenetur simpliciter ad hoc, quod vouit, vel est factus impotens ad votum perficiendum, quāuis nō ad partem, & tunc ad illud quod pōt remanet obligatus. Alio modo distinguendum est vtrū ex culpa sua talē impotentiā incurrerit, & si sic. tunc oportet recompensare, ꝑ pęnitentiam, per quam vt dicit Albertus recompensatur omne quod per peccatum omittitur. Si vero nō ex culpa sua talem impotētiam incurrit, tunc nō tenetur aliquā recompensationem. Ad id quod dicebatur de virginitate corrupta, respondetur iuxta Albertum magnum & Sanctū Tho. in. 4. qđ illa q̄ virginitatē vouit si corrupta est, quamuis non possit virginitatem reddere, tamē potest reddere continentiam, & ad hoc remanet obligata, & vlterius ad pænitētię lamentū per quod virginitatem amissam Deo recompensat quod quidē & si nō sit æquiualēs simpliciter secundū valorē rei, est tamen æquiualēs q̄tum ad reputationem Dei, qui nō exigit ab homine vltra posse. ¶Ad quartā respōdetur iuxta S. Tho. tam in secunda secundę quā in. 4. quod si illius q vouit monasterium aliquod intrare intētio fuit se obligare ad religionis ingressum principaliter, & ex cōsequēti eligit hāc religionem, vel hunc locum, quasi sibi magis cōgruentē, tenetur si non pōt ibi recipi aliam religionem intrare. Si autē principalis intendit se obligare ad hanc religionem vel ad hunc locum, propter specialem complacentiā huius religionis, vel huiusmodi loci, non tenetur aliam religionem intrare, si illi eum recipere nolunt, quia in voto illo hæc conditio intelligitur si illi eum recipere, alias esset indiscretum votū. vnde conditione non existente nō obligatur. Si aūt dubitet quo modo se in vouēdo habuit debet tutiorem viā eligere, ne se discrimini committat. ¶Ad quintam respondetur ꝙ illud ꝙ sub conditione vouetur non vouetur simpliciter. & ideo nō obligat nisi conditione existente. alias sic. 33 q. 8. solum. ex. de condi. appo. verum. & extra de resti. spo. olim causam. Et intelligas non obligari, si tota obligatio ponebatur in euentum cōditionis. Et iterum nisi propter scādalum tollendum sit votum implendum. extra de voto. magne. & extra de conuer. coniu. ex parte. circa finē. concor. Inn. & Host.

12 ¶Hic surgit quæstio †quid si aliqs emisit duo vota diuersa. Respōdet. S. Tho. in. 4. quod si illa duo vota sunt talia quorū vnum sit compossibile cum alio debet vtrunque seruare, nisi forte authoritate superioris minus votum in maius sequens commutauerit. Si autem secundum sit omnino incōpossibile, primo debet seruare maius, & de minori secundū arbitrium prælati satisfacere. ¶Ad sextum respondetur, qđ votum interpretatum obligat, sicut & votum oretenus emissum, vnde si aliquis potest tempus probationis in monasterio remanserit, obligatur. & voto interpretato nisi forte ꝓpter aliquam causam fuerit sibi terminus protelatus, vel consueuerit alijs protelari. quia tunc non facit votum interpretatum vltra annum stans, & talis qui votum interpretatum fecit ad tria vota religionis principalia in omni casu tenetur, sed ad alias obseruantias, quorū transgressio ex dissimulatione prælatorn inducitur, qui dū videntes, non corrigunt indulgere videnē nō vidētur obligari, & ꝑcipue si sunt simplices, quia talia discernere sufficienter nesciunt. ¶Hic surgit alia quæstio. †vtrū vota facta in angustijs constituti, vt mulieres

13 in partu, vel homines in aliqbus periculis, habeant deliberatam intentionem se obligandi, obligati sunt ad reddendum ar. ij. q. 4. sunt q. Secus si subito & indeliberate. ¶Surgit alia

14 qō. †Quid de votis quę fiunt duplici ex causa vtrum implenda sint altera causa cessante vt puta quis vouit ire ad S. Iacobum, quia credebat ibi inuenire germanum suum, & etiam propter redimenda peccata. ¶Respondetur quod quamuis sciuerit germanum decessisse, etiam antequam iter arripiat nihilominus propter aliam causam solam nihilominus intendisset se obligare.

15 Ad quintum Sic proceditur. †Et videtur quod votum statim sit soluēdum. Primo sic dicitur. Deute. 23. Cum votum voueris Deo tuo, nō tardabis reddere. quia requiret illud Deus, Deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatu m. ¶Secundo idem videtur, quia quicunque tenetur ad aliquid sine temporis determinatione tenetur ad statim soluendum. ¶In oppositum est quia votum sub conditione futura factum homo non tenetur statim soluere. ¶Respondeo dicēdum iuxta. S. Tho. in secunda secundę, quod obligatio voti ex propria voluntate & intentione causatur. vnde dicitur Deut. 23. quod semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino Deo tuo, & ꝓpria voluntate & ore tuo locutus es. Et ideo si intentione & voluntate vouentis est se obligare ad statim soluendum, est conclusio, quod tenetur statim soluere cum potest, nisi in mente aliud habuerit. tamē datur ei tempus ad arbitrium boni viri ad disponendum de rebus suis. Si autem ad certum tempus vel sub certa cōditione est conclusio, quod non tenetur statim soluere, nisi stante conditione vel die determinato, quantum vero ad illum, qui vouit intrare religionem dicēdum est iuxta. S. Tho. in quarto quod quando vouit quis intrare religionem, si intendebat se statim obligare, vel ad arbitrium alienum, non potest vlterius differre, etiam propter debita soluenda. Sed ille qui eum recepit tenetur ea soluere. Si autem in vouendo de debitis cogitabat, probabiliter præsumi potest, quod non intēdebat se obligare antequam de rebus suis disposuisset, quando autem timet rationabiliter perpetuum impedimentum tenetur vlterius non differre. Le. ¶[Quod autē:] Litera plana & qualiter intelligēda sit & qualiter à voto nō liceat discedere cum obliget ad sui obseruationem patet ex dictis in quarta qōne. [Vouete] psalmus. 75. vbi Augu. dicit, vouere est voluntatis sed reddere necessitatis.

1 *Vouere an possit omnis sanę mentis.*
2 *Episcopus an possit vouere.*
3 *Clericus an possit aliquod votum facere.*
4 *Religiosus an possit facere aliquod votum.*
5 *Filius familias postquam venit ad pubertatē an possit vouere.*
6 *Pueri an possint emittere votum ante annos pubertatis.*
7 *Obligatio aliqua quod non habeat robur potest contingere ex duobus.*
8 *Se uus an possit vouere.*
9 *Vxor an possit emittere votum sine consensu viri, & vir sine consensu vxoris.*
10 *Vxor quæ cum consensu viri emisit votum, si postea vir prohibeat, an debeat obedire viro.*
11 *Personæ subiectæ voluntati alterius an peccent vouendo.*
12 *Pater tutor maritus prælatus & huiusmodi an peccent reuocando votum subiectorum sibi.*

Sunt quædam

S. Thom. August. Ad primū argu. Ad secundū Ad tertiū. S. Tho. Al... gnus. S. Tho Ad quartū. S. Tho. Ad quintū. Quæstio. Respondet. S. Tho. Ad quintū. Quæstio. Respōdet Quæstio. Respondet Ad primū arg Secūdū ar Opponit in contrarium Respondet. S. Tho. Exponit literam.



Vnt quædam. Ad idē est hoc c.quod est beati Augu. super psalmum.75.Sūma est quæ in rubro.Breue est Lege.¶Sunt quędā,quę debemus seruare absque voto.]scilicet singulari ad quę tenemur iure diuino,vel iure naturalis rationis, vt sunt omnia sine quibus salus esse nō potest,vt sunt præcepta euāgelica.de quibus.Mat.19.Si vis ad vitā ingredi, serua mandata[Quędā nō debemus]sicut est cōtinētia.vel virginitas.& ieiunia volūtaria.& hmōi.Ad illa.n.nō tenemur ex necessitate seruāda,ad q̄ nō obligamur sine voto imo lib. est seruare,vel nō seruare sicut apostolus ait.j.ad Cor.7.ꝙ virgo bene facit si matrimonio iuncta fuerit, sed melius si virgo ꝑmāserit ita ꝙ pōt seruare virginitatē,vel nō seruare,si nō vouit.vnde apostolus dicit de virginibus præceptum non habeo, sed consilium do.32.q.1.integritas[necesse]quia vouere est voluntatis,sed reddere necessitatis quia in gl.dicitur necessario. nisi tale sit illud votum quod pēdeat de alieno arbitrio,vt est

Quæstio. votum continentiæ alterius coniugatorum,& de votis religiosorū & seruorum.¶Pro pleniori intelligentia tam literæ q̄ gl.est tractādū qs pōt vouere & qs nō. Quęritur†vtrū omnis sanæ mētis possit libere vouere.& videt quod sic arguēdo quod illi possunt votum libere emittere de quibus dicit glo.

Primū. quod nō.Et primo de seruis sic.minus vinculum superatur à maiori.sed obligatio qua quis subijcitur homini est minus vinculum,q̄ votū p ꝙ aliqs obligat Deo.ergo obligatio qua qs seru⁹ obligat domino,ergo hō nō pōt eū ꝓhibere a vouē

Secūdū ar. do.¶Secundo idē arguit de religiosis sic.maius est facere q̄ ꝓmittere.sed religiosi possunt aliqua facere sine licentia suorū platorū.puta dicere aliquos psalmos,vel facere aliquas abstinentias.ergo videtur multo magis hoc vouendo Deo ꝓ

Tertium ar mittere.¶Tertio de filijs familias idem ar.sic filius familias licet sit sub potestate patris pōt vouere & contrahere. vnde quotidie fit,ꝙ filij inuitis parētibus religionē ꝓfitētur.ergo

Quartū ar &c.¶Quarto idē arguit de pueris ante annos pubertatis sic illud ꝙ nō est rite factū,nō est validū etiā si à nullo reuocet: sed votū puellæ ante annos pubertatis emissum validū est, si infra annū à parētibus nō reuocet.20.q.2.puella ergo licite & rite possunt pueri voto obligari,etiā ad religionē ante

Quintū ar. annos pubertatis. ¶Quinto idem arguit de coniugib. sic. vxor nō obstāte ꝙ sit sub ptāte viri,vt patet Ge.3.pōt vouere aliqua,ēt sine cōsensu viri,& vir sine cōsensu vxoris vt patet:ergo vr̄ ꝙ quilibet sanæ mentis vouere libere pos

Opponit in contrariū. sit.¶In opposi. ē illud ꝙ habet Nu.30.vbi mandat,ꝙ si mulier in domo patris sui & adhuc in puellari ętate aliqd vouerit,nō teneat rea,nisi pater eius cōsenserit.Et idē dr̄ de muliere habente virū.ergo pari rōne nec aliæ ꝑsonæ alteri⁹ ptāti subiectæ pn̄t se voto obligare.Rōne arguit sic.Nō licet sacrificiū deo ex alieno offerre.sed ille q votū emittit quodāmodo deo sacrificiū offert.ergo si talis ꝑsona sit sub ptāte alterius,sicut ē seruus,religiosus,filius familias,puer

Respondet. Raymund. vxor,nō pn̄t libere votū emittere.¶Rn̄deo dicēdū iuxta Raymu.& Ho.sub ista conclusione,ꝙ quilibet sanæ mētis vouere pōt libere,nisi expresse prohibeat,qm̄ votum lege spūs sancti inspiratur.ꝓhibent aūt quędā ꝑsonæ,quę quo ad votum emittendū non hn̄t liberā voluntatem,vtpote quę

S.Tho. alterius ptāti sunt subiectæ.ꝓbat ista cōclusio sic iuxta S. Th.nullus pōt per ꝓmissionem se firmiter obligare ad id ꝙ est in ptāte alterius.sed solum ad id quod est oīno in potestate sua.Quicunq; aūt est subiectus alicui quantū ad id in quo est subiectus,nō est suæ ptātis facere,ꝙ vult, sed pēdet ex voluntate alterius.Et ideo nō pōt se per votū firmiter obligare in his,in quib.alteri subijcit sine consensu sui

Prima qō. superioris.¶Ex istis.patet rn̄sio ad multas quæstiones quę solent tā p theologos quā per iurisperitos moueri. Prima

Respondet. 2 q.est †vtrum ep̄s posset vouere.Rn̄detur ſm Ho.ꝙ nō pōt sine licentia papæ votum emittere, per quod dissoluatur vinculū matrimonij,quod est inter ep̄m & ecclesiā suā,extra de re.licet.Itē nec aliud votū,per quod graue pīudiciū fiat ecclesiæ sponsæ suæ.vt votum de longa peregrinatione & hmōi c.magnæ.de voto & voti redem.votū tñ abstinentiæ & eleemosynæ emittere pōt ar.8.q.1. clemens, &

Secunda q. 3 extra de test.relatum.§.licet aūt.¶Secunda q.†vtrum clericus pōt aliquod votum facere.¶Rn̄detur ſm Hos.ꝙ cleri-

Respondet. cus non potest sine licentia sui prælati emittere votum pe

Goffredus regrinationis.de conse.d.5.non oportet.Sed hoc vt dicit, Guil.de consuetudine non seruatur circa clericos non bn̄ficiatos.Itē nec aliquid per quod oporteret eum relinquere ecclesiā suā arg.extr. de renun.admonet.nisi forte voueat religionē intrare, in quo casu sufficiat licētiā petere.pōt tñ aliud votum abstinentiæ,vel orationis vel eleemosynæ facere,sicut dictū est in qōne præcedenti.epo.¶Tertia q.

4 †vtrum religiosus possit aliquod votū facere.Ad hanc rn̄detur ꝙ religiosus non pōt vouere firmiter aliquid implē dum sine licentia sui superioris ꝙ sic declarat S.Th.tam in 2.2.quam in quarto sentētiarum ꝙ religiosus est subditus plato quantum ad suas operationes ſm professionem regulæ.Et ideo quāuis ad horā aliqd facere possit,qn̄ ad alia non occupat à prælato,quia tñ nullum tp̄s exceptum est, in quo prælatus non possit eum circa aliquid occupare.Iō nullum votum religiosi est validū,vel firmum, nisi sit de cōsensu plati.Cōcordat Alb.magnus in 4.idem dicit Ray. Et addit,ꝙ si religiosus votū facere,non debet exequi sine licentia superioris,ne super eum fratres scandalizentur, si eorum gn̄alem consuetudinem sua singularitate voluerit excedere,vel ne det occasio euagandi 20.q.4.monachum .§.verū 12.d.quisquis.Idē Ho.idem Inn.& addit.Si aūt vo ueret dicere, vnum psalterium,vel aliquam aliam oŕonē, vel nihil mali potest cōtingeret,seruet votum,qa licitū est

5 sed dictum S.Tho.vr̄ esse seruandum.¶Quarta q.†vtrum filiusfamilias postquam uenit ad pubertatē uouere possit. rn̄det iuxta S.Th.in 2.2.ꝙ aliqua uouere potest & aliqua non ꝓ quo notandū ꝙ ex quo uenit ad annos pubertatis si sit libere conditionis est suæ potestatis quantū ad ea q̄ pertinent ad suam ꝑsonam,puta ꝙ obliget se religioni p uotum, uel ꝯhat matrimoniū. Non ē aūt suæ potestatis quantum ad dispēsatione domesticam.uñ circa hoc non potest aliqd uouere,ꝙ sit ratū sine consensu patris.Hos.uero satis cōcor.dicēs de uoto religionis planū est . ꝙ pōt. aliud aūt votū ab eo emissum pp̄ ꝙ grauiter pīudicaret patrię ptāti,& pater inde scādalizaret,dici pōt ꝙ nō dēat inuito pr̄e obseruare. Rō est, quia non est in hoc uoluntatis suæ,cū in hoc non habeat liberum arbitriū cū patri obligatus sit iure patriæ ptātis.addit postea ꝙ uotū peregrinationis longīquæ non vr̄ posse emitte,quia nimis pīudicaretur patriæ ptāti. Excipe peregrinationē uoti transmarini. ar. extra cap.ex multa.§.ꝙ aūt item excipere peregrinationem necessariā & ineuitabilem,ut si forte sit à canone per sedem apostolicā absoluendus ar.ex.de sen.exc.relatū.Inn.ēt in glo.super c.scripturæ.ex.de uoto.dr̄,ꝙ filius pubes dummodo sit in ptāte patris non potest uotū abstinentiæ uel peregrinationis emittere,nisi pater consentiat expsse,uel tacite,sufficit

6 .n.ꝙ sciat & nō ꝯdicat 20.q.2.si quilibet.¶Quinta q.†utrū pueri ante annos pubertatis possint uotū emittere.Rn̄det

7 iuxta S.Th.in 2.2.ꝙ non.ꝓ quo notādū†ꝙ ex duob.potest contingere quod obligatio aliqua non habeat robur.uno modo pp̄ defectum rationis,sicut patet in amentib.& furiosis,qui se uoto obligare non pn̄t,dum sunt in furia uel amentia.Alio modo. quia ille qui uouet est alterius ptāti subiectus,ut supra dictum est. Et ista duo concurrunt in pueris ante annos discretionis,quia & patiunt rationis defectum,ut in plurib.& sunt naturaliter sub cura parentum uel tutorū,qui sunt eis loco parentū.Et ideo uota eorū ex duplici cā robur non hn̄t.Contingit tñ pp̄ naturæ dispositionem , q̄ legib. non subditur in aliquib.licet paucis accelerari rationis usum , q ob hoc dicunt doli capaces,nec tñ propter hoc in aliquo eximuntur à cura parentum quę subiace legi humanæ respicienti,id qđ frequētius accidit. Est ergo dicendū,ꝙ si puer uel puella ante annos pubertatis nōdū habet usum rōnis,nullo modo pōt ad aliqd uoto se obligare. Si uero ante annos pubertatis attingat usum rationis ꝙ contingit tñ in paucis,pōt quidem tunc quantū in ipso est se obligare,sed uotū eius potest irritari p parentes,qnorū curę remanet adhuc subiectus, quantumcūque tñ sit doli capax annos,ante pubertatis non pōt obligari in uoto solenni religionis,pp̄ ecclesię statutum qđ respicit id qđ in plurib.accidit.¶Sexta q.†utrum seruus possit uouere.Rn̄detur iuxta S.Th.in 2.2.quod non.s.ea uota per q̄ dn̄s perdat potestatem in ipsum,uel minuatur seruitium domini dicit.n.sic.Seruus qui est in potestate domini etiā quantum ad ꝑsonales operationes non potest uoto obligare ad religionē,p quā ab obsequio domini sui abstraheret idē de peregrinatione,& similib.Concordat magister sententiarū in 4.d.38.dicens, qđ seruus in oībus operib. ꝑsonalib.& realib.est subiectus domino.Et ideo nullum uotum pōt facere,per quod dominus perdat operas eius uel ptātem in ip̄m.bene tñ licet ei facere alia uota,ut uotū dicēdi oŕnes aliquas aut hmōi,& ſm Hu.cōtinētiā vouere pōt

Right margin notes: Tertia qō. Respōdet. — S.Thom. — Albertus. Raymūdus. — Hostien. Innoc. — Quarta qō Respondet. — Hostien. — Innoc. — Quinta q. Respondet. — Sexta qō Respondet. — Magistr sent etiarū

9 & ꝑprijs renũtiare. ¶ Septima q. †vtrũ vxor põt votũ emit tere sine cõsensu viri, & vir sine cõsensu vxoris. Ad hoc rñ detur iuxta S. Th. in quarto ꝙ in quib. vxor viro tenet̃, & econuerso neuter põt vouere sine mutuo cõsensu. sicut pa tet de voto cõtinentiæ. sed qa in dispẽsatione domus & re gimine vitæ mulier est subiecta viro, & nõ ecõuerso. Ideo vir in talib. põt vouere sine cõsensu vxoris. sed nõ ecõuer so. aliqua vero alia bñ põt vouere, vt aliquas orationes, & hmõi vt dr̃ Alb. in 4. concordat Ray. dicẽs ꝙ vxores si emi serint votum abstinentiæ, vel peregrinationis, vel cõtinen tiæ, vel quodcunq; aliud nõ debent sua autoritate contra here. sed viri pñt irritare, ẽt si ante matrimoniũ cõtractum emiserãt votũ, ꝙ ꝯ̃cto matrimonio nõdũ cõpleuerant 35. q. 5. noluit. dr̃ tñ Hu. ibidem sup c. manifestũ, ꝙ vir illa sola vxoris vota potest reuocare, quę ipsa implere non potest, si ne scandalo viri, ut de ieiunijs, de surgendo ad matutinas, & hmõi. Alia vero vota vt si vouerit dare aliquid de pro prio, vbi est cõsuetudo, ꝙ mulier hr̃e põt paraphernalia se parata à reb. dotalib. vel vouit aliq̃ orationẽ, & hmõi, non 10 põt reuocare. ¶ Octaua q. †vtrũ vxor quæ cũ cõsensu viri emisit tale votum, & postea vir prohibeat dẽat obedire vi ro. Rñde. iuxta Ray. ꝙ debet obedire, & nõ peccat obediẽ do. sed pctã vir id quod consecrat prohibẽdo 33. q. 5. no 11 luit. Conc. Ho. ¶ Nona q. †vtrum ꝑsonæ subiectæ volunta ti alterius peccent vouendo, vtputa vxor, seruus, filius fa milias & c. Rñdet̃ iuxta S. Th. q. 88. ꝙ licet votum hmõi ꝑ sonarũ non sit firmũ sine consensu eorũ, quib. subijciuntur non tñ peccat vouendo, quia in eorũ voto intelligitur de bita cõditio. s. si suis placuerit superiorib. & plãtis. ¶ Deci 12 ma q. †vtrũ pater tutor maritus plãtus, & hmõi peccent re uocãdo votũ subiectorũ sibi. Rñdet̃, ꝙ non peccãt, sed vtũ tur iure suo à Deo & à canone sibi concesso, nec vouentes peccant non implendo 33. q. 5. noluit, & c. manifestũ. ¶ His habitis rñdetur ad rões in oppositum in principio qõnis principalis. Ad primam rñdetur iuxta S. Tho. in 4. negãdo ꝯ̃ntiam. Et rõ est, quia in hoc ipso ꝙ hõ seruit dño suo car nali, seruit ẽt spũali. vñ apostolus ꝑꝑ cõscientiam dñis suis esse seruiendũ docet, & quia hoc est necessitatis, non põt per id ꝙ nõ est necessitatis cuiusmodi est vouere impedi ri, sicut nec illud ꝙ subiacet pcepto põt per illud ꝙ cadit sub cõsilio tolli. põt secundo rñderi iuxta eundem S. Tho. in 2. 2. negando ꝯ̃ntiam, ꝙ nulla põt fieri obligatio Deo, ꝙ quis ꝙ est alterius offerat Deo, quia sub promissione di uina non cadit, nisi ꝙ est virtuosum. Est aũt contra virtutẽ vt id ꝙ est alterius hõ offerat Deo. Et ideo non põt oĩno saluari ratio voti, cum quis in ptãte constitutus vouet, id, ꝙ est in potestate alterius, nisi sub conditione si ille ad cu ius potestatem pertinet non contradicat. ¶ Ad secundã pa tet responsio ex his, quæ dicta sunt supra in rñsione ad ter tiam qõnẽ. ¶ Ad tertiã patet rñsio ex his quæ dicta sunt in 5. q. ¶ Ad quartam patet responsio ex his quæ dicta sunt in 6. q. ¶ Ad quintã patet responsio ex his quæ dicta sunt in 7. q. & 8. & tantum de præsenti.

Septima q. *Respondet.* *Albertus & Raymund.* *Hugut.* *Octaua q.* *Respondet.* *Nona qõ.* *Respon. S Thom.* *Decima q.* *Respondet.* *Ad primũ argu.* *Ad secundũ* *Ad tertiũ. Ad quartũ Ad quintũ.*

1 *Vouens continentiam si contrahat vel velit contrahere, agit contra votum.*




Vouentibus. Ad idem sequitur hoc c. quod est B. Hier. ꝙ ita bre ue est, vt summari non possit. Lege. ¶ [Vouen tib. virginitatẽ]. i. castitatem [velle] eis qui vo uerunt perpetuã castitatẽ damnabile nõ mo do exire in actum interiorem nubendi, sed ẽt in actum ex teriorem. Et rõ est quia voto castitatis repugnat actus con trahendi tam exterior, quam interior, cum per votum continentiæ obligetur vouens seruare continentiam mentis & corporis. 1 †Et ideo vouens continentam si cõtra hat vel velit contrahere agit contra votum. agere autẽ con tra votum est damnabile, cum secundum Aug. reddere vo tum sit necessitatis. igitur vouentibus perpetuam castitatẽ quæ includit actum exteriorem & interiorem est damna bile, non solum nubere, sed etiam velle nubere.

Exponit li teram.



Nanias. Ad idem inducitur hoc. ca. quod est Gre. in registro. Summa est. resiliens à voto reus est damnationis æternæ. Et diuiditur in duas partes. In 1. inducit historiã de Anania, de quo ha betur Act. 5. In 2. arguit minori, ꝙ fortiori ratione reus est damnationis, qui se subtrahit Deo cui semel se per votum totum obtulit. secunda ibi, si ergo. Alia patent.

Diuisio.



Vi bona. Ad idẽ est hoc c. ꝙ est B. Gre go. sup Eze. Hom. 3. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes secũdũ ꝙ duo exempla ponit. vnum in cõiu gatis, qui. s. à voto cõtinentiæ ꝙ deuouerant ceciderũt. s̃m in religiosis, qui a voto religionis declinaue runt, vel in his quæ à deliberatione religionis assumendæ nõdũ tñ ꝑmissione firmata retrocesserunt. 2. ibi, item sunt qui. Le. ¶ [Qui bona & c.] dimissis varijs lecturis huius c. ex ponẽdum est hoc mõ. [Qui bona.] ac si dicat, qui sũt in ma trimonio, ꝙ est bonum, & s̃m legem matrimonii viuẽtes, agunt bona, quia seruant matrimonium ꝙ Deus actor bo ni in paradiso constituit Ge. 1. & Mat. 5. quod Deus cõiũ xit hõ non separet. sed tunc ad meliora transeũt, si pari cõ sensu deliberent vouere ꝑpetuã continẽtiam, quia vt dicit Apł's 1. ad Cor. 7. Qui virginem suã matrimonio coniũxit bene facit, & qui nõ cõiũxit melius facit. Et infra, beatior erit si sic pmanserit s̃m cõsilium meum, sed si post votum velint in bonis matrimonij ꝑmanere, nõ pñt. imo Deum offendunt, & grauiter peccant ꝯ̃ votum agentes. [Itẽ sunt] 2. pars. loquitur de vouentib. religionẽ [cũcta relinquere] ꝑ votum paupertatis. [Et freno castitatis & c.] ꝑ votum cõ tinentiæ. [se retrahendo meritum perdunt] quia damnabi liter Deũ offendunt, nisi sic exponat̃. s. de deliberatione ꝑ missione firmata nõ vr̃ hoc c. esse ad ꝑpositũ magistri qui intẽdit ꝓbare ꝙ à voto discedere nõ liceat, deliberatio au tẽ q̃ ꝑmissione non firmat̃ nõ hẽt rõnẽ voti, vt patet ex su perius dictis. Et ita p ꝯ̃ns non esset hoc cap. ad oppositum.

Diuisio. *Exponit li teram.*

1 *Votum reputatum pro opere, cum deest facultas operis, vel operandi.*

Si ergo. §. est in quo magr̃ argumentatur ex pdictis & talẽ ponit distinctionẽ suã, q̃ probare in tendit p sequens ca. Hu. Le. ¶ [Si ergo] quasi diceret. Si hoc vt. s. post votũ vouit ẽt simplici ꝑmissione sana mente, & spõte ꝑmisisset, & nullum impedimentum interuenisset [necessario cogit]. s. c. 1. [damnabile] c. 2. [ꝙ intro] rñdet ta citẽ obiectioni, quasi diceret aliquis. Iste nõ vouit. Ad hoc rñdet & ꝓbat ꝙ vouit exemplo Dauid, qui ex proposito cordis sine voce reputat̃ inter vouẽtes. i. ꝑmittentes, ergo multo fortius iste qui & aĩo proposuit, & propositum ore expressit, cum dicit, fiã vel volo esse monachus. [dixi]. i. ꝓ posui cõfiteri. Hu. [magna] de pe. d. 1. magna, [ad solã pro missionẽ]. i. ad solã voluntatẽ confitendi Hu. [votum]. i. vo luntas confessionis Hu. pro opere voti & cõfessionis repu 1 tatur cum est facultas cõfessionis. Et gñaliter verum est† ꝙ votũ reputat̃ ꝑ opere cũ deest facultas operis vel operãdi de pe. d. 1. §. ex his. Nota, ꝙ votũ capit̃ hic pro simplici ꝑ missione. s̃m Hu. [his itaq;] hic ponit Gra. distinctionẽ suã dicẽs. Aliud ẽ ꝑpositũ corde concipere, & ore ꝓnuntiare, & aliud est obligatione subsequẽte se obnoxiũ facere qua si diceret. Iste sacerdos licet ꝑpositũ in corde habuerit, & ore expresserit, qa tñ abbati vel monasterio se nõ tradidit aut ꝓfessionẽ fecit, iõ reus voti nõ habet̃. Solutio ista vt ẽt dr̃ Hu. nõ est curãda, qa nec catholica nec autẽtica. Et vr̃ ꝙ magr̃ Gra. salua reuerẽtia sua, nec sciuit bñ quid sit votũ ꝓ prie sumptũ, nec distinguit inter votũ simplex, & votũ solẽ ne. Licet aũt iste sacerdos nõ fecerit votũ solẽne ꝑ ꝓfessio nẽ actualiter factã in manib. abbatis, simplex tñ votum dr̃ fecisse religionis, contra quod faciens dãnabiliter peccat.

Exponit li teram. *Cõtra Gra.*

¶ *Quæstio secunda.*

1 *Obligatus ad religionis ingressum an teneatur intrare.*



Onsaldus. In hoc c. qđ est Alex. se cundi terminatur q. 1. & intitulat̃ scda. s. an ecclesia & bñficium ei reddenda sint. q̃ prius libera mente re futauit siue renũtiauit. Sũma huius c. est in rubro. vł sic, alienatus mẽte ingredi re ligionẽ ꝑmittens, & bñficio renuntians ad religionem non cogitur, & beneficiũ cui renũtiauit re petere põt. Et diuiditur in duas partes hoc. c. In 1. narrat factum. In 2. statuit. secunda ibi, quapropter. ¶ Pro plenio 1 ri intelligentia huius c. Quæritur† vtrum ille qui est obli gatus ad religionis ingressum teneatur intrare. Et videtur quod nõ ex c. pręsenti. ¶ Secundo sic. nullus tenetur facere id quod non est in sua potestate. sed quod aliquis religio nem ingrediatur non est in potestate sua. sed requiritur ad hoc

Diuisio. *Primũ ar.* *Secundũ ar.*

Tertium ar. ad hoc cōsensus eorū, ad quorū religionē debet trāsire ergo vr &c. ¶ Tertio sic, ꝙ votū minus vtile nō pōt derogari voto magis, vtili, sed ꝑ impletionē voti religionis impediri pōt votum crucis impletio in subsidiū terrę sctę ꝙ vr esse vtilius, quia per hoc cōsequit hō remissionem pctōrū. ergo vr ꝙ votum quo quis se obligauit ad religionis ingressum nō sit ex necessitate implēdū.

Oppon tin contrariū. ¶ In oppositū arguit ex illo Eccl. 5. Si qd vouisti Deo nō moreris reddere. Displicet. n. Deo infidelis & stulta ꝓmissio. Et sup illud psal. 75. Vouete & reddite &c. Dicit gl. vouere volūtati cōsulitur, sed post voti ꝓmissionē redditio necessario exigit.

Bbatem. Ad idē est hoc c. eiusdē Gregorij. Summa est eadem quæ pcedētis capituli. Leg. ¶ [Abbatē dignū moribus] non. n. gradus elegantior sed vitæ melioris actio in electione cōsiderari debet, vt 23. q. 4. sicut excellentiam. Hu. [actibus monasticæ disciplinæ] non ergo laicus vel clericus, cui est inscius regulæ monachalis est eligendus in abbatem, vt. j. e. q̄ sit, & 16. q. 7. per laicos. Hu. de quo de ele. officij, & e. ti. in cl. 1. [cōgregatio] 16. q. vlt. c. si Arc. [poposcerit] .j. c. proxi. missas & c. nisi sint inuitati, vt in præcedenti c. di ctum est.

1 *Patronus an debeat interesse electioni tanquam vnus de eligentibus.*

2 *Electio facta sine consensu patroni ante vel post an valeat.*



Bbatem. Ad idem est hoc c. Pelagij papæ. Summa est in rubro. Breue est & non diuiditur. Leg. ¶ [Abbatem possessionis dominus] .i. olim dn̄s. s. patronus, qui olim fuit dn̄s possessionis. i. territorij, vbi fundata est ecclesia vel possessiones vnde dotata est ecclesia. Simile 16. q. 1. in parochia Hu. ¶ Surgit qō vtrum patronus debeat interesse electioni tanquā vnus de eligētibus. Et videtur ꝙ sic. Tum primo ex isto capitulo. ¶ Tum secundo quia Hu. dicit sic, iuste. n. debet esse vnus de eligentibus, ita qd credit quod si fiat electio eo non vocato, sed contempto, ꝙ posset vocari, quod debeat irritari electio, sicut irritatur cum ipse solus habet eligere. ar. 63. di. obeuntibus & 16. q. 7. decernimus. ¶ In oppositum vero est Arc. hic. Et ad rationes in oppositum. Respondetur primo, ꝙ nō obstat hoc c. Et rō est, quia hic nō dr̄ quod patronus eligat, sed ꝙ electum possit petere cōfirmari ẞm Tan. & Phil. qui ita notant in decretali allegata in gl. s. de iure patro. nobis, & j. c. proxi. vnde hoc c. non facit pro Hu. cum dicat electio monachorum & inter eligentes non ponat patronum, vnde dicit Inn. Non credimus ꝙ patronus cum alijs eligat, si est ecclesia collegiata, sed pōt interesse electioni non tanquam eligens, sed tanquam consulens, & consentiens. Electio. n. cui interest laicus nulla est ex. de ele. sacro sancta, & c. massana, & c. quisquis. Et hoc ipse Inn. notat ex. de iure pa. super rubrica. ¶ Sed surgit qō. 2 † vtrum si consensus patroni nullo modo sit requisitus ante nec post valebit illa electio, videtur ꝙ non. ff. de aut. tut. titium. Sed creditur ꝙ valebit. Et ad hoc dr̄ ꝙ illud ibi ideo euenit, quia testator dixit irritum esset, quod fieret sine ipsius consilio ẞm Goff. Arc.

Quæstio. Primū ar. Secūdū ar.

Opponit & Respondet.

Tancredus, philippus.

Inno.

Quæstio. Respondet

1 *Abbas eligendus est per conuentum de propria congregatione si idoneum habeant.*

2 *Monachus quare non possit inuito abbate transire ad ecclesiasticam dignitatem etiam episcopalem.*

3 *Clericus non est ita astrictus episcopo quantū monachus abbati.*



Vam sit. Ad idem est hoc cap. Gregorij papæ. Summa est, quod i eo agitur de monachorum libertate. Et ẞm quatuor libertate quibus vult monasteria gaudere pōt diuidi hoc c. in quatuor partes, In 1. vult ꝙ sint libera ab omni vexatione & exactione episcoporum, & quorumcunque aliorum. In 2. vt solus cōuētus eligat sibi prælatum de suo gremio, si ibi sit idoneus vel aliunde. In 3. vt nullus monachus transferatur ad alium locum etiam per episcopum sine licentia abbatis. In 4. vt nulla diocesana vel seculari actione vexentur. 2. est ibi. defuncto vero abbate 3. ibi, pariter aūt. 4. ibi, hac ergo. Lege tex. ¶ [Quam sit & c.] ibi [chartis] .i. instrumentis, vel priuilegijs. Hug. [telis] siue sint monasteria, siue capellæ, vel etiā hospitalia. Hu. [immissiones] .i. seditiones, vel [gruffas] .i. signa quædam, quę alias tituli dicuntur 16. q. 6. consuetudo. Hu. Arc. [defuncto] 2. pars. [de eadem congregatione] † Abbas. n. eligendus est per conuentum de propria congregatione si idoneum habeant, & hoc multiplici rōne. Primo quia talis melius nouit mores monachorū, & negotia monasterij. Secundo quia talis plus afficitur ad bonum monasterij, quam extraneus. Verū si inter eos non sit idoneus ad regēdum, tunc eligant de alio monasterio, quia melius est habere bonum rectorem de alieno monasterio, quam indignum de suo. [Concors] .i. canonica, alias non sufficit, cum possint esse cōcordes in malo. ar. 63. di. c. 1. & j. si quis abbas Hu. Et idem in gl. [De alijs monasterijs] eiusdem habitus si inueniatur, sed si non inuenitur, licite eos posse eligere de monachis qui non sunt eiusdē habitus quo ad colorem, sicut diximus. s. 16. q. 7. in noua. Hu. Sed hodie dic, vt in clemen. 1. de elec. [ordinandum pariter] tertia pars. [inuito abbate] nisi à papa ad dignitatem vel ecclesiastica beneficia vel ad alium locum imitetur, vt 9. q. vlt. c. vlt. Hu. vel ad alium honorem. ¶ Hic surgit qō quare cū clericus inuito episcopo possit transire ad monasterium, vt 19. q. 2. duæ. † Quare monachus inuito abbate non potest transire ad ecclesiasticam dignitatem etiam episcopalē, cū in epatu maior sit pmiū q̄ in monasterio, vt 18. q. j. in scripturis. Rn̄ 2 detur iuxta Hu. ꝙ rō est. † quia clericus nō est ita astrictus vel subiectus epo: quātū monachus abbati. Clericus. n. licet obediētiā episcopo promittat, libertatē volūtatis sibi retinet, vn̄ & inuito epo vouere pōt, sed monachus ēt propriæ voluntati abrenuntiat, vt 12. q. 1. non dicatis. Vnde abbate inuito vouere nō pōt, vt 20. q. 4. monacho. Itē epatus locus est dignitatis quæ solet appeti. vnde monachus notaretur ambitiosus si ad illum sine licentia abbatis trāsiret, sed monasteriū loc⁹ est deiectionis, & asperitatis, & pęnitētię, vnde 3

Diuisio. Exponit literam. Hugu. Quæstio. Respondet

Marginalia (left): Diuisio. — Exponit literam. — Innoc. Hostiensis — Diuisio. — Exponit literam. — Hugu. Archid. — Exponit literam. — Exponit literam.

vnde statim præsumptio habitus euanescit, vt 8.q.1. sciendum. Hæc eadē rō est quare clericus inuito epō pōt trāsire ad monasteriū,& non ad ecclesiasticam dignitatem. Item tertia ratio pōt esse quia clericus multū proficit cum efficitur monachus, sed monachus parum cum ad episcopatum vel ad aliam dignitatem transit. Sed parū & mediocre bonum debet propter obedientiam prætermitti, vt 11.q.3. quid ergo. Hu. [Hanc ergo] 4. pars. [cōtenti]. s. episcopi Hu. & Arch. [ecclesiasticis conditionibus]. i. quibus subiacent aliæ ecclesiæ [angarijs]. i. oneribus personalibus. s. quæ quis in propria persona cogitur facere. Hug. [secularibus obsequijs]. i. quæ seculares ecclesiæ tenentur præstare. Hu. Arc. [nullus canonicis iuribus &c.] quibus non debent deseruire grauaminibus &c. si intelligatur de monasterijs priuilegiatis, planum est, quia in nullo debent grauari ab episcopis. Si de alijs dicatur monasteria non, debēt subiacere his quo ad legem diocesanam. s. vt cogantur ire ad sepulturas, ad sinodum, ad dandum cathedraticum, & quartā vel tertiam partem oblationum, & facere huiusmodi, quæ ad legem diocesanam spectant, ad quæ libera sunt omnia monasteria, vt 16.q.1.cū ꝑ vtilitate, & 10.q.1.c.1 & q.3. in summa. Secus quo ad legem iurisdictionis cui subiacent monasteria, vt. j. e. si quis abbas, & c. abbates, & quæ ad honestū seruitium si quod de antiqua consuetudine episcopo præstare consueuerunt, vt. j. e. q. c. vlt. Item omnia monasteria immunia sunt & exempta à celebratione solenni missarū per episcopum, à mutatione monachi de loco ad locum sine consensu abbatis. Hug.

Archid.

1 *Missæ dupliciter dicuntur publicæ.*

2 *Monasteria potius debent construi in locis solitarijs, quam in vrbibus.*

3 *Posse potest aliquis alio permittente quod non potest per se.*


Vminoso. Ad idem inducitur hoc ca. quod est eiusdem Gregorij papæ. Summa est in rubro. Et diuidit in tres partes. In prima narrat excessum. In 2. iubet prouideri. In 3. prohibet aliqua inferri grauamina. 2. ibi, oportet ergo. 3. ibi, missas. Le. tex.

Diuiſio.

¶ [Luminoso] propriū nomen est abbatis [grauamina pertulisse] hoc autem non decuit, qm̄ non decet monasteria per episcopos grauari, sed magis iuuari, & subleuari cum oporteat episcopum non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum iustum. 2. ad Ti. 1. [publicas] tertia pars, nisi abbate sacerdotes innitētur. j. e. dudum. Hu. & hoc generale est tam in exemptis quam in non exemptis monasterij. Hu. & Arc. vbi notandū † ꝙ dupliciter dicuntur missę publicæ. Vno modo dum alta & publica voce cantantur solenniter. Secundo modo dr̄ publica missa ad quam accedit concursus publicus populi. Primo modo non prohibentur missę in cenobijs, sed secundo modo ne per concursum populi monachalis vita quæ debet esse singularis impediat. Et ista ratio subditur cum dr̄, ne in Dei seruorum recessibus [&]. i. eorū [receptaculis]. i. sine monasterij ad quę monachi confugiunt se speculari vita recedentes. Hu. vel [recessib.]. i. locis solitarijs dicit. † quia potius in locis solitarijs, quam in vrbibus debent monasteria construi, vt 16.q.1. si cupis. [cathedram collocare] pro voluntate sua vt ibi sua exerceat iudicia. Hu. & gl. [ordinationem]. i. dispositionem, siue de personis, siue de rebus ordinandis. Nec obuiat c. j. e. cognouimus, cum illud loquatur de non exēptis, hoc autem de exemptis. Hu. [nisi ab abbate] ergo inuitatus ab abbate potest omnia prædicta in monasterio facere. Et est ar. † ꝙ quis non potest per se posse alio permittente, vel præcipiente, vel petente. ar. di. 93. illud.

Exponit literam. 1 Hugut. Archid. 2 3


Ridem. Ad idem sequitur hoc ca. quod est Gelasij papæ. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Pridem baptisterium] quia monachorum non est baptizare, nec prædicare, nec sacramenta conferre, vt. s. 16.q.1. placuit. [Altare illic] hoc autem præcipit ideo. s. quia vt Hug. & gloss. Locus fontium pedibus conculcari non debet, vt de consecra. dist. 1. altaris. Et hoc commodius prohiberi non potuit, quam si ibi fabricaretur altare.

Exponit literam.

1 *Abbas potest renuntiare abbatiæ de licentia episcopi si assit causa.*


Bbas. Ad idem sequitur hoc c. quod est sumptum ex concilio Maguntino. Summa est in rubro. Breue est, & non diuiditur. Leg. ¶ [Abbas] capitulum hoc loquit̄ de non exemptis [pōt locum suum &c.] † ab-
1 bas de licētia epi pōt renūtiare abbatiæ, si assit causa. vnde ait ꝑ humiliatione, puta quia ꝓ suā insufficientiā expedit ei tenere humiliorem locum, præsertim vbi sufficientior & vtilior in monasterio reperiatur, ne sit speculator cæcus & canis mutus [extraneis] sic. s. e. quam sit &c.

Exponit literam.

Ecce. §. est, in quo incipit tertia pars quęstionis in qua dr̄, ꝙ monachi non possunt abbatem deponere sine superiore, Io. de. Et pōt diuidi in duas partes. In 1. colligit & repetit contrarietatem præcedentiū capitulorū. In 2. illā tollit siue remouet. 2. ibi, sed sciendum. ¶ Dicit ergo Gratianus, ꝙ præcedentes canones videntur cōtrarij quia in Toletano concilio in illo capitulo hoc tm̄ habetur, ꝙ epi habēt institutionē abbatum & aliorum officiorū [Isti] . s. Greg. & Pelagius in alijs capitulis prohibent quia in eis dr̄, ꝙ monachi sibi eligāt abbatē. [Sed sciēdum] soluit Gratianus contrarietatem præmissorū capitulorum. Et ad probandum suam determinationem inducit sequentia capitula. Hu. [quales erant.] Ista historia legitur in dialogo Gregorij, bene scitur, dicit ergo ꝙ pro hmōi causa institutum est &c. [per sacerdotes]. i. episcopos &c. dicit tn̄ Lau. ꝙ Gratianus vult ponere contrarietatem, vbi non est, vnde licet ista inducant, totum contrarium est dicendum. s. ꝙ loquūtur de iure communi ꝫm Lau. Arc.

Diuiſio. Exponit literam. Lauren. Archid.


Vllam potestatem. Ad idem est hoc c. Pelagij papæ. Summa est in rubro. Et pōt diuidi ī duas partes. In 1. detrahit ptāti monachorum dicens, ꝙ non possunt pro suo arbitrio remouere abbates, & alios sibi præficere. In 2. exprimit potestatem abbatis dicens ad eum pertinere gubernationem monasterij. secunda ibi, vt de cetero. Leg. ¶ [Nullam &c. [ꝑ arbitrio suo]. i. voluntate siue causa, sed tn̄ nec cum causa, nisi autoritate maioris remoueatur. Hu. [expellere] vi sine causa, sed nec cum causa, quia inferior superiorem iudicare non potest 21. di. inferior. Hu. plane non expedit abbatē posse per monachos à suo officio remoueri. Tum quia daretur monachis occasio per hoc suis abbatib. resistendi & ipsos contemnendi. Tum quia per hoc abbates efficerentur meticulosi, & segnes ad corrigendum monachos, & minus curarent abbates negotia monasterij ꝑcurare. Tum quia non decet caput submitti dispositioni subditorum, inter quos multi sunt qui potius sequuntur voluntatem, quā rōnē [ordinare]. i. eligere [primis viuentibus] & nō renūtiātib. vel ordine iudiciario nō remotis vel depositis. [Sed de cætero] 2. ps. i. quasi sic à monachis remouemus potestatem supra abbatem, vt eam cōcedamus abbati supra monachos, & omnes res, & dispositiones monasterij, & hoc est quasi diceret sic nulllam relinquimus, vt de cetero &c. Hu. [pertinere conuenit]. i. cōuenienter pertinet tota dispositio, & ordinatio monasterij.

Exponit literam.

Hinc etiam. §. est, in quo incipit 4. pars quæstionis in qua probat, ꝙ oēs monachi ꝑtinent ad prouisionem & correctionem episcopi. Et hoc probat per 5. capitula. Io. de. Arch. Leg. ¶ [Hinc etiā]. i. ꝓ præsumptionem, & malitiam, & lasciuiam eorum. Et quia erāt effrenes, & indomitę ceruicis. Hu. [clerici]. i. monachi, vel forte hoc ideo dicit, quia in multis monasterijs sunt simul monachi & clerici [ædificare]. i. de nouo aut aliquam ecclesiam faciendo monasterium. Hu.

Exponit literam.

1 *Martyrium quid dicatur.*


Vidam. Inducit in primis hoc capitulū quod sumptum est ex Calcedonen. cōcilio. Summa pro parte est in rubro. Et potest diuidi in quatuor partes. In 1. instituit, quod sine cōscientia episcopi nulla monasteria vel oratoria constituantur. In 2. instituit, ꝙ clerici siue monachi constituti in prędictis monasterijs aut martyrijs, aut hospitalibus, sint sub episcopi potestate. In 3. ponit eos qui rebelles fuerint, aut obedire contempserint episcopis. In quarta statuit, vt hi qui pauperū dispositioni vel monasteriorum &c. præsident, similiter sub episcopi potestate sint. secunda ibi, iterum clerici. tertia ibi, eos vero, quarta ibi, item clerici. Lege. ¶ [Quidam ciuitates] non con-

non couenit monachis discurrere per ciuitates, vt. s. 15. q. 1. si cupis[præsumptione propria]turpe est monachū præsumptuosum esse qui nihil debet præsumere cum non habeat velle, vel nolle, vnde talis præsumptio nequissima dr. Hc. 37. [Aedificare de nouo]quod non licet sine consensu episcopi, vt ex. de reli. do. ad hoc 16. q. 1. quicunque, & de conse. di. 100. nemo. [aut constituere monasteria]faciendo ecclesiam illam monasterium, quæ primo non erat. [Item clerici] secunda pars [in parochijs]. i. locis venerabilibus,
1 vbi pauperes aluntur[martyrijs]†martyrium dr locus vbi martyres sepulti, vel passi sunt. Hu. Lauren. vel vbi memoria eorum celebratur. Hu. Arc. [sub potestate] quo ad legē iurisdictionis. s. quo ad ea in quibus religiosi subsunt episc. s. in oleo, chrysmate, & cura animarum, & o rdinibus accipiendis ab eis, & huiusmodi, nisi ab eorū iurisdictione sint exempti. [Eos vero]tertia pars, subaudi sic coercemus, sic damnamus, si quidem fuerint clerici &c. Hu. Lau. [ſm personarum ordinationem]. i. ſm q ordinauerint[personę]. i. prælati eorū, vel episcopi in synodo congregati, vel quòd melius est ſm ordinationē. i. ſm ordinē, vel dignitatē personarū delinquētium. i. prout quisq; in minori vel maiori dignitate constitutus est remissiorē vel intēsiorē pęnam sustineat Hu. aliter. n. sunt puniēdi clerici in minoribus ordinibus constituti, & alitercōstituti in maiorib. di. 35. ante, & dist. 50. cōtumaces. Hug. [Si vero laici vel monachi.]¶ Surgit hic quæstio, quare monachi non deponūtur sicut & clerici alij. Respondet Hu. q forte in fauorem religionis, vel loquitur ſm ea tempora, quando monachi non erant clerici, sed laici. Hu. & gl. [communione]. s. sacramentorum, & fidelium, nisi resipiscant, tamen etiam si resipiscant in pœnam vsque ad tempus suspendantur à communione sacramentorum. [Item clerici]quarta pars. [pauperum dispositioni]. i. illi qui præsunt hospitalibus episcopo subsunt. Hu.

Hugu. Lauren. Archid.

Quæstio. Respondet.

Q Vi religiosis. Ad idem est hoc ca. q est ex cōcilio Carthaginen. sumptum. Summa est in rubro. Breue est. Et diuiditur. Lege. tex. [¶ Qui &c. comprobetur] an sit qualis debet esse[ætatis]. s. maturæ pudicus, sobrius, exēplaris, & bonæ famæ.

Exponit literam.

1 *Ecclesiam ædificare an liceat sine consensu episcopi.*
2 *Hospitalis domus ædificari potest sine licentia episcopi.*

D E monachis. Ad idem est hoc capitulum ex cōcilio Agathē. sumptū. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [De monachis. nouum.]Nam vetus si sit diruptū licet restaurari episcopo inuito. Et valent ista capitula ad illam quæstionem.†vtrū
1 sine consensu episcopi vel etiam eo inuito, liceat alicui ędificare ecclesiam distructā. Quod quidem licet. ar. ff. de noui. ope. nuntia. l. 1. §. si quis ædificium. Nouam nulli licet incipere absque eius consensu, imo ipse lapidem benedictū debet dare, & atria ecclesiæ designare, & dotem exigere, vt
2 de consecra. dist. 1. nemo. † Hospitalem tamen domum bene licet ædificare sine licentia episcopi, sed ecclesia vel oratorium non, vt 16. q. 1. quicunque. [permittente aut]. i. & approbante[ipso effectu]. i. in datione lapidis, vel dic permittente, dando licentiā, vt hoc faciant, aut approbante veniēdo in persona propria, vel permittente à principio aut approbante. i. assensum præbente ex post facto, vt in gloss. vltim. Sæpe. n. ratihabitio retrotrahitur & perinde habetur ac si ab initio legitimus consensus interuenisset, vt 16. qō. vltim. cap. vltim.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

C Ellulas. Ad idem est hoc capitulum eiusdē concilij. Summa est eadem & sensus Breue est. Lege. ¶ [Cellulas, instituí]. i. fieri [incipit]de nouo ædificari. Monachus. n. cum nō sit in suo posse, nec habeat velle, nec nolle, sed sit in ptāte & manu sui superioris qui eius habet curam & custodiam, & dignum est q non mutet cellam seu habitationem, nec aliū locum occupet sine licentia superioris, cuius est prospicere, an sit mutatio dextræ excelsæ.

Exponit literam.

N Vllus. Ad idem est hoc capitulum ex concilio Aurelianen. sumptū. Summa est in rubro. Et patet ex dictis in superiori capitulo [cellulam]. i. ecclesiam, vel oratorium.

Item sunt alij. §. est, in quo incipit quinta pars quęstionis in qua dr, qualis debeat esse abbas vt in monasterio maneat dicit ergo. ¶ [Sūt alij] s. monachi qui indifferenter quoslibet abbates siue bonos siue malos admittebāt ad præsidendum[vt ipsi pro expeditione diuersarum causarum]. i. vt diuersas causas seculares libere & pro voluntate possint exequi & agere. Hu. [quoslibet platos]malos & lasciuos, qui eis faueant vt volunt, admittunt. Hu. patet litera ex dictis contra tales inducit Gratianus sequentia capitula.

Exponit literam.

S I quis abbas. Ad idem est hoc capitulum ex concilio Tiburiēsi. Summa est in rubro. Breue est, & non diuiditur. Leg. ¶ [Si quis abbas]hoc capitulum dupliciter legitur. s. vel de promouendo, vel de iam promoto. Si de iam promoto litera est plana. [arceatur]. i. deponatur, siue remoueatur [à suo honore]. i. sua dignitate & administratione abbatiæ, & non ab ordine. Hug. vide gloss. Si legatur de promouendo dic[arceatur] id est non permittatur promoueri in abbatem, & si omnes monachi in eum consentiant.

Exponit literam.

A Bbates. Hic incipit sexta pars quæstionis, in qua probat quòd omnes abbates debent episcopo obedire, & venire ad synodum, & debēt requirere fugitiuos, & hoc probat per quatuor capitula. Io. de Arch. Summa est in rubro. Et diuiditur in quatuor partes. In prima statuit, q abbates subsint episcopis in gubernatione & eorum correctione, & quòd semel in anno ad synodum episcopi vocati venire debeant. In 2. q monachi debeant subesse abbatibus & eis obedire. In tertia, q monachi fugitiui & vagi ad monasterium reducantur. In quarta, q abbas in hoc negligens vel alienum monachum suscipiens reus erit pœnæ. secunda ibi, monachi. tertia ibi, quòd si quis. quarta ibi, reum. Lege. ¶ [Abbates &c. ab episcopis]. s. diocesanis, ad quos pertinet cura, & solicitudo totius diocesis tam in monasterijs, quam in alijs ecclesijs, vt 9. q. 3. c. 2. & 93. di. nulla. Hu. & gl. [veniant ad synodum.] Si necessitas vel rationabilis causa hoc exigat. Hu. alias vocari ad concilium non debent, vt 18. dist. episcopus. Hu. & glo. [Monachi]secunda pars. [Quod si quis]tertia pars. [aut peculiare aliquod]quasi proprium, vel loco peculij, quia proprium habere non possunt, sicut serui. Hu. [Præsumpserit] quasi sua autoritate, non abbatis[auferantur]. i. vendicentur[secundum regulam]. i. habito respectu ad futurum. s. vtrum debeat intrare aliud monasterium, vel nō. fictione. n. iuris dicitur in pendenti cuius sit sed mors vel introitus ad aliud monasterium hoc declarabit. Nam si intrauerit in aliud monasteriū fictione iuris intelligentur fuisse acquisita illi monasterio à principio & nunquam priori. Si non intrauit priori acquirit, vt in aut. de monachis. §. monachus. Hu. [fugaces]cum auxilio episcopi 27. q. 1. si homo, & si custos c. si quis, ver. mulier. [reum]quarta pars. [animaduertit]. i. punierit, vel susceperit sine licentia abbatis, vt 29. q. 4. monachum.

Diuisio.

Exponit literam.

Hugu.

M Onasteria. Ad idem est hoc c. ex concilio Arelaten. Breue est. Summa patet Leg. ¶ [Monasteria, pertineant]quo ad legē iurisdictionis nisi sint aliquo priuilegio exempta. Hug. [de quo]. 10. quæst. prima in summa, & extra de offic. ord. dilectus.

A Bbatibus. Ad idem est hoc c. q est Paschalis papę. Summa est in rubro. Et diuidit in duas partes. In 1. statuit. In 2. assignat rationem statuti sui. secunda ibi, cum. n. Le. tex. ¶ [Abbatibus]nec sub primate nec sub patriarcha. ¶ Surgit quæstio nonne idem est patriarcha & primas, vtique vt di. 99. prouinciæ. Respondetur q ista copulatio & distinctio sit propter diuersitatem vocabulorum, quia quidam vtuntur ista appellatione, & nō alia & ecōuerso in cōi vsu, licet idē sint Hu. [sunt]. i. volunt esse, cum subesse debeant. loquitur de non exemptis aliquo priuilegio. Hu. [profiteātur]. i. si non esse iactent. Ber. Arch. [consequens est]frustra. n. petit debitum, qui non præstat à se exhibēdum. ar. 32. q. 6. nihil, & in c. si ducturi. Hu. [quę sunt sua epalia]. i. ab episcopo tribuēda vt est chrysma, oleū, cōsecratio, ordinatio, & hmōi. Hu. [tāquā exteris]. i. se exteros reputātib. Hu. vel dic[exteris]quantum est in se. Arch. hoc verum esse dicit Hu. cum aliter corrigi non possunt. debent. n. excommunicari, vt debitam exhibeāt epis reuerentiam. 11. q. 3. si autē vobis

Exponit literam.

Quæstio. Respondet.

Archid.

lingu. vobis tandem fiat ꝙ hic dr̄, & habeantur, acephali, vt dist. 93.nulla Hug. Dicit autem Hug. quòd hoc cap. loquitur de illis, qui debent subesse episcopo, sed sua præsumptione & sua superbia recedunt ab obedientia epi. Nã de priuilegiatis manifestũ est ꝙ autoritate papę recipient à quouis epo.

Pro huiusmodi ergo. §. est, in quo Grat. ex supra dictis concludit, pro malis monachis & abbatibus statutum ē, vt monasteria per episcopos disponantur. Hu. & Bar. Et sic Gratianus intelligit ista capitula singulariter & ex causa sed veritas est quod loquuntur de iure communi. Lauren. Arch.

Laurentius

COgnouimus. Ad idem est hoc c. qđ est beati Gregorij in registro. Summa est in rubro. Et potest diuidi in tres partes. In 1. narrat excessum. In 2. prouidet committendo correctionẽ hm̃oi defensori cui scribit. In 3. assignat rationem. 2. ibi, tuam. 3. ibi, valde est indecens. Leg. ¶ [Cognouimus seruorũ Dei] .i. monachorũ [quisq;] abbas, vel monachus, vel clericus] vel laicus. Hu [causarum executione].i. prætextu exequendi causas monasterij. Ber. hisp. Arc. [episcopo loci] cui potius hm̃oi executio committenda est 61. dis. cathanienss. Lauren. Arc. [moderamine].i. regimine. Hu. Arc. [degunt] .i. viuunt [iure disponere] contra. s. e. luminoso. Respondetur ꝙ ibi loquit̃ de exẽpto vel ex causa, vt dicit Gratianus. Lau. Arc. vel dic vt ibi no. in vlt. gl. [valde. n.] 3. pars. [moderamine].i. regimine [qui pro commissis aĩabus].i. ipsarum aĩarũ habet curã reddere in die iudicij 96. di. duo sunt. Hu.

Exponit literam.

Ber. hispa.

Pro huiusmodi. §. est, in quo incipit septima pars huius quæstionis, in qua prohibetur monachis fieri compatres. ¶ [Pro hm̃oi] malis & lasciuis monachis. Hu. oẽs isti. §. referuntur ad illud ꝙ dictũ est in illo. §. ecce. Et eadẽ de causa magist er plures ponit. §. vt. habeat occasionem plura inducendi capitula.

Exponit literam.

1 *Mulieres non debent frequentare monasteria, nec fieri commatres monachorum.*

PEruenit. Ad id, ꝙ dictũ est inducitur hoc c. quod est beati Gregorij in registro. Summa est ꝙ mulieres non debent monasteria frequentare, nec monachorũ commatres fieri. Et diuiditur in tres partes. Primo quidẽ narrat excessum. In 2. prohibendo prouidet. In 3. cõminationem subiungit. 2. ibi, ne ergo 3. ibi, nam si. Leg. ¶ [Peruenit ascẽdãt] sic loquitur pp situm loci, quia in alto situm erat monasterium. ſm Hu. [commatres facere] suscipiendo, vel tenẽdo filios earum in collatione alicuius sacramenti, vt de conse. di. 4. non licet monachis, ne ex tali familiaritate procurante diabolo incontinẽtiæ lapsus sequatur, nisi forte promotis in episcopatum, vel cardinalatum, qui absoluti sunt à iugo monasticę regulę, sicut de beato Gregorio legitur. Hu. de quo no. s. e. q. 1. statutum. [inimicus].i. diabolus, qui sedet in insidijs tanquam leo rugiẽs 6. q. 1. §. verum, & 3. q. 1. nulli, alia patent.

1

Diuisio.

Exponit literam.

Non solum. §. est, in quo incipit 8. pars qõnis in qua præcipitur, ꝙ monasteria monachorum, & monialium sint separata quia nõ licet vt simul habitent, & hoc probat per quatuor capitula. Io. de Arc.

DIffinimus. Ad hoc inducit̃ in primis hoc capitulum ex. 8. synodo. Summa est in rubro. Diuiditur autem hoc c. in quatuor partes ſm quatuor instituta religiosa quę ponit. In 1. statuit, ꝙ monasteria duplicia siue duplicis sexus.i. in quibus simul sunt monachi & monachæ non fiãt. In 2. statuit, ꝙ iam facta sic separentur & formentur, qđ sibi inuicem non pateat accessus. In 3. statuit, ꝙ necessaria ad victum, quæ à monachis trãsmittuntur monialibus abbatissa vel vetula monacha ext. portam suscipiat. In 4. statuit, ꝙ si monachus monachæ consanguineæ loqui voluerit in præsentia abbatissæ loquatur, & verba pauca 2. ibi, q autem 3. ibi, & qñ. 4. ibi, porro. Leg. ¶ [Diffinimus. duplex] illa monasteria dicuntur duplicia vel dupla, vbi simul sunt monachi monachæ, & in eodẽ choro sunt vel alternatim conueniunt. Hu. [fieri] de nouo, primo dicit ꝙ non debeãt fieri de illo monasterio ꝙ hactenus fuit duplex [scãdalum] ar. ꝙ ratione scandali aliquid prohibetur. ar. dist. 50. de his vero, & dist. 86. presbyter [abrenũtiare] rebus [cum cognatis].i. rebus & cognatis quod facere debet quicunq; ad religionem trãsit, vt 12. q. 1. cui portio. Hu. [in hoc].i. vt ita viri & fœminæ commorentur vt alijs non generetur scandalum. Hu. [Quæ autem] 2. pars. [non habitent in vno monasterio].i. in vno tecto, vel claustro monasterij, vel potius vult, ꝙ diuidantur per diuersa monasteria, sicut in c. sequẽti dr̄. Hu. [adulterium].i. incestus, ponitur. n. adulteriũ pro incestuosa commistione monachorum & monacharum [intercipit adulterium].i. incurrit [& inuadit cohabitationem].i. habitantes monachos simul cum monachabus. Hug. [secreto] loco & obscuro [singulariter].i. solus cum sola vnde præsumptio mala, sed cessat suspitio si publice & cum multis loquatur.

Diuisio.

Exponit literam.

IN nullo Ad idẽ est hoc c. ꝙ est beati Gregorij. Summa est in rubro. Et nõ põt bene diuidi. Leg. ¶ [In nullo monachos, & c.] multiplici ratione facta est hæc prohibitio. Primo propter scãdalum populi, & vt omnis occasio & oĩs opportunitas monachis & monachabus adimatur. Et hæ duæ notantur in c. præcedẽti. Et quia araretur simul in boue & asino, quod esse non debet 16. q. 7. in nuua. Et propter hanc causam statutum est, quod vir & vxor non conuertãtur ad idem monasterium 27. q. 2. si vir & c. Hug. sed nec ea monasteria permittimus manere q̃ duplicia & c. Hu. Arc. [Et si quidem tale] duplex. Hu. [in suo loco] consulitur fragilitati fœminarum & imponitur onus ædificãdi monasterium viris fœminis manentibus in suo loco. Et iste est casus vbi fœminæ præponentur viris & hoc ratione fragilitatis sexus. Hu. [Si autem talia].i. duplicia distribuantur pro numero personarum. secundum Hu.

Exponit literam.

MOnasteria. Ad idem sequitur hoc capitulũ ex concilio Agathen. sumptum. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Monasteria, ob locutionem].i. malam locutionem & detractionem. Nam & apostolus prima ad Ti. quinto, inquit. Ab omni specie mali abstinete vos. Et alibi prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. ad Roman. duodecimo. & 12. quæst. prima. nolo. Hug. Laurent.

Exponit literam.

Lauren.

IN decima. Ad idem sequitur hoc capitulum ex concilio Hispalen. Summa est in rubro. Et diuiditur in quatuor partes secundum quatuor notabilia, quę ponit circa monasteria monialium. In prima statuit quòd monasteria monialium per monachos gubernentur viros doctos & spirituales. In secunda quòd monachi cum monialibus familiaritatem nõ habeãt. In tertia quòd nec abbas nec alius qui præficit̃ monasterio monialium loquatur cum eis sine consensu abbatissę. In quarto quòd etiam abbas vel prælatus cum abbatissa sola nisi raro loquatur, & præsentibus saltem duabus sororibus vel tribus. secunda ibi, ea tamen. 3. ibi, sed nec 4. ibi, nec cum ea. Lege text. ¶ [In decima actione] decima actio dicitur qõ quæ tractatur in synodo decimo loco, vel decima die. Hug. Et tangitur in vno secundum Hugu. localis consuetudo, quæ apud nos non seruatur generaliter. s. quòd monasteria monacharum gubernentur & administrentur à monachis non ibi cum eis existentibus, vnde dicebat Laurent. quòd hoc capitulum est locale in Bethyca quæ est pars hispaniæ sic dicta a fluuio, de quo Lucanus. Qui ferit oceanum post omnia flumina Bethys, secundum Laurent. & Archidiaco. [probamus].i. damus, vel curamus [ea tamẽ] secũda pars. [vestibulum].i. parlatorium. Archidia. [sed nec] tertia pars. [Qui præficitur] vt. s. prior vel vicarius [ad institutionem.] Nam etiam illud quod est vtile monachis facere non debet nisi habita speciali licentia 16. quæst. prima monachi. Hug. [nec cum ea] quarta pars patet de se.

Diuisio.

Exponit literam.

Lauren.

Lucanus. Archid.

Prohibentur §. est in quo incipit 9. pars quæstionis ſm Arch. in qua prohibentur moniales habere propria receptacula siue sint monachę siue sint alias regulares ad modum canonicorum regularium. Hugu.

PErniciosam. Inducit hoc cap. Innocen. papæ 2. Summa est in rubro. Et potest diuidi in tres partes. In prima narrat excessum detestabilem. In secunda illum prohibitione sub pœna anathematis damnat, & reprobat. In tertia annectit etiam

etiã aliã ꝓhibitionem.i.ꝙ monachæ cũ monachis ad psallendum in vno choro non conueniant.2.ibi, quia ergo 3. ibi,simili modo.Leg.¶[Perniciosa receptacula].i.proprias cameras & priuatas & ab alijs remotas,hoc prohibetur 20.q.4.c.vlt.Hu. & hoc rationabiliter triplici de causa. Primo quia quæ communem vitam profitetur in cõi & nõ seperatim viuere debent.Secundo vt omnis occasio peccandi & oĩs mala suspitio tollatur, cõuenit cum conuentu aliarum esse & à sodalibus fœminis non elongari. Tertio vt diabola oĩs male agendi machinatio auferatur & ne viris paretur via cum eis habitandi.[quia ergo] 2.pars.[qui male agit,&c.Io.3.[iudicis].i.dei,qui renes scrutatur & corda 3.Reg.8.& 24.q.3.Deus q.Hu.[Simili modo]3.pars [in vno choro] hoc est cõtra clericos qui ad monasteria monialiũ accedunt & cantant cum eis in choro,ꝙ esse non debet,cũ oĩs accessus ad monasteria earum siue causa hospitandi,siue ob aliud nisi euidẽs & necessaria fuerit causa,inhibetur clericis.Hu.ex.de vi.& hone.cle.monasteria. Exponit literam.

Item sunt. §.est,in quo incipit 10. pars huius quæstionis ꝭm Arc.in qua probatur, ꝙ seculares clerici non debent esse abbates in monasterijs.Et hoc probat per duo capitula.hucusq; allegat pro episcopis contra monachos ostendendo ꝙ ꝑ lasciuiã & dissolutionem monachorũ quedã monasteria episcopis subdita sunt.Nũc econuerso allegat pro monachis contra episcopos, ostendendo ꝙ ꝑ auaritiam episcoporum qui immoderate monasteria opprimebãt, & eorũ bona in suos vsus conuertebant,quædam monasteria ab eorũ iurisdictione sunt exẽpta. Sed quia magister non habebat capitula quæ loquerẽtur de episcopis,probat hoc per simile. Capitula.n.sequẽt. non de epis,sed de clericis loquũtur qui in suos vsus bona monasteriorum conuertebant, vnde ab eorum ꝑtãte sunt exempta,nisi ergo per simile illud idem de epis intelligaẽ sequẽtia capitula proposito Gratiani nõ congruunt. Hug. Archid.

Peruenit. Ad hoc inducitur hoc ca. ꝙ est Greg.in registro.Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In 1.narrat excessum.In 2.mandat illum emendari.2.ibi, proinde.Leg.¶[Peruenit]pro intellectu litere est casus ponendus ꝭm Hu. Erant quidam clerici Rauennatis ecclesiæ,qui sub obtentu religionis monasterijs preesse volebant,primas tamen ecclesias retinentes qui tantũ suis commodis insistebant vt monasteria multũ grauarẽt, & ea quasi cõia habitacula haberent,& etiã laici eorum occasione.hoc venit ad notitiam Gregorij. ꝑp quod ipse scribit archiepiscopo Rauennati,vt hec emendare festinet[habitacula] quasi cõia,& propria quod fieri non debet 19.q.3.quæ semel. Hu. Arc. præponi cupiunt hoc nulla rõne fieri debet,nisi primo efficiantur monachi. Nam abbas de ipsa congregatione est eligẽdus.s.e.q̃ sit Hu.dic,vt ex.de ele.officij,& e.ti.nullus li.6.[nemo.n.]hoc est.s.16.q.1.nemo. Hu.Arc.[proinde]2.pars.[ambitu].i.cupiditate.Hug. Diuisio. Exponit literam. Casus. Archid. Hugu.

Dudum: Ad idem est hoc c. eiusdem Gregorij in registro. Summa est eadem in summa præcedentis c.Leg.¶[Dudum.prædecessori].s.Ioanni,sicut habetur in precedenti ca.[occupatus].i.mortuus[excusatione illegitima]ex.de offi.del.ex parte 2.Laur.& ex.de rescrip.si qñ.Arc.[hortandi].i.admonendi,vel prædicandi.Hu.[habeãt] prædicti clerici vel monachi,vel abbates promoti ad ecclesiasticas dignitates. Hu.Arc.[aliter].i.per alium. Cum.n.quis negligit facere ꝙ debet ẽt eo inuito per aliũ põt fieri,vt 9.q.3.cũ scimus.Hu. [vel ne si aliter fiat]in se patiatur districtionem, alia patet. Exponit literam. Lauaen. Archid.

Visitandi. Ad idem est hoc ca. ꝙ est eiusdem Gregorij.Et hic incipit 11.pars huius qõnis.Arc.in qua ostẽdit,ꝙ episcopus potest visitare monasteria qñcunq; sibi videbitur.Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1.dicit,ꝙ eps põt visitare monasteria,qñ sibi placuerit. Secundo recuperat hoc dicens,ꝙ tamen hoc fiat, ita ꝙ non grauetur monasteria 2.ibi,sed sic.Leg.¶[Visitandi]hoc c.intelligitur de monasterijs non exẽptis à iurisdictione episcoporũ [exhortandi].i.admonendi vel ꝑdicandi.[placuerit] si causa subest alias non.ꝭm Lau.Arc.[grauamen] vt non exigat immoderatam procurationem.Credo tamen, ꝙ si episcopus accedit ad monasterium, pro eius necessitate procurationem possit exigere à monasterio, quia nemo tenetur proprijs stipendijs. Diuiso. Exponit literam.

Non semel. Ad idem est hoc c.x.e concilio Aurelian. Summa est in rubro.Lege.¶[Non semel]sed sepius si necessitas vrget, vel vtilitas exposcat aliter nõ Hu.Ar.ꝙ pluries in anno põt episcopus accedere ad ecclesias sui episcopatus.¶Sed nunquid toties ꝓcurabitur à presbytero quoties illuc vadit.Respondet Hu. ꝙ sic si vadit causa illius ecclesiæ, aliter ex debito presbyter non tenetur eum recipere,nisi semel in hospitio.Hug. Exponit literam. Quæstio. Respondet.

Pro talibus. §.est, in quo incipit 12. pars, in qua probat ꝙ licet monasteria lege diocesana non subsint episcopo, si nõ habent populum tñ si in fundatione vel dedicatiõe monasterij imponitur aliquid de pensione exigi põt Io. de Arc. Et concludit Gratianus ex dictis ꝙ pro talibus episcopis qui curã animarum negligentes monasteria suis bonis spoliant,& ea in suos vsus cõuertunt statutũ fuit,vt monasteria sint libera à iurisdictione & ꝑtãte epõrũ. Demũ rñdet ad vnũ capitulum.s.positũ .s.e.q̃ sit,quòd vr̃ oppositũ dicere,dicens quòd non ita intelligendum est, vt monasteria non debeant aliquid dare episcopo die statuta in signum subiectionis.Bar.[Eulogię] eulogię sunt munera quę deferũt subditi suis prælatis. Eulogia dr̃ id quòd solet assignari episcopo tpe consecrationis,& id quod ei offertur in synodo,& proprie id qđ gratis offertur licet hic aliter intelligatur.Hu.& idem Bar.

Eleutherius Ad idem est hoc c.quod est Gelasij papæ.Summa est in rubro.vel sic.Monasteria tenentur episcopo ad præstãdum id solum ꝙ fuit tpe dedicationis statutum. Et diuiditur in duas partes.In 1.ponit querelã.In 2. cõmittit prouisionẽ 2.ibi,hæc igitur.Leg.[¶Eleutherius]. Casus est satis planus ex ipso tenore lr̃æ.[dedicauerit].i. dedicari fecerit, & rogauerit vel instituẽdos repręsentauerit,vtpote patrona.Hu.[conuenisse]epo non petente,& ipsa sponte offerente pro consecratione,quia esset simonia, sed intuitu deuotionis & honoris episcopalis, & hoc licite potuit fieri.ar.1.q.2.placuit.Hug.[martyrum] in quorum honorem ecclesia consecrata est,vel altare in ea vel saltem quorũ reliquię cõditæ sunt.Hu.[ceciderit].i.verberauerit Hu.& sic iniuriã fecit[hæc igitur]2.pars.[Eulogij].i. muneris vel insignij in signum subiectionis soluendæ.ex.de.cẽsi. oĩs Ber.hispa.alia patent. Diuisio. Exponit literam. Bern.hispa.


Seruitium. Ad idem est hoc capitulum, quod est Vrbani Papæ secundi.Summa est in rubro.Breue est,& non diuiditur.Lege.¶[Seruitiũ honestũ]siue in spiritualibus quæ ad legem iurisdictionis siue in temporalibus.vt.16.q.2.statuendam.sed contra ius debitum eps non debet petere vel exigere.vt.1.q.1. nullus.&.s.e.q.hoc tantum.Hu. Exponit literam.

Canonica. §.est,in quo concludit Gratianus ex supradictis,quod canonica iura à quibus monasteria sunt libera, & synodales exactiones angariæ & quotidianæ receptiones,& annales exceptiões,& indictiones penarũ[turonice]vt.18.q. episcopus.Hu.[rationabilis causa] & maxime necessitatis.tunc enim cogi potest,vt veniat ad synodum [mulctationes].i.pœnæ pecuniariæ.Hug.Archid.

¶ Causa decima nona.

Vo clerici. Hic intitulatur,& incipit decimanona causa, quæ continuatur sic ad superiorem. In superiori causa magister Gratianus dixerat monachos posse transire ad seculares dignitates, sed non tamen sine licentia sui abbatis. Ne ergo viceuersa videretur, quod clerici seculares non possunt transire ad religionem monasticam, vel canonicam sine licentia sui episcopi. Magister annectit hanc causam, in qua ostendit, quod clerici inuito & contradicente episcopo possunt transire ad religionem monachorum vel canonicorum, sed canonici regulares non possunt transire ad monachalem vitam sine licentia sui prælati. Interserit etiam, ꝙ monasteria non possunt fieri cõia habitacula, & quo Cõtinuatio

& quotpe suscipi debeant qui ad conuersationẽ veniũt,& quod testari non pñt,licet diuidere eis concedatur, postq̃ monasteria sunt ingressi. Et quod monachi paterna hęredi tate priuari non possunt. Sed vt ad hæc magr̃, competẽtius descendat, more soluto thema præmittit, & elicit tres qõnes inde. Prima q. vtrum episcopus debeat cõcedere licentiam clerico.s.sacerdoti relinquenti suam ecclesiam, ꝙ ingrediatur monasterium,& fiat monachus.

¶ Quæstio prima.

1 *Presbyteri curati an possint licite ingredi religionem.*
2 *Episcopus an debeat dare licentiam ad religionem presbyteris curatis aut Archidiaconis petentibus.*



Vod autem. Hic incipit 1. q.s. an eps debeat dare licentiam suo clerico voleti ad religionem transire. Et ad probandum ꝙ sic inducit c.sequens. ¶ Pro pleniori aũt intelligentia huius quæstionis venit primo discutiendum. †Vtrum presbyteri curati possint licite religionem ingredi. Et vr̃, ꝙ non. Primo sic, presbyteri curati videntur respondisse ad curã agẽdam subditorum: ergo vr̃ ꝙ liceat eis prætermissa cura animarum religionem ingredi. probatur consequentia, qm̃ ille qui obligatur homini pro aliquo debito, non potest intrare religionem, nisi soluat id, ꝙ debet si possit. ¶ Secundo sic, vni licet, paribus omnibus licet, sed si omnes presbyteri habent curam animarum, religionem intrarent, plebes absque cura pastorum remanerent, quod est inconueniens. ergo videtur quod non licet, quod presbyteri curati intrẽt religionem. ¶ Tertio inter actus ad quos religiones ordinantur pcipui sunt illi, quibus aliquis contemplata alijs tradidit, sed hmõi actus ẽt competunt pbr̃is curatis,& Arc. quib. ex officio competit prædicare,& confessiones audire, ergo vr̃ ꝙ non liceat eis transire ad religionem. ¶ In oppositum est c.pñs &.ĵ.c.duo. Rñ. dicendũ, ꝙ presbyteri curati & Arc. licite possunt relictis aĩarũ curis ad religionẽ transire. ista conclusio probat̃ sic. Licet de statu minorẽ trãsire ad statũ maiorem, sed religiosi sunt in statu perfectionis, pbr̃i curati non, vt patet, quia nullã obligationẽ ꝑpetuã faciunt ad ea q̃ pfectionis sunt cũ ista solẽnitate religiosi aũt sic. ergo &c. ¶ Scd̃o sic. Obligatio ꝑpetua pfertur oĩ alij obligationi, obligari aũt voto ꝑpetuo,& solẽni ad vacãdũ diuinis obseqis cõpetit ꝑprie epis & religiosis. pbr̃i aũt curati & Arc. nõ obligant̃ voto perpetuo & solenni ad curã aĩarũ retinendã, sicut ad hoc obligãtur epi. vñ epi pſulatũ non pñt deserere, quacunq; occasione absq; autoritate romani pontificis. vt habetur extra de regula & trans. ad rel. c. licet. Arch. autem & pbr̃i curati pñt licite abrenuntiare epo curam eis concessam absq; spãli licentia papæ, qui solus põt in votis ꝑpetuis dispensare. vñ manifestum est, ꝙ Arc.& presbyteris curatis licitũ sit ad religionẽ transire. ¶ Ad rõnes in oppositum, Ad primam respondetur negando assumptum. Dicimus.n. iuxta S.Tho. ꝙ licet pbr̃i curati & Arc. obligauerunt se ad curam agendam subditorum quandiu retinent Archidiaconatũ, vel parochiam teneant. ¶ Ad secundã respondetur, ꝙ sicut Hiero. dicit cõtra Vigilant. Quãuis à te linguæ vipereæ morsus, seuissimos patiãtur.s. religiosi, quia argumentaris, & dicis si oẽs clauserint se & fuerint in solitudine quis celebrabit ecclesias quis seculares hoĩes lucrifaceret. quis peccãtes ad virtutes poterit exhortari. hoc.n. modo si omnes tecum fatui sint sapiens esse quis poterit. Et virginitas non erit approbanda. Si.n. virgines omnes fuerint & nuptiæ non erũt interibit genus humanum. Rara est virtus nec à pluribus appetitur. patet ergo ꝙ hic timor stultus est, puta sicut si aliquis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Alij .n. sunt actus in religione quã illi & alia exercitia virtutũ, & perfectionis opera, ad quæ religiones ordinantur. ¶ Nũc venit secundo discutiendũ, ꝙ in 1. qõne proponitur. †vtrũ hmõi presbyteris curatis aut Arch. petentibus ad religionem eps debeat dare licentiam. Et arguitur ad partes pro parte negatiua sic, Talis clericus promisit obedientiã episcopo,& iuramento forte obligatus est, sed pc̃m hariolandi est repugnare &c.8.q.1.sciendum. ergo talis non potest dimittere ecclesiam quam habet sine voluntate episcopi. ¶ Secũdo sic. prohibitum est clericis per multos canones res ecclesiæ sine licentia episcopi alienare. ergo magis intelligitur prohibitum seipsos alienare, cum hoc sit maius. Digniores.n. sunt personæ, quam res 12.q.2. præcipimus. ¶ Tertio non licitum de maiori statu trãsire ad minorem, sed clericus habens curam animarum est in superiori statu quã religiosus simplex cum sint similiores episcopis quã religiosi. vnde Hieronymus ad Rusticũ monachũ sic scribit. Viue in monasterio, vt clericus esse merearis 16. sic vi ue. ergo &c. ¶ In oppositum est te. præsentis c. Respondet dicendum ad hanc quæstionem. respondet dominus Guido carmelita distinguendo de sacerdote, qui petit licentiã aut est insufficiens ad curam animarũ nec est ecclesiæ necessarius siue vtilis,& de tali ponit cõclusionem. Quod tali est danda licentia. patet conclu. quia in hoc prouidetur ecclesiæ,& populo. Aut talis clericus est sufficiens ad curam animarum, non tñ sic quando possit faciliter sufficienter, & magis vtilis ecclesiæ & populo inueniri. Et de tali est cõclusio sua, ꝙ petenti ingredi religionẽ sit licentia danda. Aut talis clericus est ita sufficiens & vtilis ecclesiæ, ꝙ non occurrit aut non reperitur faciliter qui sit dignus nec sit vtilis ad curam animarum gerendam. Et de tali est conclusio ſm eum, ꝙ non est per epm̃ danda licentia, nec talis clericus debet talem licentiam petere. probatur conclusio ſm eum sic. Primo fidelis dispensator teneẗ dispensationẽ sibi creditam meliori modo quo põt ad honorem Dei & fructum animarum procurare, sed episcopus non videtur fideliter dispensare ministerium Dei sibi creditum si meliorẽ,& magis idoneum remoueat vel remoueri permittat & minus dignum statuat. ergo eps dans tali licentiam peccat. ¶ Secundo sic. sacerdos talis tenetur ꝑp necessitatẽ ecclesiæ obedire prælato præcipienti ei, ne ecclesiam quã habet derelinquat. patet ꝑ illud Aug.19. de ciuita. Dei. dicentis. Otium sanctum quærit charitas, veritatis negotiũ iustum.s. regiminis aĩarum suscipit necessitas charitatis. Sed vr̃ nobis ꝙ ista vltima conclusio non sit vera, vt patet ex c. sequenti & ex determinatione secundæ qõnis. sed pœnitus dicendum est iuxta Hu. dicentem, ꝙ indistincte dicẽdum est, quod velit nolit eps põt clericus transire ad religionem autoritate illius capi. duæ. Semper enim præsumitur duci lege priuata vbi tamen necessitas vel maxima vtilitas ecclesię exigat eius pſentiam, debet eps eum admonere vt non vadat, sed si non acquiescit debet ei dare licentiã. ar. in proxi. c.& c. duæ. Nõ.n. debet eps denegare quod canon concedit. Ad rationes vero dicti Guidonis dicendũ vr̃ quod prima rõ nõ militat, nec ad propositum facit, qm̃ eps in hoc casu dans licentiam clerico volenti ad religionẽ transire, non remouet eum à cura aĩarum, sed ipsemet clericus qui pſumit̃ duci lege priuata seipsum remouet & ecclesiã derelinquit cupiditate & amore melioris vitæ. Et ita eps non præfert minus dignum magis digno,& per consequens non peccat male dispensationem sibi creditam procurando. ¶ Præterea secunda rõ illa non militat, quia vt decretalis dicit sufficit eligere bonum, & per consequẽs sufficiẽtem nec oportet eligere meliorem. ¶ Secunda rõ etiam non militat nec procedit, quia in casu isto nõ currit necessitas, ex quo sufficientes alij reperiri possent. ¶ His habitis dicendũ est ad rationes principales factas in principio. Ad primã rñdetur iuxta Hu. quod clerici in hoc casu absoluuntur ab obedientia, & obnoxietate epi. Tum autoritate canonis eos specialiter absoluentis. Tum autoritate spiritus sancti quo inspirantur cum lege priuata dicantur, q̃ præiudicat publicæ, qua primo tenebantur epos. Tum superuentione maioris boni,& maioris vinculi superueniẽtis, quo excusatur simpliciter vouens sponsa, vel sponsus si monasterium. ¶ Ad secundam rationem respondetur iuxta eundem quod non militat. Et ratio est, quia autoritas in contrarium nunquam fuit, imo oppositum canones concedunt. Licet enim circa res ecclesiæ, quod alienari non possent sine licentia episcopi autoritas emanauerit nõ tamẽ circa personas tale vnquam emanauit, vt infra c. duę. ¶ Ad tertiam rationem respondetur negando minorem, quoniam religiosi sunt maioris perfectionis quam clerici curati, de quo videbitur in quæstione sequenti.

1 *Prsbyteri curati & Archidiaconi an sint maioris perfectionis quam religiosi.*

Clerici.

Marginalia: Quæstio. 1 Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit & Respondet. — Ad primũ argu. S.Tho. — Ad secũdũ — Ad tertium — Quæstio. 2 Primũ ar. — Secundũ ar. — Tertium ar — Opponit & Respondet. Guido carmelita. — August. — Cõtra prædictam conclusionem. — Ad ar. Gu[ido] — Ad primũ argu. — Ad secundũ — Ad tertiũ.



Non liceat. Lex eſt ex nouella,vt habetur in ſupraſcriptione.ſumma quod profeſſus in religione nō pōt à patre dehæredari, ꝑp ingratitudinem commiſſam aut profeſſionem:breue eſt.Le.¶[Non liceat hæreditate]ſaltem legitima parte Hu.[ingratitudini] vn̄ ſi nō fuiſſent facti monachi meruiſſent exhæredari, & hoc receptū eſt in fauorē religionis vnde in alijs clericis, Exponit literam.
1 hoc non habet locum Hu.¶Sed ſurgit hic q.†vtrum infamia & omnis macula quæ repellit laicos a ꝓmotione aboleatur per ſuſceptionem habitus religioſi vt ſacri monachi poſſint promoueri. Rn̄det Hu.quod non ar.d. 50. ſi ille,& d.55.c.1.& 16.q.1.legi,& 1.q.6.ſi quis. Quæſtio. Reſpondet.


Non liceat. Lex eſt ſumpta vn̄ precedēs ſumma ꝙ parentes non audeant filios ſuos ad ſolitariam vitam tranſeūtes de monaſterio ſuo extrahere niſi ſint adhuc in pupillari ætate,vel niſi inuiti & coacti intrauerint,& ſic ceſſant illa contraria 20.q.2.ca.1.&.2.& q.3.præſens Hu.de quo extra de re.c.2.

¶ Cauſa Vigeſima.


Vo pueri. Hic incipit cauſa 20. q̄ ſic ad ſuperiorem continuatur,ſm̄ Hu.Quia in ſuperiori cauſa tractauerat de adultis monaſteriū ingredientibus ne forte idem per oīa videretur dicendum eſſe de impuberibus,iō magiſter ſubiungit hanc cauſam in qua oſtendit,qualiter impuberes monaſterium ingrediētes teneantur vel non teneantur eſſe in monaſterio,adiungit ēt quo tempore virgines velari vel conſecrari debeant. Et an monacho liceat ſine conſenſu abbatis tranſire ad diſtrictius monaſterium,ſicut & alijs clericis vt autem ad hæc Cōtinuatio magiſter

magister competentius descendat more solito themā præmitti, & elicit quatuor quæstiones sicut ponuntur in lra.

¶ *Quæstio prima.*

3 *Votum religionis est duplex.*
5 *Obligatio voti procedit ex voluntate.*
6 *Vouens intrare religionem si cum tali intentione intret, & statim exeat an satisfaciat voto suo.*
7 *Pueri traditi monasterijs a parentibus in annis puerilibus an cogantur in monasterijs perpetuo remanere.*
8 *Adultus ingressus religionem an possit redire ad seculum.*
9 *Casus tres in quibus ingressus religionem non potest redire ad seculum.*



Diuisio. Vod intra. Hic proponitur 1. q. quæ est vtrum pueri traditi monasterijs à parentibus in annis pueritiæ cogantur in monasterijs ꝑmanere. Et diuiditur hæc q. in 5. partes. in quarum prima probat superficialiter per 5. c. ꝙ si puer tradatur monasterio à patre ꝙ cogatur ibi semper esse quod tñ non est verum nisi vsque ad legitimam ætatem. Io. de Arch. Aliæ partes assignabũtur in processu. Pro pleniori notitia huius partis veniunt merito disputanda tria.

Arch.

1 ¶Primum est vtrum pueri ante annos pubertatis sint recipiendi ad religionem.

2 ¶Secundum est vtrum pueri ante annos pubertatis possint se voto aut iuramento ad religionem obligare.

4 ¶Tertium est vtrum pueri recepti ad religionem teneantur semper in religione manere.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et vr̃ ꝙ pueri non sunt ad religionem suscipiendi. 1. sic. Nõ minor cura est adhibēda in ingressu religionis, quā in susceptione ordinis, sed in ordinibus prohibentur ad maiores ascendere qui minores non receperunt, ergo ēt non debet aliquis ad obseruantiam conciliorum transire nisi prius præceptis obseruatis. Et confirmatur, quia Christus dedit concilium perfectionis adolescenti, qui iam ꝑcepta seruauerat, vt patet Mat. 19. ergo soli illi q sunt exercitati in præceptis sunt ad religionem recipiendi. huius autem non sunt pueri, ergo &c. ¶Secundo sic. extra de regul. & trans. ad reli. dr̃ nullus tondantur nisi legitima ætate & spontanea voluntate, sed pueri non videntur habere legitimam ætatem nec spontaneam voluntatem cū non habeant perfectum vsum rõnis: ergo videtur ꝙ nõ sunt in religione recipiēdi. ¶Tertio status religionis vr̃ esse status pnīæ, sed pueri excipiuntur ab omni pœnitentiæ coertione, vt de pœ. d. 4. eos: ergo nõ sunt ad religionē inducendi. ¶In oppositum arguitur ex capitulis sequentib. ¶Rñdeo dicendum sub ista cõclusione. Expediēs est & fructuosum pueros infra annos pubertatis in religione recipi. Ista conclusio probatur prima rõne sic. Quia illud ꝙ à pueritia assentimus semp ꝑfectius & firmius tenemus. ſm illud Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam ēt cum senuerit non recedet ab ea. & cõiter dr̃. ꝙ noua testa capit inueterata sapit, & ideo dr̃ Trenorum 3. bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. ¶Secundo patet autoritate ex illo Mat. 19. vbi Christus ait. Sinite paruulos venire ad me, ꝙ exponens. Orig. super Mat. dicit ꝙ discipuli Iesu priusquam discant rõnem iustitiæ reprehendunt eos, qui pueros & infantes offerunt Christo. dominus aũt exortatur discipulos suos condescēdere vtilitatibus puerorum. ¶Tertio idem patet exemplo apostolorū qui instituerunt vt pueri & infantes ad christianam religionem reciperentur vt in ea nutriti firmius & perfectius ei inhererent vt testatur Dionysius vlt. c. Ecclesiasticæ hierarchiæ. clarum est aũt ꝙ multo magis excedit christiana religio infidelium vitā, quā vita religiosorum vitam seculariū. ¶Quarto ostēditur exemplo B. Benedicti de quo dicit B. Greg. 2. dialogorū, ꝙ ei romani & nobiles suos filios dabant nutriēdos omnipotenti dño. ¶Ad rõnes in oppositum, rñdendum. Ad primam respondetur negando consequentiam, & rõ est iuxta S. Th. in quolibeto 4. qa diuersi ordines sunt quasi diuersi gradus vni' clericalis vitæ, & ideo oportet vt à minoribus incipiat qui ad maiores tendit. Non autem oportet, ꝙ qui intēdit ad sacros ordines exercitetur in his quæ pertinent ad inferiorē statum. s. laicalis vitæ & siſr in vita religionis oportet, ꝙ à rudimētis eius incipiat qui religionem ingreditur, vt ad summum apicem religionis pertingere possit. Nõ tñ oportet eū prius in seculari vita esse exercitatum. Et ad confirmationem rñdetur, ꝙ Christus inuitauit ad concilia adolescētē exercitatū in præceptis, ita ēt vocauit Mattheū publicanū nõ exercitatū in ꝑceptis, sed potius peccatis multiplicatum, ex quo accipere possumus ꝙ ad consimilia obseruanda in religione euocādi sunt nõ solū exercitati in ꝑceptis, sed ēt nõ exercitati. ¶Ad secundam rñdetur ꝙ autoritas illa non militat. vñ dicimus iuxta S. Tho. ꝙ legitima ætas, ad hoc ꝙ quis tondeatur cū voto solenni religionis est tp̃s pubertatis in quo hõ vti potest spontanea voluntate, sed ante annos pubertatis pōt esse legitima ætas, ad hoc quod aliquis tondeatur in religione nutriendus. ¶Ad tertiam rñdetur negādo consequentiā. dicimus. n. iuxta S. Tho. ꝙ religionis status est status pœnitentiæ, & est exercitiū siue schola perfectionis. vñ ad religionē sunt recipiēdi peccatores ꝑ pnīam & recipiēdi sunt pueri Innocentes, quasi in schola quadam perfectionis, vt perfectius Innocentiam cõseruent, & hæc pro præsenti dicta de quæstione dicta sufficiant.

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit & Respondet — Gregorius. — Ad primum arg. S. Thom. — Ad secundū S. Thome

2 Ad secundam Quæstionem qua quæritur. †vtrū pueri possint voto aut iuramento se ad religionem obligare sic proceditur. Et vr̃ ꝙ nõ, primo sic. pueri ante annos 14. non debent obligari iuramento, vt habetur 22. q. 5. c. pueri & c. honestū. ergo nec ēt voto sunt obligandi ad religionem. ¶Secundo sic. illicitum est obligari aliquem tali obligatione quæ posset irritari, sed si aliqui impuberes obligant se religioni possunt retrahi à parentib. vel tutorib. vt infra e. q. 2. c. puella. ¶Tertio sic. Qui non pōt se obligare ad minus, non pōt se obligare ad maius, nisi sit necessarium. sed puer ante 14. annū non pōt se obligare ad matrimonium, ꝙ minus est, ergo multo minus ad religionem ¶In oppositū est c. infra firma. ¶Rñdeo dicendum. licitum est pueros voto aut iuramento ad religionem obligari. Ista cõclusio probatur sic primo iuxta S. Tho. idem opus ex voto factum est laudabilius quam si sine voto fiat. Tum quia vouere est actus religionis, quæ habet quandā excellentiam inter virtutes. Tū quia per votū firmatur voluntas hoīs ad bonum faciendū & sicut peccatū est grauius ex hoc ꝙ procedit ex volūtate obstinata in malū, ita bonū est laudabilius ex hoc, ꝙ procedit ex voluntate firmata in bonū per votum: ergo pueros obligari ad ingressum religionis voto aut iuramento est licitum. ¶Scđo sic. Si talis obligatio esset illicita, aut hoc esset quia esset secundū se mala, aut quia est prohibita. sed nõ est ſm se mala, quia alias executio siue adimpletio promissionis esset peior & ꝑseuerantia pessima cuius ꝯrium videmus quia adimplentes ea quæ promiserunt in puerilibus annis, & in his promissis perseuerantes. maxime cõmendātur. Siſr non est prohibita talis obligatio vt patet. quia nec lege veteri, nec ex euangelio nec iure canonico, vt patet, ergo, &c. pro ampliori notitia huius materiæ est notandū

3 iuxta S. Tho. in 2. 2. †ꝙ duplex est religionis votum. vnum simplex, ꝙ consistit in sola promissione Deo facta, quæ ex interiori mentis deliberatione procedit & hoc votum habet efficaciam ex iure diuino, quæ tñ dupliciter tolli pōt, vno modo per defectū deliberationis. vt patet in furiosis, quorum vota non sunt obligatoria. vt habetur ex. de reg. & trans. ad rel. c. sicut tenor, & eadem est rõ de pueris, qui nondum perfectū vsum rõnis per quem sunt doli capaces a quem quidem pueri habent vt frequentius circa 14. annum, puellę vero circa 12. qui dicuntur anni pubertatis. in quibusdam tñ anticipatur, in quibusdam retardatur ſm diuersam dispositionem naturæ alio modo impeditur efficacia simplicis voti. si aliquis Deo voueat ꝙ non est propriæ ptātis, puta si seruus ēt vsum rõnis habēs voueat se religionē intrare, aut ēt ordinetur ignorante dño, pōt. n. hoc dñs reuocare, vt habetur d. 44. c. si seruus, & quia puer vel puella añ annos pubertatis naturaliter sunt in ptātę patris quātū ad dispositionē suæ vitæ, pōt pater votum eorum reuocare, & acceptare si sibi placuerit, vt expresse dr̃ de muliere. Num. 30. Sic igiť si puer ante annos pubertatis simplex votum emittat antequam habeat plenum vsum rõnis non obligatur ex voto. Si autem habeat vsum rõnis ante annos pubertatis obligatur quidem quātum in se est, ex suo voto tamen

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertium ar. — Oppon. in Respondet. — S. Thom. — S. Thom. — a ¶ Doli capaces. doli capax quis pōt esse ante septēniū P. de Anc. i c. iuuenis n 5. de sponsa.

tñ pôt obligatio reuocari per autoritatẽ patris, in cuius partem adhuc existit. quia ordinatio legis qua vnus homo subditur alteri respicit id qđ in pluribus accidit. Si vero annos pubertatis excedit non potest reuocari autoritate parentũ. si tñ nondũ haberet plenum vsum rationis, obligaretur quo ad Deum. Aliud est votum solenne, quod facit monachum religiosum quod quidẽ subditur ordinationi ecclesię ꝓpter solennitatem quam habet annexã. & quia ecclesia respicit id, quod in pluribus est professio ante tempus pubertatis facta quantumcunq; aliquis habeat vsum rationis plenum vt sit doli capax non habet suum effectum, vt habeat profitentem esse iam religiosum. & tñ licet ante annos pubertatis profiteri non possunt, possunt tamen cum voluntate parentum in religione recipi, vt nutriantur. sicut de be. Ioanne Baptista legitur Lucæ.1. quod puer crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis. vnde sicut Greg. dicit. 2. dialo. &. s. inductũ est de beato Benedicto. Romani nobiles filios suos omnipotenti Deo nutriendos dare ceperunt, quod est valde expediens sicut in prima quæstione dictum est & probatũ. His habitis dicendum est ad rationes. ¶ Ad primam respondetur, quod pueri sicut non coguntur ad iurandum, vt canõ dicit ita nec ad vouendum. Si tñ voto vel iuramẽto se astrinxerunt ad aliquid faciendum obligantur quo ad Deum, si habeant vsum rationis, licet non obligentur quo ad ecclesiam ante 14. annos. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam; vnde etiam dicimus iuxta S. Tho. in. 2. 2. ꝙ falsum est assumptum. nam Nume. 30. non reprehenditur mulier in puellari ætate constituta si voueat absq; consensu parentũ potest reuocari à parentibus. Ex quo patet, ꝙ non peccat in vouendo, sed intelligitur se voto obligare quantum in se est absque præiudicio autoritatis paternæ. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. & ratio est, quia non est simile. obligatio enim perficiens matrimonium corporale non potest fieri ante annos pubertatis cui obligationi similis est professio quæ fit in religione ad perpetue remanendum in ea, sed ante annos pubertatis potest fieri aliqua sponsio futuri matrimonij sicut est in sponsalibus cui assimilatur obligatio quæ fit ad religionem. Et sic pôt secundo responderi ꝙ argumentum procedit bene de voto solenni non autem de voto simplici.

Ad primũ. — Ad secundũ — Ad tertium


4 **Ad tertiam** Quæstionẽ sic proceditur. † Et videtꝙ ille qui vouet religionẽ ingredi teneatur perpetuo in religione perseuerare. Primo ex præsenti. ca. & sequentibus tribus. ¶ Secundo arguitur ex illo beati Petri. 2. Petri. 2. melius erat eis veritatem Dei non cognoscere quam post agnitam retroire. & Luc. 9. dicitur. Nemo mittens manũ ad aratrum & aspiciẽs retro aptus est regno Dei. ergo ille qui se voto obligat ad religionem tenetur perpetuo ibi manere. ¶ Tertio sic. votum religionis vocatur votũ perpetuum. & ideo temporalibus votis præfertur. hoc autẽ non esset si aliquis voto religionis emisso ingreditur cum ꝓposito exeũdi. ergo videtur ꝙ ille qui vouet religionis ingressum teneatur in religione perpetuo remanere. ¶ In oppositum arguitur ex c. seq. ex quibus habetur, ꝙ qui vouerunt ante annos discretionis, aut ante annos pubertatis non consentientibus parentibus non coguntur in religione manere. Secundo sic, votum professionis propter hoc ꝙ obligat hominem ad hoc quod perpetuo in religione ꝑmaneat præexigit annum probationis qui non præexigitur ad votum simplex quo aliquis obligat se ad religionis ingressum, ergo videtur quod ille qui vouet religionis ingressum non teneatur ibi perpetuo remanere. ¶ Dicendũ iuxta S. Thom. in. 2. 2. vbi. 5 s. † quod obligatio voti ex voluntate procedit. nã vouere voluntatis est. vt Aug. dicit intãtum: ergo fertur obligatio voti, inquantum se extendit voluntas & intẽtio vouentis. si ergo vouens se intendit obligare non solum ad ingressum religionis, sed ad perpetuo remanendum tenetur perpetuo remanere. Si aũt intendit se obligare ad ingressum religionis causa experiendi cũ libertate remanendi, vel non remanẽdi manifestum est, quod remanere non tenetur. Si vero in vouẽdo simpliciter de ingressu religionis cogitauit absque hoc, qđ de libertate exitus vel de perpetuitate remanendi videtur obligari ad ingressum, secundum formam iuris communis quæ est, vt ingredientibus detur annus probationis. vnde nõ tenetur perpetuo in religione permanere. ¶ Hic surgit alia 6 quæstio. † Vtrum vouens intrare religionem si cum tali intentione intret vt statim religionem exiret, teneatur satisfacere voto suo. ¶ Respondeo quod non, quia ipse in vouendo hoc non intendebat, vnde tenetur mutare propositum, vt saltem velit experiri, an ei expediat in religione se manere non tamen tenetur ad perpetuo remanendum. Concordat satis cũ prædictis. B. extra de sta. mo. in glo. super. ca. qđ Dei timorem. in fi. vbi dicit ꝙ per solam intentionem & ꝓmissionem obligatur quis ad obseruantiam regularem. hoc etiam innuit in dicta decretali. Innoc. in gloss. quod ad implẽdum promissionem cogendus est. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur, ꝙ capitula prædicta loquuntur de eo qui votum fecit iam solẽne professionis, siue de eo qui in vouendo non solum intendit se ad religionis ingressum obligare, sed etiã ad perpetuo ibi manendum. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ autoritates illæ non videntur facere ad propositum, qm̃ melius est intrare religionem animo probandi quam pœnitus non intrare. quia per hoc disponitur ad perpetuo remanẽdum, nec tñ intelligitur aliqđ retroire, aut aspicere retro nisi qñ pretermittit id, ad quod se obligauit. Alioqui quicunq; per aliquod tẽpus facit aliquod bonũ opus si non semper illud faciat esset ineptus regno Dei. quod patet esse falsum. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis: argumentum enim procedit si statim exeat, qui religionem ingreditur, quod non conuenit, vt dictum est, vel dicendum, quod argumentum procedit de voto professionis, non de voto simplici ingressus religionis. Et tantum de ista quæstione.

Primum ar. — Secũdũ ar. — Tertium ar — Opponit i contrarium — Respondet. — Quæstio. — Respondet. — Ad primũ argum. — Vd (cdm.

7 **Ad quartam** Quæ ẽ formaliter. prima in hac causa qua queritur † Vtrum pueri traditi monasterijs à parentibus in annis puerilibus cogãtur in monastrijs perpetuo permanere. Respõdetur per distinctionẽ positam in gl. & apud Hug. quia ille qui ingreditur monasterium vel aufertur monasterio, aut est adultus, aut est impubes. Si adultus, aut spontaneus, aut coactus, & inuitus ingreditur vel offertur. Si est adultus & spontaneus intrat religionem, aut offertur, est conclusio, quod talis amplius de cetero exire non poterit. vt infra eo. quęstione prima. puellæ, & quæstione. 2. capi. primo, & secundo, quam conclusionem intelligimus ne contradicamus supra determinatis cum vltra annum probationis, & diem monasterio sponte perseuerauerit, aut cum simplici voto ad religionis ingressum cum proposito perpetuo permanendi se astrinxerit. hic patet solu- 8 tio siue responsio ad quæstionem qua quæritur. † Vtrum adultus ingressus religionem possit ad seculum redire. quia respondetur, quod quandiu est nouitius in probatione positus redire potest libere infra annum † præterquam in tribus 9 casibus. ¶ Primus est si scienter recepit habitum qui dari ꝓfitentibus consueuit, quod habet locũ in illis religionibus in quibus nouitiorum habitus est distinctus ab habitu professorum. quia per talem susceptionem intelligitur professus tacite. ¶ Secundus si fuerit professus. ¶ Tertius si euidẽter apparet, quod talis absolute voluerit vitam mutare, quod tamen non præsumitur nisi clara probatione vel competentibus iudicijs ostendatur. in prædictis tñ casibus distinguo, quod si aliquod prędictorum trium fecerit in aliqua religione mendicantium non est propter hoc illi ordini obligatus sed generaliter alicui ordini. extra de regul. non solum. libr. sexto. Si vero inuitus & coactus ingressus aut oblatus est monasterio est conclusio quod talis potest exire quando voluerit. patet infra, eod. quæstione primo capitulo, sicut. nisi propter aliquam culpam ibi retrudatur, tunc enim nunquam exire poterit. vel saltem ad tempus si ad tempus ibi fuit retrusus vt in prædicto. capitulo sicut. & distinct. quinquagesima, si ille. & secunda quæstione prima in primis. Similiter exire poterit, si causa probationis intrauerit. vt extra de regula. ad nostram. non tamen dicitur proprie intrare monasterium. vt dicit Hugon. qui causa probationis, illud ingreditur, per quod verbum datur intelligentia quasi omnium capitulorum. Si vero sit impubes aut est oblatus aut propria autoritate monasterium ingreditur. si est oblatus puta à parentibus siue tutoribus aut consensit, aut inuitus est oblatus. Si primo modo est conclusio quod talis tenetur de honestate permanere in monasterio, vsque ad ætatem legitimam. Adueniente vero ętate legitima, potest ingredi si voluerit. patet ergo. infra eod. quæstione tertia pręsens. & extra de regula. cum scimus. & hoc rationabiliter dicitur, quia cũ iuxta philosophũ. 1. polit. pueri cũ sint inualidi concilij & instabilis propositi, non debent ante annos pubertatis eorum facta fixa & firma haberi, vt possint per ea quæ

egerunt vel per hoc ꝙ monasterium intrauerunt, vel oblati sunt cogi ad remanendum in religione nisi propter votũ expressum vel interpretatum, sed pueri non obligantur voto. quia votum sine iudicio non obligat tanquam indiscretum. pueri aũt ante annos pubertatis carent, vt communiter iudicio validę rationis: ergo ex voto non possunt cogi ad remanendum in monasterio. Si vero inuitus fuit oblatus, est conclusio ꝙ poterit exire ante annos.14. Si aũt ante non exiuerit tunc dabitur ei optio nisi medio tempore consenserit aperte. Si vero impubes propria autoritate ingressus fuerit monasterium, ante annũ pubertatis poterit per tutores aut parentes extrahi. vt.ĩ.e.q.2.puella. siue doli sit capax: vel non. qm̃ sicut dictũ est in.2 q. vsque ad illud tempus, impuberes sub potestate patris, & tutorum suorũ. ita ꝙ per eos eorum proposita possunt reuocare & retractari sicut dictum est. Qđ vero dicitur, ꝙ malitia supplet ætatem extra de regula. postulasti. qm̃ hoc referendum est ad id tm̃, quod ibi dixerat.s. de matrimonio carnali. ꝫm Ioan. And. probatur etiã hæc conclusio qm̃ paruulus, vt dicit Apostolus ad Galat.4. non differt à seruo, quandiu est sub tutoribus & autoribus. quia propria ratione & voluntate firma nõ ducitur, ergo quæ per eos ante annos pubertatis aguntur non sunt firma. & ita pueri ante annos pubertatis non sunt cogendi in monasterio remanere

1 *Virginitatis professio siue promissio firmatur in ætate adulta siue perfecta.*



Firma. Inducit hoc.ca. pro parte affirmatiua quæstionis propositæ. & est.c. octauę synodi. summa est.† professio siue promissio virginitatis firmatur in ætate adulta, & pfecta est. breue est. Lege.¶[Firma professio].i. promissio, ita ꝙ tunc nec propria autoritate frangi possit, nec parentum aut tutorum potestate reuocari[erit ex quo adulta].i. perfecta[&]pro.i.[nuptijs].i. carnali cõmistioni vel matrimonio cõtrahendo. Et hoc fit cum puer est. 14. annorum. & puella.12. ad hoc.n. officium maturiora sunt vota fœminæ quam viri. Hug. non autem verum quod hic dicit Hu. ꝙ hoc.c. intelligatur in eo casu, quando puer nondum capax doli intrauit monasterium, quoniam vt.s. dictũ est in summa verum est in puero doli capace. — Exponit literam.


Si virginitatis. §. est, in quo Grati. dicit qualiter intelligendum sit prædictum capitulum. & dicit ꝙ intelligendum sit de professione, quæ fit ꝓprio arbitrio à puero vel puella sine parentum autoritate, quia tunc illa non est firma ante adultam ætatem secus si à parentibus offeratur monasterio. & talis in adulta ætate consentiat quia talis inuiolatã seruanda est.

1 *Pueri oblati monasterijs a parentibus, si venientes ad annos pubertatis non reclamauerunt, sed in ętate ipsa adulta consenserint non possunt inde exire.*

2 *Mater an possit offerre filium in monasterio.*



Addidistis. Ad hoc induciť hoc.c. ꝙ est beati Grego. scribentis Augu. Anglicorũ epo. summa est in rubro. vel sic pleniori modo. 1 Pueri à parentibus oblati monasterijs si venientes ad annos pubertatis non reclamauerunt, sed in ætate ipsa adulta consenserint, inde exire nõ poterunt. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur consultatio. in secunda pontificis responsio.2. ibi, hæc oĩs. Lege.¶[Addidistis ad hoc].i. pter supradicta. Hu.[si pater vel mater]¶ Surgit hic qõ.† vtrũ mater valeat offerre filium in monasterio. & videtur ꝙ sic. ar.ĩ.e.q.c. quicunq;.&.q.2.c.2.& istã sententiã. videtur sequi hic Hu.& Lau.ĩ.c. quicunq;. hanc sententiã. s. ꝙ vnus parẽt ũ posset filiã offerre sequitur Inn.ex. de regula.c.2. & hoc per istud.c. addidistis.&.ĩ.q.2.c.1. aliorum est opinio, ꝙ non possit mater. sicut dicit Io. in glo. cum vt inquit non habeat eũ in potestate vt insti. de adop.§. fœminæ. nec obstat.c. quicunque. quia factum recitat. item non ob.c. prædictum.ĩ.q.2.c.1. quia ibi, secundũ Io. in gl. exponitur vnus. s. pater, vnde ꝫm eum hic legendum est vel pro.[& infantiæ].i. pueritiæ.[hoc omnino] 2: pars[filijs] volẽtibus & doli capacibus vel qñ in adulta ætate consenserunt, alias nihil agitur. ar.30.q.2. vbi. Hug. & extra de regu. cum virum. — Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respondet. Imo.



Monachum. Ad idem sequitur hoc ca. ex concilio Toletano. summa ẽ. paterna oblatio cum propria professione vel professio sola monachum facit. Et põt diuidi in duas partes. In prima ponit quod dictũ est. in secunda infert quasi corollarie prohibitionem talibus ad seculũ reuertendi. scđa ibi, proinde. Lege.¶[Monachũ paterna deuotio].i. oblatio deuote à patre facta cum propria professione. Hu. quia non sufficit paterna oblatio nisi assit propria professio & voluntas remanendi conformis paternæ oblationi[aut professio tm̃].i. sine paterna deuotione si adultus est[quicquid horum].s. duorum.s. paterna deuotio, & propria professio in pueris doli capacibus vel tm̃ propria professio in adultis[alligatum] id est factũ.[tenebit] scilicet monachatus[proinde] secunda pars patet. — Diuisio. Exponit literam.



Qvicunque. Ad idẽ est hoc.c. beati Isidori. Sũma est. in monasterio maneant à parentibus oblati, supple si in adulta ętate consenserint. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictũ est. in secunda probat illud exẽplo.2. ibi, nam anna. Lege.¶[Quicunq;] doli capax. Hu. vel adultus consentiens parẽtibus, qui eum habẽt in potestate[nã anna].2. pars. 1. Reg.1. Sed sciẽdum, ꝙ Samuel ideo mansit in templo, qa veniens ad ætatẽ adultam consensit deuotioni matris, & eius obligationi. alias recedere potuisset[ablactatum] no. ꝙ vt dicit hic Nico. de lyra duplex est ablactatio. vna est abstractio à lacte mamillæ. & ista fit circa princi. tertij anni vel circiter. Alia est ablactatio qñ abstrahitur puer à lacte pueritiæ, qñ incipit vti cibis communibus, & lacticinijs non nutritur amplius. & hoc fit circa decimum annum vel circiter. & de hac ablactatione loquitur scriptura.1. Reg.1. & hic quia ante decimum annũ vel circiter pueri non sunt apti ad faciendũ aliquod officium in templo domini, sed ex tunc possunt aliqua parua officia facere. vt accẽdere candelas, & huiusmodi. Et sic paulatim assuefieri ad maiora. Aliqui distinguunt tres ablactationes, sed melius est quod dictum est.s.&c. — Diuisio. Exponit literam. Nic. de lyra.

1 *Iuuenis non debet monachari in insulis ante annum.18.*



Qvia autem. Ad idẽ est hoc.ca. ex registro Gregorij, sed palea est hic, habetur tñ pro grano, vsq; ibi, vel si extra de regu. quia in insulis. summa † iuuenes ante.18. annum suæ ætatis non debent in insulis monachari. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit ꝙ dictũ est. in secunda ꝙ si qui iã sunt ibi ante recepti debent inde extrahi, & in romanã vrbẽ deferri. in tertia ponit ꝙ hoc obseruandũ sit etiã in alijs insulis.2. ibi, vel si.3. ibi: hoc etiã. Lege.¶[Quia aũt prohibemus] licet autem regulare sit, ꝙ post tempus pubertatis tã masculi quam fœminæ possunt profiteri.s.e.q.c.1.&.ĩ.e.q.2.ca. si in qualibet.&.c. puella. hoc tñ hic speciale est propter asperitatem locorũ vnde cartusien. & montis olìueti fratres ex duritia & rigore eorum regulæ seruant, ꝙ nõ admittunt aliquos nedum ad professionem, sed nec etiam ad ingressum in suis monasterijs nisi sint ætatis de qua hic dicitur. & ita fuit tentatum in Basilien. concilio, vt obseruaretur in alijs religionibus, sed non fuit obtentum. — Diuisio. Exponit literam.

1 *Præsumptio habetur de aliquo per exercitium eorum quæ illi facto conueniunt.*

2 *Professio dicitur duplex.*



Qvem progenitores: Ad idem sequitur hoc cap. quod ex concilio Tiburiẽsi sumptũ. Summa est. Traditus monasterio à parentibus inde exire non poterit, imo si recesserit cõpellendus est reuerti si in adulta ætate consenserit esse in monasterio habitum professorum vel actus exercendo. Lege.¶[Quę &c.] s. doli capacẽ, & consentientẽ. Hu.[canere] tanquam monachus cum signa sint monachatus. Hugon. & ex argum. 1 † præsumptionem de aliquo haberi per exercitium eorum quæ illi facto conueniunt & adhęrẽt.27. quæstione prima, vidua. Hugo. vbi nota. quod hoc capit. sic intellectum est clarum, † ꝙ duplex dicitur professio. vna expressa quæ fit in manu abbatis, seu prælati capientis eã vel in manu eius quem prę latus ad hoc mittit extra de reg. ad apostolicam. Alia vocatur tacita quæ fit per susceptionẽ habitus professorum item si manifeste ostendit, ꝙ velit vitam mutare, item si gestat habitum nouitiorum, vbi non est districtus in scissura vel colore ab habitu professorum, post annum probationis. — Exponit literam

Infans

Infans. Ad idem est hoc capitulum, sed palea est, ideo &c.

Ex his. §.est: in quo incipit.2.pars quæstionis, in qua magister obijcit contra prædicta per.c.sequẽs. [paterna professio].s. cum processione facta per oblatum in ætate adulta, secundum Hugu.

1 *Contrahere non licet post votum virginitatis.*

Puellæ. Sequitur.c. ꝙ inducit in oppositũ: quod est Leonis papæ summa est, 1 †ꝙ post votũ virginitatis non licet contrahere imo contrahendo talis grauiter peccaret. Et potest diuidi.ca.in duas partes. In prima dicit qđ dictum est. in secundo illud probat. arguendo à minori.2.ibi, ambigi. Lege.¶[Puellæ propositum].i. votũ [habitum].s. monachalẽ, cũ ꝓfessione ore facta[si nuptias] de facto[elegerint] vnde separandi sunt. Hu.[præuaricantur] .s.transgrediuntur.ĩ.e.q.3.propositum.Hu. [& si non consecratio].i.votum consecrationis [cuius] .i.consecrationis, vel virginitatis[munere] virginitatis munus est fructus centesimus. Bernard. Hispa. Archid.[in proposito virginitatis] nã corruptæ consecrari non debent.vt.26.di.acutius.&.32.q.5. finge. Hu.[ambigi non põt].2.pars[crimen magnũ].i.maius, vbi propositũ solenniter factum virginitatis & consecratio habita vel consecratio habenda [violatur].i. per episcopum impeditur ne habeatur.[nam si humana].i.pacta facta cum homine[impune].i.sine pœna [calcari].i.contẽni,& non obseruari. Hug. quid &c.[fœdera].i.vincula[diuini sacramenti] .i.diuinum sacramẽtum cuius susceptione fœdus cum Deo pepigerant quasi grauius isti sunt puniendi.arg.27.q.1.quæ Christo viduas à proposito Hug.

Diuisio.

Exponit literam.

Cum ergo. §.est, in quo magister Gratia.ex supradicto.c.puellæ.concludit à sensu cõtrario ꝙ si puellæ à parentibus coactæ fuerint recipere habitũ ipsum, sine præuaricatiõe deserere possũt postea vero solués dicit ꝙ prædictũ.c.puellæ.intelligitur de nubili.i.q̃ erat legitimæ ætatis ad nubendum quæ in tali ætate iam constituta.s. post.12.annum, à patre cogi non põt monasterium ingredi. & si cogeretur permanere non teneretur. & ad hoc inducit. c.sequens.idẽ si innubilis, sed doli capax.[in sequentibus].s. ĩ.e.q.2.ca.1.&.2.Hugo.& Archid.sic & de puberibus & doli capacibus.

Sicut qui. Inducit.c.de quo fecerat mẽtionem quod est sumptum ex synodo Eugenij papæ. summa. In monasterio nemo debet retineri, nisi ibi elegerit permanere, nisi ibi fuerit retrusus ratione alicuius offensæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit statutum. in secunda reddit causam.2.ibi: quia quod. Lege.¶[Sicut qui].i.adulti[elegerunt] sponte. Hu.& Arc.[siue iuste &c.] nã pro culpa põt quis bene inuitus retrudi in monasterium, vt di.50.si ille.[quid].2.pars[non petunt].i. qui non sponte volunt, vel appetunt. Hu.[Nõ obseruant & ideo tales considerandi sunt &c.] sensus est timẽdum est ne tales sic inuiti in monasterium inclusi [maxime].i.magis peccata committerent, quã plãgerent in decreto Leonis.s̃.c.puellæ.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Impuberes oblati a parentibus monasterio quando debeant interrogari.*

Illud. Ad idem inducit hoc.cap.quod dicitur esse Marcelli Papæ.& licet sit palea, tñ vt dicit Hu. est melior quolibet grano ꝑmisso. Sũma est,† quod impuberes à parentibus monaste-1 rio oblati qui sacram tonsuram vel velamen susceperunt in. 15.anno debent interrogari, an ibi velint permanere vel non & suæ voluntati relinqui. hoc tñ est verum. vt dicit gl.de eo qui non habuit tantã discretionem, vt per se aut per alios sciuerit ꝙ.14.anno consummato obligatus esset ad religionẽ semper tenendam, alias secus. Sed quicquid dicatur de hoĩe teneas, vt dicit ex.de regula. is qui.&.c.non solũ.&.c. constitutionem.li.6.de hoc satis not. Inn.e.tit.c.2.& de tempo.or. vel non est.& ibi vide Arc. Lege tex.¶[Illud] litera satis patet.[velamina] vt statutum intelligatur extendi ad vtrunque sexum.& etiam propter hoc mouetur Gratianus, vt inducat sequentem.§.

Exponit literam

Velamen §.ẽ:& incipit.3.pars, in qua magister Gratia.tractat qñ fiat velandę virgines. Et dicit ꝙ non est imponendum nisi certis temporibus. Et ad hoc inducit sequens.c.

6 *Corruptę violenter an possint consecrari.*

7 *Corruptæ occulte an possint consecrari.*

12 *Consecratio virginum in quibus diebus possit fieri.*



Deuotis. Hoc.c.est Gelasij Papę. Summa ẽ in rubro. Diuiditur autem in tres partes. In prima dicit ꝙ velum consecrationis tñ in certis anni tẽporibus detur virginibus, nisi in articulo necessitatis. in secunda assignat rõnem. in tertia ponit, ꝙ solæ virgines consecrari debeant.2.ibi, ne aũt sine hoc munere. tertia ibi videas aut.¶ Pro pleniori intelligentia huius partis plura veniunt quærenda.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum solus episcopus siue põtifex sit minister consecrationis virginum.

2 ¶ Secundum est vtrum consecratio ista virginum sit sacramentum.

3 ¶ Tertium est vtrum conferat gratiam.

4 ¶ Quartum est vtrum oĩ tẽpore possit fieri ista cõsecratio.

5 ¶ Quintum vtrum solæ virgines veniunt velandę velo consecrationis.

8 ¶ Sextum vtrum omnes virgines sunt consecrandæ, vel vouentes tantum.

9 ¶ Septimum vtrum omnes virgines vouentes continentiã consecrentur.

10 ¶ Octauum est vtrum viris continentiam vouentibus debeatur huiusmodi consecratio.

11 ¶ Nono quæritur quot distinguuntur vela quæ dantur mulieribus huiusmodi.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur ꝙ nõ solus episcopus sit minister consecrationis virginum sic. Consecratio corporis Christi est multo maioris dignitatis quam sit consecratio virginum. sed consecratio corporis Christi pertinet ad vnumquęq; sacerdotẽ. ergo & consecratio virginum.¶ In oppositum est tex. præsentis.c.¶ Respõdeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ ad solũ epm vel superiorem pertinet consecratio virginũ. cuius conclusionis rõ duplex assignatur à S.Tho.in.4.vna in di.25.sic. ideo solus episcopus benedicit virgines, quæ figuram gerũt ecclesię Christo desponsatæ. cuius cura ipsi principaliter cõmittitur. Altera est eiusdem d.38.quia sicut per matrimoniũ carnale repsentatur matrimonium spirituale inter christũ & ecclesiã quãtum ad fœcunditatem, ita per velationem virginum repræsentatur idem matrimoniũ spirituale quãtum ad eius integritatem, vt patet per oĩa quæ ibi proferuntur & gerũtur,& propter hoc solus episcopus(cui ecclesię cura committitur) virgines velando desponsat non sibi, sed Christo quasi sponsi paranimphus & amicus.¶ Ad rõnem in oppositum negatur consequentia. Non.n.est verum, ꝙ qui põt in maius possit in minus nisi maius includat illud minus, vt ferre duos modios includit vnũ. Non sic est in proposito multa enim potest homo, quæ maiora sunt multis quæ possunt alia animalia,& tamen illa non potest homo.

Primũ ar.

Opponit & Respondet.

Ad secundum In quo queritur,† vtrũ cõsecratio virginum sit sacramentum sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ sic ex præsenti.§.te. vbi dicit. Siue hoc munere exeant.gl. Hugu.i.sine hoc sacramento.¶ Secũdo sic. Dionysius in ecclesiastica hierarchia inter sacramẽta nominat monasticam consumationẽ, siue consecrationem.¶ In oppositum est doctrina cõis Theologorũ & iuristarum, quę tñ.7.sacramenta ponit sicut patet in.4.senten.di.1.¶ Respõdeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ consecratio virginũ non est sacramentum.& rõ est iuxta S.Tho.qm̃ sacramenta ex hoc ꝙ sunt sacramenta habent ꝙ sint in remediũ cõtra aliquem defectũ. Consecratio aũt non ordinatur directe ad remediũ præstandũ contra aliquem defectũ, vt patet,& ideo non, est dicenda sacramentũ, sed bene põt dici sacramentale sicut dr̃ de multis alijs sanctificationibus.¶ Ad rõnes ĩ oppositum, dicendũ. Ad primam respõdet ꝙ ibi Hu. large sumit sacramẽtũ ꝓ sacramentali. Ad 2m rñdet iuxta S.Th.in.4. ꝙ Dionysius nominauit consecrationem istam inter sacramẽta nõ tanquam sacramentũ, sed tãquam actionẽ hierarchicã, dicit.n.ꝙ ad q̃libet eminẽtiã status datur aliqua sanctificatio cũ sit ibi necessariũ spãle auxiliũ esse sicut in consecratione regum,& monachorum & monialiũ,& ideo sunt actiones hierarchiæ. & ideo Dionysius de eis determinat. nõ tamen habent rationem sacramenti, sed sola illa eminentia per quã hõ efficitur sacramẽtorũ dispẽsator. hæc ille, sicut est ordo.

Primũ ar.
Secũdũ ar.

Opponit ĩ contrarium
Respondet S.Tho.

Ad primũ.
Ad secundũ

Respondet

3 **Ad tertiam** Quã queritur.† vtrum consecratio cõferat gratiam virginibus. Respondet ꝙ sic iuxta S.Tho.in.4.di.38.qui dicit sic, ꝙ in consecratione virginum sicut & in vnctione regum & in alijs huiusmodi benedictionibus gratia datur, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis sed tñ huiusmodi sacramenta non dicuntur, quia non sunt instituta ad curationem morbi peccati, sicut alia sacramenta.

4 **Ad quartam** Quæstionẽ qua quæritur.† vtrum oĩ tempore põt fieri hæc virginum cõsecratio. Respondetur iuxta.c.præsens, ꝙ regulariter nõ debet fieri nisi in diebus epiphaniarũ, & in albis paschalib.i. in tota hebdomada dominicæ resurrectionis, & in festis Apostolorum, vt spiritussanctus super eas vt simplices & vt colũbas descendere videatur, & vt per Apostolos qui morem virginitatis prius ecclesiæ tradiderunt, quasi paranymphos ipso domino consecrentur, sed tñ in necessitate.s. lãguore graui instante sicut de baptismo ponit exẽplũ nihilominus modo consuetudo habet vt fiat diebus dominicis, & alijs, festis solemnibus.extra de tempo.or.c.1.idẽ Host.& Gof.

Primũ ar.

5 **Ad quintam** Quæstionem qua quæritur.† vtrum solæ virgines veniant velandæ velo consecrationis proceditur sic. Et videtur ꝙ non. primo sic. Consecratio quæ adhibetur viris in susceptione ordinis est maior, quam illa quæ adhibetur mulieribus in velatione, sed consecratio ordinis non exigit virginitatẽ in consecrato. ergo nec mulieris velatio.ergo non solæ virgines possunt consecrari.¶ Secundo sic. Nullus debet pro pœna quã sustinuit iterum puniri, sed aliqñ mulieri pro pœna infertur ꝙ corrũpatur.sicut patet in his quæ per violentiã corrumpuntur ergo non debet à talibus ad minus virginale velũ denegari, ergo non solæ virgines &c.¶ Tertio qm̃ si virginale velũ corruptæ denegaretur sequitur scandalum astantium & periculum homicidij, sicut cũ aliqua est occulte corrupta. ergo videtur ꝙ saltem in tali casu virginale velũ alijs quam virginibus dari debeat.¶ In oppositum est tex.præsentis.c.¶ Respõdeo dicendum sub ista conclusione ꝙ solæ virgines debent velo consecrationis velari.probatur conclusio primo ex pręsenti litera.Secundo sic.in officio ecclesię non decet esse aliquam falsitatẽ, sed in toto officio quo velantur virgines fit mentio de carnis integritate, vt patet diligenter inspicienti: ergo solæ virgines sunt velandæ tali velo.Pro pleniori intelligẽtia huius quæstionis est notandũ iuxta S.Tho.in.4.di.38. ꝙ ea quæ in ecclesia corporaliter agũtur signa sunt spiritualium, sed quia corporale signũ nõ sufficienter repræsentare põt spirituale signatũ, oportet qñq; ꝙ ad eandẽ rẽ spiritualẽ significandã plura signa corporalia aptentur. matrimonium ergo spirituale Christi & ecclesiæ habet fœcũditatẽ per quã regeneramur in filios Dei & in corruptionem qua Christus elegit sibi ecclesiã non habentem maculã, aut rugã, aut aliqd huiusmodi.vt dr̃ ad Ephe.6.vnde dicitur.2.ad Corin.9. despondi.n.vos vni viro virginem castã exhibere Christo, sed corporalis fœcunditas integritatem carnis Christi non patitur.& ideo oportuit in diuersis signis repræsentari spiritualε coniugium Christi, & ecclesiæ, quantum ad fœcunditatẽ & quantum ad integritatem. sicut ergo per matrimoniũ carnale repræsentatur matrimonium spirituale, quantũ ad fœcũditatem, ita oportuit aliquid esse quod repræsentaret prædictum spirituale matrimoniũ quantum ad eius integritatẽ, & hoc fit in velatione virginũ, sicut ostenditur per oĩa quæ ibi proferuntur, & geruntur. & quia integritatis significatio nõ plene significatur nisi in continentia virginali.ideo solæ virgines velantur velo consecrationis.¶ His habitis dicendum est ad rationes in principio. Ad primam respondetur negando consequentiã.Non.n.est simile, quia vt ait.S.Tho.in ordinis susceptione non consecratur aliquis in sponsum sed in ministrum sponsi.vnde non requiritur virginitas ad significãdum integritatem spiritualis matrimonij sicut requiritur in velatione quæ cõsecratur in sponsam. ¶ Ad secũdã respõ-

Secũdũ ar. — Tertium ar — Opponit & Respondet. — .S.Tho. — Ad primũ. — Ad secundũ Albertus. S.Thom.

6 detur† & soluitur illa qõ. vtrum violenter corruptæ possint consecrari: negamus consequentiã.& dicimus iuxta Albertũ mag.& S.Tho.ꝙ licet tales quæ per violentiã corrumpũtur si nullo modo consentiunt virginitatis gloriã apud Deum non amittunt, vnde aureolam cõsequuntur non tñ consecrãtur.& rõ est, quia in illo actu delectationis difficile est ita remitti ꝙ voluntas non abijciatur, siue ꝙ aliquis motus complacentiæ nõ insurgat. vnde cum de pleno dissensu constare non possit ecclesiæ, quia ecclesia non iudicat de interioribus cum exterius corrupta sit inter virgines non velatur. vnde statutum est ꝙ taliter humiliter abstineant à consecratione, vt Leo papa dicit in.c.illæ aũt familiæ.32.q.5.¶ Ad tertiam

7 respondetur, & soluitur illa quæstio, † vtrum possent consecrari occulte corruptæ.& dr̃ ꝙ non.vnde S.Tho.in.4. vbi.s. ita inquit. Occulte corruptæ siue à viris siue alio modo quocunq; nullatenus velandæ sunt quia ꝑꝑ vitandũ scãdalũ, vt.s. illa quæ non sunt de substantia veli virginalis fiant, vt est incensio candelarum, & alia huiusmodi mutatis occulte his q̃ sunt de substantia virginalis veli puta verba quæ dicuntur in veli sponso, & ꝙ nomen virginitatis in castitatẽ varietur, satis cum hoc videtur concordare Gof.& Hostien.concordat etiã Albertus li.suo de coequeuis in tractatu de virtutibus cardinalibus.verum Petr.de palude in.4.dicit talem cautelam non esse licitam: quia esset mẽdacium seu fictio in facto rei sacramentalis.

Ad tertium — S.Thom. — Goffred. Hostiensis. Albertus. Pet. de pal. Respondet. S.Thom.

8 **Ad sextam** Quæstionem qua quæritur.† vtrũ oẽs uirgines sint consecrandę. Respondetur ꝙ non. sed solę illæ qui obligatæ sunt per professionem ad obseruantiã triũ essentialium uotorũ religionis nã vt dicit.S.Tho.per votũ cõtinentiæ aĩa despõsatur Christo.vnde solis virginibus vouẽtibus cõtinentiã spãlẽ ꝑ alijs quę cõtinẽtiã nõ vouerũt & corruptæ sunt debetur velũ cõsecrationis.

9 **Ad septimam** Quæstionẽ qua quæritur.† vtrum oẽs virgines continentiã vouẽtes debeant velo consecrationis velari.dicit dominus Ant.Archiepiscopus florentinus in summa sua de statibus, ꝙ ista cõsecratio non fit monialibus ordinũ mendicantium, & etiã aliquę alię non consecrantur ab episcopo.& nullã rationẽ assignat.vnde dicit ꝙ religiosę ordinis mendicantiũ quę velanε à prælatis suis nõ episcopis velo virginum cũ solẽnitate qua velãtur ab epõ excepta datione annuli & coronatione non bene faciũt: nec qui velant eas, cum videãtur vsurpare officium episcoporum, nisi hoc habeant ex concessione papæ.

Responde Antonius

10 **Ad octauam** Quæstionem qua quæritur, † vtrũ viris cõtinentiã vouentibus debeatur huiusmodi velatio siue consecratio.& videtur ꝙ sic.quia tã virginitas quã continentię votũ viris & mulieribus communia sunt. Respondetur quod non, qm̃ huiusmodi velatio siue consecratio solis mulieribus datur nõ aũt viris. & rõ est iuxta S.Tho.in.4.vbi.s.qđ ecclesia in matrimonio se habet vt sponsa, Christus aũt vt sponsus, per votũ aũt continentiæ aĩa Christo desponsatur. vnde non competit vt hæc despõsatio significetur in viro, sed in muliere tantum. hæc ille.

Respondet — S.Thom.

11 **Ad nonam** Quæstionẽ† qua quæritur de velorũ distinctione. sciẽdum quod ẜm canones multiplex distinguitur velũ.& partim hic in glo.tãgitur. & Hu.¶ Primũ ẽ velũ cõuersionis. & ẽ qñ fœmina de seculari vita ad religionẽ transiens assumit ante ꝓfessionẽ qđ cõiter est albũ.nã alia vela cõiter sunt nigra.¶ Secundũ velũ est professionis qđ datur fœminis in professione qñ continentiam profitentur, nec tñ hoc debet fieri ante.12.annũ.sed.12.anno cõpleto.22.q.2.puella.& hoc velum portant in religioni

a bus oẽs professæ.¶ Tertium velum cõsecrationis[a] quod a solis episcopis datur & non omni tẽpore, sed sicut iam supra dictum est hoc alias dabatur anno.26.ætatis.vt.j.e.q.placuit sed iam consuetudo habet, qđ fiat ante tẽpus dictæ ætatis. ¶ Quartũ velũ est ordinationis. olim diaconissę dabatur.in 40.anno.vt posset euãgeliũ legere in nocturnis.vnde ab episcopo datur ei breuiarium ad tangendũ vbi sunt homilię, de euangelijs in matutinis de quo velo.j.ea.q. sanctimoniales &.27: q. 1. diaconissam. ¶ Quintũ velũ ꝑlationis qđ dabaε abbatissis in.60.anno.vt.j.e.q.iuuenculas, sed iure nouo ꝓuisum est, quod habens.30. annos cõpletos possit fieri abbatissa. vt de elec.indemnitatibus.li.6. Sed nec tũc ẜm põtificale datur velũ, sed fit officiũ quoddã & benedictio. vt ibi not. ¶ Sextũ velũ est continentiæ & obseruationis & hoc est viduarũ. 25.q.1.vidua.hoc velum potest dari ab episcopo, & à sacerdote, vt dicit gl.j.e.q.c.vidua.& etiam ipsamet accipere ab altari facta professione corã sua plata, & potest tale velũ dari virginibus & viduis.sed velum virginale non potest dari nisi virginibus, nec episcopus potest in hoc dispensare, vt in hoc.ca.de uotis. Leg. ¶ [De uotis sacrum velamen].i. uelum consecrationis. Hug.& Archi.[in albis paschalibus]

a ¶ Velũ cõsecrationis quando tale velũ recipiatur vide per. de An. in.ca. cũ viro.nu 7.de regu.

Exponit literam

12 i.in tota hebdomada paschali.¶ Sed surgit quęstio.† Nunquid in alijs festiuis diebus scilicet natalis & beatæ uirginis &c.consecratio ista fieri poterit. Respondet Hu.qđ sic.& qđ hic de

Quæstio Responde

hic de his dr gratia exempli dictum est,[sed dic,vt dictũ est circa quæstionem.4.de baptismo, qui non nisi in die sabbati paschalis sancti,vel pentecoste fieri debet nisi necessitas infirmitatis vel alia instet.vt de consec.di.4.venerabilis. quod est eiusdẽ Gelasij.Hu.de hoc vide vt ibi notauimus[ne aũt] 2.pars [siue hoc munere].i. sine hoc sacramentali in quo vt dictũ est,gratia confertur vt dictũ est.3.q.3.[viduas].3.pars [velare].s.velo cõsecrationis,quia cũ munus virginitatis nõ habeát non decet eas signo virgineo insigniri,quia tunc esset falsitas signati,cum signũ non respóderet signato. vnde verbum cõsecrationis sicut dictũ est tm̃ virginibus debetur in quibus integritas plena reperitur.26.dist.acutius.[nullus pontificum,]sed nec alius,quia tale velũ dare nõ cõpetit,nisi põtifici qui specialẽ curã habet ecclesiæ vt dictũ est in.1.quæst.

Tempus quoque. §.est:in quo incipit.4.pars in qua ponit tempora quando velandæ sunt fœminæ prædictæ.

1 *Abbatissa qualis ætatis debeat esse.*



IVuenculas. Ad idem est hoc.ca.quod est b.Greg.in registro in quo do-
1 cet. †qualis ætatis debet esse virgo quę præficitur in abbatissam dicens in summa, ꝙ sexagenaria debet esse virgo quę velanda est velo prælationis.s.quæ in abbatissam assumitur.Et diuiditur in duas partes.In prima parte prohibet iuuenculas velo prælationis velari.in secũda docet cuius ætatis & moris sit in abbatissam sumẽda.2.ibi: nulla igitur.Lege.¶[Iuuẽculas nullã[secũda pars[sexagenariã] hoc tẽpus annorum conuenit eis quæ assumuntur in abbatissas,primo vt in perfecta ætate viuens in sanctimonia q̃ hoc numero designatur digna ad regendas alias inueniatur.Sexagenarius.n.numerus surgit ex sexies decem quia sanctimonialis præficienda.debet vixisse[in denario].i.in obedientia. 10.præceptorũ, nec non in sanctis operibus per senarium significatis & vniuersis virtutibus præfulgere vt eius senectus appareat venerabilis cuius vita fuit immaculata. sapientiæ. 4.secundo vt de eius lapsu non timeatur,quia iam in hac ętate quasi quo ad carnem mortua in domino secura viuet.vnde gl.super illud.1.ad Ti.5.vidua non eligitur minor.60.annorum,dicit hac ætate extinctus est fomes libidinis, sed ad literã non obseruatur hoc hodie, vt dicit Hug.hodie autem statutum est,ꝙ in abbatissam vel priorissam vbi per priorissam monasterium gubernetur de cetero nõ eligatur aliqua nisi.30. annum compleuerit,& professa fuerit ordinem regularem.vt.ex.de elec.indemnitatibus.li.6. per quam decretalem multa dubia etiã talium electiones declarantur. Arc. Licet aũt in abbatibus sufficiat,ꝙ attigerint.26. annum per c.extra de elec.cum in cunctis.tñ in abbatissis est speciale ꝙ attingãt.30.annũ.& rõ huius specialitatis est fragilitas sexus. ſm Io.And.[virginem]ideo debet esse virgo.tum primo quia consecrari debet. Adhibetur.n.ei quædam solemnitas sicut fit cũ virgines consecrantur.& ideo si non esset virgo consecrari non posset: vt dictum est. Quare aũt virgo & non vidua siue corrupta consecrari valeat. diximus dist.26.acutius &.s.in proxi.c.circa quęstionem quintã. Tum secundo quia alias libere non posset esse exhortatrix virginitatis.vt di.26. qua fronte audet alios corripere cum sit sibi cõscius eadem quæ corripit commisisse. Tum tertio.quia indecorum esset vt corrupta virginibus preesset.hoc tñ sæpe non obseruatur quia q̃nq; vidua fit abbatissa,sed non consecratur ſm. Hu.& Arc.ad hoc extra de æta.& quali.tuam[velare]velo prælationis, vbi accedit quędam solẽnitas vt dictum est.imponitur enim digito abbatissæ annullus ipsa eadem prosequente annullo suo subarrauit me &c.Hu.& Arch.



SAnctimoniales. Ad idem est hoc.ca. ex concilio Carthagine.sumptum.summa est ꝙ sanctimoniales.an. 40.annũ non velentur velo.s.ordinationis. Lege. ¶[Sanctimoniales non velentur].s. velo ordinationis.i.nõ ordinentur vt sint diaconissæ.solebant.n. olim quædam monachæ ordinari in diaconissas non quo ad ordinem , sed quo ad quoddã ministeriũ.vt.s. in matutino,in lectionibus annũtient euangelium, vel ad pro simile , sed modo hoc non fit, sed siue speciali institutione ad hoc quædam monachæ in quibusdam locis in matutinalibus officijs annuntiant,siue legunt euangelium cum homilia sua.

Placuit. Ad idem est hoc.c.ex concilio secundo Africano,& suprapositum est & expositum di.11. summa est,ꝙ nullus ordinetur in diaconum ante.25.annum nec virgines ante prædictum ætatis tempus consecrantur, nec lectores euangelij ante prædictum ætatis tempus populum salutent dicendo,dominus vobiscum.Lege.¶[Placuit ordinentur]hodie dic, vt in cle.de æta.& quali.ordi.generalem. vbi habes, ꝙ in.18.anno in subdiaconum.in.20.in diaconũ.in.25.in presbyterũ põt quis ordinari.[Lectores euangelij].i.diaconi.Arch.[non salutent].i. ad salutationem illã quæ est dominus vobiscum ante.25.annum non ordinẽtur.

Virgines. Palea est.& est.c.Pij Papæ:summa eius continetur.s.e.q.de uotis igitur omittimus.

CYprianus. Ad idem est hoc.c. Cypriani in quadam epistola.Summa est in rubro.Et diuiditur in tres partes.In prima pmittit salutationem.In secunda narrat statutũ sanctorum patrum,quod nullus, laicus in suo testamento clericũ relinquere debet,tutorem vel curatorem.In secunda ponit pænam in contrafacientes.secunda ibi,iam pridem.tertia ibi ac si quis.Lege.¶ [Cyprianus præsbyteris &c.] Capitulum hoc licet generaliter videatur loqui de clericis,tamen specialiter intelligitur de sacerdotibus,& diaconibus,& subdia.& de tutela testamentaria,quam sacerdotes vel diaconi vel sub diaconi nec debẽt nec possunt suscipere.Et quod ita debeat intelligi patet ex verbis eiusdem Cypriani.s̃.di.88.neque. Hu.consi[stentibus plebi]&c.i.in plebe.Hu.[iam pridem[secũda pars[cõsilio].86.d.1.puenit.Arc.[&] p.i.Arc [tutorẽ curatorẽ testamẽto] sed quid ẽ q dicit curatorẽ in testamẽto cum curator in testamento non detur.C.de testa.l.penult.§. si.puberes enim sibi curatores petunt,& eorum consensu.& iudicis aut.dantur.vt.C.qui pe.tu.l.1.& l.iuris pietas. Respõdeo iuxta Hu.& Archi.quod verum est,quod curator in testamento non datur,sed datus confirmatur. insti.de cura.§. 1.[quando].i.quia[sacerdotio] quo ad præsbyteros [ministerio]quo ad diaconos. Hu. Archi. [Scriptum enim] .2.ad ti.2.[placere ei]scilicet Deo.Hu.[pbauit].i.deuouit, quod ostendit statutum patrum post modum concilio episcoporum cõfirmatum, nec sacrificium.¶ Surgit hic questio.Cur hoc sic statuatur,cum ille episcopus iure non sit excommunicatus.Hic fit responsio triplex.prima est,q hoc dictum sit ad terrorem.Alia responsio est Archi. quod intelligatur de eo,qui ius tenetur scire.Talis enim peccat mortaliter,& decedit impenitens.tertia responsio est Hu.quod talis peccat mortaliter sic in morte nominando sacerdotem tutorem,& si postea non pænitet publice decedit in mortali, & ita cum ecclesia non communicet ei in fine vitæ in sacramentis ecclesiæ,non debet ei communicare in oratione post mortem ar.24.q.2.de communione.& 13.q.2.pro obeuntibus[merẽtur] si non resipiscant.Hug.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respondet. Huguccio. Quæstio. Respondet. Arc. Hugu.




MOllicijs. Ad idem est hoc.c.eiusdẽ Cypriani in eadem epistola. Summa est.Non licet clericis mollicijs.i.delicijs siue voluptatibus & negotijs secularibus vacare.Breue est.Non diuiditur.Lege.¶ [Mollicis].i.delicijs[laqueis.]quibus dicimus homines carnales illaqueari ne spiritualium deliciarum epulis digni sint.Nam vt Ambrosius super luca tenera corporis cura fluxuque deliciarum & lasciuiarum cupiditate mollitos nequaquam celestis aula suscipit,ad quam duris laboriosisque gradibus virtutis ascenditur[nec ad terrenos].i.terrenorum & secularium,scilicet laicorum.

Exponit literam. Ambro.



HI qui Ad idem est hoc.c.eiusdem Cypriani in eadem epistola. Sũma est, quod clerici nõ debent delicijs aut secularibus negotijs alligari. Breue est.Lege.¶ [Hi qui auocentur.]in horis cõstitutis,& specialiter loquitur de presbyteris.Hu.&dic[auocentur]id est separentur,die ac nocte.horis tamen constitutis scilicet quolibet die,& qualibet nocte.Hu.

Exponit literam.



SAcerdotum. Ad idem est hoc capit. eiusdem Cypriani vbi. s̃.Summa est.Non debet quis clericos à ministeriu ecclesiastico ad secularia vocare.Et diuidit in duas partes.In prima statuit quod dictũ est.In secunda adijcit penam contrafaciẽtibus secunda ibi,ne quis vltra hoc &c.Lege.¶ [Sacerdotum.]Sẽsus est quod decretum & constitutio[religioso].i.causa religionis obseruandæ facta de præsbyteris non vocandis ad testamentariam tutelam poterit obseruari si quod contra factum est vindicetur& puniatur.Et suspenditur constructio vsque ibi obseruari.Hu.[.necesse].i. vtiliter.Hu.[ne quis.]secuna pars.[vendicatum]aliter licentia propagationis nonpoterit aboleri.s̃.e.q.2.c.2:Hug.& Archi.

Diuisio. Exponit literam.

¶ Quæstio quarta.

2 *Persona priuata licite potest vti abiectioribus indumentis.*
3 *Vestibus prætiosis vti vltra modum est peccatum.*
Non tamen si secundum modum propriæ personæ.nu.4.
6 *Clericis non licet vti vestibus fulgidis aut sordidis.*
7 *Habitus clericalis non debet esse vilis,aut abiectus, nec superbus,sed honestus,& ordinatus.*
9 *Vestium vilitas quare pertineat ad religiosos*

Quod vero



Vod vero. Hic intitulatur quęstio quarta qua quæritur. an clericus debeat se fulgidis vestibus ornare. Et respondet quod non. ad ꝙ inducit sequentia capitula, pro pleniori intelligentia horum capitulorum. Quæritur.

1 ¶ Primo, vtrum liceat prætiosis vestibus vti.

5 ¶ Secundo vtrū liceat clericis fulgidis vestibus se adornare.

8 ¶ Tertio vtrum liceat religiosis vilibus vestibus vti.

Ad prim argu. 1 Ad primam quæstionem sic proceditur. † Et videtur quod vti pretiosis vestibus sit peccatum. primo sic. Omne quod fit propter inanem gloriam est peccatum. sed prætiosa vestimenta non portantur nisi ad vanam gloriam. vnde Gregorius dicit de diuite epulone. Nemo quippe prætiosa vestimenta nisi ad inanem gloriam quęrit videlicet vt honorabilior ceteris videatur. Nam quod ꝑ sola inani gloria pretiosum vestimentū quęrat ipsa res testatur, quia nemo vult ibi pretiosis vestibus vti vbi ab alijs nō possit videri. Secūdū ar. ¶ Secundo dicit apostolus. 2. ad ti. 6. habentes alimenta & quibus tegamur his cōtēti simus. quod amplius est à malo est, sed prætiositas vestium amplius est, ergo est peccatum. Tertium ar. ¶ Tertio sic dicit gl. Matt. 3. Seruus Dei non debet habere vestimentum ad decorem vel delectationem sed tantum ad tegendam nuditatem. Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est quod dicit Seneca ad quandam reginam. Indue te delicate non ꝓpter te, sed ne dignitas regia vilescat. Respondet. ¶ Respondeo dicendū iuxta. S. Tho. quolibeto. 9. quod aliter est hic loquendum de persona publica, & de persona priuata. De persona publica sit ista conclusio. quod vtrunque potest esse laudabile. s. vti pretiosis vestibus, & vti vilibus. patet conclusio. Nam in persona publica est duo consyderare. scilicet status dignitatis, & propriæ personæ conditio. Circa quæ duo ita se debet habere. ne dignitas autoritatis veniat in contemptum, & ne ipse in superbiam efferatur. vtrunque ergo potest ei esse laudabile, quod pretiosis vtatur ad reuerentiam autoritatis inducendam, & quod vilis vtatur ratione propriæ humilitatis. Ita dumtaxat vt quæ ad autoritatem conseruandam fiunt in superbiam non degenerent. & dum nimium seruatur humilitas. regendi frangatur autoritas. sicut dicit Augustinus & hoc modo laudabiliter sacerdos in diuino officio ꝓtiosis vtitur vestibus ad reuerentiam diuini cultus, & laudabiliter ab huiusmodi propter humilitatem abstinetur in quibusdā religionibus. ¶ Si vero loquamur de priuata ꝑsona sunt tres

Prima conclusio. 2 conclusiones. Prima est † quod virtuosum est propter propriam humilitatem si abiectioribus indumentis vtatur etiā quam status proprius requirat. vnde Gregorius dicit in homilia de beato Ioanne prędicta. Si abiectio prætiosi indumēti virtus non esset, euangelium de Ioanne non diceret. erat indutus pilis camelorum. patet etiam conclusio, quoniam multi reges & principes, & prælati sancti commendantur in vitis eorum, quod humilibus vestibus vsi sunt & abiectioribus, quam status eorum requirebat. Secunda conclusio. ¶ Secunda conclusio.

3 † peccatum est vti prætiosis vestibus si vltra proprium modum excedat. Conclusio patet ex argumentis factis in principio quęstionis. Et quia pretiosum dicitur relatiue, sicut & magnum cum id quod est vni prætiosum alteri prætiosum non sit, prætiositas vestium semper sonat in excessum proprij modi. Et secūdum hoc peccatum est vestibus prętiosis vti. Et sic loquitur Gregorius. Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio. † Licitū

4 est vnicuique quod secundum modum propriæ personæ prętiosis vtatur. patet conclusio. Dicit enim glo. prima ad ti. 6. Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis vel veste prætiosa. glo. vltra modum suum. Et ita si quis prętiosis vestibus vtatur secundum modum suum non peccat. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositū. Ad illud Gregorij iam patet responsio. Ad id vero quod dicit apostolus. Respondet, quod in alimento & tegmēto intelliguntur oīa nobis conuenientia secundum conuenientiam nostri status. Ad primam. A secūdū ar. Ad tertium. ¶ Ad tertiam de glo. Matth. 3. patet responsio. quia licet seruus Dei non debeat habere vestimentum ad decorem, quia hoc vanum est, nec ad declarationem. quia hoc carnale est. debet tamen habere tegumentum nuditatis, quod sit honestum & ordinatum. Et ita requiritur, quod vestimentum eius non sit vile & abiectum, sed honestum & ordinatum sicut diximus.

5 Ad secundam sic proceditur. † ¶ Et videtur ꝙ clericis liceat fulgidis, siue claris aut prætiosis vestibus vti. Primū ar. Primo hoc videtur licere. ne scilicet clericalis dignitas veniat in contemptum. Secūdū ar. ¶ Secundo arguitur ex gl. quę dicit, quod purpurā & sandala ferre possunt. Nam vestis domini purpura fuit. Opponit & Respondet. ¶ In oppositum sunt omnia capitula omnia in hac quęstione posita. ¶ Respondeo di-

6 cendū sub ista conclusione. † ꝙ clericis non licet fulgidis aut sordidis vestibus vti. Prima con. Ista conclusio est in forma. in. §. ecce. di. 41. vbi sic dicitur. Ecce quibus oporteat sacerdotem ornatum esse scilicet moribus Præterea oportet illum ornatū esse in exterioribus, habitu videlicet. vt nec fulgidis nec sordidis vestibus se ornet. Patet etiam conclusio ex capitulis ꝑsentibus. patet etiam ex illo Augustini. in regula clericorū. Non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Et Augustinus de seipso dicebat. fateor de prætiosa veste erubesco. Et ideo cum datur mihi vendo August. eam &c. ¶ Secunda conclusio. † Habitus clericalis nō debe-

7 esse vilis, aut abiectus, nec superbus, sed honestus & ordinatus. Conclusio quo ad primam partem patet, ne scilicet dignitas clericalis veniret in contemptum. patet cōclusio quo ad secundam partem. scilicet quod non debet esse superbus. quia sicut habetur. in. 8. synodo. omnis iactantia & ornatio corporalis, quę scilicet superbiam pariat. Quo ad tertiā partem, videlicet. quod sit honestus &c. patet. Honestus autem dicitur habitus & ordinatus, qui sufficit propriæ personę, & congruit statuti suę conditionis, & qui conueniat sociali vitæ, hoc est dictum quod conueniat naturæ ad salutem corporis tuendam qui congruat personæ, ad eius honestatem seruandam, & qui non discōueniat societati eorū, inter quos conuersatur ad eorum offensam declinandam. Ista conclusio patet ex. c. null'. ī. e. q. & extra de. vi. & ho. cle. & clerici. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primū argu. Ad primam respondetur negādo, ꝙ propter hoc vilesceret dignitas clericalis, nisi prætiosis aut fulgidis vestibus vteretur, sicut patet ex capitulo sequenti omnis. vnde ex concilio Carthaginensi habetur in. c. episcopus. di. 41. Ad secundū. Contra gl. ¶ Ad secundam respondetur, quod glossator falsum dicit, & falso vtitur fundamento, scilicet quod purpura fuit vestis Christi inter vestes suas. vnde beatus Martinus diabolo sibi apparenti in habitu purpureo, & similanti se Christum esse dixit. Christum purpuratum nō noui, sed milites Pilati in derisionem eius quia regem se dixerat iudeorū plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpuream circundederunt ei &c. Io. 19. Ex hoc enim non sequitur quod clerici possint vti purpura &c. vt glossator arguit. sicut nec quod sacerdotes debent portare coronā spineam. aut potare acetum. vnde videtur nobis quod glossator capitula præsentis quæstionis non bene ponderauerit.

8 Ad tertiam quęstionem sic proceditur. † Et videtur quod non liceat religiosis vilioribus vestibus vti, quam ceteri. Primū ar. Primo sic secundum apostolum. prima ad Thessa. vltimo. Ab omni specie mala abstinere debemus. sed vilitas vestium habet speciem mali. Dicit enim dominus Mat. 7. attendite à falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestimentis ouiū, ergo &c. Secūdū ar. ¶ Secundo sic. dicit Hiero. ad Nepotianum vestes pullas. i. nigras ęque vita vt cādidas, ornatus & sordes pari mō fugiēdi sunt. quia alterū delicias: alterū gloriā redolet. ergo &c. Tertiū ar. ¶ Tertio sic. religiosi maxime intendere habēt operibus pniæ, sed in operib' pniæ non est viendum exterioribus signis tristitiæ, sed magis lætitiæ. Dicit. n. dn̄s Mat. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes Et postea subdit. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Opponi in contrarium. ¶ In oppositum est capitulum sequēs. omnis. vbi dicitur, quod si inuenti fuerint deridentes eos q vilibus & religiosis vestibus armati sunt corrigantur. Priscis enim tēporibus omnis sanctus vir cum mediocri vili ueste conuersabatur. Respondet. ¶ Respondeo dicendū sub ista conclusione quod multum licet & conuenit vt religiosi uilibus & abiectis vestibus vtantur. ista conclusio patet. Primo ex illo. ad Ti. 2. De mulieribus dicit apostolus, nō in veste prætiosa. ergo hoc magis seruandum est in uiro religioso paupertatem professo. Secundo ex glo. Mat. 3. quæ dicit ꝙ seruus Dei nō debet habere uestimentum ad decorem sed tantum ad nuditatem tegendam. Si autem decet omnem Christianū multo magis religiosum. patet Tertio quia sancti qui figuram tenuerunt religiosorum vsi sunt uilibus, sicut beat. Ioannes Baptista. primus sanctus noui testamenti & ultimi scilicet Enoch & Helias. qui similiter erant uilibus induti, scilicet saccis sicut habetur apocalyp. 11. Quarto ratione sic probatur iuxta S. Tho. in. 2. 2. q. 137. ar. 6. Pro quo notandum quod habitus

habitus vilis vel incultus dupliciter potest consyderari, vno modo prout est signum quoddam dispositionis, vel status humani. quia vt dicitur eccl.20. Amicus hominis annūtiat de eo. Et secundum hoc vilitas habitus quādoque est signū tristitiæ. vnde homines in tristitia existētes solent viliorib⁹ vestibus vti, sicut econtrario in tempore solennitatis & gaudij vtuntur cultioribus vestimentis. vnde & pęnitentes vtūtur vilibus vestibus sicut patet Ionę.3. de rege qui indutus est sacco. & 3.reg.21. de Achā qui cooperuit cilicio carnem suam. Quandoque vero est signum contemptus diuitiarum & mundani fastus. vnde Hieronymus dicit ad Rusticū monachum. Sordes vestium candidæ mentis indicia sunt, vilis tunica contemptum seculi probat. ita duntaxat ne animus tumeat, ne habitus sermoque dissentiat. Et secundum vtrū
9 que horum capitur argumentum.† quod religiosis competat vilitas vestium. Tum primo quia religio est status pœnitus pęnitentiæ. Tum secundo, quia est status, contemptus mundanæ gloriæ, sed quod aliquis velit hoc alijs significare contingit propter tria. vno modo ad sui humiliationē, sicut .n. ex splēdore vestiū anim⁹ humilis eleuat, ita ex humilitate vestiū humiliat. Vnde de Achaz q carnē suā cilicio induit dixit dominus ad heclam. nonne vidisti Achaz humiliatum coram me.3.reg.21. Alio modo propter exemplum aliorū. vnde super illud Mat.3. habebat vestimentū de pilis camelorum &c. dicit glo. Qui pęnitentiam prædicat habitum pœnitentię prætendit. Tertio propter inanem gloriam, sicut *August.* dicit Augustinus quod in episcopis sordidus & luctuosus potest esse iactantia, duobus primis modis laudabile est abiectis vestibus vti. tertio vero modo est vitiosum. Alio modo potest consyderari habitus vilis, vel incultus secundum q procedit ex auaritia, vel ex negligentia, & sic etiam ad vitiū pertinet. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositū.


Ad primū argu. ¶ Ad primam respondetur negando minorem. Dicimus. n. quod vilitas vestium non habet speciem mali, imo potius habet speciem boni, scilicet contemptus mundanę gloriæ. Et inde est quod mali sub vilitate vestium suam occultant malitiā. *August.* vnde Augustinus libro de sermone domini in monte dicit quod non ideo debent oues odisse vestimētum suū quod plerunque illo se occultant lupi. *Ad secundū* ¶ Ad secundam respondetur, quod ratio non procedit quia Hieronymus ibi loquitur de vestib. vilibus, quæ deferuntur propter humanā gloriam. *Ad tertium* ¶ Ad tertiam respondetur, quod ratio non probat aliud, nisi quod homines pęnitentiæ dediti non debent ostēdere exteriora signa tristitiæ ad iactantiam vel vanam gloriam. vnde sequitur, vt scilicet videamini hominibus ieiunātes. vnde omnia illa, quæ dicuntur scilicet vnge caput tuum & faciem tuam laua, ad spiritualem lętitiam referuntur, nō ad aliqua exteriora signa lętitiæ ostendere, & tantum de hac quæstione.

1 *Clerici possunt habitum transformare ex causa peregrinationis vel necessitatis.*

2 *Clericus qui vtitur veste virgata vel partita qualiter puniatur.*


Mnis. Sequitur primum capitulum eorum quæ magister inducit ad probādum quod clerici non debeant fulgidis vestibus vti. Et est sumptum ex septima synodo. Summa *Diuisio.* est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit, quod clerici vistibus fulgidis se ornātes & vnguentis vtentes sunt puniendi. In secunda condēnat quosdā hęreticos, qui deridebāt eos, qui vilibus & religiosis vestibus vtebantur. In tertia ponit qualiter antiquitus homines mediocribus vestibus non lasciuis vtebantur. secunda ibi, quoniam vero. tertia ibi, quoniam priscis. Lege. tex. *Exponit literam.* ¶ [Omnis iactantia &c.] Ecce vestem quam prohibet, illam .i. quæ iactātiam aut ornaturæ superbiam inducit. Et has vocat fulgidas & claras vestes [à sacrato ordine] .i. clericali. Hu. [epithimo] .i. suspēsione. [vnius hebdomadæ] interpͤtatur. n. epithimus hebdomadaria suspēsio: debēt ergo tales p hebdomadā suspēdi. vt.s.c.proxi. Hu. & sitr vnguētis. non. n. debēt vti vnguētis ad se pinguedū, vel ad lasciuiā nutriēdā. vncti. n. sunt oleo sacro, cui iniuriam faciunt, si vnguentis diaboli perfunduntur, & de hoc dicitur.1.re.14. Non ungaris oleo, ut sis quasi mulier. potest enim clericus uti unguentis causa sanitatis uel propter aliam honestam causam. ¶ [Quoniam uero.] secunda pars. hic notat & reprobat errorē quorundam hęreticorum dicentium indifferenter omnibus esse vtendum fulgidis vestibus, deridentes illos, qui vilibus & religiosis vestibus vtebantur. *Exponit literam.* Asserebant etiam pulchris imaginibus & picturis & palijs non esse decorādas ecclesias dicentes homines rationibus ad imaginem Dei factos debere fulgidis vestibus indui, potius quā ligna, & lapides insensatos distinctis & prætiosis vestibus vel coloribus perornari, talia proponentes hæretici multos catholicos seduxerūt vt huiusmodi ecclesię cultum negligerent, & sibi vestes splēdidas præparerēt. tales ergo hęreticos notat hic, & dicit quod si inueniantur corrigantur per epithimiū, qui hic dicitur minister iudicis qui reos torquet. Suspenditur constructio vsq; ibi, ergo &c. [amaritudinis] id est hæresis, quæ ad amarum finem ducit. Hug. [contaminatio] id est pollutio [in ecclesia] quia multi erant polluti in ecclesia de hac hæresi. [calumniantium.] id est deridentium illos, qui vilibus & religiosis vestibus vtebantur, vt sequitur. Archidia. [hi qui] hanc contaminationem. Hugu. Lauren. & Arc. receperūt [abominati sunt] *Arc. Laurentius* .i. repudiauerunt, & cōdemnauerunt imaginarias scripturas .i. imagines & picturas, quæ laicis eas cernentibus sunt quasi scripturæ. sed omnem reuerentiam diuini cultus repulerūt. [offendentes] .i. deridentes, & scandalizantes. [eos] scilicet bonos viros, qui viuunt religiose in habitu, & pie, in operibus, & cultu Dei [ac per hoc] .i. quia abominati sunt & [quia repulerūt [abominatio est Deo cultus peccatorum] .i. cultus Dei est abominabilis peccatori. Hu. [igitur] cōcludit si inuēti &c. [priscis.] tertia ps. [sacratus] .i. ecclesiastic⁹, vel religiosus vel in ordine ecclesiastico existens. Hu. & Archi. in necessitate [intellige] cum commoditate, & honestate personæ, & consonantia eorum, cum quibus conuersatur vt superius diximus. [Venustatem] .i. decorem, voluptatē, & superfluitatem. [elationis habet calumniam] .i. potest argui de elatione & arrogātia. sicut dicit Greg. de diuite epulone loquēs. sicut *Grego.* allegatum est supra in primo argu. primę quæstionis huius partis. Et huius rei etiam testis est beatus Basilius. potest *Basilius.* etiam argui de arrogantia, quia vsurpat sibi præter necessaria. vnde & raptor dicitur.42.di.§.primo. & di.42. sicut Hug. [sericis &c. vnde] ad instar priscorum sanctorum patrū clerici non debent ferre uestes incisas, & virgulatas, nec varij coloris, nec rubeas, nec virides, nec nimis longas nec breues Item nec de serico, sed de lana, non nimis prætiosa, vel vili.
1 41.di.§.1. †Ex causa tamē peregrinationis vel alias ex causa necessitatis licitū est clericis habitum transformare.23.q.4.
2 Episcopi. & extra de vita & ho.cle.clerici. † Quicunq; autē clericus virgata vel partita veste vtitur publice sine causa si beneficiatus est, suspensus est à fructuum perceptione p sex menses, si non est beneficiatus & est in sacris, circa sacerdotium per idem tempus est inhabilis ad beneficium obtinendum, si habet dignitatem vel beneficium cum cura vel est sacerdos, vel religiosus, est suspensus per annū à beneficio. Et per idem tempus sunt inhabiles ad obtinendum quodcunque beneficium ecclesiasticum. vt de vita & hone.cle.2. [audierant &c.] scilicet. Mat.11. & Luc.7.


Vllus. Ad idē sequitur hoc.c. ex septima synodo sumptum. Summa est in rubro. Et diuidit in duas partes. *Diuisio.* In prima statuit, vt nullus clericus vtatur vbicunque fuerit nisi veste decēti scilicet statui clericali conuenienti. In secūda punit trāsgressores. secunda ibi. Si vero quis. Lege. ¶ [Nullus in clero] ar. *Exponit literam.* quod qui sunt in quocunque minori ordine sub hac regula compræhenduntur, vt in.c.proxi. dictum est. Hu. [indecēs] i. quod non deceat religionem siue honestatem clericorum extra de vi. & ho. clerici. & di.23. clerici. Hu. [scholis] .i. cappis, vel mantellis. [Si vero] secunda pars.


Piscopi. Ad idē sequitur hoc.c. quod est papę Zachariæ. Summa est in rubro. Et diuitur in duas partes. In prima statuit. *Diuisio.* In secunda punit transgressorem. secunda ibi, *Exponit literam.* quod si temere. Lege. ¶ [Episcopi secularib⁹] .i. laicalib⁹, scilicet rubeis, vel virilibus siue scissis siue distinctis. Hu. [Sacerdotali] .i. veste talari, vel religiosa. scilicet vsque ad talos pertingente. ut di.23. nō liceat. Hu. Lau. Arc. [operimēto] scilicet pallio, uel mantello, uel cappa. [deturpat caput suum] ad literam .i. turpe est ei sic facere, qa facit contra constitutionem & consuetudinem ecclesię honestam. Hu. [uel deturpat caput suum] .i. uirum, cui per hoc negat se ei esse subiectam quod ostendit uelum. Hu. Archi. [apostolicam uocem] .i. ad cor.11. [ita sacerdos sacerdotiū.] id est.

id est ordinem [Quod si vero.] secūda pars [communione fratrum.] vel sacramentorum. Hu. Arch. [donec &c.] ar. cō tra episcopos, qui statim volunt priuare clericos suis benefi ciis, sed primo excommunicandi sunt, donec malefacta emendent, quæ si emendare noluerint tunc statim tanquam contumaces debent deponi. 91. di. c. vltim. Hu. & Archi.



Ine ornatu. Ad idem est hoc. c. Leonis Papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima prohibitionem facit. In secunda adiungit pœnā contra facientibus. secūda ibi, contrarius. Leg. tex. ¶ [Sine ornatu.] Ornatus iste consistit in veste, & in capitis tonsura, per hęc duo clerici à laicis discernuntur. 12. q. 1. duo. 27. q. 1. si homo. [ne vt &c.] Est sensus quod nō debent exire sine habitu sacerdotali, quia si exirēt sine, cum tunc non appareret, quod esset clericus, & facile posset pati iniuriam sicut laicus. Hu. Archi. [contrarius.] secunda pars [aut desinat.] ecce debet promoueri, vt desinat & cesset. ar. di. 47. c. 1. & 92. di. c. vlti. Hug. [canonice &c.] scilicet quod careat officio & beneficio. j. c. proxi. Hu. Archi.

Diuiso. Exponit literam. Hugu. Archid.

1 *Clerici debent placere hominibus mente, habitu, & conuersatione.*




Ræcipimus. Ad idem est hoc. c. Innocentii secundi. Summa est

1 † quod clerici debent mente & habitu & conuersatione hominib' placere, & nihil agere ꝙ eorum offendat aspectum. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit quod dictum est. In secūda punit cō trafacien. secunda ibi, quod si moniti. Lege. ¶ [Precipimus scissurę.] quę superflua est clericis. extra de vita & hone. cle. clerici. Non prohibet scissuram, sed eius superfluitatem [colore] vario, rubeo, vel viridi. vt. s. c. 1. omnis forma. per doctrinam, & exemplum, per bonam operationem, vt. 16. q. 1. prædicator. & di. 47. § necesse. Hu. Archi. [sed potius] supple facere studeant. [quod eorum &c.] Hu. Archi. [Quod si] secunda pars. [careant &c.]

Diuiso. Exponit literam.

¶ *Quæstio quinta.*



Vm vero. Hic intitulatur quęstio quinta qua quæritur, an clerici ab episcopo suo correpti officium relinquentes ad iudicem secularem confugere possint. Et respondet quod non, quod probat per sequentia capitula.



Lacuit. Capitulum hoc est sumptū ex cōcilio Agathen. Summa est in rubro Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, quod clericus qui propter vitandam correctionem suo episcopo relicto ad secularem iudicem confugit, excommunicari debet. In secunda ponit, quod si is ad quem cōfugit ei defensionis auxilium præstet, etiam excommunicetur. secunda ibi, & is ad quem &c. Lege. ¶ [Placuit officio &c. sui episcopi.] cuius officium est clericorum causas cognoscere, & terminare. Hu. [propter districtionem] scilicet episcopi. [vitādā] cum episcopus vult eum corrigere. Hu. [is ad quem.] secunda pars. [pellatur] id est excommunicetur.

Diuiso. Exponit literam.

1 *Appellare non licet ab ecclesiastico iudice ad secularem nec econuerso.*

2 *Appellare licet ad synodum nondum congregatam.*




I quis. Ad idem est hoc. c. ex cōcilio Antiocheno sumptum. Sūma est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima prohibet ne clericus à suo iudice depositus apud imperatorem querulare presumat. In secunda punit contra facientem. secunda ibi, quod si. Lege. ¶ [Si quis exautorizatus]. i. excommunicatus, vel suspensus. vt 11. q. 3. si quis episcopus damnatus. Hu. [molestiam] i. inquietudinem. Hu. [vel conquestionem] per quam clamādo. auribus principum eum molestet. vt molestet ecclesiam

1 si hoc faciat. Arc. Et est ar. secundum Hu. † quod nō licet appellare ab ecclesiastico iudice ad secularem sicut nec econuerso. vt extra de appel. si duobus. in fi. & e. tit. romana. §. de bet. lib. 6. ad maiorum &c. intelligo, quod hæc synodus de speciali mādato Papæ habeat cognoscere de causa illa, si fue

2 rit appellatum. Hu. vide hic ar. † quod licet appellare ad synodum nondum congregatum [prompta]. i. depromēda. Lau. vel potest intelligi de iam lata, de qua iudicabūt maiores, an fuit iusta. vel iniusta pe. Archi. [Quod si.] secunda pars. [habere] supple placuit vel poterit. Hu [assertionis] quia decetero non audietur. Arch. [spem] recipiendi [gradus]. j. e. si quis episcopus. Et hoc fit in odium criminis. & detestationem facti. Hu.

Diuiso. Exponit literam. Hugu. Laurentius. Arc.


1 *Casus in quo quis potest preesse pluribus ecclesiis.*



I quis. Ad idem est hoc. c. ex concilio Carthaginen. sumptum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit, quod si aliquis clericus fuerit episcoporum iudicio dānatus, non debet à sua ecclesia vel ab aliquo defensari. In secunda punit pœna pecuniaria & priuatione honoris, eum ꝗ talem defensare præsumpserit. secunda ibi, imposita. Lege. ¶ [Si quis] quibus pręfuit diuersis temporibus. alias contra dist. 89. [Singula] secundum Hu. quod dicitur vt no. s. e. q.

1 1. in summa. Archi. † Est tamē casus in quo quis potest præesse pluribus ecclesiis. 4. q. in vnio. s. e. q. 1. c. 1. Hug. [ab ecclesiis]. i. ab ecclesiasticis viris. Ber. hisp. [defensari] cōtra episcopum, errori eius fauendo. Hug. [imposita] scilicet ei, qui eū defensauerit. Hug. [pecuniæ.] Videtur hic colligi, quod pœna pecuniaria possit affligi clericis. Sed in casu hoc liceat optime distin. 16. q. 6. cognouimus. vel distingue literā sic. [pecuniæ] si est laicus [honoris] si clericus [quo] scilicet damno pecunię [vel honoris]. i. à qua pœna, nec ętatem &c. Intellige si sit capax doli. Secus enim esset de puero nō capaci doli.

Diuiso. Exponit literam. Hugu.



I forte. Ad idem sequitur hoc capitulum ex concilio Arelaten. sumptum. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Si forte] idem dicitur in omnibus istis capitulis. [non reconciliauerit] si poterit, quantum in se est. i. si eum defenderit. nō enim quilibet tenetur eum reconciliare episcopo suo: hoc enim potius spectat ad prælatos. 90. di. discordātes. & 5. q. 2. si primates. sed tenetur eum non defendere. Hu.

Exponit literam.



I episcoporum. Ad idem sequitur hoc. c. Papæ. Gregorii. Summa est in rubro: Et diuiditur in tres partes. in prima narrat, qualiter quidā episcopi qui causas suas coram apostolico tractare deberent, ad seculares iudices recurrunt inde cupiētes habere refugium. in secunda hoc malum peccatis deputat Gregorius. in tertia cōminatur, ꝙ nisi prædicti episcopi cito ad eum reuertantur, canonicam districtionē in eos exercebit. secunda ibi, sed vt mei. tertia ibi, hoc tamen breuiter suggere. Lege. ¶ [Si episcoporum piissimos dominos]. i. imperatores, quos sic ex humilitate nominat. simile. di. 63. nobis. alias filius eius appellatur. 96. di. si imperator. Ber. hi. aliorum. quam mea. Ber. hispa. [disponuntur]. i. tractantur sine mea autoritate. Hug. [Sed vt episcopi] secunda pars [ago] de pœna mihi illata ex eorum despectu, siue ex eo, quod despicior peccatis meis [deputo] loquitur ex humilitate, nec cōtra conscientiam sicut nec Aug. di. 40. ante omnia. Hu. [hoc tamen breuiter] tertia pars.

Diuiso. Exponit literam. Bernardus hispanus.

¶ *Causa vigesima secunda.*



Vidam episcopus. Hic intitulat. 22. causa. in superiori causa tractatum est de obedientia clericorum erga suos episcopos. Et quia clerici in tantam audaciam prosiliunt, quod quandoque iurant prælato suo non obedire. ideo Gratianus hanc. 22. causam subnectit, in qua de iuramēto tractat & de mēdacio, & quos comites iuramentum habeat, quæ vt melius pateant thema proponit, & ex eo. 5. quęstiones elicit.

¶ *Quæstio secunda.*

3 *Periculosum dicitur aliquid tripliciter.*

5 *Iuramentum assertorium quod dicatur.*

Quod promissorium. nu. 6.

Quod



Diuiso. Vod iuramentum. Hic intitulat prima quæstio, quæ queritur vtrum iuramentum sit prestandum ab aliquo vel nõ Et diuiditur hæc quæstio in quinque partes. in prima probat per decẽ capitula ꝙ pro re licita possimus iurare, & ex causa alias non. pro pleniori intelligẽtia huius queruntur quatuor.

1 ¶ Primum est vtrum iurare sit Deum in testem inuocare.

2 ¶ Secundum est vtrum iurare sit licitum.

4 ¶ Tertium quot species iuramenti.

7 ¶ Quartum quæ sint causæ institutionis aut concessionis iuramenti.

Primũ ar. 1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur quod iurare nõ sit Deum in testem inuocare primo sic, accipere testimonium a deo vel ab homine nõ differt nisi materialiter, sed ille qui inuocat hominẽ in testẽ nõ dicit ꝑ hominẽ iurare. ergo nec q inuocat Deũ in testem dicetur per Deum iurare. Secũdũ ar. ¶ Secundo sic. dicit Augu. iurare est ius veritatis Deo reddere. sed quicunque verum dicit etiam si nulllum inuocet testimonium ius veritatis Deo reddit. Tertium ar ergo ad iuramentum non requiritur inuocatio diuini testimonij. ¶ Secundo sic. Quicunque inducit autoritatẽ sacræ scripturæ inducit Deum in testimonium, cuius verba proponuntur in sacra scriptura. Si ergo orare est Deum in testem inuocare quicunque inducit autoritatem sacræ scripturæ iuraret, quod est falsum. Opponit ĩ contrarium ¶ In oppositum est beatus Au. in quodam sermone de periurio dicens, quid est per Deum nisi testis est mihi, Deus sed ista est communissima forma iurandi. ergo iuramentum est inuocatio diuini testimonij. Respondet. ¶ Respõdeo sub ista conclusione, iurare est Deum in testem vocare. patet conclusio ex autoritate Aug. inducta. ¶ Secundo sic. omne illud quod ad confirmandũ aliquod assumitur quodã modo dat ei testimonium sed in iuramento diuina veritas ad confirmationẽ nostri dicti inducitur. ergo iurare est Deũ in testem inuocare, concor. Ray. in summa dicens. iuramentum est affirmatio. vel negatio de aliqua re sacræ. rei attestatione firmata. Raymund[9] Hostiensis Hostien. sequens Ray. sic dicit. iuramẽtum est assertio, vel negatio de aliquo licito, possibili, & honesto sacræ rei attestatione firmata. ar. in aut. de man. prin. §. sed nec. Et dic sacræ rei, puta euangelij, vel etiam fidei. Nam etiã ꝑ fidei interpositionem obligatur quis. sicut per iuramentum extra ne præla. vices suas. querelã. extra. de arbi. peruenit. &c. ideo dixi sacræ rei, quia non licet iurare per creaturas non sacras secundum Goff. vt no. extra de iureiuran. & si Christus. hæc Hostien. Concor. etiam gl. hic dicens. iurare est aliquid teste Deo dicere. Hugu. Hu. sic iurare est Deo inducto teste aliquid asserere. vel negare. vel sic. iuramentum est actus iurandi ad aliquid asserendum vel negandum sub attestatione sancti vel sacrorum, vt per Deum. vel per has reliquias iuro, quod ita est, vel non est. Pro pleniori intelligentia huius est notandum, cum S. Tho. tam in. 2. 2. quam. in tertio sententiarum S.Tho. quod sicut dicit apostolus ad hebre. 6. iuramentum ad cõfirmationem ordinatur. Confirmatio autem in scibilibus ꝑ rationem fit, quæ procedit ex aliquibus naturaliter notis, quæ sunt infallibiliter vera, sed particularia facta cõtingentia nõ possunt per rationem confirmari. ¶ Et ideo ea quæ de his dicuntur solent confirmari per testes, sed hominum testimonium non est sufficiens ad huiusmodi cõfirmationem ꝑpter duo. ¶ Primo quidem propter defectum veritatis humanæ, quia plurimi in mendaciũ labuntur. secundũ illud p̃s. 16. *os eorum locutum est mendacium. ¶ Secundo propter defectum cognitionis. quia homines non possunt cognoscere nec futura, nec cordium secreta, siue occulta, vel etiã absentia. de quibus tamen homines loquuntur, & expedit rebus humanis, vt certitudo aliqua de his habeatur. Et ideo necessarium fuit recurrere ad diuinum testimonium, quia nec mentiri potest, nec eum aliquid latet. assumere autem in testem dicitur iurare, quia quasi pro iure introductum est vt quod sub inuocatione diuini testimonij dicitur pro vero habeat. Ad ea vero quę sunt necessaria & per rationẽ inuestigãda non inducitur iuramentum. Derisibilis enim videretur, si quis in disputatione alicuius scientiæ vellet propositum per iuramentum probare. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Primũ ar. S.Thomas. Ad primam respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est secundum S. Tho. in tertio scripto. quia sicut veneratio quæ fit summę maiestati habet specialem modum & nomen præ alijs venerationibus exhibitis q buscũque. dicitur enim latria. ita & inuocatio testimonij infallibilis veritatis habet specialem rationem & nomen testificandi præ alijs testimonijs. Et ideo inuocare hominem in testem non est iurare sicut inuocare Deum in testem, similiter seruire homini, non est ei latriam exhibere, sicut seruire Deo. Ad secundũ ¶ Ad secundum respondetur negando consequentiam, Et ratio est quia tunc proprie dicitur, aliquis ius veritatis dictæ à se Deo reddere quando in ipsum sicut in primam originem omnis veritatis dictum suum aliquis reducit, quod non fit in simplici assertione, sed cum ipsum in testimoniũ eiusdem quod dicit vel negat inuocat. Ad tertium ¶ Ad tertiam respõdetur negando consequentiã. Et ratio est, quia vt dicit. S. Tho. in. 2. 2. aliud est testimonio Dei vti iam dato, quod fit cum aliquis autoritatem sacrę scripturæ inducit & hoc non vocatur iuramentum, sed magis probatio, per autoritatem. Et aliud est testimonium Dei implorare, vt exhibendum quod fit iuramento.

Ad secundum. sic proceditur. † Et videtur quod non sit licitum iurare per deum. Primum ar. Primo ex duplici autoritate postea in. c. præsenti scilicet ex illa Matthei. 5. Ego dico vobis non iurate omnino. & ex illa Iacobi. 6. Ante omnia fratres mei nolite iurare. Nihil enim quod prohibetur in diuina lege, est licitum. Secũdũ ar. ¶ Secundo sic. id quod est à malo, videtur esse illicitum. dicitur autẽ Mat. 5 Sit autem sermo vester est: est: non: non, quod autẽ abundãtius est à malo est. ergo iuramentum videtur esse illicitum. Tertium a ¶ Tertio sic. omnis actus qui est perniciosus aut periculosus, est de se malus, & illicitus. sed huiusmodi videtur esse iurare. dicit enim Augustinus in quodam sermone iuratio aut est perniciosa aut periculosa, ergo &c. ¶ In oppositũ est capitulum præsens, cum multis alijs sequen. Opponit & Respondet ¶ Respondeo dicendum, quod fuit eror manicheorum, ꝙ omne iuramẽtum esset illicitum siue per creaturas siue per Deũ qui erroris sui occasionem sumpserunt ex illo dicto domini Matth. 5. Et illo dicto Iacobi quod quidem verbum domini male intellexerunt dupliciter. Grego. primo quia crediderunt, quod dominus ipsum iuramentum prohiberet tanquam de se malum. Basilius secundo qa intellexerunt per hoc quod dicitur nõ iurabis omnino, quod dominus omne iuramentum prohiberet. Et in primo errauerunt quia cum lex diuina nõ prohibeat, nisi quod malum est de se, iurare autem ꝑ Deum, est adducere ipsam veritatem in testimonium, nec fit contra rationem rectam nec contra consuetudinem bonam, non est malum secundũ se. cum nec contra legem Dei, imo secundum legm Dei dicentis deutero. 6. dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. item dicit. reddes domino iuramenta tua. Matthei. 5. pręterea nullus actus, est secundum se malus. qui habet exemplar in ipso Deo & in sanctis, sed adiuratio per Deum esthu usmodi. quoniam ipse Deus iurauit per semetipsum secũdũ quod dicit apostolus ad hebre. 6. & in p̃s. 109 iurauit dominus &c. Et Gen. 22. apostolus etiam in multis locis iurauit vt patet ad ro. 1. Testis est mihi Deus: &c. ergo false credebant & erronee. dicentes iuramentum esse prohibitũ tãq̃ ꝼm se malũ secũdo errabãt. quia credebãt iurationẽ oĩno esse prohibitã. Et iste error venit ex ignorantia manifesta. quia nesciernnt intelligere, vt dicit dominus Bonauentura in tertio, quod alium sensum facit negatio. præposita Bonauen. enim facit æquipollere particulari negatiuæ, sed post posita facit eqpollere suo cõtrario, vnde refert dicere. Non omnis hõ currit & oĩs hõ nõ currit. domin⁹ aũt non dixit oĩno nõ iurabis, sed dixit. nõ iurabis omnino. vnde nõ prohibet omnem iurationem, sed prohibuit quod non esset omnimodo & sine omni causa iurandum. Et ideo errore isto obiecto tãquam irrationabili & pernicioso concedendum est, ita ponitur pro conclusione quod licitum sit iurare per Deum. quam conclusionem tenet vniuersalis ecclesia. patet etiam ex dictis autoritate & exemplo domini, & sanctorum, quia tamen non est ita licitum iurare, quin aliquo modo possit esse illicitum. Ideo notandum cũ S. Tho. in. 2. 2. quod nihil S.Thom. prohibet aliquid esse secundum se bonum, quod tamen cedit in malum eius, qui non vtitur eo conuenienter sicut sumere eucharistiam est bonum, & tamen qui indigne sumit, iudicium sibi manducat & bibit. vt dicitur. 1. ad corin. 6. Sic igitur in proposito dicendum est quod iuramentum secũdum se est bonum, & honestum quod patet ex origine, & ex fine. Ex origine quidem, quia iuramentum est introductum ex fide qua homines credunt deum habere infallibilẽ veritatem, & vniuersalem omnium cognitionem & prouisionem.

sionem. Ex fine autem, quia iuramentum inducitur ad iustificandum homines, & ad finiendum controuersias, vt dicitur ad hebre.6. sed iuramentum cedit in malum alicui, ex eo quod male vtitur eo.i. sine necessitate & cautela debita. videtur enim paruam reuerentiam habere ad Deum, qui ex qui causa eum inducit, quod non præsumpserat de aliquo viro honesto imminet etiam periculum periurij, quia de facili homo in verbo delinquit secundum illud Iacobi.2. si qs in verbo non offendit hic perfectus. vnde ecclesiastici.24. dicitur, iurationi non assuescat os tuum. multi enim casus in illa. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam Matthei.5. respondetur, quod non prohibetur actus iurādi, sed ne faciliter iuretur ꝓpter periculū periurij, & ne homo ex quacunque causa iuret. vnde Aug. libro contra mendacium, quod apostolus in epistolis suis iurans ostendit quomodo accipiendum esset, quod dictū est. dico vobis non iurare omnino ne scilicet iurando ad facilitatem iurādi veniatur, ex facilitate iurandi ad consuetudinem à consuetudine ad periurium decidatur. Et ideo non inuenitur iurasse nisi scribens vbi consideratio cautior non habet linguam ꝑcipitem. ¶ Ad autoritatem de beato Iacobo eodem modo respondetur negando assumptum. Aliud enim est esse malū & esse à malo. quia sicut dicit Augustinus in libro de sermone domini in monte. Si iurare cogeris scias de necessitate venire infirmitate eorum quibus aliud persuades, quæ vtique infirmitas malum est. itaque non dicit quod amplius est malum est. Tu enim non malum facis, quando bene vteris iuratione, vt alteri persuadeas, sed à malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. ¶ Ad tertiam respondetur quod assumptum est verum de eo quod est periculosum, sicut causa periculi.

Primū ar. Augus. · *Ad secundā* · *Ad tertium*

3 Pro quo nota iuxta dominum Bonauenturam † quod periculosum dicitur aliquid dupliciter aut quia periculi causa, aut quia periculi occasio. iurare autem per Deum dicitur periculosum non quia causa periculi. potest enim esse meritorium & bonum. sed quia est occasio periculi in eo, qui non diligenter obseruat qualiter iuret.

4 Ad tertiam quæstionem qua quæritur † quod sunt species iuramenti. Respōdetur quod duæ. secundum Raymun. & S. Tho. & alios doctores. Nam

Respondet Raymund⁹ S. Thomas.

5 quoddam est assertorium, & aliud promissorium. † Assertorium dicitur quod fit ad confirmationem veritatis præ-

6 sentis vel præteritæ, puta sic esse vel non esse † promissoriū vero est de eo, quod in futurum à iurante faciendum expectatur, vel per se vel per alium. Sunt aliæ diuisiones iuramēti, quæ magis pertinent ad forum contentiosum. Et addit Sanctus Tho. quod hoc aliquando fit simpliciter, vt cum dicitur. testis est mihi Deus, quod verum loquor. vel per Deū quod ad idem est secundum Augustinum. aliquando vero ꝑ execrationem vt cum quis obligat se ad aliquam pœnam, vt si hoc non fecero, hoc accidat mihi, vel filijs meis & huiusmodi. & tunc secundum Augusti. illa per quæ sic iurat obligat Deo, vt hoc illis eueniat si secus est, quam dicit.

August.

7 Ad quartam quæstionem qua quæritur † quæ sunt causæ institutionis aut concessionis iuramenti. Respōdetur iuxta Ray. & Hug. & glos. hic quod duplex est. vna est infirmitas hominū, qui de facili dubitāt. Cū enim infirmis aliquid volumus persuadere, quod eis est vtile & expediens, nec simplici verbo nostro credunt, interposito iuramēto credunt. vt. j. e. q. c. non est, & c. si peccatū. Alia causa est propter vitandam idolatriam. sicut enim concessum fuit filijs israel, vt hostias Deo immolarent, ne illas demonibus sacrificarent. ita permissum est eis vt iurarent ꝑ Deum, ne ipsi sacrilegium idolatriæ iurantes per creaturas incurrerent. vt. j. e. q. consydera. Lege. ¶ [Quod iuramentū in euangelio] Matthei.5. [est est] id est de re, quæ est dicatur, est simpliciter affirmando veritatem [non non] id est de re, quæ non est, respondeatis non est simpliciter negando falsitatem. Et patet quod loquitur in communi vsu loquendi inter homines cum dicit sic. sermo vester &c. Secus autem in casu vbi requiritur veritas à superiori per iuramētū. [Quod autem amplius est à malo est] id est ab infirmitate, & incredulitate illius, cui iuratur, quia ex infirmitate humana quæ est quædam pœna generi humano inflicta procedit, quod homines non credunt sibi mutuo simplici verbo absque iuramento. item Iacobus in epistola sua. cap. vlti. nolite iurare omnino idest ex quacunque causa, quia hoc est incauta iuratio, per hoc tamen non excluditur iuratio in necessitate. [Sed aliud est] Respō[...] ad dictas autoritates, quæ videntur prohibere vniuersaliter iuramentum distinguendo, an scilicet quis sponte iuret, & hoc non licet. Et an quis iuret ex honesta causa, scilicet propter innocētiam purgandam, vel pro pace componenda vel propter alterius incredulitatem & hoc bene licet, non enim iurare omnino peccatum est, id est, in quolibet casu. Nam in aliquo casu licitum est iurare, & bonum quod patet vt supra habitum est, Christi & apostolorum exemplo, qui iurasse leguntur.

Respōdet · *Exponit li teram.*

1 *Casus quatuor in quibus licitum est iurare.*

2 *Causæ in quibus licite iuratur.*



Omne. Ad idem inducitur hoc. ca. quod est octaui concilij Toletani. Summa ponit in rubro. Et diuidi potest in quatuor partes secundum quatuor casus, quos ponit in quibus licitum est iurare. secūdus ponitur ibi, sed & omne. tertius ibi, omne enim. quartus ibi,

Diuisio.

1 quod & si. Lege. ¶ [Omne] † quatuor casus sicut diximus assignat hic synodus Toletana, in quib. licitum est iurare. Primus est de discordantibus, qui cum recōciliātur hinc & inde iuramenta præstantur vt inter eos firmior pax seruetur. Et hic casus ponit in principio. ¶ Secundus ē de amicis, & socijs, qui confederantur inter se, vt se inuicem iuuent, & iuramenta hinc & inde præstantur, vt olim fecerunt iudei, & romani. Hugu. & hic casus tangitur ibi. Sed & omne. ¶ Tertius est de testibus, qui vt fidem faciant iurare debent. ibi. omne enim astipulatus passiue id est asseritur vel affirmatur. Hugu. ¶ Quartus est de accusato qui testibus non conuincitur, & infamia laborat, qui pro infamia remouenda, & innocentia purganda iuramentum debet offerre, & hoc ibi. Quod & si testis deficiat ex parte accusatoris, & accusatus infamia laboret [taxatio] id est impositio, sed taxatio dicit, quia iudicis est taxare, id est modum iuramento imponere, cum alteri parti defertur, vel à parte vel à iudice. Hu. [sola] non excludit purgatores, sed solum vulgares purgationes. s. ferri candentis, vel aquæ feruentis, & huiusmodi. quæ omnes inhibitæ sunt, & non sunt faciendæ. 2. quæstione. 5. consuluisti. Hu. †

Exponit li teram. · *Prim⁹ casus* · *Secund⁹ ca.* · *Terti⁹ ca.* · *Quart⁹ ca.*

2 Nota hic quod plures causæ assignantur à doctoribus, in quibus licite iuratur quas ponit Alexander de halis in tertio. Quędam enim sunt ex parte boni introducendi. Quædam vero ex parte mali vitandi. Ex parte vero boni quædam scilicet pro veritate confirmanda, ita iurat apostol⁹ ad ro.1. Testis est mihi Deus &c. Quædam pro veritate declaranda deutero.19 in ore duorum vel trium &c. Quia vt dicit canon non est testis nisi iuratus. item pro amicitia contrahenda. Gen.36. dixerunt viri gerare ad Isaac. Sit iuramentum inter nos. item pro pace reformanda, vt gen.21. iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac. Item pro fidelitate seruanda, sicut barones principibus suis vel regi. sicut fit quando coronatur rex. 2. Regum.5. uenerunt senes Israel ad regē & percussit cum eis fœdus coram domino. item pro obediētia & subiectione recognoscenda, & sicut iurant abbates episcopo & filij Galaad Ieptæ. Iud.11. dominus qui hoc audit ipse mediator & testis est, quod nostra promissa faciemus. item pro confirmatione promissi. psalmus.109. iurauit dominus veritatem, & non &c. Itē pro consuetudine approbata seruāda, vt canonici. & Exo. 24. filij Israel data lege quasi iurauerunt se domino seruituros. hę octo causę sunt propter bonum introducendum. ¶ Propter malum vero vitandum. sunt duæ causæ, vna est pro calumnia sopienda, vt fit iuramētum de calumnia in contestatione litis. vnde ad hebre.6. omnis controuersiæ finis est iuramentum. & extra de iureiuran. & si Christus. secunda causa est pro infamia purganda, Deutero.21. Si inuentum fuerit cadauer hominis occisi maiores natu ciuitatis illius leuabunt manus suas super vitulā.

Alexander de halis.

1 *Iurandi actus vel affectus an prohibeatur præcepto domini.*

2 *Affectus dicitur duplex.*



Non est. Ad idem sequitur hoc. c. quod est beati Augusti. Summa est in rubro. Quia enim quidam vt hæretici Manichei dicebant, quod nullo modo esset iurandum. & hoc probant ꝑ illud Matthei.5. Sit sermo vester ē, &c. Aug. vero ostendit, quod illo verbo domini non prohibetur iuramentum, sed affectus iurandi. Et diuiditur in duas partes. in prima ostendit, quod iurare non sit contra

Diuisio.

contra præceptum domini, quod ostēdit exemplo apostoli. In secundo ostendit quō iurare non est à malo, sed eius cui iuratur. Secunda ibi. Quamuis. ¶ Pro pleniori intelligētia huius capituli.

Quæstio. Primū ar.

1 Quæritur† vtrum præcepto domini prohibeatur actus iurandi vel affectus. Et videtur quod etiam actus. dicitur enim Exod. vigesimo. non assumes nomen Dei tui in vanum. glossa. iurando pro nihilo. sed hoc non dicitur solum de affectu, sed etiam de actu. ergo & cætera.

Oppon. in cōtrarium.

¶ In oppositum est capitulum præsens. secundo sic. dicitur Iacobi quinto. Ante omnia fratres mei nolite iurare. gloss. prohibetur ibi affectus iurandi. vnde nolite iurare id est non affectetis iurare. ergo videtur quod non prohibeatur iuramentum ratione actus, cum non fiat mentio de actu, sed ratione affectus.

Respondet

¶ Respondeo dicendum, quòd iuramentum prohibetur ratione affectus voluntarij, & non actus. patet ista conclusio ex text. præsenti quod est Augustini, & ex præfata gloss. ¶ Sed notandum iuxta

Ale. de Hal

2 Alexander de Halis in tertio† quod duplex est affectus scilicet inductus, siue compulsus, & spontaneus. Affectus compulsus est sicut in illo qui proijcit merces in mari, propter periculum euadendum. ille mouetur ad hoc sed coactus & compulsus necessitate. iurare ergo prohibetur quātum ad affectum spontaneum. s. quod nō debet homo moueri ad iurandum solo affectu spontaneo, siue voluntario. imo semper affectu inductus per causam sicut est de proijciente merces. & tantum de hac quæst. Le.

Exponit literam.

¶ [Non est præceptum] illud. s. nolite iurare [non est iuratio quæ malo] scilicet culpæ siue affectus inordinati iurantis nō est [sed quę à malo] pœnæ eius, qui non credit sine iuramento, quia

August.

ignorat eum dicere verum, vt dicit Augustinus in sermone domini de monte cap. decimo sexto. Ignorantia veri est pœna peccati, vt dicit Augustinus libro tertio de libero arbitrio [prohibuisse iurare]. I. Matthei quinto. vt quantum in ipso est [non iuret] id est non appetat iurare. Ecce qualiter quo ad affectum voluntarium prohibetur, quod tamē aliqui contrarium faciunt habentes iuramentum pro magno quid. & est eis suaue id est delectabile, libidine mentiendi. Nam apostolus inducit testimonium ad probandū quod dixerat, quod solus affectus, & non actus iurādi erat prohibitus. [nam apostolus] & tamen iurauit cum ait ad Rom. 1. testis est mihi Deus & cætera. item 1. ad Corin. decima quinta. quotidie morior propter gloriam vestram in Christo Iesu, id est hoc iuro per Iesum Christum. vt Augustinus exponit super epistolam Iacobi [non sunt & cætera iurationes] quas fecit apostolus & similes esse iurationes [non putant quid & cætera] reprehendit taliter loquentes [faciunt] id est dicunt, siue respondent. prima ad Corinti. 15. [quotidie] quasi diceret, ego puto quod verum dico. s. quod quotidie [morior] id est pericula mortis subeo [iuro inquam per gloriam vestram] .i. per actorem gloriæ vestræ æternæ, quam habeo id est firmiter credo [vos habituros in Christo] id est à Christo vel per fidem Christi, q̄ habetis Hug. [Gręca exempla] ad quæ recurrere debemus in dubijs distinct. nona vt veterum. vigesima distinct. de

Archid.


quibus Arch. prohibemur. ergo concludit ex præmissis, ꝙ cupiditas siue affectus iurandi est, quod prohibetur præcepto domini, & nō actus, qui bonus esse potest. [quamuis] secunda pars in qua videtur respondere ad illud euāgelij, quod amplius est à malo est, dicens ꝙ hoc non est à malo tuo. s. iurantis [infirmitatis] sicut dictum est.



N nouo. Ad idem est hoc cap. quod est August. Summa est in rubro. Breue est. Lege.

Exponit literam.

¶ [In nouo] 1. Machabeorum 5. dominus ait non iurare omnino, & Iacobi quinto. nolite iurare, quod exponens ait, quod mihi quidem & c. Sed ne ex consuetudine iurandi veniatur ad periurium quod est grauissimum peccatum. [longe] quia longe facit à periurio, quia iurare prohibet. qui enim non iurat periurare non potest.



T noueritis. Ad idem est hoc capitulum eiusdem Augustini. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes.

Diuisio.

In prima probat, quod iurare verum nō sit peccatum, quod probat exemplo Pauli. In secunda probat quod autoritas Pauli de iuratione intelligatur. Lege.

Exponit literam.

¶ [Vt noueritis appellatum Paulum] præsumitur non esse peccatum, ex quo fit ab aliquo sancto argum. distin. trigesima septima. qui de mensa. & 7. quæstione 1. omnis [iurasse] cum dicit quotidie & c. 1. ad Cor. 15. supra expositum est eo. c. non est [non. n. sic ait] secunda pars patet.

1 *Iuramentum an sit appetendum tanquam vtile & bonum.*
Quod non tanquam per se bonum nu.
3 *ura mentum fit recte nisi incumbat necessitas,*



Ta ergo. Ad idem est hoc c. eiusdem Augustin. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes.

Diuisio.

In prima ponit quomodo iuramentum sit prohibitum, vt. s. ne quis appetat tanquam sit bonum inter appetibilia deputādum. In secunda exponit autoritatem euangelij. Secunda ibi: ad hoc vtique. ¶ Pro pleniori intelligētia huius capituli.

Quæstio. Primū ar.

1 Quæritur.† Vtrum iuramentum sit appetendum tanquam vtile & bonum. Et videtur quod sic. Sicut votū est actus latriæ, ita & iuramētum. sed facere aliquid ex voto ē laudabilius & magis meritoriū, vt patet, ergo pari ratione facere vel dicere aliquid cum iuramento & laudabilius, & per consequens iuramentum est appetendum tanquam per se bonum.

Secūdū ar.

¶ Secundo sic. dicit Augustinus quod iurare est ius veritatis Deo reddere. sed hoc est honestissimum, est appetendum ergo iuramentum.

Tertiū ar.

¶ Tertio sic, Hieronymus dicit super Matthei. qui iurat veneratur aut diligit eum, per quem iurat. sed venerari aut diligere Deum est appetendum tanquam per se bonum, ergo & iuramentum.

Opponit & Respondet.

¶ In oppositum est capitu. præsens quod est beati Augustini. ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus.

Prima cōcl.

2 Prima est† quod iuramentum non appetendum tanquam per se bonum. ista conclusio patet primo per illud ecclesiastici vigesimo tertio. vir multū iurans replebitur iniquitate. ¶ Quarto sic. Illud quod non quæritur nisi ad subueniendum alicui defectui non numeratur inter per se appetenda, sed intra ea, quæ sunt necessaria, sicut patet de medicina, quæ quæritur ad subueniendum infirmitati. sed iuramentum quæritur ad subueniendum alicui defectui, quo scilicet vnus homo alteri discredit. ergo iuramentum non est habendum inter ea, quæ sunt per se appetenda sed inter ea quæ huic vitæ sunt necessaria.

Scđa cōclus.

¶ Secunda conclusio
3 †iuramentum non recte fit nisi necessitas incumbat. cōclusio patet ex c. præsenti vbi dicit Augustinus, qui intelligit non in bonis id est per se appetendis. sed in necessarijs iurationem habendam refrenat se quantum potest, vt nō ea vtatur nisi necessitas cogat.

S. Thom.

¶ Secundo sic. declaratur iuxta Sanctum Thoma. in tertio sicut in confirmatione quæ fit per rationes duo sunt, scilicet medium, probatio, & id quod probatur. ita etiam in confirmatione iuramenti est dictum humanum quasi probandum, & diuinum testimonium quasi medium probans. Medium autem secūdum artem syllogisticam dicitur esse ex eodē genere, vnde in necessarijs sumuntur media necessaria, & in contingentibus contingentia. veritas autem humanorum verborum est minimæ firmitatis. tum ex hoc, quod error facile ratione accidit. tum ex hoc quod lingua prona est ad defectum, & ideo dominatur, veritatem, quæ est omnino infallibilis. Ad dicta nostra confirmanda assumere nō multum cōuenit, nisi necessitas incumbit. Et iō iuramentum nō est computandum inter ea, quæ sunt per se expetenda, sed inter ea quæ propter necessitatem fiunt, sicut sunt bona vtilia, sicut sectio vulneris vel aliquid huiusmodi.

Ad primū argu.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est s̄m Sanctum Tho. quod alia ratio est de voto, & de iuramento. Nam per votum aliquid in reuerentiam ordinamus, vnde ex ipso fit religionis actus, sed in iuramento econuerso reuerentia diuini nominis assumitur ad promissi confirmationem. Et ideo illud quod iuramento confirmatur non propter hoc fit actus religionis quia secundum finem actus mortales speciem sortiuntur.

Ad secūdū

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Sanctum Thomā, quia licet supposito, quod iuramentum sit iustum, sic quod per Deū iuretur, quia in hoc ius originis omnis veritatis sibi recognoscitur, non tamē oportet ꝙ iurare sim-

pliciter per se sit iustum & bonum. ¶ Ad tertiam respondetur etiam negando consequentiam. Et ratio est secundũ S.Tho. ꝙ licet ille qui iurat vtatur veneratione, & dilectione illius, per quem iurat, non tamen ordinat iuramentum ad venerandum & diligendum eum, per quem iurat. Leg. ¶ [Ita] sicut [bonum] per se appetendum, sicut sunt virtutes [per consuetudinẽ] ar. ꝙ quandoque à bonis temperandũ est ne sit occasio mali. Nam mala sunt vicina bonis, vt d. 61 sæpe. Hu. [non in bonis]. i. non inter bona, quæ per se sunt appetenda, sicut sunt summa bona. s. virtutes Hugu. [sed in necessarijs]. i. inter ea, quę non debent fieri, nisi cum necessitas exigit. sub necessitate intellige vtilitatem, causa. n. vtilitatis iurandum est, sicut cum aliquis non vult alias credere ꝙ sibi est vtile, & in multis alijs, sicut pro componenda pace, & huiusmodi. de quibus supra e. quæstione in ca. omne: alia patent.

Ad quartũ. — Exponit literam.


TV malum. Ad idem est hoc c. eiusdẽ Aug. Summa est in rubro Breue est, & patet. Lege. ¶ [Tu malum]. s. prohibitum, cum est necessarium Hu. & Arch. quæ & si bona non sit iuratio bona est, cum quis vtitur ea cum debitis circunstantijs, vt iurauit apostolus in epistolis, sed dicitur non bona quia non est per se appetenda, sed necessitate appetitur, vt sibi credatur.

Exponit literam.



ET iurabunt. Ad idem sequitur hoc c. beati Hierony. super Hieremiam Hier. 4. Summa est in rubro. diuiditur autem in tres partes. in 1. ponit autoritatem Hiere. in qua videtur innui, ꝙ iurare sit nobis licitum. In 2. arguit contra ex euangelio. In 3. soluit exponendo dupliciter autoritatem. Secunda ibi: quomodo. Tertia ibi: sed hoc. Lege tex. ¶ [Et iurabunt &c.] verba sunt Hieremiæ vsq; ibi [quomodo] postea sunt verba Hierony. Hug. iurabunt inquam sic dicentes [viuit dominus] ideo per viuentem dominum Hug. [in veritate & in iudicio & in iustitia] isti sunt tres comites, quibus iuramentum fulciendum est si debeat esse bonũ, & validum, sicut infra dicemus. e. q. 2. c. 2. [quõ] secũda pars. opponit Hierony. [quomodo euangelium] Matt. 5. [sed hoc] tertia pars. soluit dupliciter. prima solutio, ꝙ iuramẽtum capiatur hic pro confessione laudis, vt sit sensus autoritatis iurabunt. i. laudabunt viuentem in veritate &c. Hug. & Arc. [&] pro vel [ad condemnationem] secunda solutio. vt iuramentum capiatur in propria significatione & ostẽdit iuramẽtum ex causa institutũ, vt. s. fugaretur sacrilegium idolatriæ, quasi diceret non est contra euãgelium ꝙ hic dr̃ quia ex causa olim filijs Israel non solum permissum, sed et præceptum, vt si contingeret eos iurare, iurarẽt viuit dominus. i. per Deum, & non per creaturas, & hoc ad condẽnationem idolorum per quę primo iurabat Israel Hu. [ius iurandum est]. s. concessum [ad concessionem mortuorũ Deorum]. i. idolorum. Ex eo. n. quod non audebant iurare per ea, damnabantur. i. condemnabilia, & contemptibilia reputabantur, & non credebãt aliquid numinis habere in se, sicut prius, & sic prohibita fuerunt idola à iuramẽto, vt contemnerentur, & dij esse non crederentur Hug.

Diuisio. — Exponit literam.


COnsidera. Ad idẽ est hoc c. quod est Hie. super Mat. 5. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Considera iurare p deũ non prohibuit] imo Deut. 9. præcipitur iurabis in nomine illius, & Hiere. 4. iurabis viuit dominus [sed per cœlum &c. iurare prohibuit]. i. honorem confirmando veritatis Deo debitum cœlo, vel cæteris creaturis reddere prohibuit iurare, ne aliquid numinis in eis se crederent & ne putantes se non tenere iuramento si quis iuraret per creaturas periurium non timerent. An vero per creaturas licite posset iurari in sequenti c. disputabitur. Et hoc. s. iurare per deum [paruulis in fide]. i. patribus veteris testamenti, concessum non solum pro necessitate, sed etiam pro volũtate. sed in nouo testamento non nisi pro necessitate conceditur. Hu. [immolabant] id est permissi sunt immolare. Hugu. sic & iurare permitterentur, & pręciperentur si contingeret eos debere iurare, non quod recte hoc facerent id est quasi rectum esset, & appetendum per se esset, & in se, sicut summum bonum Hugu. [melius] electiue, & non comparatiue. simile 11. quæstione 3. nemo peritorũ. Hugu. & gloss.

Exponit literam.

1 *Iurare per creaturas an sit licitum.*
2 *Iuramentum assertorium sit dupliciter.*
3 *Creatura dupliciter potest inuocari in testimonium veritatis.*


CLericum. Ad idẽ est hoc c. ex concilio Carthaginen. summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima punit clericum per creaturas iurantem. in 2. punit inter epistolas cantantem. secunda ibi, inter. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. & Diuisio.
1 præcedentis & sequentis. Quæritur † Vtrum sit licitum iurare per creaturas. Et videtur quod non sit licitum. Primo ex præcedenti capitulo, & præsenti, & sequenti. ¶ Secundo arguitur ex illo Matth. 5. nolite iurare omnino, nec per cœlum, per quod intelligitur creatura spiritualis, nec per terram, per quam intelligitur oĩs creatura corporalis. ¶ Tertio sic. iuramentum est actus latriæ. sed cultus latriæ nõ debetur alicui creaturæ, vt patet. ergo non licet iurare p aliquam creaturam. ¶ Quarto sic. iurare per Deum est, Deũ in testẽ inuocare. ergo iurare per creaturas inuocare creaturam in testem. sed irrationabilis creatura non potest aliquo modo testimonium veritati perhibere. ergo stultum est, & vanum per creaturas iurare. ¶ In oppositum est, qđ Gen. 42. dicitur. Ioseph iurabit per salutem Pharaonis, & tamen sanctus homo erat. præterea patet, quia ex consuetudine vniuersitas fidelium iurat per euangelium, & perreliquias, & per sanctos. ¶ Respondeo dicendum est iuxta
2 S.Thom. & dominum Bonauẽturam † quod iuramentum assertorium dupliciter habet fieri. quoddam per interpretationem siue execrationem, quoddam per simplicem veritatis attestationem siue per ipsius veritatis testimonij inductionem, per interpretationem iuratur cum quis sibi interpretatur pœnam, nisi faciat sicut promittit, vt cũ dicit ita viuat filius meus vel pater hoc est dicere, nisi ego impleuero quod promitto, vel nisi impleuero quod iuro nõ viuat filius meus. vel pater meus, & in hac forma iurandi, creatura ad testificandum non inuocatur, sed potius ipsi creatori impignoratur, secundum ꝙ dicit Aug. vt hoc veniat in caput eorum, quod exit de ore ipsius. Et ita inducitur creatura non vt testis, sed vt in qua diuinum iudicium exerceatur. Et secundum hunc modum iurandi sit ista cõclusio. hoc modo iurare per creaturam est licitũ: patet cõclusio exemplo apostoli, qui secunda ad Corinti. 1. ait. ego testem deum inuoco in animam meam. ¶ Secundus modus iurandi est per inductionem testimonij veritatis, tunc
3 est distinguendum † quia dupliciter potest creatura inuocari in testimonium veritatis aut secundum se, aut secundum ꝙ in ea relucet vestigium veritatis primæ. Si secundum se est conclusio secunda ꝙ non est licitum iurare per creaturas. patet cõclusio. quia sic crederetur ꝙ aliquid numinis esset in eis ratione cuius veritas dicti posset per huiusmodi testimonium confirmari. hoc autem est peccatũ idolatriæ cum creaturis exhiberetur diuina reuerentia. vnde Au. super illud Matth. 5. dico vobis omnino non iurare nec per cœlum, nec per terram &c. dicit, quod perfectionis est docuit cum dixit non iurare omnino, quod vero superstitiosum est relecauit, cum dixit, nec per cęlum &c. ergo iurare per creaturam illo modo est superstitiosum. secundo modo considerando creaturam. s. secundum quod relucet in ea vestigium diuinæ veritatis, sic est secunda cõclusio, ꝙ licet per creaturas iurare. patet cõclusio. quia hoc nihil est aliud, q̃ iurare per eum, qui in creatura relucet, & tunc non veneratur quis creaturam, sed creatorem, vnde sicut honor qui exhibetur imagini refertur ad Prototypũ id est ad exemplar sicut dicit Damascenus. ita iuratio hoc modo facta per creaturam refertur ad ipsum creaturarũ creatorem, sicut dicitur infra eo. quæstio. capit. mouet vbi dicitur, sed sciendum quod sancti per creaturas quasi per creatorem creaturarum iurabant, nec in creaturis ad quẽ creatorem venerabantur. sicut Ioseph qui per Pharaonem iurando hoc in eo veneratus est quod Dei iudicio positus erat, scilicet princeps in Memphis id est in Aegypto, cuius regni illa ciuitas erat caput regni, vel venerabatur eum per quem reges regnant, & quoniam in omni creatura hoc modo Deus relucet, est conclusio quarta quod per omnem creaturam potest licite hoc modo iurare. Quia vero principaliter relucet in istis & maxime in sanctis & maxime in verbis euangelicæ legis per quæ

Quæstio. — Primũ ar. — Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Exponit literam. — Respondet S. Thomas Bonauen. — Prima cõcl. — Scđa cõclu. — Augu. — Tertia con. — Quarta c.


quæ nobis diuina veritas illuxit, hinc est quod per sanctos & maxime per euangelia consueuit frequentari forma iurationis, qua quidem iuretur per creaturam. Quidam tamen iuristæ vt inquit Alex. de Halis dicunt quod nō sit licitum iurare per omnes creaturas, quia distinguunt quod quædam sunt creaturæ Deo dedicatæ, & ad cultum diuinum mancipatæ, vt reliquiæ sanctorum, & euangelium, & per has est licitum, vt dicunt iurare, per alias autē quæ non sunt hmōi non est licitum. Et hoc vt dicunt quia aliæ non admittuntur in solenni iuramento, sed ille solum. Sed contra hoc dicit Aug. ꝙ contingit iurare per omnem creaturam: vnde super illud ad Rom. 1. Testis est mihi Deus, dicit ipse in gl. qui per lapidem iurat falsum periurus est. Et constat, ꝙ hoc non esset, nisi tale iuramentum obligatoriū esset. Non autem obligaret, nisi per creaturam talem iurare contingeret. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad omnes autoritates simul respōdetur, ꝙ dominus prohibuit iurare per creaturas, ita quod eis exhibeatur diuina reuerentia. Et hoc esset quando creaturæ secundum se consideratæ in testimonium veritatis, vocarentur, hoc enim esset superstitiosum sed non prohibuit iurare per creaturas. secundum ꝙ in eis relucet vestigium diuinæ veritatis, quia sic vt dictum est in eis creatorem earum venerantur. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia cultus latriæ exhibetur ei cuius testimonium iurādo inuocatur. Et ideo p̄cipitur Exo. 23. per nomen exterorum Deorum nō iurabitis. Cum autem non inuocentur creaturæ secundum se cōsideratæ ad testimonium veritatis sed secundum ꝙ relucet in eis veritas diuina, non exhibetur cultus latriæ creaturis, quæ in iuramento assumuntur secundum modos prædictos. ¶ Ad vltimum respondetur iuxta D. Bonauenturā quod assumptum non est vniuersaliter verum imo aliquando inuocat ipsum in testimonium aliquando non inuocat ipsum propter se, sed propter illud, ad quod ipsum refertur. vnde qn̄ per creaturam iuratur, non ipsa creatura testificatur sed Deus qui ē creator ipsius & ad ipsum testificatio refertur, alioqui non esset iuramētum, patet etiam assumptum esse falsum in iuramento quod fit per interpretationē, in quo obligat se siue impignorat se Deo, vt dictum est. Le. ¶ [Clericum per creaturas] aliquid numinis in eis esse credendo vel non. Et ita eas contemnendo. i. vt non credat se teneri iuramento & sic faciat in dolum, & fraudem proximi [iurantem] in omni loquela, & vulgari [obiurgandum] supple decernimus. i. castigandum, vt in proximo ca. Nam si talia iuramenta sint cum solennitate inducunt depositionem, vtraque tamen sunt prohibita clericis, & laicis, sed præsertim clericis Hu. [si perstiterit &c.] 47. d. c. 1. [inter] secunda pars [cantantem] quod debet esse alienum à clericis vt dis. 41. & de conse. d. 5 nullus. Et rō huius prohibitions est, quia lectionem attente debent audire dum comedūt. ergo inhoneste huiusmodi cantilenæ intermiscerentur. vt d. 44. pro reuerentia. Et videntur duo hic prohiberi. s. cōuiuia splen dida, & lasciuiæ 44. di. non liceat Hu.

Ad primū & scdm ar.

Ad tertiū.

Ad quartū. Bonauent.

Exponit literam.



I quis per capillum. Ad idem est hoc ca. quod est Pij papæ. Summa est in rubro. Hoc .n.c. loquitur cōtra illos, qui credebant Deū secundum diuinitatem habere caput, & capillos, sicut fuerunt, quidam hæretici dicentes Deum habere membra corporalia, sicut fuerunt Antropomorphitæ. de quibus 24. questione 3. c. vltim. aut certe cōtra illos, qui irreuerenter nominant mēbra Christi & quodam exquisito modo iurandi diuidunt ipsum quasi membratim, qui valde rationabiliter sunt redarguendi, maxime qui per membra Christi iurant quæ in alijs hominib. non censentur honesta. Leg. [Si quis ex dictis] litera patet [prohibemur iurare] dictis modis [Anathematizetur] si nō lit satisfacere Hu. [per creaturas] sicut dictum est in capit. præcedenti. s. secundum quod in se considerantur credentes aliquid in se numinis habere, aut in dolū proximi non manifestauerit denuntiando ecclesiæ secundum præceptum euangelicum ad quam denuntiationem quilibet tenetur vt 24. quæstione tertia tam sacerdos & 2. quæstio. 7. quapropter.

Exponit literam.

Quæritur. §. Est in quo incipit secunda pars quæstionis secundum Io. de vel secundum Barto. hic mouet incidentem quæstionem in qua quæritur, vtrum sit maius iurare per Deum, quam per euāgelia. Et probat ꝙ maius sit iurare per Deum, ad quod inducit. c. sequens.

1 *Iurare per Deum an sit maius, quam per euangelia.*



I aliqua. Capitulum est beati Chrysostomi. Summa est in rubro. Diuiditur autem in duas partes. In 1. ponit opinionem contrariam. In 2. illum reprobat. Secunda ibi, quibus. Pro solutione breui huius quæ- Diuisio.
1 stionis qua quæritur. † Vtrum maius sit iurare per Deum, quam per euangelia. Est notandum, quod duo possunt attendi in hmōi iuramentis. vnū est per quod iuratur. s̄m est quis iurat. Si attēditur id, per ꝙ iuratur tunc est conclusio, ꝙ maius sit iurare per Deū, cum Deus sit maius, & cuius gratia est euangelium. vnde magis tenetur iurans per Deū quam per euangelium, & sic loquitur hic Chrysostomus. sed considerando iuramentum ex parte iurantis, videtur conclusio, quod iuramentum quod fit cum maiori deliberatione, & maiori solennitate, magis obligat iurantem, quia ex maiori iudicio procedit. maior autem deliberatio adhibetur per iurantem tactis sacrosanctis euangelijs, & maior solennitas coram iudice & scriptore. Communi vero consuetudine faciliter & sine deliberatione & pro minoribus iuratur per Deum. Et ideo magis punitur periurus iurans per sancta Dei euangelia quam simpliciter per Deū, quanuis de se & simpliciter maius sit iurare per Deum. huius sententiæ est S. Tho. in 2. 2. q. 98. ar. 2. dicens. Est autem grauius peccatum, si quis solenniter iurat per euangelium quam si per Deum communi sermone iuret. Tum pp scādalum, Tum propter maiorem deliberationē quib. equaliter hinc & inde positis grauius est si quis per Deum iurans periuret, quam si periuret iurans per euangelium. Cōcor. Ray. Host. in summis suis, & Inno. in c. & si Christus, eodem ti. Leg. ¶ [Si aliqua causa]. s. iurandi Hu. [modicum videtur]. s. imperitis & stultis sic credentibus [maius aliquid] quasi magis se obligasse [quibus] secunda pars factæ sunt pp Deum, quia est eorū materia. de eo. n. omnes tractant, & loquuntur, & ad eum oēs referuntur. vel quia instinctu eius conditæ sunt 2. Petri. 1. Spū. n. sancto inspirati loquuti sunt sancti hoīes Dei, & eius autoritatē firmati. Hu. Et de hoc satis dictum est. aliquid etiā tangitur in glo.

Quæstio. Respondet

S. Thom.

Raymund.

Exponit literam.

1 *Periurium omne an sit peccatum mortale.*
Quod sic ex suo genere nu. 2.
3 *Iuratio dicitur triplex.*



Abemus. Ad idem sequitur hoc ca. ꝙ est B. Hierony. super Leuit. summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. præmittit verba legis. In 2. ex illis infert admonitionem, quod iuramenta sunt obseruanda, nō solum facta super res sacras sed etiam in communi loquela. secunda ibi, ideo admonē di. ¶ Pro pleniori intellectu huius capituli quæritur. Vtrū
1 omne periurium sit peccatum mortale. Et videtur quod non. primo sic. Sicut contingit aliquem iocose mentiri, sic ēt contingit aliquem falsum iurare. sed mendacium iocosum non est peccatum mortale. ¶ Secundo sic. Sicut cōtingit aliquem impremeditate loqui, ita contingit & impremeditate iurare falsum. sed graue est dicere, ꝙ talis mortaliter peccet, ergo non omne periurium est peccatum mortale. ¶ Tertio sic. Sicut iurare falsum prohibetur præcepto secūdo decalogi. ita iurare sine causa prohibetur. dr̄. n. ibi. Non assumes nomen Dei tui in vanum. sed iurare sine causa non semper est peccatum mortale. ergo nec iurare falsum. ¶ In oppositum est te. præsentis ca. in quo inducitur diuina lex. tunc arguitur ꝙ directe est contra mandatum Dei, & prohibitionis legis diuinæ est peccatum mortale. sed periurium directe est hmōi, ergo videtur ꝙ semper sit peccatum mortale. ¶ Respondeo dicendū sub ista conclu
2 sione † ꝙ periuriū ex suo genere est peccatum mortale. Ista conclusio est S. Tho. in 2. 2. q. 98. ar. 3 quæ probatur sic secūdum eum. Quidquid de sua ratione pertinet ad contemptum Dei, est peccatum mortale. sed periurium de ratione sui importat contemptum Dei. Ex hoc enim habet rationem culpæ, quod ad irreuerentiam Dei pertinet. vnde manifestum

Diuisio.

Primū ar.

Secundū ar.

Tertium ar.

Oppon. in cōtrarium.

Respondet

S. Thom.

Augus. manifestū est, quod periuriū ex suo gñe est peccatū mortale. Confirmatur hoc sic. dicit Augu. in quodam sermone de iuramento. falsa iuratio perniciosa vere periculosa nulla secura sed ꝙ est perniciosum est peccatum mortale. ergo, &c. Est autem iuxta D. Bonauenturam in 3. circa hoc Bonauent. notandum, ꝙ periurium duo dicit. s. iurationem & inordinationem. Est. n. periurium iuramentum inordinatum &
3 indebitum. iuratio aūt triplex est, quædam est deliberata, & solennizata, sicut quando testes iurant super sancta euangelia in præsentia iudicis. Quædā autem est deliberata, sed non solennizata, vt quādo quis in occulto iurat aliquid ex deliberatione intendens illud per diuinæ veritatis testimonium confirmare. Quædam vero est nec deliberata, nec solennizata sicut quando quis iurat in communi sermone non attendens quem inuocat, & ad quid, sed ex quadam consuetudine. Et secūdum hoc periurium potest committi tripliciter, & si cōmittatur iuratione deliberata & solennizata, tunc est conclusio, ꝙ graue peccatum & enorme, ita ꝙ reddit hominem ēt infamem. Si vero committat iuratione nec deliberata, nec solennizata, tunc est conclusio sua, ꝙ non est peccatum mortale, sed veniale. propter hoc ꝙ lingua in lubrico posita est. Si vero cō mittatur iuratione deliberata, sed non solennizata distinguendum est, quia aut deliberat de dicto, & de iuramento vtrum videlicet dictum sit verum & vtrum sit iuramēto, confirmandum, tunc est conclusio, ꝙ si peierat mortaliter peccat. Aut deliberat de dicto tantum, vtrum sit, verū non tamen de iuramento superaddito, & tunc est conclusio ꝙ tunc pōt esse veniale peccatum, valde tamen est cauēdum, quia veniale illud periculosum est, & multum appropinquat ad mortale peccatum. Concordat S. Th. in 3. sic dicens. S. Thomas Quoddam iuramentum est, in quo homo non attendit ad iuramentum, & quasi non percipit se iurare. sed ex lapsu linguę in iuramentum prolabitur. Et quia tūc quasi nesciens iurat, & nesciens non reputatur voluntarius. Et ideo in tali casu videtur quis non voluntariè iurare. vnde si sit falsum hoc de quo iurat siue percipiat esse falsum siue non dummodo non sit mendacium perniciosum non dico ꝙ sit peccatum mortale, sed veniale, valde tamen cauēdum est propter vicinitatem ad mortale. hæc S. Tho. Concordat in 2. 2. dicens, ꝙ si non aduertit non videtur habere intentionem iurandi. Et ideo à crimine periurij excusat. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et rō est, Ad primū argu. secundū S. Tho. quia non est simile de mēdacio, & de periurio, quia iuramentum non est nisi cum magna cautela adhibendum, & propter vtilitatem aliquam. vnde si iocose aliquis periurat, non excusatur, quia non euitat diuinā irreuerentiam. sed quantum ad aliquid magis auget, & iō non excusatur à peccato mortali. ¶ Ad secundam patet re- Ad secundū sponsio ex dictis ꝙ talis impræmeditate loquens, cum nō aduertat se iurare non videtur habere intentionem iurandi, & per consequens nō est dicendus peccare mortaliter. Aliud esset vt dicit S. Th. si aduertat se iurare, & falsum sit, ꝙ iurat. ¶ Ad tertiam rñdetur iuxta S. Tho. ꝙ iurare sine Ad tertium causa non directe opponitur illi præcepto. Non assumes nomen Dei tui in vanum. sed indirecte. directe autem opponit ei iurare falsum quia hoc est ꝙ confirmari non pōt. vnde varia est iuratio, vnde non oportet dicere ꝙ iurare sine causa semper est peccatum mortale. sicut iurare falsū. Exponit literam. Lege. ¶ [Habemus non pollues nomen Dei]. i. non iurabis pro nihilo nomen Dei. i. nec falso, [nec dolosè iurabis aliæ expositiones ponuntur in gl. Exo. 20. sed ista est magis ad propositum literæ huius [in cōi] cum simpliciter iuratur per Deum, sed etiam in communi loquela vr̄ ꝙ periurium in cōi loquela sit minus peccatum, quam cum sit solenniter quod verū est, quo ad ecclesiam, licet forte non semper quo ad Deum, qui nullam differentiā vult esse inter iuramentum & communem loquelam vt infra e. q. 5. iuramenti Hu.

Non est.

Ad idem est hoc c. quod est B. Isidori. Summa est in rubro. Litera patet.

Si peccatum.

Ad idem est hoc c. quod est beati Aug. li. de verbis apostoli Iacobi. Summa est in rubro. Et diuiditur in Diuisio. tres partes. In 1. probat efficacissimo argumento, quod iurare non est peccatū, quia in lege videtur hoc præceptum. In 2. ostendit, ꝙ necessitate tamen & non leui causa iurandum est. In 3. videtur respondere ad illud Mat. 5. quod videtur esse contra videlicet ꝙ amplius est, a malo est. Secunda ibi: Item. Tertia ibi. Et ideo ꝙ. Leg. ¶ [Si peccatum in lege] Leu. 19. non periurabis [iuramēta tua] Deutero. 5. & 23. [præcipitur] est fortissimum argumentum qa Exponit literam. Deus non præcipit peccatum, cum non sit actor peccati, vt dicit Aug. lib. 1. de libero ar. Et Io. 1. dr̄ sine ipso factum est nihil. i. peccatum. s̄m Aug. sed Deus præcipit iuramentum sibi reddi. i. p ipsum iurare, & non per aliud, nec iurā Augu. do nomines creaturas. [item] 2. pars [non iuro]. i. non appeto iurare. tale est illud non mutat sedem, qui non mutat mōtem 7. q. 1. scias Hu. [compulsus]. s. iuro, & exponit qua necessitate cum ait [cum video &c.] Hu. [coram Deo] iuramentum est. Si ergo quis dicat. iuro coram Deo, vel promitto coram Deo ita iurat ac si diceret per Deum Hugu. [Et ideo] tertia pars. supple facio, ꝙ plꝰ est &c. s. iuro, &c. [sed hoc ꝙ amplius est à malo est. Nam iurantis, sed &c.]

Ex præmissis.


§. Est in quo Gratia. Epilogando concludit quomodo iuramentū non est peccatum, patet litera.

Ipsum autem iurare &c.

Hic incipit tertia pars q̄stionis. in qua quæritur vtrum sit peccatum ab aliquo recipere iuramentum. Et respōdet ꝙ non ꝙ ꝓbat per c. seques.

1 *Iuramentum exigere ab aliquo an sit licitum.*

2 *Iuramentum quod sit duplex publicum, & priuatum, & quid dicatur publicum, quid priuatum.*



Quamuis.

Hoc cap. est beati Aug. scribētis ad Publicolam. Summa est in rubro. breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius ca. Quæritur vtrum sit licitum exi- Quæstio Primū ar.
1 gere iuramētum ab aliquo. Et vr̄ quod non. primo sic. super illud Mat. 6. quod amplius ē, à malo est, dicit gl. Nō tuo sed illius, qui coegerit iurare. ergo malum est ab aliquo iuramentum exigere. ¶ Secundo Secūdū ar. sic. Ille qui exigit iuramentum ab aliquo, aut scit eū verū iurare, aut falsum. Si scit eum iuraturum verum pro nihilo ei iuramentum iniungit siue exigit. Et sic videtur peccare. Si autem credit eum falsum iuraturum quantum est de se. inducit eum ad peccandum. ergo videtur quod nullo modo debeat quis ab alio exigere iuramentum. ¶ Tertio Tertiū ar. sic. Qui consentit peccanti mortaliter peccat. ad Ro. 1. sed iudex exigens iuramentum ab eo quem credit falsum iuraturum cōsentit, vt periuret, ergo &c. ¶ In oppositū est c. Opponit & Respondet. præsens, ꝙ est B. Aug. rñdeo dicēdū. iuxta S. Th. & D. Ale. S. Thom. Alexander. quod sicut iurare nō semper est malū, sed qñq; est licitū, qñ pro necessitate aliqua & cum cautela iuratur. Ita etiā iuramentū recipere vel exigere ex causa necessaria, & alijs debitis circunstantiis obseruatis pōt esse sine peccato, Pro quo notandum quod sicut distinguitur iustitia publica, &
2 priuata, ita duplex est iuramentum. s. publicum, quod respicit publicam iustitiam, & priuatum quod respicit priuatam iustitiam, de iuramento priuato loquēdo quod est cum quis exigit iuramentum, pro se ipso propria sponte, tanquam persona priuata tunc est distinguendum vt Aug. dicit in sermone de periuriis quia si nescit illum iuraturum falsum. Et ideo dicit iura mihi vt fides ei sit, tunc est conclusio, quod exigere iuramentum non est peccatum. Est tamen humana tentatio, quia. s. procedit ex quadā infirmitate qua dubitat homo alium verum esse dicturū. Si aūt iuramentum recipiens sciat illum iuraturum esse falsum, & cogit eum iurare tunc est conclusio. Exigere à tali iuramentum est peccatum mortale: vnde dicit Aug. quod talis est homicida. vnde ait ille de suo periurio, se interimit, sed iste manum interficientis impressit. Si autem sit iuramentum publicum id est ratione publicæ iustitiæ, ꝙ aliquis tanquam publica persona exigit, est conclusio, qd̄ exigere sic iuramentum secundum quod ordo iuris exigit ad petitionem alterius non est peccatum, siue ipse illū iuraturum falsum siue verum quia non videtur ille exigere. sed ille ad cuius instātiam exigit. dicit tn̄ magister Alexander de Halis in tertio ꝙ si iudex scit illum iuraturum Ale de Hal falsum debet eum repellere secundum suū posse. Si tn̄ cogatur ordine iudicario. ita ꝙ si non reciperet omittere de his, quæ pertinent ad ordinem iudicariū dico quod tenet recipere, & sine peccato recipit. hæc ille. Concor. D. Bonauentura in tertio dicens quod si est publica persona quan- Bonauent tum est

tum est ex ordine iuris potest & debet exigere. Si priuata est tripliciter potest exigere, aut ad veritatis confirmationem videlicet vt firmior, & stabilior sit ipsa promissio, & veritatis assertio, tūcpōt sine peccato exigere, aut exigit ad veritatis submersionem, vt quando compulit aliquem iurare quem scit iuraturum falsum, & hoc nō potest sine peccato mortali. Aut exigit propter dubitationis suæ remotionem, quia suspicatur ne homo sine iuramēto dicat falsum tunc si suspitio illa sistat in generali tunc talis tenet potius rationem pœnæ quam culpæ. Si vero descendat ad specialε sic est peccatum veniale, cum de proximo suo malam habet susp. tionem. hæc ille. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ad probationem respondetur, ꝙ illud malum de quo dr̄ Matthe. 5. non est malum culpæ, sed malum pœnæ, ꝙ est ignorantia illius qui iuramentum recipit ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam duplici ratione. primo quia obiectio procedit non vniuersaliter de omni exigente iuramentū ab alio, sed de eo qui vt priuata pro se exigit iuramentum. ¶ Præterea ratio non procedit quia non semper recipiens iuramentum scit eū iurare verū vel falsum, sed quādoque dubitat de facto, & credit eum verum iuraturum, & tunc ad maiorem certitudinem exigit iuramentum & sic non est peccatum. ¶ Ad tertiam respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est quia vt dictum est in illo casu iudex exigens iuramentum ad partis petitionem & secundum quod ordo iuris exigit non consentit peccanti etiam si probabilem credat ipsum periuraturum, quia hæc exactio non est iudicis sed partis ad cuius instantiam exigit & legis præcipientis. Le. ¶ [Quā uis] dictum à Iacobo in epistola sua c. 5. & à domino in euāgelio Matth. 5. in scripturis sanctis. i. veteris & noui testamenti Hug.

Ad primū arg. — Ad secūdū. — Ad tertiū. — Exponit literam.

Sed quæritur. §. est hic secundum Io. de incipit 4. pars quæstionis in qua quæritur an sit credendum fidei eius, qui per demonia siue per falsos Deos iurat. Et probat quod sic ad bonum, & hoc probat per c. sequens.

4 *In iuramento facto per idolum duo considerantur.*
6 *Iurare per creaturam mendaciter an sit grauius, quam verum per Deum.*

MOuet. Ad hoc inducit hoc c. quod est beati August. ad Publicolam. Sūma est in rubro. Et diuiditur in tres partes. secundū tres quæstiones quas mouet. prima est vtrum iurans per falsos Deos, & non obseruās in duobus peccet. Et respondet ꝙ sic, in secunda q̄rit, an sit vtendum fide eius, qui per falsos Deos iurat. Et respondetur ꝙ sic duntaxat ad bonum, & non ad malum. In tertia quærit an peccet, qui facit aliquem iurare per falsos deos. Et respondet ꝙ non in casu. Secūda ibi, ac ꝑ hoc, tertia ibi. Alia quæstio est pro pleniori intelligentia harum quæstionum prosequamur in forma consueta. Quæruntur autem hic quatuor.

1 Primo vtrum iurans per falsos deos, & mentiens, peccet, in duobus.
2 ¶ Secundum est vtrum liceat vti fide eius, qui iurat per falsos deos.
3 ¶ Tertio vtrum peccet qui exigit aliquem iurare per falsos deos.
5 ¶ Quarto vtrum sit maius peccatum dicere falsum iurādo per verum deum: quam iurando verum per falsos deos.

1 **Ad primum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ iurās per falsos deos & metiens, vel non obseruans, non dicatur peccare bis, sicut dr̄ in litera, sed solum semel, quia. s. per falsos deos iurauit & per hoc ꝙ iuramentum factū per falsos deos non obligat, nec peccat non seruādo illud, & sic nō peccat bis, sed semel tātū: consequētia patet, assumptum probatur. Sicut iuramentum est testificatio promissionis, ita & votum. Sed votū idolatriæ non obligat, ergo nec iuramentum factum per idolum obligabit. consequētia patet. & minor etiam. ¶ In oppositum est litera præsentis ca. Respondeo dicendum ꝙ Aug. dicit, ꝙ iuramentum factum per idolum siue falsos deos obligat. Et ideo dr̄. Et bene, ꝙ peccat iurans non obseruando illud. Ad argumentum factum in oppositum respondetur negando assumptum. Et ad probationem respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Alexan. de Halis in tertio, quia non est simile de voto, & iuramento licet in vtraq; obliget veritas, tamen differēter, quia debitum veritatis seruandæ deo obligat in voto, debitum autem seruandæ veritatis deo & proximo obligat in iuramento, votum. n. soli deo fit. vnde qui vouet soli deo promittit, & nō hoī, & soli deo obligatur. Qui autem iurat, promittit ꝓximo per ipsam veritatem primam, quæ deus est, per quā firmat suam promissionem, & cui ipsi veritati debeat reuerentiam, & honorem obligatur ipsi ad reddendum id, ꝓꝑ ꝙ ipsam adducit in testimonium. alioqui ipsam contemneret. Sic ergo in voto non est nisi vna ratio obligandi, qa ergo nullum est debitum hoīs idolo, ideo, ideo non est obligatio in voto facto idolo, quia autem in iuramēto est duplex ratio obligandi, vna eo quod adducit veritatem in testimonium suæ affectionis, & hoc obligatur deo. Alia eo ꝙ promitit proximo cui debet veritatem seruare. Et si delitatem dicimus, quod in iuramento facto per idolum non est prima ratio obligandi. s. debitū veritatis idolo sed solum secunda. s. debitum veritatis proximo, quia idolo, cū nihil sit, nihil debet homo sed proximo debet seruare veritatem, non ergo propter idolum obligatur, sed propter proximum, cui debet seruare fidem, quia se intendit obligare illi, sicut ille qui iurat per deum verū. Et hoc de hac quæstione.

Primū ar. — Oppon. in Respondet

2 **Ad secundam** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ nō liceat vti fide eius, qui iurat ꝑ falsos deos sic, idolū nihil est in mundo, sed fides ab ab idolo nulla est, sed ꝙ nihil habeat fidei, non pōt præbere confirmationem sermoni. ergo vr̄, ꝙ nullus debeat vti fide ꝑ idolum iurantis. ¶ Secundo sic, infidelis non habet fidem sed errorem. ergo non est licitum vt fide eius. ¶ In oppositum est litera præsentis c. vbi Aug. expresse ponit, ꝙ licite vti possumus fide iurantis per deos falsos ad bonum commune. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vti fide iurantis, verum ꝑ falsos deos non est peccatum habito respectu ad assertionem veri vel promissionem alicuius, quod redundat in bonum publicum. licet non respectu ad illud, per quod iurat siue ad formam iuramenti. probatur ista conclusio sic. Licitum est cum infidelibus mercari, & treugas inire. sed fides mercationis, & federis confirmati habet per mutuū iuramentum. ergo licitum est vti fide ad bonum, & nō ad malum illius infidelis, qui per deos falsos iurat veritatem. ¶ Secundo sic. iurans per falsos deos tenetur fidem seruare vt hic dicit Aug. ergo fidelis credens iurāti per falsos deos non peccat si veritatem dicit, ꝙ est possibile. ¶ Hoc habito dicendum est ad rōnes in oppositum. Ad primā respondetur ꝙ licet idolū nihil sit sm̄ veritatem, tn̄ idolatria estimat aliquid esse & ex ipsa æstimatione, & errore fortius adhæret idolatra ipsi veritati, quam multi christiani ex fide adhereant sicut videmus in hæreticis, & ex illa forti adherentia & erronea conscientia eum per idola iurant verba sua confirmant. ¶ Ad scdam respondetur in litera, ꝙ fides non capit hic pro fide theologica, quæ in baptismo infunditur quæ fidelibus est propria, sed pro promissione & veritate placitorum, atq; pactuū humanorum, quæ tam fidelib. quam infidelibus potest esse communis, hæc tamē quæstio clarior fiet ex responsione ad sequentem qōnem.

Primū ar. — contrariū. Respondet — Ad primū arg. — Ad scdm ar

3 **Ad tertiam** Sic proceditur † Et videtur ꝙ peccet qui recipit ab aliquo iuramentum ꝑ falsos Deos, primo sic, dicit apostolus, ad ro. 1. Non solum qui talia agunt digni sunt morte, sed etiam qui consentiūt facientibus. Ex quo verbo colligitur, ꝙ qui consentit peccanti mortaliter peccat. Cum ergo recipiens iuramētum ab idolatris consentiat in illo iuramento, in quo idolatra peccat mortaliter. ergo & ipse peccat mortaliter. ¶ Secundo sic, dicit Augu. ꝙ qui petit iuramentum ab eo, quem scit iuraturum falsum, animam illius occidit. Cum ergo homo sciat idolatram male & damnabiliter iurare, qui ab eo iuramentum petit, eadem ratione animam eius occidit, sed hoc nō licet, ergo nec ab idolatra iuramentū recipere. ¶ Tertio sic, magis debet homo diligere animam proximi, quam aliquam vtilitatem temporalem. Cum ergo idolatra iuret contra salutem animæ suæ, videtur quod ordinem charitatis peruertat, qui eius iuramentum recipit pro aliquo commodo temporali, sed non licet ordinē charitatis peruertere: ergo non licet ab idolatris iurantibus ꝑ idola

Tertiū ar.

Opponit & Respondet. idola iuramenta recipere. ¶ In oppositum est litera pſens. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ in aliquo casu licitum est recipere iuramētum ab idolatris siue à iurātibus per falsos Deos, patet conclusio ex dicto Aug. in pſenti ca. quam ipse duobus exemplis sacræ scripturæ probat. primum est Gene. 31. vbi Iacob accepit iuramentum à Laban, qui tamen iurauit ei per falsos Deos. secundum habetur 2. Machabeorum 8. vbi legitur Iudas petijt iuramentum à romanis, quia petijt ab eis fœdus & tamen sciebat, ꝙ iurarent per Deos falsos, qui tamen Iacob & Iudas non reprehenduntur de hoc in scriptura sancta. ergo licet eos, in hoc imitari. ¶ Pro intellectu pleniori notandum iux. D.

Bonauent. 4 Bonauenturam. in 3. sententiarum † quod in iuramento facto per Idolum est duo considerare, videlicet ipsius idoli venerationē, & exterioris verbi confirmationem, habendo respectum ad primum nulli licet iuramentū ab idolatra recipere, nec exigere, nec facere, quia idoli veneratio est omnimode detestāda. Si vero habeatur respectus ad secundum sic licitum est ab eis recipere iuramentum, maxime pro vtilitate cōi, sicut recepit Iacob pro bono suæ posteritatis, & Iudas pro pace gentis suæ, & sicut christiani recipiunt à saracenis pro pace, & vtilitate communitatis. vnde quamuis sit illicitum iurare per idolum, quia forma illa prohibita est, tamen vbi necessitas, vel communis vtilitas hoc requirit licitum est recipere iuramētum. tale dicit

S. Thomas tamen S. Tho. in 2. 2. q. 98. ar. 4 ꝙ licet vti malo propter bonum sicut & Deus vtitur non tamen licet aliquem ad malū inducere, vnde licet eius qui paratus est per falsos Deos iurare iuramentum recipere, non tamen licet eum inducere ad hoc quod per falsos Deos iuret. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est.

Ad primū argu. Ad primā respondetur iuxta S. Th. & Dom. Bonauenturam ꝙ in iuramento duo sunt vt dictum est, ipsa veneratio idoli, & in hoc est peccatum idolatriæ, & quantum ad hoc qui recepit iuramentum nō cōsentit iuranti, imo detestatur. ſm est veritatis cōfirmatio, vt firmum sit verbū, & solidū pactum, & q̄tum ad hoc nō est ibi peccatum, & quantum ad hoc consentire illi potest

Ad secūdū sine peccato. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et rō est, quia vt dicit dominus Bonauentura, non est simile, quia quando exigitur iuramentum ab eo, quem sciet iuraturum falsum est in veritatis subuersionē, & per consequens non potest fieri bona intentione, sed iuramentum ab idolatra factum per idola facit ad veritatis confirmationem, quia frequenter idolatræ, & infideles ita bene reputant se obligatores per iuramenta sua illi

Ad tertiū. cita sicut christiani per licita & concessa. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta magistrum Alexādrum de Halis & d. Bo

A. de Hal. nauenturam ꝙ assumptum est uerum de vtilitate priuata, sed non oportet intelligi de vtilitate communi, vt pro pace communi, & huiusmodi, nec facit contra ordinem charitatis, quia bonum publicū præponendum est bono priuato, respondetur etiam secūdo ꝙ receptio illius iuramenti non facit per se salutis detrimentum illi idolatræ qui iurat, quoniam ipse alias corde veneratur idolum. vnde nihil hic agitur contra veritatem.

5 Ad quartam Quæstionem qua quæritur, † vtrū maius malum sit per Deos falsos

Primū ar. iurare veraciter, quam per Deum fallaciter siue falsum sic proceditur. Et videtur ꝙ maius malum sit iurare verum p falsos Deos, quam falsum per verum Deum, sic peccatum idolatriæ est maius, quam periurium, sed qui iurat per falsos Deos siue verum siue falsum, ꝙ iurat committit idolatriam, quia idolum veneratur per ipsum iurādo, ergo qui

Opponit & Respondet. iurat verum per falsos Deos magis peccat, quam qui iurat falsum per Deum verum. ¶ In oppositum est tex. Aug. in

Alexander. præsenti c. ¶ Respondeo dicendum iuxta Alex. & Bona.

Bonauent. quod in iuramēto illo quo quis iurat per falsos Deos duo sunt, videlicet illud quod asseritur, & illud per quod asseritur, respiciēdo igitur ad illud quo iuratur siue asseritur sic est conclusio, ꝙ minus malum est iurare verum per falsos Deos, quā falsum per Deum verum. Et sic loquitur Augu. quia ex illa parte asseritur verum, & ex alia parte falsum. Respiciendo autem ad illud per quod iuratur sic est conclusio, quod maius malum est iurare verū per falsos deos, quam falsum per vtrum deum. Et ita procedit rō facta in

Exponit literam. principio. Lege tex. ¶ [Mouet verum eius fide vtendum sit]. i. an sit ei credendum & eius iuramentum recipiendum Hu. antequam respondeat ad hāc quæstionem introducit aliam, quam primam disputauimus [bis]. i. in duobus, quia & deū offendit sic iurādo, & proximum decipit nō obseruādo Hu. [illud aūt nemo &c.] quia fidē seruauit, quia fides quocunque mō promittat̄ seruanda est, vt. ff. de iureiu. l. non erit. §. diuus. Ex ista qōne sic declarata descēdit ad priorē dicens. [ac per hoc qui vtitur fide illius &c.] 2. pars [non peccato illius se associat] quod est, cum iurat p falsos deos, sed associat illi in ea parte, in qua non peccat. s. in assertione veri. Et hoc est quod dr̄ [bono pacto] quo fidem seruauit [neque] hic rn̄det tacitæ quæstioni. s. cum infideles & pagani fidem non habeant. qō dr̄ eos fidem posse seruare. respondet ꝙ non loquitur de fide quæ in solis fidelibus est, sed de fide, quæ dr̄ promissio, siue pactum, aut constantia pactorum humanorum. [verum sine illa] descēdit ad quartam quæstionem, & ꝙ intelligat hoc esse verū ex parte eiusdem, cui iuratur, sicut dictum est in quæstione, non ex parte eius per quod iuratur est conclusio. quia maius peccatum est iurare verum per falsos deos, quam falsum per verum deū. Et ad hoc refertur verbum Augu. cum ait. [Quanto. n. per quod iuratur magis sanctum est & cætera.] hic tamen magis vt dicit gl. non ponitur compa-

Hugutio. ratiue, sed abnegatiue, qm̄ falsi dij non sunt sancti [magis pœnale] maiori pœna dignum Hu. Quanto. n vna res sanctior & melior & maior est, quam alia, tāto maius est peccatū offendere istam, quam illam in eodem genere offensæ. vt 16. q. 4. sicut qui Hu. [alia q. est] tertia pars [cui quæstioni]. i. cuius qōnis solutioni. s. ꝙ non peccet Hu. [testimonium.] Non. n. videtur verisimile, ꝙ viri sancti. s. Iacob & Isaac ab illis iuramētum per suos Deos recepissent, vel illos iurare fecissent, si in hoc peccarent, imo hoc ipso, ꝙ ab eis factum est præsumitur esse licitum, vt 7. q. 1. omnes & 45. d. qui syncera Hu. [Labam] de hoc Gene. 31. [Abimelech] sicut Labam per deū Sotoch. Gen. 33. [sicut etiam] itē inducit adhuc hoc exemplum ad ostendendum, ꝙ christianus nō peccet, si paganos facit sibi iurare per deos suos [in libro Machabeorum]. j. Machabeorum 8. [per creaturas] sicut diximus supra circa cap. clericū, iurare per creaturas, vt creaturis deferatur reuerentia diuinam credēdo in ea aliquid numinis esse, nō est licitum quia sic sapit idolatriæ scelus, & sic prohibet̄ iurare per creaturas. Mat. 5. & Iaco. 5. sed iurare p creaturas in q̄tū in eis relucet vestigiū primæ veritatis & per quas intenditur in eis, vt in effectibus dei veritas & diuina reuerentia sit non est malū, imo bonū per creaturas iurare, & sic leguntur, sancti viri iurasse, vt Iacob per salutem patris sui, Gene. 31. vt Ioseph per salutē Pharaonis, tanquam per illū, in quo rōne regiæ dignitatis diuinus honor, vt in dei imagine repræsentat̄. vnde Prouer. 8. dr̄, per me reges regnant. [vnde apostolus]. s. ad ro. 8. Christus hoc dr̄ Pilato Io. 19. [deus aūt &c.] ponit̄ duplex rō, quare dominus prohibuit iurare per creaturas vna est ne in eis crederetur numen diuinitatis esse, eisque diuina reuerentia exhiberetur, & sic Idolatrię crimen incurreretur Alia ratio est, ne creaturas contemptibiles iudicando iurans per eas paruipenderet periuriū, & transgressionem iuramenti. [Sed quærit̄ qd grauius sit]. ¶ Hic

Quæstio. 6 surgit 5. q. † vtrū grauius sit mendaciter iurare per creaturam q̄ per deū verū. Et arguit primo, ꝙ sic sicut arguit̄ in

Primū ar. litera iurando falsum per creaturas est duplex pc̄m. primū, qa iurat per creaturam contra phibitionem. ſm est, qa iurat falsum, iurando aūt falsum p deū est vnū peccatū tantū. ergo grauius peccat iurans falsum per creaturam, q̄

Secūdū ar. per deū verū. ¶ Scd̄o sic ille, q iurat per creaturam non iurat creaturam solam, sed etiam per eius actorem. s. Deū, sed maior contemptus est contemnere creatorem, & creaturā, simul quā contēnere creatorē solū. Cū ergo oīs periurans contemnat illū p quē iurat, maius est periuriū, cū qs

Tertiū ar. falsum iurat per creaturā, quā iurans per creatorē. ¶ Tertio sic. Quāto solēnius est iuramentū, tanto transgrediēs est infamior, & tanto obligatio maior. sed ad maiorē solennitatē addit iuramentū per creaturas. s. per reliqas & euange-

Oppon. in cōtrarium. lia. ergo &c. ¶ In oppositū arguit̄, sic ar. Aug. in litera. Quanto sanctius est per ꝙ iurat̄, tanto periuriū est magis pœnale, sed magis imo in infinitū est sanctior deus quam creatura, ergo grauius periurium cum quis falsum iurat per

Respondet. deum, quam per creaturas. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ simpliciter grauius est iurare falsum per deum, quam per creaturas, ista conclusio est Augustini in litera, & Chry. ratione iam dicta, quia quanto sanctius est per ꝙ iuratur tanto

Ad primũ arg. tanto iuramentũ est magis obligatorium,& hoc dicimus cæteris paribus,vbi solennitas obseruatur.¶Ad rationes in oppositum respondetur,ad primam,ꝙ non est verum assumptum quolibet iurante per creaturas,sed de illo qui in illo iuramento creaturam intendit venerari tanquam habentem aliquid diuinum in se,& qui etiam cum hoc proximum dolo capit.¶Ad secundam respondetur negando consequentiam.Et ratio est secundum Dom. Bonauenturam,ꝙ creatura cõparatione creatoris nihil est,vnde quasi nihil addit super diuinam excellentiã,& per hoc nec cõtemptus eius super contemptum Dei præterea non à Deo cõtemnitur Deus in creatura sicut contemnitur in seipso. ¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam.Et rõ est,quia licet iuramentum per Deum,& per crucem,& reliquias sanctorum,& euangelia maiu sit,quam iurare per solum Deum.Quanto.n.plus crescunt solennitates , tanto maius est iuramentum,vnde dicit Ray.quicunque iurat p Deum & euãgelia magis obligatur,& adhuc magis ,q istis coniungit sanctorum reliquias.Et ita crescentibus solennitatibus crescit obligatio.Non tamen propter hoc sequitur ꝙ maius sit iuramentum per creaturam in se,quam p creatorem,imo econuerso. No.S.Tho.supra in c.si aliqua cã.

Ad scd̃m ar

Periurij. §.Est,in quo incipit quinta pars quæstionis secundum Io.de. in qua ostendit,quæ pœna siue penitentia iniungenda sit periuro.Et dicit Gratianus,quod grauissima pœna debeat puniri quam si quis timens propter hoc ad confessionem noluerit venire, debebit excommunicari.

1 *Periurium an sit grauius peccatum quam homicidium,*
2 *Periurium pęna consensit.*

Diuisio. PRædicandum. Ad hoc inducit magister hoc c.quod ẽ Eutitiani papæ.Sũma est in rubro.Et diuiditur in tres pates.In j.præcepit abstinere a periurio assignando causam huius.In 2.narrat excessum, quorundam paruipendentium periurium.In 3.punit tales sententia excommunicationis.secunda ibi,audiuimus.tertia ibi.Si quis vero.Lege.¶[Prædicandum fideles caueãt] cauendum.n.est periurium summopere,cum graue peccatum sit,& graui pæna merito puniendum , vtpote in quo Deus cõtemnitur irreuerenter,qui est super omnia honorandus.Deut.6.Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies.s.seruitute,& cultu latriæ,vt inducit saluator.Ma.4.[& prohibitum] Alia rõ.[in lege.]Deut.30.Si quis se cõstrinxerit iuramento non faciet irritum verbum suũ . Sed omne quod promisit implebit.& Leuit.19. Non periurabis in nomine meo.Et Deut.5.Non vsurpabis nomẽ Dei tui frustra &c.[in prophetis]psal.23.Non iurabis dolo proximo tuo,& Eze.16.Et faciam tibi sicut despexisti iuramẽtum vt irritum faceres pactum.[Et in euangelio.] Matt.5. Non periurabis,reddes domino Deo vota tua .[Audiuimus]secunda pars.[quosdam]. s.presbyteros Hu. [talem] quo ad numerum annorum hoc intellige,nõ quo ad asperitatem pniæ.Nam regulariter pro quolibet peccato mortali septennis est pœnitentia nisi dignitas delinquentis aut enormitas criminis aliud persuadeat 33.q.2.hoc ipsum,& 32.d.presbyter Hu.& gl.non quo ad asperitatem pœnitentiæ dico ꝙ magis aspera ponenda est pro homicidio.¶Ratione huius.Quæritur,†vtrum periurium sit grauius peccatum quam homicidiũ.Et arguitur quod ex præsenti gl. quæ dicit,ꝙ durior pnĩa imponitur pro homicidio,quam pro periurio,arguitur sic,pœna proportionatur culpæ sed grauius punitur homicidium,quam periurium,vt hic gl. & Hu.dicũt, ergo grauius peccatum est.¶Item secũdo sic, illud peccatum est grauius quod opponitur maiori bono sed homicidium est grauius quam periurium, opponitur .n.homicidium dilectioni debitæ proximo,periurium autem latriæ quæ est minor charitate,ergo homicidium est grauius peccatum quam periuriũ.¶In oppositum sic:grauius est peccatum ꝙ est contra præcepta primæ tabulæ , q̃ contra præcepta secundæ tabulæ.Sed periurium est cõtra præceptum primæ tabulæ,ꝙ est,non assumes nomen Dei in uanum.Homicidium ꝫ pręceptum secundæ tabulę,non occides,ergo grauius est peccatum periurium,quam homicidium.Rñdeo hic sunt duo modi dicendi,vnus est eorum qui dicunt grauius esse homicidium, cuius rõnes iã

Exponit literam.

Quæstio 1 primũ ar.

Secũdũ ar.

Oppon. in contrariu.

Respondet

S. Thom. tractæ sunt.Alius modus dicendi est S.Tho. in quolibeto primo,ꝙ periurium sit grauius peccatum,quam homicidium.Et hanc opinionem nos sequentes probamus illam conclusionem sic,grauius peccatum est contra Deum , q̃ contra hominem,sed peccatum periurij est peccatum in Deum,homicidium in hominem,ergo grauius est periurium,quam homicidium.¶Secundo sic iuxta S.Tho.dicitur ad Hæbr.6.ꝙ homines per maiores suos iurant, & oĩs controuersiæ eorum finis est iuramentum,frustra autem in causa homicidij controuersiæ finis esset iuramentum,si homicidium esset grauius,quam periurium , præsumeret .n.ꝙ qui maiorẽ culpam homicidij commisisset,non vereretur minorem periurij incurrere.vnde ex hoc ipso quod in causa cuiuslibet peccati defertur iuramẽtum manifeste ostenditur , ꝙ periurium pro maximo peccato debet haberi,nec immerito periurare nomen Dei videtur quædã diuini nominis abnegatio.vnde secũdum locum post idolatriam peccatum periurij tenet,vt ex ordine diuinorum præceptorum apparet,sed & apud gentiles iuramentum honoratissimum erat vt dicitur 1.Metaphysices.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primam de gl.respondetur negando cõsequẽtiam.Et ratio est, quoniam vt dicit S.Tho.quia in iudicio humano non semper quantitas pœnæ respondet quantitati culpæ : interdum.n. infligitur maior pœna pro minori culpa,quando grauius nocumẽtum imminet hominibus ex minori culpa,sed secundum rei iudicium grauior culpa grauiori pœna punitur.vnde vt ostẽdatur grauitas idolatriæ & periurij postquam in primo præcepto dixerat.Non adorabis ea nec colles, subditur.Exo.21.Ego sum Deus tuus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios.Et postquam dixerat.Non assumes nomẽ Dei in vanum,subditur,nec.n.habebit insontem dominus eum qui assumpsit nomẽ domini sui frustra .¶Ad secundam respondetur negando minorem,dicimus .n.quod periurium opponitur dilectioni Dei cum sit quędam diuini nominis abnegatio.vnde maior rõ culpæ inuenitur in periurio,quod mittitur directe contra Deum , q̃ in homicidio quod committitur contra proximum.vnde planum est,quod periurjum magis cõtrariatur charitati,q̃ homicidium simpliciter loquendo.Constat.n.quod charitas primo habenda est ad Deum,quam ad proximum.[Si quis.]tertia pars.[an ecclesia].i.ecclesiæ introitu & sacramentorũ participatione.hic not. †quod pęna periurij secũdum canones est,primo est pœna,quod debet ei iniungi, pœnitentia septennis sicut pro cæteris peccatis mortalib. inspectis tamen circunstantijs magis vel minus aspera pœnitentia est imponenda Concor.Ray.Ho.2.ꝙ si renuit facere pœnitentiam est excommunicandus & in nullius domo est recipiendus.vt hic.3.ꝙ periuri sunt infames.6.q.1. infames,& c.quicunque,& infra e.q.5.si quis conuictus 4. ꝙ amplius ad testationem nõ debet admitti,vt in d.c.quicunque,non obstante ꝙ egerit pœnitentiam extra de test. testimonium.§.1. Ex quo.n.semel probatum est, contra ipsum periurium in modum exẽptionis repellitur in alio iudicio,& hoc est spãle,in periurio,quia nimis frequentatur hoc crimen.Et quia ipsum iuramentum est de substantia testimonij.extra de testi.sicut nobis.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

2

Respondet Hugu.

¶ Quæstio secunda.

1 *Periurium an dicatur falsum iurare.*
2 *Periurium dicitur quatuor modis.*



Diuiso. Vod nobis. §.est.Hic proponitur 1.q.qua q̃ritur. vtrũ, iurans falsum ,credens iurare verum sit periurus.Et diuiditur hæc q.in 5.partes, s̃m Ioã. de in quarum prima probat per 5.capitula,ꝙ non est periurus. Et procedit hoc ordine.primo probat quod est periurus:postea ꝙ nõ,& ponit solutionẽ. ¶Pro pleniori notitia huius partis.Quæritur,†vtrũ sit verum ꝙ Gratian. hic dicit ꝙ periuriũ sit falsum iurare.Et videtur ꝙ nõ.primo sic. Quemadmodũ dicetur in c.aĩaduertendum.ex autoritate Hierony.iuramentum quod tres comites non habet.s.veritatem,iudicium,& iustitiam,est periurium sed defectus iustitiæ,& iudicij non facit mendacium,sed defectus veritatis,ergo non omne periuriũ habet falsitatẽ siue mendacium

Quæstio Primũ ar.

Secūdū ar. mendacium adiūctū. ¶ Scd̄o sic, periurium nihil aliud est, quā peruersum iuramentum, sed iuramentū peruertit nō tm̄ mendacio, sed et per falsam formā iurandi, sicut qui iurat per Idola. ergo periurium pōt esse sine falsitate, siue mēdacio. ¶ Tertio sic, falsum iurans ꝙ credit esse verum per
Tertiū ar. iurus est, vt dicit Aug. infra e. c. hoīes, sed talis non dicit falsum nec mentitur. ergo falsitas ad periurium non requiritur. ¶ In oppositum est tex. præsentis. §. 2. est diffinitio, quā magister sententiarū dat de periurio in 3. d. 39. Cui Cōcordat Ray. quæ est, ꝙ periurium sit mendacium iuramento firmatum. Rñdeo dicendū, ꝙ falsitas est de rōne periurij. ista conclusio probatur, sic primo iuramentum est ad confirmationē veritatis, sed mendacium veritati opponitur: ergo periurium quod est peruersitas iuramenti est mēdacium iuramento firmatum. ¶ Secundo sic, conclusio per S. Th. declaratur, actus morales ex fine spēm sortiuntur finis aūt iuramenti est confirmatio dicti humani, cui quidem confirmationi falsitas opponitur, per hoc. n. confirmatur aliquod dictum, ꝙ ostenditur esse verum, quod quidem non pōt cōtingere de eo ꝙ est falsum, vnde falsitas directe euacuat finē iuramēti. Et pp hoc à falsitate præcipue specificatur peruersitas iuramenti quę periurium dr̄. Et iō falsitas est de rōne periurij. Est autē hic notandum, qd̄ tan
2 git Hu. glo. in hoc loco† periurium dicitur quatuor modis, vno modo falsa iuratio ignoranter facta. secundo falsa iuratio scienter facta. i. mendacium iuramento confirmatum. tertio modo dicit̄ periurium iuramentum indiscretum. quarto periurium dr̄ transgressio iuramenti primum vt dicit Hu. & gl. non est peccatum, vt infra e. q. beatus. nisi cum temere, & indiscrete iuratur, vt infra e. homines, s̄m autem semper est peccatum, & mortale vt infra e. q. hoīes. tertium semper est peccatum, licet non semper peccatum mortale, vt pōt colligi. ex prænominatis capitulis duobus, & infra e. q. 4. qui sacramento, quartum quādoque est peccatum quandoq; nullum sicut videbitur in quarta quæst. Qui ergo iurat falsum siue ignoranter, siue scienter, periurat, & periurus dicit̄, sed non semper peccat. Nam si ignoranter non peccat nisi temere, vel indiscrete iuret. Si scienter & periurat, & peccat mortaliter. tertium dicitur periurium. i. peruersum iuramentum, non quia semper ita sit, sed vt frequentius. quartum dr̄ periurium. i. peremptio vel perditio iuramenti, tunc. n. videtur perimi iuramentū & deleri, cum contra ipsum fit & non obseruatur. ¶ His habitis dicendum est ad rōnes. Ad primam respōdetur ad minorem, quod defectus iustitiæ & iudicij cōtinet aliquo modo falsitatem, Nā vt dicit S. Th. Quicunq; iurat illicitū ex hoc ipso falsitatē incurrit, quia obligatus est ad hoc, ꝙ ꝯtrium faciat, & sic remanet quodammodo obligatus ad mentiendum. Cæterum idem est quando deest iudicium, quia cum indiscrete iurat ex hoc ipso periculose committit falsitatem incurrendi. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et rō est, quia nō oīs peruersitas iuramenti facit periurium, sed illa quæ tollit iuramenti finem falsum iurando ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem, pro quo notandum iuxta S. Th. quod actus morales procedunt à voluntate cuius obiectum est bonū apprehensum. Et ideo si falsum apprehendatur vt verū, erit quidem relatum ad uoluntatem materialiter quidem falsum, formaliter autem verū. Si autem id quod est falsum, apprehendatur vt falsum erit falsum materialiter & formaliter. Si aūt id quod est, verum apprehendatur vt falsus erit verum materialiter, falsum formaliter. Et ideo in quolibet istorum casuum saluatur aliqua rō periurij propter aliquem falsitatis modum. Sed quia in vno quoque potius est id, quod est formale, quā id quod est materiale non est periurus, qui falsum iurat, quod putat esse verum, dicit Augu. ibi interest quemadmodum verbum procedat ex animo, quia ream linguam non facit nisi ruens rea.

Oppon. in contrariū. Respondet. Hugu. Ad primū. S. Thomas. Ad secūm ar. Ad tertiū. S. Thom.

Iurans contra id quod in mente retinet, dicitur periurus.

1



N dolo. Inducit magister ad probādum partē quæstionis affirmatiuam hoc c. quod est Aug. supra psal. 23. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in prima
1 dicit, † ꝙ iurans contra id quod mente retinet periurus est. In secunda assignat rōnem. 2. ibi, cum periurium. Lege tex. ¶ [In dolo]. i. cum dolo Hu. [facturus.] Iste est periurus, quia scienter iurat contrariū eius qd̄ in mente gerit, & facturus est, vt vult decipere credētes suo iuramento, & sic iurat in dolo proximo suo [cū periurium]. 2. pars. i. [illicitum] iuramentum [nequiter]. i. dolose Hu. i. habet intentionem decipiendi credentes, ꝑ suum iuramentum Hu.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Iuramenti tres comites an conuenienter ponantur.*
2 *Veritas rei quid dicatur, quid veritas conscientiæ.*



Nimaduertendum. Hoc c. scribit Hiero. super Hier. 4. c. Sūma est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. dicit, ꝙ iuramentum debeat habere tres comites, s. veritatem, iustitiam & iudicium. in secūda ꝙ si aliqd̄ defuerit periurium erit illicita iuratio. 2. ibi, si ista. ¶ Pro ple
1 niori intelligentia huius cap. quæritur, † vtrum conueniēter ponantur isti tres comites iuramenti. Et videtur ꝙ non conuenienter assignentur illi tres comites. primo sic. Ea. n. quorum vnum includitur in alio, non sunt cōnumeranda quasi diuersa, sed veritas est pars iustitiæ secundum Tullium, iudicium autem est actus iustitiæ. ergo inconuenienter numerantur tres comites iuramenti. ¶ Secundo sic: plura alia requiruntur ad iuramentū, deuotio, fides, ꝑ quam credamus Deum oīa scire, & mentiri non posse. Itē debita forma iurādi, & debitum tempus statutū, vt. s. ieiuni ad iuramentum accedant, & alia multa hmōi. ergo videtur ꝙ insufficienter ponantur comites iuramēti. ¶ Tertio sic, in oībus factis requirūtur ista tria, quia nihil debet fieri contra iustitiam & veritatem, & sine iudicio, ergo non magis debent poni isti comites iuramenti quam aliorum operum nostrorum. ¶ In oppositum est capitulum præsens. Respondeo dicendum sub ista conclusione quod conuenientissime sunt assignati prædicti comites iuramenti. Et ratio huius est iuxta S. Thomam. & Dominum Bonauenturam quia iuramentum non est bonum, vt supra diximus, nisi ei, qui bene vtitur eo. Ad bonum aūt vsum iuramenti requiruntur tria, vnum ex parte iurantis. s. non leuiter, sed ex necessaria causa & discrete iuret, alias non adhibetur debita cautela, & sic requiritur iudicium discretionis ex parte iurantis. ¶ Secundo requirit̄ ex parte eius, ꝙ per iuramentum confirmatur, quod est veritas per qua dictum rei adęquetur, alias dictum non est conformatione dignū. ¶ Tertio requiritur ēt ex parte eius, ꝙ iurat, quod sit licitum & ad hoc ponitur iustitia, per q̄ cōfirmat ꝙ licitū est, iudicio aūt caret iuramētū incautū veritate iuramētū mendax, iustitia aūt iuramentum iniquum siue illicitū. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ rō non procedit, quia vt dicit S. Tho. iudiciū hic non sumit̄ pro executione iustitiæ, sed ꝑ iudicio discretionis. Nec veritas accipitur hic prout est ps iustitiæ, sed s̄m quod est quędam conditio locutionis siue s̄m ꝙ est adæquatio vocis ad rem. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ rō non procedit. Et rō est secundum S. Tho. quia iudicio discretionis includuntur omnia, quæ ex parte iurātis exiguntur, s. deuotio, fides forma tempus, & euentus, & hmōi. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ ratio non militat, quia pp periculum quod in iuramento imminet, plusquam in alijs actibus nostris. Tum propter Dei magnitudinem cuius testimonium inuocatur. Tum etiam propter labilitatem linguæ humanæ, cuius verba iuramento confirmantur magis requiruntur ad iuramentum huiusmodi comites, quam ad alios humanos actus. Le. ¶ [Aīaduertēdum hos habet]. i. debet habere quilibet iurans in iurādo Hu. [veritatem] rei & conscientiæ, vel saltem conscientiæ tan-
2 tum, vt. s. credat verum esse quod iurat. † veritas rei est cū res sic se habet vt dicitur, veritas conscientiæ est cum credit quis ita verum esse, vt dicitur Hu. [iudicium.] discretionis, vt discrete iuret cōsiderando locum, & tempus, & causam, & alias circunstantias, non tamen præcipitanter, vel temere debet quis ferri ad iuramentum, nec appetere illud tanquam bonum, sed necessitate vel vtilitate inductū. [iustitiam] id est quod iuratur [sit iustum] id est bonum, & licitum Hu. [Si ista.] secunda pars [defuerit] collectim vel sigillatim, id est aliquod istorum Hugu. & idem Bernardus ex quo enim aliquá exigūtur ad esse alicuius, sicut ista exiguntur ad esse liciti iuramenti si vnum illorum defuerit totum irritatur nec illud stare poterit. ar. di. 38. quæ ipsis &

Diuisio. Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Opponit & Respondet. S. Thomas. Bonauent. Ad primū arg. Ad secūdū. Ad tertiū. Exponit literam. Hugutiū.

sis & 68.di.corepiscopi.Hu.[iuramẽtum].s.licitum, & honestum sed periurium.s.illicitum, & peruersum iuramentum.Hu.vel[periurium].i.mala iuratio.

Item qui. §.est,in quo adhuc Gratianus probat episcopum prædictum de quo in themate q iurauit falsum putans verum esse, fuisse periurium sic arguendo,talis iurando falsum mentitus est,sed omnis periurans est de numero perditorum:ergo, &c.sed argumentatio est nulla,qm̃ non est verum, ꝙ quicunque dicit falsum mentiatur.i.contra conscientiam dicat, sicut patet in eo, qui ignoranter falsum. [Sed aliud].§.est in quo respondet Gratianus supra allegatis dicens, quòd aliud est iurare falsum sine dolo,vt quia putat esse verum &c. Clara est sententia ex dictis.



Omines. Cap.hoc est beati Aug. in lib. de verbis apostoli Iacobi sermone 28. vbi ponit tres modos, quibus est falsitas in iuramento assertorio, & committitur periurium,& illos prosequitur, & hoc pro diuisione sufficiat, quia in prosequẽdo literam assignabuntur.Leg.¶[Homines.] primus casus de tribus quos diximus est cum quis putat verum quod est falsum [temere iurat].i.sine iudicio & matura deliberatione iurat verum esse,& talis non dr̃ fallere,sed falli . [Aut scit]secundus casus est,cum quis scit falsum esse, & tñ ex certa scientia iurat verum esse,& talis fallit,& peccat mortaliter.Hug.hoc est cum scelere iurat.[quæ duo.].s.primum & ꝯm. Et quia de tribus præmiserat sub secundo comprehendit & tertiũ Hu.Et plenius istos tres modos distinguẽs subiungit [fac] .i.pone[illum,&c.eijce]primum[da alium] exemplum de secundo , quia iste modus periurandi est pessimus omniũ subiungit[videtis].i.videre potestis.[exterminanda].i.digna exterminari,& separari à societate fidelium, non solum quo ad consortium,sed etiam quo ad vitã,quia exemplo suo inficit alios.[detestantur talia].i.periura[fac].i.pone alium.s.tertium,hic dat exemplum de tertio qui est cũ quis loquitur verum cum intentione tamen fallendi quia putat esse falsum [ad negotium ipsius interrogantis , quia forte interrogantis.] quia forte interroganti vtile & expediens,vt ille hoc dicat[periurus est]quamuis verum sit qđ iurat,& quamuis sibi vel alij prosit sic iurare,quia peruerse iurat,& quantum in se est falsum dicit, & mentitur[interest] quo ad Deum[quemadmodum].i. qua intentione.s. bona , vel mala , non decipiendi , vel decipiendi, verbum proferatur,vnde sequitur [ream &c.] id est id quod dicitur vel fit exterius non dicitur malum præsertim mortale,nisi secundum intentionem & voluntatem, vt infra.eo. quæst.5.qui peierare.

Diuisio.

Exponit literam.

Hugo.

Quia ergo §.est,in quo magister Gratianus concludit ex præcedenti c.quod licet eps de quo in themate iurauerit falsum quod putabat verum esse,cum non fecerit hoc scienter,nec negligenter,non est reus periurij iudicandus. item respondet obiectioni factæ in.§. præcedenti dicens quod non sit verum , quod omnis falsum dicens mentiatur,quia contra mentem non loquitur.Ecce iste certis coniecturis credit episcopum esse in palatio , & dicit eum ibi esse cum non sit quod dicit non est verum,tamen non mentitur.i. contra mentem non loquitur[sed nec omnis &c.] vt iudeus qui dicit Christus Deus est,& tamen non credit verum esse id quod dicit, sed mentitur,quia contra mentẽ loquitur, & ita mẽtitur quis verũ dicens,& non mentitur,quandoque falsum dicens.Hu.

2 *Mendacium diuiditur tripliciter.*
3 *Intentio fallendi potest intelligi dupliciter.*
5 *Mentiri dicitur contra mentem ire.*
9 *Disputantes qui scienter multa falsa dicunt , & proponunt an mentiantur.*



Sautem. Ad probandum quod vltimo dixerat, inducit hoc c. quod est beati Augustini in enchiridion. in c. 22. Summa est in rubro, vel sic,is dr̃ mentiri , qui contra mẽtem eius loquitur, diuiditur autem hoc cap.in tres partes. In 1.ostendit quid sit mentiri. In 2. quod nullus debet mentiri etiam si alius prosit. In 3.commemorat tres casus quos posuit supra in præcedenti capitulo.secunda ibi, & vtique. tertia ibi, nemo.Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæruntur duo.

Diuiso.

1 ¶ Primum est vtrum mendacium recte diffiniatur cum dicitur quod sit falsa vocis significatio cum intentione fallendi.

4 ¶ Secundum est vtrum omne mendacium sit peccatum.

1 Ad primum Sic,pceditur,†Et videtur quod non. primo sic.Qui.n.verum loquitur ꝙ falsum esse credit mentitur, sicut dicit Aug.lib.de mendacio,sed ibi non est falsa vocis significatio,ergo &c.¶Scđo sic,mẽdaciũ opponit̃ veritati,virtus veritatis nõ solũ in dictis,sed in factis consistit,quia ꝯm philosophum 4.Eth co. ꝯm hanc virtutem aliquis verum dicit,& in sermone,& in vita:ergo non omne mẽdacium est falsa vocis significatio . ¶Tertio sic,ille qui ioco mentitur,fallere non intendit,qa scit sibi non credi, sed iocosum mendacium inter mendacia computatur:ergo intentio fallendi non pertinet ad diffinitionem mendacij.¶ In oppositum est tex.præsentis literæ.Respondeo hic erunt articuli duo. In primo respondebit ad quæstionem.in secundo videndum erit de diuisione mendacij.¶ Circa primum sit ista conclusio,quod conueniens diffinitio mendacij est,quæ dicta est, videlicet qđ sit falsa vocis significatio cum intentione fallendi.i.falsum dicendi ista conclusio est Augustini libro de mẽdacio . ita dicentis . Nemo dubitat mentiri eum qui falsum enuntiat causa fallendi,quapropter enuntiationem falsi cum voluntate ad fallendum prolatam manifestum est esse mẽdaciũ, pro cuius conclusionis traditione , est notandum iuxta S. Tho.in 2.2.q.110.arg.1.& tam Durandus quam Petrus de Pal.sequuntur eum. Quod ad completam rationem mendacij duo concurrunt.vnum formale.s.intentio falsum dicendi.vnde mentiri ꝯm suum nomẽ est contra mentẽ ire , ꝙ fit cum aliquis asserit esse, ꝙ non credit esse,vel negat esse, quod credit esse.Sed quia voces sunt signa intellectuũ, & ad hoc institutæ sunt,vt exprimant conceptus rerum,iõ falsa vocis significatio concurrens cum intentione falsum dicendi materialiter facit ad rationem mendacij , ideo si quis falsum enuntiet credens illud esse verum,est quidem falsum materialiter sed non formaliter,quia falsitas est preter intentionem dicentis,vnde non habet perfectam rõnẽ mendacij,illud.n.quod propter intentionem est, per accidens si quis vero falsum dicat habens voluntatem dicendi falsum,habet falsitatem materialiter,& formaliter de quo proprio verificatur prædicta descriptio mendacij.s. ꝙ est falsa vocis significatio &c.Si uero quis dicat verum, quod credit esse falsum,cum intentione fallendi,habet per se falsitatem,& per accidens veritatem, vnde ad speciem mendacij pertingit,cum tãtum habeat quod formale est in mẽdacio.Concordat Bonauentura dicens in 3.ꝙ ad completam rationem mendacij dupliciter falsitas concurrit , vna per comparationem ad rem,& altera per comparationem ad intentionem loquentis , & hæc tanguntur, in prædicta descriptione. prima mendacij falsitas tenet in ipso mendacio rationem materialis . secunda vero rationem formalis , & ab illa secunda denominatur quis mendax , vnde ad completam rationem mendacij oportet concurrere vtranque falsitatem , vnde licet falsitas secunda sufficiat ad hoc quod quis dicatur mendax , non tamen ad plenam rationem mendacij, hæc ille. ¶ Circa ꝯm articulum de diuisione mendacij sine alio præludio argumẽtorum est notandum circa S.Tho.quem Durandus & Petrus de palude

2 sequuntur,†quod mẽdacium tripliciter potest diuidi,vno modo ꝯm propriam mendacij rationem,quæ est propria, & per se mendacij diuisio. Et sic cum mendacium opponatur virtuti veritatis mendacium diuidetur in mendaciũ quod tamen sentit veritatem,in maius, quod pertinet ad iactantiam,& in mendacium quod deficit à veritate,in minus,quod pertinet ad ironiam , vt patet per philosophum 4.Ethicorum . ¶ Alio modo potest diuidi in quantum habet rationem culpæ, ꝯm ea quæ aggrauant,vel diminuunt culpã mendacij & sic diuiditur in mendaciũ perniciosum, officiosum,& iocosum, hoc mõ ex parte finis intẽti.Si.n. p mendaciũ intendatur per mendatiũ intendatur alterius nocumentũ,sic est perniciosum.Si aũt intendatur aliquod bonum,aut delectabile,& tũc est mẽdaciũ iocosum,quod fit causa placendi,vel est vtile bonum , & sic est mendacium officiosum per quod intenditur iuramentum alterius,vel remotio nocumenti.Et hæc diuisio habetur in glos.super illud

Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertiũ ar.

Oppon. & Respondet.

Primus artꝰ

S. Thomas. Durandus. Pet.de pal.

Bonauent.

Scđs artic. S. Thomas. Durandus.

Archid.

illud pſalm.5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. ¶ Tertio poteſt diuidi mãdacium vniuerſalius & ſm hoc

Auguſt.

eſt diuiſio octo membrorum quam ponit Aug.in li.de mẽdacio,& habetur infra.e.c.primum, quæ diuiſio cõtinetur ſub illa trimembri iam dicta, quia ſub membro pernicioſo continentur tria genera mendaciorum,finis.n.damnoſus aut eſt,vt noceatur in ſpiritualibus,& ſic eſt primum genus mendacij,ꝙ fit in doctrina fidei,aut vt noceat in temporalibus.Aut ergo ita vt alicui noceat, & nulli proſit, ſic eſt ſecundum genus, vt mendacium teſtis in cauſa criminali,aut ita vt alicui noceat, & alicui proſit,vt mendacium falſi teſtis in cauſa ciuili,vt pecuniaria,& ſic eſt tertium genus.Sub mendacio vero iocoſo continentur duo,quia finis illius eſt delectatio vana.Aut ergo delectatio propria in ipſo loquẽte, & ſic eſt quartũ genus ꝙ fit ex ſola libidine mẽtiẽdi,aut delectatio aliena.ſ.in audiente,& ſic eſt quintum genus mendacij quod fit intentione complacendi alteri, ſub mendacio vero officioſo continẽtur tria,quia aut quis mẽtitur pro conſeruatione poſſeſſionis exterioris,& ſic eſt ſextum genus.Aut pro conſeruatione vitæ temporalis, & ſic eſt ſeptimum. Aut pro conſeruatione ſalutis animæ,& ſic eſt octauum.¶ His habitis dicẽdum eſt ad rationes. Ad

Ad primum arg.

primam reſpondetur negando conſequentiam quia licet ille dicatur mentiri,non tñ quod dicit eſt mendacium,niſi materialiter & per accidens, & ita non habet completam rationem mendacij, plura.n. requiruntur ad completam rationem mendacij,quantum ad hoc ꝙ quis dicatur mentiri ſicut dictum eſt ſupra.¶ Ad ſecundam reſpondetur

Ad ſecundũ S.Thom.

negando conſequentiam.Et ratio eſt,iuxta S. Tho.quia nomen vocis hic intelligitur omne ſignum, vox.n. homini principaliter data eſt,ad ſignificandum, vnde omne ſignũ quod aliquid ſignificat nomine vocis intelligitur,& eo mẽdacium perfici poteſt, ſicut patet in ſignis & nutibus monachorum,ſicut & omnes alij ſenſus ſortiuntur nomen viſus,qui eſt principalior inter omnes,vnde ille qui aliquod falſum nutibus ſignificare intenderet, non eſſet à mẽdacio immunis.¶ Ad tertiam reſpondetur negando aſſumptũ,

Ad tertiũ. S.Thom.

pro quo nota iuxta S.Tho.in 3.†quod intẽtio fallendi põt
3 intelligi dupliciter,vno modo reſpectu fallaciæ, prout eſt in ipſo fallente tantum. Alio modo prout eſt in fallente, & in eo qui fallitur. Quicunque enim falſum loquitur quantum eſt in ſe fallit, quamuis non ſemper aliquis per eius verbum fallatur. Quicunque ergo ſciens falſum loquitur fallaciam intendit,ſed quæ eſt in fallente, vnde iſta intentio fallendi eſt communis omni mendacio, vel dicendum breuius, ꝙ iocoſe mentiens dicitur fallere, id eſt falſum dicere.

4 Ad ſecundam quæſtionem ſic proceditur; † Et videtur ꝙ non omne mẽdacium ſit peccatum. Primo ſic,dicit Aug.lib.de mendacio. Tota

Primũ ar.

culpa mentientis eſt in animo fallendi,ſiue ei credatur,ſiue non,ſed iocoſe mentiens non intendit fallere:ergo non peccat.¶ Secundo ſic,nullum peccatum remuneratur ſed

Secũdũ ar.

obſtetrices ægypti remuneratę ſunt à Deo pro mẽdacio, quod dixerant Pharaoni.Exo.2.ergo &c.¶ Tertio ſic.Ma

Tertium ar.

nifeſtum eſt ꝙ euangeliſtæ ſcribendo euangelium nõ peccauerunt,videntur tamen aliquod falſum dixiſſe,quia verba Chriſti & aliorum frequẽter aliter retulit vnus & alter alius,vnde videtur ꝙ alter eorum falſum dixit.¶ Quarto

Quartũ ar.

ſic,in ſcripturis ſanctis proponũtur multæ locutiones quę ſm mẽtionem literæ falſæ ſunt ſicut patet de eo ꝙ dicitur judicum 9.ꝙ ligna ſyluæ iuerunt ad ruinam, vt vngerent ſibi regem, &c.ergo cum per inſpirationem ſpiritus ſancti collocuti ſunt ſancti Dei homines 1.Petr.1.non fiat aliquod peccatum, videtur ꝙ non omne mendacium ſit peccatum.¶ In oppoſitum eſt Aug.in præſenti.c. Reſpondeo

Opponit & Reſpondet.

dicendum,quod omne mendacium eſt peccatum.iſta concluſio 1.eſt beati Aug.qui in li.de mẽdacio dicit. Quiſquis aliquod genus mendacij ꝙ peccatum non ſit eſſe putauerit ſeipſum turpiter decipit:ergo concluſio vera. ¶ Secundo ſic, nihil opponitur virtuti, niſi peccatum, ſed omne mendacium opponitur virtuti quę eſt veritas, vt dicitur quarto Ethicorum, ergo omne mendacium eſt peccatum. ¶ Tertio ſic, omnis actus voluntarius cadens ſuper indebitam materiam eſt ex genere ſuo malus: patet, ſed omne mendacium eſt huiuſmodi, patet, quia cum voces ſint ſigna rerum,prout intellectæ ſunt,vt dr̃ 1.periher.& in præſenti c.dicit Auguſ.in naturale & indebitum eſt,ꝙ aliquis voce ſignificet, quod non habet in mente. vnde philoſophus 4.ethicorum dicit, quod mendacium eſt per ſe prauum,& fugiendum. Verum autem & bonum & laudabile, vnde omne mendacium eſt peccatum.Ad rationes in oppoſitum dicendum.Ad primam reſpondetur,ꝙ argumentũ non procedit.Et ratio eſt,quia mendacium eſt peccatũ

Ad primũ arg.

propter intentionem fallendi.i.falſum aſſerendi,non ſolũ decipiendi.Mentiens vero iocoſe habet intentionẽ falſum aſſerendi,& ſic non decipiendi.¶ Ad ſecundam reſpondetur

Ad ſecundũ.

iuxta S. Tho.ꝙ obſtetrices non ſunt remuneratæ pro mendacio,ſed pro timore Dei, & beneuolẽtia ex qua proceſſit mendacium,vnde ſignanter dr.Exo.2.quia timuerũt obſtetrices Deum,ædificauit illis domos,medacium vero poſtea ſequens non fuit meritorium.¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam,dicimus.n.vt inquit S. Th.

Ad tertium.

ꝙ nec in euangelio,nec in aliqua ſacra ſcriptura fas eſt opinari aliquid falſum aſſeri, nec ꝙ ſcriptores earum falſum dixerint,quia periret fidei certitudo quæ autoritati ſacræ ſcripturæ innititur.In hoc vero quod in euãgelio & in alijs ſcripturis ſacris verba aliquorum diuerſimode recitantur, non eſt mendacium,vt dicit Auguſt.de conſenſu euangeliſtarum.¶ Ad quartam reſpondetur ꝙ argumentum non

Ad quartũ. S.Thom.

procedit.Et ratio eſt iuxta S.Tho.in 2.2.quia in ſacra ſcriptura,aut ſunt verba eius qui ſcripturã edidit,aut ſunt verba alicuius qui in ſcriptura recitatur loquẽs.Si primo modo,eſt concluſio quod in eis non contingit mẽdaciũ, quia ipſe qui eſt ſpiritus veritatis eam edidit qui mentiri non poteſt.Et cum arguitur quod aliquæ locutiones in ſcriptura diuina inueniuntur,quæ non ſunt veræ ſm quod ſonãt. Rñd.ꝙ non propter hoc ſequitur quod falſitas aliqua ſit in ſacra ſcriptura,quia in figuratiuis locutionibus, ſicut eſt illa iudicum 9.Non eſt ſenſus verborum quem primo aſpectu faciunt,ſed quem proferens ſub tali modo loquendi facere intendit,ſicut qui dicit,pratum ridet,intendit ſub quadam rei ſimilitudine ſignificari prati floritionem. Et pp hoc dicit Auguſt.lib.de mendacio quidquid figuratiue fit

Auguſt.

aut dr̃,non eſt mendacium. Omnis.n.enuntiatio ad id qđ enuntiat referenda eſt.Si autem ſunt verba alicuius qui recitatur loquens,aut ſunt alicuius cuius malitia in ſcriptura arguitur. Et ſic eſt concluſio quod non eſt inconueniens quod ſint etiam pernicioſa mendacia in ſcriptura ſancta, ſicut verba iudeorum Chriſtum blaſpemantium,aut alicuius qui commendatur non de perfectione virtutis, ſed de profectu,ſicut obſtetrices commendantur ꝙ in hoc profecerunt,ꝙ non in damnum alicuius ſed in obſequium diuinum mentiæ ſunt. Aut ſunt verba alicuius qui commentur de perfectione alicuius virtutis, & in exemplum proponitur, & tunc eſt concluſio, ꝙ eadem ratio ſit ſicut de

Exponit literam.

verbis ſcripturæ.Le. ¶ [Is autem contra id].i.in contrariũ ei.Hu.[quod animo ſentit].i.intelligit,& concipit,huic al-
5 ludit interpretatio nominis.† Eſt.n.mentiri contra mentẽ ire.[Et vtique] 2.pars verba.n. ſunt inſtituta non ad fallendum,ſed ſunt inſtituta ad exprimendum & notificandum mentis conceptum, quia vt dicit Plato in thimeo,ad hoc

Plato.

ſunt verba vt nota fiãt voluntatis mutuæ indicia,vnde philoſophus dicit 1.perihermenias, quod voces ſunt ſigna eorum,quæ ſunt in aĩa paſſionum & notæ[ad fallaciam].i.ad fallendum contra aduocatos qui ſæpe in ſuis allegationib. & reſponſionibus peruertunt ſenſum canonis,vel legis.vnde in lege dr̃ ꝙ debet iurare, ꝙ iniuſtæ cauſæ ſcienter patrocinium non præſtent,vt C.de iudi.l.rem non nouam.§.

Quæſtio. Reſpondet

6 patroni.Hug.Sed hic ſurgit quæſtio.†de diſputantibus qui ſcienter multa falſa dicunt ꝙ proponunt vtrum tales mentiantur.Reſpondetur iuxta S. Th.in tertio ꝙ ille qui diſputando loquitur falſum, quamuis ſcienter non mentitur,niſi aſſerendo dicat,quia non ex ſua perſona falſũ illud enunciat ſed gerens veritatem negantem.[poſſumus prodeſſe] quia non ſunt facienda mala vt inde veniant bona. ad Ro. 3.[poſſumus.]oſtendit exemplo.[furando] ſupple prodeſſe alicui.[Nemo]tertia pars,hic vt dicit Hu.ponit caſus qui continentur in ſuperiori capitulo.Homines. Et primo ponitur primus.falſum ignorãter[temeritatis].i.indiſcretionis[incautus.] non adhibens ſibi omnem cautelam & circunſtantiam in circunſpiciendo veritatem credit ita eſſe, ꝙ iuramento aſſerit[ac pro veris].i.iurando vera eſſe affirmat.Hug.[potius.]hic ponit alium caſum,qui in ſuperiori capitulo fuit tertius,quantum in ipſo eſt[qui dicit] ſciẽter. Hu.[nec vllo.]hic ponit tertium qui in ſuperiori capitulo, fuit,

fuit secundus qui ore loquitur. i. affirmat esse verum, nesciẽs esse verum [autem.]pro sed[sciens non esse verum].i. sciens esse falsum. Hu. [voluntate fallendi].i.mentitur.s.vt alium decipiat.Hu.[consideratis]hic collationem facit inter primum,& secundum.primus dicit falsitatem,sed decipitur,nec vult decipere.secundus dicit veritatem,sed quãtum in ipso est decipit & mentitur. Veritas autem semper est præponenda falsitati. Et ideo videtur secundus debere præferri.Et ideo dicit.[Non consideratis rebus ipsis].i. veritate huius,& falsitate illius.[sed sola intentione dicentis] quia iste vult decipere, ille vero non. [melior est] id est minus malus Hug.[qui sciens].i.ex certa scientia.[nesciens esse verum] imo credens esse falsum, quamuis sit verum quod dicit Hugu.

1 *Non mentitur qui contra mentem non loquitur.*
2 *Verba Petri non lauabis mihi pedes quomodo intelligantur.*

Diuisio. Exponit literam.

BEatus. Sequitur ad idem ca. hoc quod est Gelasij papæ.Summa in rubro vel
1 sic.† Non mentitur qui contra mentem non loquitur. Et potest diuidi in duas partes ẽm duo exempla quæ ponit.ẽm ibi,nec quia.Le. ¶[Beatus fefellisse].i.causa decipiendi falsum dixisse Hu.[qui cum ad hispaniam]ad Ro. 15.[præuentus.] qa in his semper intelligit diuina voluntas excepta, vt satis aperte docet beatus Iaco. Iaco.4.cum dicit.Si dominus voluerit &c. [nec ꝙ beatus &c.]2.pars[respondit. Ioann. 13.
2 [Non lauabis mihi pedes].i.non sustinebo. † hæc verba licet videantur contraria in superficie, tamen non erant, quia ad eundem finem tẽdebant.illud.s non lauabis &c.qđ ex humilitate propria propter diuinam reuerentiam dicebat, & quod in fine dixit diuinæ reuerentiæ præcepto parens,non tm̃ pedes,sed manus & caput,humilitas autem & reuerentiam non sunt contraria,sed ad eundem finem tendant,nec qui iusta causa mutat propositum aut concilium est de leuitate aut contrarietate notandus. Sapiens.n.tunc mutat consilium, cum aliquid prudentius meditatur.arg. 12.q.j.certe Hug.astrictus causis &c.videbat.n.per spiritũ, id quod dominus operabatur esse exemplũ humilitatis q̃ est causa nostræ salutis,& ne inobedientiæ redargueretur & exemplum humilitatis sperneret humiliter dño cessit. Hugu.

1 *Mentiri an falli circa eandem rem quod sit peius.*
2 *Falli in his quæ fidei sunt an sit peius,quam mentiri in illis quæ ad fidem non pertinent.*

Exponit literam.

Ille ergo. §.est.¶[Falsa vocis significatio] vocis vel nutus,siue signi, quibus quis nititur aliqd significare,sicut apud monachos nutibus & signis loquentibus,sicut diximus.s.e.q.3.c.is autem.iuxta S.Thom.[vel scripturæ]Hu.i.actus proferendi falsam locutionem,proferendi dico causa decipiẽdi.s.vt quod est falsum verum credi faciat, vel conuerso, sed cum fallere sit voluntatis,quia non proprie quis non dicitur fallere,nisi voluntate ad hoc moueatur,vt fallat.Hu.[falli].i.decipi.[infirmitatis].i. simplicitatis,vel temeritatis, quia ad hoc quis talem diligentiam non adhibet sicut debet in iurando obseruare. [grauius] generale est habito respectu ad vnam & eandem rẽ, sed habito respectu ad diuersas res speciale est quãdoque quidem non est grauius,sed aliud est grauius.j.e.q.3.ipsarum, vnde sequitur[aliquando contingit vel nullum &c.] vt in cõtractibus & rebus nimis remotis ab articulis fidei. Et ad hoc inducitur ca.sequens [in quibus]rebus [aliquando ex ipsarum rerum.].s.diuersarum.l.si volumus considerare res diuersas, & verba ad diuersa referre. [fallere.] in vna re remota ab articulis fidei, vt puta in venditione & locatione,& huiusmodi. [Quam falli in alia &c.].s.in articulo fidei, vel in aliqua re pertinente & necessaria ad salutem.Hu. ¶ Et sic ex prædictis patet solutio duarum quæ-
1 stionum.prima est.†vtrum peius sit circa eandem rẽ mentiri an falli.Et patet quod in eadem re peius est mentiri, q̃ falli.Nam peior est culpa quam pœna,quia culpa auertit à Deo,& deordinat à recto fine, pœna vero reducit culpam ad ordinem iustitiæ,sed mentiri est voluntaria culpa,cum mentiri sit contra mentem ire ad fallendum, & decipiendum,vnde omne mendacium est peccatum,fallitur autem quis non voluntate per se,& est pœna, qua quis ignorat & credit verum esse,quod est falsum, & econuerso:ergo pri-

S.Thomas. Prima qõ. Respondet.

2 mo est mentiri quam falli.¶Secunda quæstio est an peius sit falli in his quæ fidei sunt,quam mentiri in illis quæ ad fidem non pertinent.Et responsum est quod minus malum est mẽtiri in his quæ separata sunt à fide, quam falli in his quæ sunt fidei.Et est ratio,quia mentiendo malus non deuiat à fidei veritate,quæ per tale mendacium non læditur, sed cum quis fallitur in fide,& fidei articulis labitur à veritate fidei in errorem,per quem destruitur fundamentum, sine quo nihil potest ædificari,nec potest esse. Secũda qõ. Respondet.

IN quibus. Ad probationem eius,quod dixerat,inducitur hoc cap.eiusdẽ Augustini in codem libro cum alio. Summa est in rubro. Breue est,& non diuiditur.Leg.¶ [In quibus.] ordo in his rebus errare in quibus, &c.[ad capessendum].i.ad acquirendum,vt si cœlum est rotundum, vel an planetæ voluantur circa firmamentum, vel non, & similia aliud pro alio putare,quod est erroris diffinitio, vt dist.38.quamuis,& c.sedulo.Hu.[aut si est]physice temperat,quia non videtur esse aliquod peccatum,simle 1.qõ.1. quod quidam.Hug. Exponit literam. Hugutiũ.

IN ipsarum rerum. Ad idẽ sequitur hoc c.eiusdem Augustini,& in eodem lib.Summa est in rubro. Tota materia respicit ad ultimum membrum precedentis.§.s.aliqñ ex ipsa &c.ibi est posita plene sententia huius cap.Leg.¶[In ipsarum rerum]earundem supple, vt dictum est.Hug.[tantum interest].i.tanta differentia est[falli].i.negligere se falli[quam mentire].i.fallere, in eisdẽ rebus,vel eadẽ re,secus in diuersis,vt in fine capituli dr.[minus est malum] quantum pertinet ad hominis voluntatẽ, vnde licet quantum ad alia forte plus intersit, sed quantũ ad hominis voluntatem nõ quia hoc quod quis fallitur nõ videtur esse peccatum voluntatis,sed infirmitatis, vel temeritatis,sed secus est in eo,qui mentitur Hu.tamen tolerabilius.i.minus malus est [à religione] id est, à fide vel ab articulis fidei, vt sunt contractus temporalium rerum & in doctrina earum rerum,quæ non spectant ad salutem vt sunt quæ traduntur in physicis, & metaphysicis disciplinis. [quam falli]id est permittere se falli, vel negligere se decipi in his, sine quorum fide coli digne sit, vt valeat ad salutem. Hug. Exponit literam.

Item quod dicitur. §.est, in quo incipit tertia pars quæstionis ẽm Io.de.assignat distinctionem inter mendacia dicens quedam esse venialia, & quædam mortalia, vbi in primis determinat autoritatem illam psalmistæ,perdes omnes, qui loquuntur mendacium,quomodo sit intelligenda dicens, quod non intelligitur de omni mendacio, quia quædam sunt venialia, & quædam mortalia, pro quo inducit sequens capitulum.

1 *Prohibetur aliquod diuino precepto dupliciter.*

PRimum est. Inducit hoc c.ad probãdum prædictam mendaciorum distinctionem, quod est Augustini. lib.de mendacio. Summa est in rubro.diuiditur autem in tres partes.In prima ponit,quod octo sunt genera mendaciorum, quorum quinque sunt mortalia,& tria venialia. Et ponit exemplũ Augustinus de quolibet. In secũda ponit quod nullo genere mendaciorum est mentiendum, & assignat causas huius.In tertia parte ostendit, quod quanto quodlibet istorum recedit à primo mendacio,tanto minus peccatum est secunda ibi,non est igitur,pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur duo. Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum mendacium sit peccatum mortale.
3 ¶Secundũ est vtrum conuenienter gradus mẽdaciorum hic assignentur.

1 Ad primum sic proceditur,& videtur quod omne mendacium sit peccatum mortale.Primo sic, omne peccatũ ꝙ perditionem inducit,est mortale:patet,sed mendaciũ est huiusmodi,ẽm illud psalmistæ,perdes omnes qui loquuntur mẽdacium, ergo &c. ¶ Secundo sic nihil prohibetur diuino præcepto, nisi peccatum mortale,sed in prohibitione falsi testimonij prohibetur omne mendacium,sicut Aug.dicit libro de mendacio:ergo omne mendacium est peccatũ mortale. ¶ Tertio sic Primũ ar Psalm.5. Secundũ ar Tertiũ ar.

tio sic, omne quod est contrarium veritati & eius peremptorium est peccatum mortale, sed omne mendacium repugnat veritati sicut fornicatio castitati. ergo sicut fornicatio est peccatum mortale, ita & mendacium. ¶ Quarto sic, omnis qui facit contra conscientiam, ædificat ad geennā, sed omnis mentiens loquitur contra conscientiam: quia dicit falsum cum intentione fallendi: ergo proferens mendacium ædificat ad geennam, sed non dr̄ homo ædificare ad gehennam nisi per peccatum mortale: ergo &c. ¶ In oppositum est capitulum præsens, vbi expresse Aug. dicit contrarium. Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ nō omne mendacium est peccatum mortale, ista conclusio multipliciter ostenditur: primo sic. nullum mortale peccatum alicui conceditur sed in gl. super Exo. 1. dicitur, ꝙ infirmis conceditur mentiri: ergo non ome mendacium est peccatū mortale. Secundo sic. Gregorius loquens de mendacio officioso dicit. hoc peccati genus facile credimus relaxari, sed peccatum quod est facile relaxari, est in genere venialium: ergo &c. ¶ Tertio sic, illud solum est mortale peccatum quod contrariatur dilectioni Dei, & proximi quia solum tale priuat vitam animæ. s. charitatem, sed solū mendacium perniciosum est contra dilectionem Dei, vt cū quis in doctrina religionis mentitur, & contra dilectionē proximi, vt cū quis mētitur in detrimētū iustitiæ ad proximum, & in nocumētum eius redundat: ergo solum illud est mortale. Alia vero mendacia quæ & si inordinationem quandam habeāt, non tn̄ à dilectione Dei & proximi auertunt, peccata mortalia, non sunt sed venialia, vt mendacia officiosa & iocosa. ¶ His habitis dicendum est ad raciones in oppositum. ¶ Ad primam respondetur ꝙ autoritas illa non loquitur de omni mendacio, sed de periurio tm̄. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Thom. in 3. † quod diuino præcepto prohibetur aliquid dupliciter, vno modo directe quod contra præceptum dicitur, & sic prohibetur mēdacium perniciosum ex ipsa forma præcepti, patet cum dicitur. Non loquaris contra proximum falsum testimoniū. Alio modo prohibetur aliquid indirecte quod præceptū dr̄, & sic mendaciū iocosum & officiosum sicut & alia peccata venialia præcepto diuino prohibentur. ¶ Ad tertiam respondetur, & negatur minor, diximus. n. iuxta D. Bonaueturam, ꝙ licet prælatio ipsius mendacij repugnet actui dicendi verum, non tamen repugnat ipsi veritati qua quis refugit mendacium perniciosum, nec est simile de fornicatione respectu castitatis, quoniam actus ille vniuersaliter est prohibitus, non sic autem omnis differentia mendacij. ¶ Ad quartam respondetur iuxta eundem, ꝙ conscientia aliquando dictat vt refugiendum quasi contrarium iustitiæ aliquid, sicut quod facit aliquo modo à iustitia declinare, qui primo modo facit contra dictamen consciētiæ, peccat mortaliter propter contemptum interuenientem, & ille est qui ædificat ad geennam, nec proprie dr̄ contra conscientiam sed præter conscientiam. Et primo modo sunt contra conscientiam mendacia perniciosa. secundo modo, alia conscientia non dictat omnia mendacia æqualiter esse vitanda, sed quædam sicut mortalia, quædam sicut venialia.

Quartū ar.

Opponit & Respondet.

Ad primum arg.

Ad secundū

2

Ad tertiū. Bonauent.

Ad quartū.

3 Ad secundam sic proceditur, † Et videtur ꝙ nō bene assignentur gradus mendaciorum. Et primo sic. dicit. n. Augustinus, hic primo. quod primum genus mendacij quod est in doctrina religionis christianæ est grauissimum. Contra hoc arguitur sic. posito quod aliquis dicat Christum non ascendisse super caelum ex quadam vrbanitate, & alius imponat falsum crimē proximo, ex quo proximus morte damnatur constans est ꝙ grauius peccat secundus quā primus, sed primus peccat primo genere mendacij, secundus secundo genere mendacij: ergo ſm genus est grauius quam primum. ¶ Secundo sic, aliquis dicit mendacium in doctrina religionis, quod corrumpit in vno simplici, alius vero dicit mēdacium per quod scinditur vnitas ecclesiasticę pacis. Constat autem ꝙ grauius peccat secundus quam primus, quia seminat inter fratres discordias, quod maxime Deus detestatur, & tamē primus peccat primo genere mendacij. secundus vero secundo: ergo idem quod prius. ¶ Tertio arguitur contra illud ꝙ dicit, mendacium quod fit pro castitate corporis alterius seruanda esse leuissimum, & leuius eo, quod fit pro seruanda vita, tūc arguitur sic, illud mendaciū est grauius in quo magis saluatur ratio mentiendi, sed mendacium quod fit serio plus habet de ratione mentiendi, quā mendacium quod fit ioco. Si ergo quodlibet mendacium officiosum fit serio, quodlibet mendacium officium grauius est, quam iocosum, ergo &c. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. Respondeo dicendum sub ista conclusione, quod gradus mendaciorum conuenienter sunt ab August. assignati in præsenti cap. quoniam inter mendacia omnia, illud est maximum in quo quis intendit alteri nocere in via veritatis, & salutis, quia infert ei nocumentum spirituale, & irrecuperabile, & quātum ad maxima bona, hinc est ꝙ mendacium quod est in doctrina religionis cū sit ad hoc ordinatum, est inter cetera mendacia maximū & summum, vlterius quia non potest aliquis maiori causa moueri ad mentiendum quam pro seruando bono spirituali vel annexo spirituali. Hinc est quod istud mendaciū est leuissimum, quod fit pro seruāda castitate corporis, vel pro aliquo simili, & sic gradatim descendendo & ascendendo est videre in ceteris Alijs, vnde valde rationabiliter Beatus Augustinus species mendaciorum distinxit, & gradus ordinauit. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositū. Ad primā respondetur negando consequentiā. Et rō ē iuxta D. Bonauenturā ꝙ licet in casu posito secundus gradus sit grauior primo quia illud non est summum mendacium in doctrina religionis, non sequitur tn̄, ꝙ summum mendacium in doctrina religionis non sit grauius omni mendacio in secundo genere, summum autem mendacium in primo genere dicitur, quando ex certa sciētia & malitia impugnat veritatem ſm pietatē vt fidē christianos & bonos mores subuerteret, hoc inquam modo mentiendi non contingit reperiri grauius in secundo genere. ¶ Ad secundam respondetur quod ratio non procedit. Et ratio est, quoniam vt dicit D. Bonauentura mendacium in doctrina religionis non tantum inducit infidelitatem, imo etiam & scisma, & alia multa mala. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia cum in neutro illorum mendaciorum intendat quis decipere alium, sed tātum dicere falsum in vno. s. iocose vt delectet in altero, vt prosit. Minus autem inordinata est intentio quando intendit prodesse, quam quando intendit delectari. Tum quia cum dr̄, ꝙ mēdacium iocosum non sit serio falsum est, quia serio mentitur quis cum illo mendacio nititur, non tantum ad fraudandum sed ad delectandum. Lege. ¶ [Primum capitale]. i. mortale Hug. [in doctrina religionis.] vt cum quis mentitur in causa fidei, & christianæ religionis asserendo aliquid contra fidem vel negando aliquid, quod ad fidem pertinet. Et comprehenduntur sub hoc genere omnia, quæ sunt necessaria ad salutem animæ, & si hoc faciat pertinaciter efficitur hæreticus, quia secundum Augustinum, qui falsas opiniones gignit. s. contra fidem & pertinaciter defendit, hæreticus est censendus. [nulla conditione.] etiam mortis. Hug. [ſm lædat] iniuste, ꝙ est mēdacium malignitatis, vt mendacium detractoris, qui falsa dicit alicui detrahendo [& nulli prodest] vt vel mendacium calumniatoris, vel falsi testis in causa criminali. s. cum dicunt aliquem commisisse crimē, vt proscribatur, vel relegetur vel interficiatur. tertium qđ prodest alteri, ita quod obsit alteri, vt mendacium falsi testis in causa pecuniaria, puta cum quis asserit. A. debere. B. tot, & tn̄ nihil debet, nocet quidem danti, sed prodest accipienti, & hoc est contra charitatem. [quāuis non ad immūditiam &c.] ex tali. n. mendacio nec viri, nec fœminæ corpus aliqua fęditate maculatur, tūc. n. magis obesset vt dicit gl. [quantū libidine sola]. i. sine vtilitate, vel causa, ꝙ faciūt, qui delectantur mentiendo, & fallendo alios, ꝙ fecerunt poetæ, qui multa mendacia dixerunt ex sola delectatione Hu. & hmōi sunt etiam quidā q dicuntur buffones, ioculatores, & detractores, qui ex malo & vitioso habitu acquisito delectantur in huiusmodi mēdacijs, quos philosophus 4. Ethicorum bomolocos. [mirum]. i. mirādum, & est modus loquendi. i. mirum est, ꝙ quis ita mentitur alias [mirū] .i. sine causa & vtilitate. [quintum] quod fit placendi cupiditate alicui, ꝙ faciunt adulatores laudādo [de suaui]. i. dulci eloquio, quia talia dicit adulādo, quæ sunt dulcia & suauia ipsi auditori ad audiendum, isti sunt qui laudant sæpe peccatorē, cum male fecerit, & sic oleo peccatoris impinguatur caput eius. [His omnibus pœnitus euitatis] vtpote mortalibus, per hoc innuitur omnia prædicta esse mortalia & sequentia esse venialia. Hu. [sextum genus] mendacij, vt si

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertium ar.

Opponit & Respōdet.

Ad primū argu. Bonauent.

Ad secundū Bonauent.

Ad tertium


Exponit literam.

August.

Hugu.

vt si quispiam[pecuniam.]puta aliquis abscondit pecuniā suam in aliquo loco te sciente, alius volens eam auferre quærit à te vbi sit, tu respondeas te nescire, cum scias hoc mēdacium alicui prodest, quia domino, nulli vero obest, quia nec etiam volenti auferre qui nihil in hoc amittit. Secus si autoritate iudicis, vel ab illo, cuius pecuniam aliquis sic abscōdisset, tunc.n.ex tali mendacio aliquis læderetur. [septimum.].s.genus mendacij est, ꝙ nulli obest & prodest alicui, ponit exemplū cū quis mentitur pro saluatione alicuius personæ à morte. [octauū &c.] vt ab immūditia &c. vt si volēti cōcubere cū soluta, dicam quia est coniugata, & iō ipse eam non cognoscit. Et nota ꝙ ista tria mendacia in hoc conueniunt quod quodlibet eorum prodest, & nulli obest, sed aperte differunt in effectu, siue ꝯm diuersitatem rerum, in quibus prosunt, quod patet per exemplorum positionem. Sextum.n.prodest ad vitandum damnum pecuniæ. Septimum prodest ad vitandum periculum personæ. Octauum prodest ad vitandam iacturam pudicitię corporalis.[Non igitur.]Secunda pars.[in doctrina pietatis].s.fi dei.[o magnum scelus &c.]in prima quæstione declaratū est, non in secundo genere nulli facienda est iniuria, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Thobiæ 4.[non tertio cōsulendum.]periculosa est.n.talis compensatio, vt.dist.14. qui ait[nō quarto genere per se].i.in sui natura est vitiosa, & ideo fugienda & odienda, quia omne vitium odiendum & fugiendum est, & non eligendum dist.85.culpam.Hug. [quinto genere placendi causa] adulando propter humanum fauorem non debet quis etiam dicere verum, vnde apostolus, si hominibus placerē, Christi seruus nō essem, vt dist.46.quod ad nos.Hug.[sexto genere testimonii].i.assertionis laudis. Arc.[ad sempiternam] quasi non solū pro temporali salute non est mentiendum, sed nec etiam pro sempiterna, quæ maior est, & carior.i.nulli est suggerendū aliquid mentiendo, per quod salutem sibi acquirat sempiternam. Simile 1.q.2.quam pio, & dist.45.de iudeis. Hug. Et videas hic quod le.& no.de pe.dist.2.citius.§.non autē. Arch.[nec septimo perficiendo].i. perfecte conseruando, etiam Host.nedum Deo vel homini, vt 23.q.1.noli. Hug. [nec se quis.] respōdet tacitæ quæstioni, quasi diceret licet nos in dictis & monitis moneamus non esse mentiendum pro vita alicuius, vel in aliquo casu, non propter hoc tamē aliquis à pietate alienus esse debet, vt non defendat proximum suum facto, & si verbo defendere nō possit, quia hoc esse non potest sine peccato. Hu.[nec octauo &c.in bonis] .i.inter bona. Hu.[castitas.animi pudicitiæ, &c.] vt 32.q.5. tolerabilius, quia sine castitate animi non est salus[in malis].i.inter mala, illud malum quod ipsi facimus.s. mendacium pro vita alterius est nobis damnabilius.[eo malo.] .s.homicidio, quod fieri finimus dum volumus mentiri ꝓ vita alicuius, & intelligitur damnabilis electiue, quia id qđ facimus est nobis damnabile, sed illud quod fieri finimus non est nobis damnabile. Qui.n.cum potest malo non obuiat, consentire videtur. Consentientes & facientes pari pœna veniunt constringendi, vt 2.q.1.notum.[in his]secūda pars[à primo recedit]recessus iste sic intelligitur.s.vt tāto quis minus peccat, quocunque genere mendacij mētiatur quanto illa quibus vtitur magis sunt remota & magis distant ab his, in quibus homo mentit̃ primo genere mendacij[quisquis autem &c.deceptorem aliorum].i. mētientem, qui decipit alios[esse honestum].i. est bonum & non peccare cum decipit alios.Hu.

1 *Mentiri de se minora dicendo aut fingendo cum humilitate an sit peccatum.*
2 *Sapientia est duplex, & etiam stultitia.*
3 *Humilitas quæ sociatur mendacio non est laudabilis.*



Vi humilitatis Ad idem sequitur hoc c.quod est Au. in lib.de verbis apostoli. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In 1.ponit dictum. In secunda ostendit, quod tunc solum veritas est, qñ talem se cognoscit esse qualem esse se dixerit. secunda ibi, veritas.¶Pro huius cap. pleniori intelligentia. Quæritur.†Vtrum humilitatis causa mentiri de se minora dicendo, aut fingendo sit peccatum. Et videtur ꝙ non.primo sic. Nullum peccatum procedit ex diuina confortatione, sed ex diuina confortatione procedit quod aliquis de se minora dicat [secundum illud prouerbiorum trigesimo.visio quam locutus est vir cum quo est Deus, & qui Deo secum commorante confortatus est stultissimus sum virorum. ¶Secundo sic. Amos.7.dr̃.Respondit Amos non sum propheta, & tamen erat, ergo humilitatis causa mentiri non est peccatum,¶ Tertio sic, dicit Gregorius bonarum mentium est ibi suas culpas agnoscere, vbi culpa non est &c.¶Quarto sic, fugere superbiam non est peccatum, sed aliqui minora de se ipsis dicunt fugientes superbiam, vt Aristoteles dicit quarto ethicorum, ergo &c.¶Quinto sic, potest argui de sacerdotibus, qui in confessione generali quam in principio missæ faciunt dicunt de se multa peccata, quę forte nūquam commiserūt. ¶In oppositum est tex. præsentis capituli. Respondeo dicēdum iuxta S.Thom.in 2.2.q.113.ar.1.quod aliqui de se dicant minora, potest contingere dupliciter, vno modo salua veritate, dum.s.maiora, quæ sunt in se ipsis recitēt. Quædam vero minora detegunt, & de se proferunt, quæ tamen in se esse recognoscunt, & sic minora de se dicere non pertinet ad ironiam, nec est peccatum ꝯm genus suū, nisi per alicuius circunstantiæ corruptionem. Alio modo aliquis dicit minora à veritate, declinans puta cum asserit de se aliquid vile quod in se non recognoscit, aut cum negat de se aliquid magnum quod tamen percipit in se ipso esse, & sic pertinet ad ironiam & est semper peccatum, & hoc modo mentiri humilitatis causa est peccatum.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur 2 † quod duplex est sapientia & duplex stultitia. Est.n.quædam sapientia secū dum Deum, quæ mundanam stultitiam habet adiunctam ꝯm illud 1.ad Cor.3. Si quis inter vos sapiens videtur esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. Alia vero est sapientia mundana, quæ vt ibidē subditur stultitia est apud Deū, ille ergo qui à Deo confortatur confitetur se esse stultissimum ꝯm reputationem mundanam, quia.s. mundana contemnit quæ hominem sapientia quærit, vnde ibidem subditur. Et sapientia hominum non est mecum, & noui scientiam sanctorum. Et ita talis non est mentitus.¶ Ad secundam respondetur, ꝙ Amos negauit se esse prophetam origine, quia.s. non erat de genere prophetarum, vnde & ibidem subditur, nec filius prophetæ.¶ Ad tertium respondetur iuxta S.Thom.ꝙ ad bonitatem mentis pertinet, vt homo ad iustitiæ perfectionem tendat. Et ideo in culpam reputat non solum si deficiat à cōi iustitia, ꝙ vere culpa est, sed etiam si deficiat à iustitiæ perfectione, quod qñq; culpa non est. Non autem culpā dicit quod ꝓ culpa non recognoscit, quod ad ironiæ mendacium pertineret.¶Ad quartam respondetur ꝙ homo non debet vnum peccatum facere, vt aliud euitet. Et ideo non debet mentiri qualitercunque vt euitet superbiam. Et ideo dicit Gregorius in sequenti c. Incauti sunt humiles, qui se mentiēdo illaqueant. Et Aug. super Ioannem, & habetur.ĩ.eo. non ita. Non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur.¶Ad quintam respondetur, ꝙ confessio illa generalis iudicio nostro multum inepta sit à multis sacerdotibus, descendendo ad species vitiorum vilium quod non debet fieri cum confessio illa non sit sacramentalis, sed debet fieri in generali, vt pote peccaui cogitatione, opere, & omissione, & huiusmodi. Nec videtur responsio bona quæ datur in gl.& ab Hu.quod sacerdos sic loquatur in persona generalis ecclesiæ, in qua vniuersa & singula peccata inueniūtur quoniam hoc videtur falsum quia sacerdos ibi non loquitur, nisi in propria persona, illi vero qui respondent dicuntur loqui in persona ecclesiæ, vnde ratio illa non militat. Lege.¶ [Cum causa humilitatis].†Non est laudabilis humilitas quæ mendacio sociatur, quia vt ait Augu.lib.de natura & gratia humilitatis in parte veritatis collocatur, & nō in pte falsitatis, imo est vitium ironiæ ꝯm philosophū 4.ethicorum [efficeris &c.] quia mendacium constituit mentientem peccatorem, quare est fugiendum: veritas.n.est conceptio, secundum quam enuntiatur pro ut res concipitur, vt est, vel non est, vnde philosophus primo perihermenias dicit, quod ab eo, quod res est, vel non est dicitur oratio vera vel falsa. Sermo ergo verus est cum conformatur rei, secundum quod est, vel non est.

Item Gregorius. Ad idem est hoc dictū Gregorij in moralibus. Breue est & planum.[illaqueant peccato].i.peccant.

Non ita.

Margin notes: Archid. — Diuisio. — Quæstio. — Primū ar. — Secundū ar. — Tertiū ar. — Quartū ar. — Quintū ar. — Opponit & Respondet. — Ad primū argu. — Ad secūdū — Ad tertiū. — Ad quartū — Ad quintū. — Cōtra gl. & Hugu. — Exponit literam. August. — 3 (beside "militatis].†Non est laudabilis")

Non ita. Ad idem est hoc capitulum quod est beati Augustini. Summa est in rubro. Breue est & planum.



Mihi autem. Ad idem est hoc c. quod est Beati Augustini in enchiridion. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. dicit, ꝙ omne mendacium est peccatum. In 2. ꝙ non oĩa mendacia sunt æqualia peccata, & hoc probat exemplis 2. ibi, sed multum interesse. Leg. ¶[Mihi aũt &c. sed multum]2. pars. [quo animo] .s. decipiendi, vel lædendi, vel consulendi. Hu. Arc. [Et de quibus rebus.] plus. n. peccat qui de deo, quam qui de creatura mẽtitur. Et peius est mentiri de his, quæ pertinent ad fidem, quam de alijs, vt. s. e. q. primum, alia patent.

Diuisio. Exponit literam. Archid.



Haec artificio. Ad idem est hoc capi. quod est Augusti. de conflictu vitiorum & virtutum. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In 1. ꝙ nullo modo sit mentiendum. In 2. assignat rationem ibi, quia. Lege. ¶[Nec artificio] .i. arte verborum palliato vel ornato. [Decipere.] quia decipere proximum est officium diabolicum, diabolus. n. qui mendax est. i. in veritate nõ stetit. Io. 8. decepit primos parẽtes. Gẽ. 3. [quia quomodolibet] 2. pars. [mẽtitur quis] .s. mendacio pernicioso, siue sub verbis claris, & simplicib. siue sub verbis artificiosis. i. velatis & confictis & ambiguis, tale. n. mẽdacium occidit animam mentientis.

Diuisio. Exponit literam.

2 *Mendacium quod non est ex se peccatum non est peccatum mortale viris perfectis.*

Et quando possit esse mortale nu. 3.

5 *Malorum tria sunt genera.*



Nequis. Ad idem est hoc c. ꝙ est beati Augustini. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima loquitur de quo videtur dicere, quod mentiendo quomodolibet peccet mortaliter, quod tamen non dicit. Et male intelligunt qui ita exponunt. in secunda ponit duo genera mendaciorum, vnum quod fit causa ioci, aliud quod causa cõsultationis. In 3. ponit ꝙ nõ debet mendax reputari, qui gladium sibi accommodatum promittit redditurum, quando dominus eius petierit, & postea nõ reddit, si sit factus furiosus 2. ibi, duo vero. 3. ibi, illud vero. Pro pleniori intelligentia huius cap. & aliorum sequentium quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶Primum vtrum omne mendacium viris perfectis sit peccatum mortale.

4 ¶ Secũdo vtrum pro aliqua necessitate aut vtilitate sua vel aliena liceat mendacio iocoso aut officioso mentiri.

1 **Ad primum** sic proceditur, † & videtur ꝙ omne mendacium viris perfectis sit mortale. Primo sic ex c. præsenti vbi dicit Aug. ne quis arbitretur perfectum & spiritualem hominem pro ista mortali vita debere mentiri, vbi dicit glo. videtur ergo, quod perfectus peccet mortaliter, mentiendo pro vita alterius. ¶Secundo sic, dicit Augustinus lib. contra mendacium, quod perfectorum præceptum est omnino non solum mentiri, sed facere contra præceptum est peccatum mortale, ergo &c. ¶ Tertio sic, nulli credendum est, si viris perfectis non credatur, sed si viri perfecti mentirentur, eis non esset credendum. Si autem nulli credit, perijt fides in terra: ergo mendacium perfectorũ fidem tollit, & euacuat, per quam reguntur homines, & regna, sed talis fides non potest auferre sine culpa mortali: ergo videtur ꝙ perfecti viri in qualibet specie mendacij incurrant peccatum mortale. ¶In oppositum arguitur sic, vir perfectus in verbo otioso, in motu iræ, & in motibus carnis, & in alijs quæ sunt venialia, de ratione sui generis, non dicitur peccare mortaliter: ergo pari ratione nec in mendacio iocoso & officioso, cum de ratione sui generis sint venialia. Respondeo dicendum vt dicit S. Tho. tam in 2. 2. quam in 3. sententiarum, & etiam D. Bonauentura opinio quorundam fuit, quod viris perfectis omne mendacium esset peccatũ mortale, cuius rationem dupliciter assignant. Quidam assumũt rationem ex perfectione charitatis, per quam mens hominis summæ veritati adhæret, adeo quod omne mendacium eorum cum deliberatione & cõtemptu est, vnde nõ potest esse veniale, sicut in primo statu venialiter peccare potuit. Sed hæc ratio vt dicit S. Tho. nihil valet. Quia eadem ratione nullum aliud peccatum veniale committere possent, quod falsissimum est, quantumcunque perfectissimis viris, cum etiam in apostolis peccatũ veniale fuerit. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quod peccatum non habemus &c. Alij assumunt rationem ex perfectione status ſm quod aliqui in publico perfectionem prætendunt, vt religiosi, & prælati. Et istis adhibetur fides tanquam conseruatoribus veritatis, vnde si in aliquo à veritate deuiarent, nec eis nec alijs fides adhiberetur, & sic fieret magnum præiudicium veritati, sicut argutum est in tertio argumẽto. Sed vt dicit S. Tho. hæc ratio nulla est, quia non creditur eis tanquam conseruatoribus veritatis in omnibus eorum factis, vel dictis sed in illis tantum, quæ ad officium conseruandæ veritatis spectant, sicut iudicium, & doctrina, in quibus si à veritate deuiarent non est dubium, quin peccarent mortaliter, in alijs autem non oportet quod mortaliter peccent mentiendo. Et ideo dicendum sub duabus cõclusionibus.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertium ar. Oppon. in cõtrarium. Respondet. S. Thomas. Bonauent. Cõtra prædictam opi. Cõtra secũdam.

2 † prima nec mendacium vt aliud peccatum. quod ex genere suo peccatum mortale nõ est per se viris perfectis mortale sit. Ista conclusio probatur sic nulla circunstantia aggrauat in infinitum, nisi quæ transfert in aliam speciẽ, sed circunstantiæ personæ non trahunt in aliam speciem, nisi forte ratione alicuius annexi, puta si sit contra votũ ipsius, quod non potest dici de mendacio officioso, vel iocoso. ergo mendaciũ officiosum vel iocosum non potest esse peccatum mortale in viris perfectis. ¶Secunda conclusio, † ꝙ

Prima conclusio.

3 per accidens. s. ratione scandali, & si fiat contra consciẽtiã errantem potest mendacium officiosum vel iocosum esse mortale viris perfectis. Et ad hoc potest referri quod Aug. dicit perfectis esse præceptum, nõ solum mentiri sed nec velle mentiri. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando, quod Aug. non intendat ibi dicere, quod perfectus & spiritualis peccet mortaliter mentiendo pro salute tẽporali alterius; glo. vero ibi male arguit, & non dicit nisi in casu sicut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur primo sicut dictum est, quod hoc dictum Augustini referatur sicut diximus ad casum de per accidens. s. ratione scandali, aut vinculi consciẽtiæ. ¶Secundo rñdetur, vt dicit S. Th. in 2. 2. quod illud nõ dicit Aug. assertiue, sed sub dubitatiõe, præmittit. n. nisi forte ita vt perfectorũ &c. ¶ Ad tertiam respõdetur negando consequentiam quia sicut dictum est, licet perfecti ponantur in statu conseruandæ veritatis, quia veritatem tenentur ex officio dicere in iudicio vel doctrina, contra quæ si mentiantur erit mendacium quod est peccatum mortale. Non tamen oportet, quod in aliis mortaliter peccent mentiendo.

Secunda cõclusio. Ad primum arg. Ad secundũ. Ad tertiũ.

4 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ pro aliqua necessitate vel vtilitate liceat mentiri mendacio officioso, vel iocoso, primo sic. minus malum est eligendum, vt vitetur maius malum, sicut medicus præscindit membrum, ne corrumpatur totum corpus, sed minus nocumentum est, quod quis generet falsam opinionem animæ alicuius, quam quod occidat vel occidatur, ergo licite potest homo mentiri, vt vnum præseruet ab homicidio, & alium præseruetà morte. ¶Secundo sic 4. Regum decimo. laudatur Iosias, ꝙ pro cultu Dei ampliando se velle colere Baal simulauit, & omnes cultores eius interfecit, quam simulationem dicit Hieronymus fuisse vtilem sed hoc non fecit nisi mentiendo, ergo &c. ¶ Tertio secundum Augu. peccatum est auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad commutabile bonum. sed quando quis pro aliquo saluando mentitur, non conuertitur ad commutabile bonum: ergo talis nõ peccat. ¶ Quarto sic, maius malum est homicidium, & furtum, sed furtũ & homicidium possunt pro necessitate aut vtilitate ꝓpria aut aliena bene fieri, ergo, &c. ¶ Quinto sic mendacium quo quis mentitur est contra mandatum secundæ tabulæ, sed in mandatis secundæ tabulæ vt dicit Bernardus, potest dominus dispensare vt bene fiant, ergo & in ipso mendacio, ergo videtur quod non sit essentiale ipsi mendacio, ꝙ sit peccatum. ¶ Sexto sic, possibile est, quod quis mentiatur propter castitatem seruandam alterius, quem diligit ex charitate. Sed omne quod fit ex charitate fit bene, & meritorie, & tale non est peccatum, si possibile est mentiri ex charitate, possibile est mẽdacium non esse peccatum.

Primũ ar. Scd̃m ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Quintũ ar. Sextum ar.

¶ In

Opponit & Respondet.

¶ In oppositum est litera præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, quòd ita est essentiale mendacio esse peccatum, vt nullo pacto, nulla necessitate, nulla dispẽsatione nec humana, nec diuina potest bene fieri. ista conclusio est beati Aug. Et ratione probatur sic. Omne qđ essentialiter est peccatum impossibile est eius essentia permanente quod possit aliquo modo bene fieri & per consequens esse licitum, sed mẽdacium est huiusmodi, cum priuatio veritatis & obliquitatis intẽtionis includatur in eius diffinito. est. n. falsa vocis significatio cum intentione fallẽdi: ergo conclusio vera. ¶ Secundo sic, dicit Aug. lib. de mendacio, quòd pro vita æterna non est mentiendum. Si ergo non licet ẽm Augus. mentiri pro vita æterna, multo minus pro quacunque alia causa. ¶ Tertio sic, dicit Apostolus ad Ro. 2. Non sunt facienda mala vt eueniant bona: ergo non licet mentiri pro quacunque vtilitate. Est autem hic notã-

Augus.

5 dum pro solutione argumẽtorum, † ꝙ tria sunt genera malorum. ᵃ Quædam. n. habent malitiam ex genere operis. s. propter indebitam materiam, vt occidere hominem. Quędam ex circunstantia operationis. s. propter indebitam circunstantiam, vt celebrare missam post prãdium. Quædam habent malitiam ex intentione operantis propter indebitum finem, vt dare eleemosinam propter vanam gloriam.

a ¶ Tria sunt gña malorum. Mala oia nascũtur ex concupiscẽtia. Pe. de An. i c. nã cõcupiscẽtiam nu. 3. de cõsti.

¶ Primum genus malorum potest fieri sine peccato, quia materiæ indebitæ potest conditio disponens eam addi, vt si homini addatur maleficus. ¶ Secundum genus malorum similiter potest fieri sine peccato, quia potest mala circunstantia remoueri. ¶ Tertium genus tripliciter se habet. Nam ad finem indebitum ordinatur aliqua tribus modis. quædam. n. important ordinationem ad malum simpliciter, potentialiter tantum, vt leuare festucam, & hoc potest bene & male fieri, quia potentia se habet ad duo cõtraria. Quædam vero important ordinationem ad malum habitudinale vt capere rem alienã, quæ de se ordinatur ad malum finem, & iterum dispensante Deo saltem, possunt aliquo casu bene fieri, quia cui inest dispositio ad vnum contrariorum potest actu inesse alterum contrariorum, vt sicut aqua naturaliter frigida actu fit calida. Quædam vero important ordinationem actualem vt mentiri, mendaciũ. n. de sua ratione habet intentionem fallendi, & talia nunquam possunt bene fieri, quia actu simul eidẽ non possunt esse contraria, dicimus ergo ꝙ mendacium eo ꝙ in ratione sua non includit intentionem fallendi, non potest bene fieri. Quod autem non potest bene fieri, nunquam debet fieri: ergo mendacium pro nulla necessitate aut vtilitate debet proferri. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Tho. in 2. 2. q. quia mendacium non solum habet rationẽ peccati ex damno, quod infert proximo, sed ex sua inordinatione. Non autem licet aliqua ordinatione vti ad impediendum nocumenta & defectus aliorum, sicut non licet furari ad hoc, ꝙ homo eleemosynam faciat, nisi forte in casu necessitatis in quo omnia sunt communia. Et ideo nõ est licitum mendacium dicere ad hoc, ꝙ aliquis alium à quocunque periculo liberet, licet tamen veritatem occultare prudenter, sub aliqua dissimulatione, vt Augu. dicit in lib. contra mendacium in c. pręsenti. ¶ Ad secundam respõdetur, ꝙ Iosias intendebat ampliare cultum diuinum sed mẽtiendo zelus quidem bonus fuit, sed modus malus. Laudatur de fine, sed non de modo puniendi in finem. i. de zelo, non de mendacio. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. dicimus. n. quod cum quis pro aliquo saluando mentitur auertitur à bono incommutabili. s. à veritate & conuertitur ad bonum commutabile. s. ad mendacium qđ iudicat bonum esse cum non sit. ¶ Ad quartam respõdetur negando consequentiam. Et ratio est secundum dominũ Bonauenturam, quia licet vtrunque illorum. s. furtum & homicidum sit grauius peccatum, quando fit mala intentione, & malo fine, quia tamen contingit illa à malo fine separari. ideo possunt fieri bene, non sic autem est de mendacio reperire, quia de ipsius nominis ratione nominat intẽtionis obliquationem, sicut iam diximus. Et ideo non est simile. ¶ Ad quintam respondetur ad minorem dicimus iuxta dominum Bonauenturam, ꝙ quantum ad actum bene contingit Deum dispensare in præceptis secundæ tabulæ, sed quantum ad deordinationem intẽtionis nunquam, vt aliquis excusetur à peccato propter diuinum præceptũ manente intentione deordinata. ¶ Ad sextam responde-

Ad primũ argu.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad sextum.

tur negãdo assumptum. s. quod aliquis inuocatur ad mentiendum ex charitate. Et ratio est, quia charitas præsupponit veritatem, vnde ad nihil mouet quod veritati repugnat, veritati dico ex parte animæ, vnde dixit Bernar. ꝙ ad hoc quòd opus sit laudabile, necesse est quòd sit charitas in intentione, & veritas in electione. Et quia veritas non seruatur in prolatione mendacij, hinc est quod mendacium ex charitate non potest dici, & ita nec bene fieri. Lege. ¶ [Ne quis]. l. nullus Hugu. construe sic & dimitte gloss. [perfectum & spiritualem virum] debere mentiri pro vita ista temporali conseruanda in cuius vitæ dissolutione nõ occiditur anima cuiuscunque morientis, quia ipsa anima cum sit immortalis, moriente corpore ipsa non moritur. Et ita non capitur ar. quòd perfectus peccet mortaliter si mentiatur pro saluanda vita temporali sua vel alterius, nec occidat animam suam & c. hoc est verum sicut dicimus in quæstione in casu, scilicet, ratione scandali, aut si quis contra conscientiam etiam errantem faceret, & non potest per se. [duo vero] secunda pars videlicet iocosum & officiosum sine culpa veniali. Hug. [aut proximo consulendo] vt cum quæritur ad mortem, & pro eius vita seruanda mentimur, ne patiatur damnum in pecunia, vel in pudicitia corporis. Hu. illud autem primum minus, non dico quam primum, sed quam alias esset si fieret non causa consulendi proxi. Hug. [illud vero] tertia pars ostendit non esse mendacem, qui gladium promissum restitui non restituit furenti [duplex cor.] id est, dolositatem in corde nec voluntatem fallendi, patet litera, concessum sanctis sed nec alijs Hug.

Bernardus

Exponit literam.

Hugu.

FAciat homo. Ad idem est hoc capitulum, quod est eiusdẽ Augustini in lib. de mendacio. Summa est in rubro. Et potest diuidi in tres partes. In prima ponit, quòd pro salute temporali proximi debet homo facere quod potest. In 2. ponit quod hoc est intelligendum, quando sine peccato illud potest facere. In 3. assignat rationem huius. secunda ibi, cũ autem. tertia ibi, quoniam. Lege. ¶ [Faciat] etiam pro temporali, nedum pro æterna. Hug. [quod potest de iure]. i. quod debet quod bonum est. Non. n. dicitur posse fieri, quod non debet fieri, vel quod de iure non fit, vt 24. q. 2. sane. Hug. [Cum autem] secunda pars. [nisi peccando] etiam venialiter Hu. Arc. s. e. primum. [quoniam] tertia pars. [reliquum.] quasi diceret id solum sibi restat faciẽdum [quod recte]. i. sine peccato, prospexerit esse faciendum, vel prospexerit. i. prospicere debet & scire Hu.

Diuisio.

Exponit literam

Archid.

1 *Diabolus dixit primum mendacium.*

OMne genus. Ad idem est hoc capitulum quòd est beati Isidori lib. suo, de synonymis. Summa est. Ab omni genere mendacij abstinendum est. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit in generali, quod omne genus mendacij est fugiendum. In secunda declarat, quod sine aliqua exceptione est vitandum, siue ꝙ pro nullo casu est dicendum, secunda ibi, nec in casu. Lege. ¶ [Omne genus] plane bene consuluit beatus Isidorus hispaniarum decus & splendor, quod omne mendacij genus fugiendum sit, quod hoc peccatum

Exponit literam.

1 est diabolicum. † primum. n. mendacium dixit diabolus. Genes. tertio. Nequaquam moriemini, & c. vnde Ioann. 8. dicitur, quod ipse est pater mendacij, quia inuentor est, & pater hominis mendacis, homo. n. mendax filius est diaboli imitatione. Ioann. 8. vos ex patre diabolo estis [nec casu.] 2. pars. [& studio]. i. studiose [præstes]. i. profis Hug. [fallacia.] etiam veniali. Hu. & in hoc casu loquitur cap. sequẽs quod est palea secundum. Hug.

1 *Mendacia ioco dicta non reputantur peccata mortalia.*

QVod ait. Ad idem sequitur hoc c. quod est beati Augustini libro. quæ-

1 stionum super Gen. q. 45. Sũma est, ꝙ mendacia ioco dicta non reputãtur peccata mortalia. Et potest diuidi in tres partes. in prima ponit quæstionem. In secunda subiungit rationem. In tertia confirmat ratione responsionem. 2. ibi, autem 3. ibi, mendacia enim & c. Lege. text. ¶ [Quod ait Ioseph.] Genesi. 45. vbi pro intellectu literæ notandum, ꝙ ibi le-

Diuisio.

Exponit literam.

Nota historiam. ibi legitur, quòd cum fratres Ioseph secũda vice venissent ad eum,& ex præcepto eius adduxissent Beniamin,præcepit dispensatori suo,vt impleret saccos grano, & pecuniã reponerent in saccis singulorum,& scyphum argenteum suum in sacco Beniamin reponerent, factumque est ita,& orto mane dimissi sunt, tunc dispensator iubente Ioseph insecutus est eos,& apprehensis ait.Rem pessimam fecistis scyphũ furati estis,in quo bibit dominus meus, & in quo auguriari solet.At illi dixerunt.Apud quem inuentum fuerit quod quæris morte moriatur, & nos serui erimus domini tui. Et scrutatis saccis singulorum tandem inuenit scyphum in saccis Beniamin:tunc illi redierunt ad Ioseph quibus ipse ait.Cur sic agere voluistis.An ignoratis, ꝙ nõ sit similis mihi in auguriãdi scientia. Et post multa verba, & multas lacrimas manifestauit se eis, & fecit patrem suũ venire in Aegyptum cum omni familia sua,hoc habito sic construo [quæri solet quid].s. velit illud quod ait Ioseph fratribus suis[nesciebatis,&c.] quasi diceret quæri solet an fuerit mendacium mortale, cum sic se talem augurem dixit,cum non esset[per hominem].i. dispensatorem suum, qui eos insequutus est & reduxit[autem] 2.pars ponit solutionem sub intertogatione,simile 35.q.7.c. Hug. Solutio est, quòd dicetur quòd non est habendum mendacium mortale. [quoniã non serio].i.cum voluntate fallendi,sed ioco dictum est.[vt exitus].i.finis, quia omnia eis remisit, & insuper multa eis dedit,per sequentia.n.sæpe præcedentia cognoscuntur,vt 34.q.1.c.1.Hug.dicit autem S.Tho.in 2.2.q.95.ꝙ Ioseph hoc dicebat non seriose,sed referens se ad illud,quod vulgus de eo opinabatur,quia credebant ipsum Ioseph eruditissimũ in omnibus[mendacia.n.]3.pars .s. mortalia, & sic soluitur contrarium supra eadem, ne quis, vbi dicitur, quòd mendacium etiam quod fit ioco est peccatum veniale, sed mendacium hic dicitur tantum mortale.s. quod fit cum voluntate decipiendi, & lædendi proximum. Hug.

S. Thomas.

Sed in veteri testamento. §. est. Quia enim dixerat Augustinus in c. præcedenti,quòd nullo genere mendacij esset mentiendum, & tamen Ioseph de suo mendacio esse excusatum. Ideo subdit magister hunc.§.dicẽs, sed in veteri &c.[permittebantur] id est à lege corporaliter non puniebantur, licet forte essent mala. Hugu. & Archidiacon. Et inducit hoc ad probandum, quod non debet homo veterum exemplis semper vti, quia aliqua sunt permissa tunc, quibus non licet nunc vti, & hoc probat per capitul. sequens.

Hugu. Archid.



SI quis. Inducit capitulum hoc, quod est beati Gregorij in quarta parte moralium.lib.18.c.3.Summa est in rubro.Breue est,& non diuiditur.Lege.¶[Si quis per vetus].i. imitando homines veteris testamenti mentientes[necesse]ex vi concomitantiæ, & rationis. Nam quæ ratio assignatur in vno & in alijs. Ex quo.n.alia sunt eiusdem rationis,& censuræ,licet argumẽtari ab vno ad alia, vt vno concesso, vel prohibito, omnia eiusdem rationis intelligantur concessa, vel prohibita.ar. dist.4.denique.Hug. [alienarum rerum].i.dicat licitum esse res alienas rapere, sicut in veteri testamento filii Israel vasa argentea ægyptijs,& terram promissionis populis inhabitantibus abstulerunt. Et quidam eorum non peccauerunt,vt 14.quæstione quinta,dixit, & 23.quæstione septima,si de rebus.Et quidam eorum qui cupiditate hoc fecerunt,& tamen non nocuit eis temporaliter, quia inde puniti non fuerunt.Et de raptu talium hic loquitur. Hug. vel dicitur, ꝙ erant aliena, non re, quia qui dominus eorum erat,ea dederat filijs Israel,sed tantum erant aliena possessione.Similiter & de retributione iniuriæ, quæ fit propria authoritate hic loquitur. [Retributio etiam iniuriæ quæ fit propria authoritate præter autoritatem iudicis tunc licebat.] Licebat.n.inferre pœnam statutam pro sua offensa, siue esset ad effusionem sanguinis, siue non peccabant quidem, si hoc faciebant propria authoritate præter authoritatem iudicis. Nam eius authoritate poterant hoc iure facere,nam lex dixerat.Exo.21.reddet animam pro anima, oculum pro oculo, manum pro manu &c.& Deutero.19. sed si faciebant non puniebantur à lege vt hic dicitur,sed in nouo testamento pœnitus non licet præter authoritatem iudicis, & si fiat,grauiter puniuntur,vt 23.q.4. innocens,& q.5.de occidendis, & quæstione vltima, qui percutit.Hu [concessa.]quo ad pęnam legis.Hu.[veritas].i. Christus qui ait Ioann. 14. Ego sum veritas. [insequitur] Matt. 5. audistis quia dictum est antiquis oculum pro oculo,dentem pro dente. Ego dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in vna maxilla &c.[vmbra significationis].i. postpositis legalibus, & cerimonialibus Christum & sacrificia noui testamenti significantibus.Hu.[declaratur].i.patefacta est.

Exponit literam.

1 *Mendacium obstetricum an fuerit veniale, aut mortale.*



SI quælibet. Ad idem sequitur hoc capitulum eiusdẽ Gregorij.Summa est in rubro. Et potest diuidi in tres partes.In prima ponit motiuum quorundam dicentium,quòd liceret mentiri pro salute alterius. In secunda ponit opinionem illorum, quam probat exemplo obstetricum. In tertia reprobat illam,ostendens ꝙ obstetrices per mendacium earum perdiderunt meritum vitæ æternæ, quã erant dignæ si ex charitate illud fecissent. 2. ibi, nonnulli, tertia ibi.Nam benignitatis.¶ Pro intellectu pleniori huius capituli quæritur.¶† Vtrum mendacium obstetricum fuerit veniale an mortale.Et videtur quod fuerit mortale, ex præsenti capitulo ex quo sic arguitur. Merces æterna non perditur,nisi pro peccato mortali.Sed vt dicit hic Gregorius pro mendacio obstetricum merces æterna commutata est in temporalem: ergo illarum mendacium fuit mortale.¶ In oppositum videtur esse Hieronymus qui dicit,quod dominus ædificauit eis domos spirituales, quod non esset verum si mendacium illarum fuisset mortale. ¶ Respondeo dicendum,quòd vt tangit S. Thom.in tertio. Circa mendacium obstetricum diuersa est opinio. Quidam enim dicunt quòd mendacium obstetricum fuit ad obseruandum vitam puerorum,& sic fuit officiosum & veniale peccatum,fuit etiam ad conseruandam propriam vitam,& sic fuit libidinosum, & mortale peccatum.Sed vt dicit S. Thom.hoc videtur irrationabile, quia non minus debet homo suam vitam tueri,quam alterius. Et ideo alij dicunt, quòd in actibus obstetricum tria est considerare. Primo ipsam pietatem,qua pueris parcere voluerunt, inquantum ad hoc vel meruerunt, vel ad meritum disponebantur. Et secundum hoc intelligendum est verbum Hieronymi, quòd ædificauit eis, Deus domos spirituales non per assecutionem gratiæ, inquit Dominus Bonauentura, sed quia quodammodo ad gratiam præparatæ fuerant,per timorem & pietatem,fuit etiam ibi mendacium siue pro deliberatione puerorum siue pro liberatione propriæ vitæ, quod videtur subtiliter discutienti, secundum Gregorium quod fuerit peccatum veniale & sic habẽt,laudem secundum Augustinum libro de mendacio non perfectæ iustitiæ, sed proficientis ad iustitiam, fuit etiam ibi omissio confessionis diuinæ veritatis & iustitiæ. Si tamen coram Pharaone tunc confiteri tenebantur, & quantum ad hoc potuit esse peccatum mortale,& secundum hoc potest intelligi,quod merces æterna eis in temporalem commutata est, vel si ex hoc mortaliter non peccauerunt dicitur merces æterna in temporalem mutata,quia earum benignitas gratia non informata remunerationem temporalem habuit, quæ gratiæ adiuncta habuisset æternam. ¶ Et ita patet responsio ad argumentum, quoniam verba Gregorii intelligenda sunt vt dictum est. Et non ita quod per illud mendacium mererentur amittere remunerationem æternam,quam ex præcedenti affectu meruerunt sicut ratio procedebat. Lege textum.¶ [Si quælibet] Legitur in Exodi primo. Quod cum Pharao vellet interficere masculos in Israel,præcepit obstetricibus hebreorum, vt masculos hebreorum obstetricando interficerent, & aborsum factum esse mentirentur, fœminas autem reseruarent.Timuerunt autem Deum & reseruauerunt mares, quæ cum à rege redarguerentur, mentitæ sunt dicentes, hebreæ scientiam obstetricandi habent, & priusquam veniamus ad eas pariunt.Et de isto mendacio est quæstio de qua in litera.Aliqui dicebant illud non esse peccatum.Alij vero tantum esse veniale.Alij vero mortale.Nos vero iam diximus quid pro veritate tenendum est, videlicet quod fuerit peccatum veniale,& in casu ponit esse mortale.[purgari]saltem quo ad pœnam, & satisfactionem temporalẽ. Hugu.

Diuisio.

1 Quæstio, Primũ ar.

Oppon. in cõtrarium.

Respondet.

S.Thom.

Bonauent.

Aug.

Ad arg.

Exponit literam.

Huguti. [hoc.] scilicet culpa obstetricum. [abstergitur] id est potuit vel debuit abstergi. [qua bonitatis]. id est quæ ex pietate commissa, quia vt saluarent pueros à morte [nonnulli]. secunda pars. [hoc mendacij genus] quod fit pro pręstando beneficium alteri, siue pro commodo, vel salute alterius [non esse peccatum scriptum est] in exodo. vbi supra [ędificauit eis domos] id est locupletauit eas bonis temporalibus. non tamen pro mendacio, quia pro peccato nihil debetur. sed quia timuerunt Deum & pueros seruauerunt [qua recompensatione.] scilicet temporali [magis cognoscitur benignitatis] id est benigni, & pij operis. [merces potuit &c.] si mendacium non esset & ex charitate hoc fecissent. Hugutio. [præmissa culpa.] mendacij [in terrenam] id est temporalem, & hoc fecit culpa mendacij [declinata] id est mutata. bene dicit declinata. quia de æterna mercede in temporalem magis est declinatio, & descensus.

1 *Abraham an fuerit mentitus dicendo pueris suis. sedete hic cum asino &c.*


Abraham. Ad idem est hoc capitulum eiusdem exemplo veterum patrum antiqui testamenti. Et videtur nobis quod continuat solutionem argumentorum eorum, qui dicebant mendacia officiosa & huiusmodi non esse peccata. Et primo arguebat de Ioseph, & solutum est supra in capitulo quod ait. Secundo arguebant de obstetricibus, & solutum est in proximo præcedenti capitulo. Nunc subiungit argumentum Abraham, qui mentitus videtur fuisse pueris suis, cum eis aliud diceret, & aliud facere deliberaret dicens. sedete hic cum asino. Ego & puer illuc. &c. ¶ Pro pleniori intelligentia huius quæritur † vtrum Abraham mentitus fuerit dicendo pueris suis. sedete hic cum asino &c. sequitur, reuertemur ad vos. Et videtur, quod sic. quia aliud dicebat, & aliud facere deliberauerat. scilicet immolare filiũ suum. ergo mentitus fuit. ¶ In oppositum videtur text. præsentis literæ. vbi dicitur, quod excusatur à mendacio. ¶ Respondeo dicendum, quod Abraham non fuit mentitus. vnde à mendacio excusatur. Primo sic. quia licet Abraham crederet se filium immolare, credidit etiam quod Deus mox filium suum susciperet, eo quod Deus qui mentiri non potest promiserat Abrahæ quod Isaac haberet hæredem, & in Isaac vocaretur sibi semen, in quo benedicerentur omnes gentes. Genes. vigesimo primo propter quod non est mentitus. hæc est sententia beati Augustini. 15. de ciuitate Dei. capitulo. 31. Secundo excusatur in litera sequenti. Litera patet.

Quæstio. 1 — Respondet


Prophetauit. In hoc capitulo. quod est beati Ambrosij, ponitur secundus modus excusationis, quo Abraham excusatur à mendacio, videlicet quod Abraham propheticè loquutus fuit, non aduertens tamen quid diceret. Non tamen fuit prophetia perfecte dicta. quia vt dicit magister Nicolaus de lyra. ad prophetiam perfecte dictam requiritur intelligentia secundum quod dicitur Danielis decimo. intelligentia opus est in visione. sed fuit prophetia large dicta, quia spiritu sancto mouente sic protulit. & hoc est quod dicit litera. [prophetauit &c. quod ignorabat.] Et ideo vt dictum est non fuit prophetia proprie aut perfecte dicta [ipse solus disponebat] redire immolato filio. [sed dominus parauerat] id est disponebat [captiose autem] ponitur alius modus respondendi, quod captiose, id est cautelose, aut callide loquebatur cum seruis, ne aliquis impediret.

Nic. de lyr.

Quandoque. §. est, in quo secundum Ioann. de. incipit quinta pars huius quęstionis in qua dicitur, quod quandoque etiam boni viri dissimulant significando aliquid velle fieri, quod tamen nolunt fieri, & non peccant, sed hoc faciunt vt experimentum capiant obedientiæ sicut ostendit exemplo Abraham, quem dominus tentauit præcipiendo vt immolaret filium suum, quem tamen nolebat occidi. & hoc vt eius virtus & obedientia ceteris nota esset. Et hoc probat per capi. sequens. Lege textum. ¶ [Quandoque &c. quod tamen fieri nolumus] & tamen, non mentimur, nisi contra conscientiam loqueremur. Hugo. Exponit literam.

2 *Obedientia quid sit.*

3 *Præceptum Dei factum Abrahę de immolando filio quod præceptum fuerit.*

4 *Natura dicitur tribus modis.*


Non enim. Hoc capitulum est Beati Ambrosij, quod inducit ad probandum quod dixerat. Summa est quæ dicta est quod Deus tentauit Abraham iubens ei, quod immolaret ei filium: quem tamen nolebat occidi, sed sic iusserat, vt illius obedientia nota fieret. ¶ Pro pleniori intelligentia huius quæstionis quęruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum sub præcepto diuino potuit cadere, quod Abraham immolaret filium suum. Et ita quod occideret.

5 ¶ Secundum vtrum Abraham tenebatur tali præcepto obedire.

1 Ad primam Sic proceditur. † Et videtur quod Deus non præcepit Abraham quod immolaret filium suum. Primo sic. Deus non potest pręcipere aliquid quod sit peccatum. sed occidere filium suum est peccatum, cum sit contra legem naturæ. ergo &c. ¶ Secundo sic. Præceptum vt colligitur ex primo sententiarum distinctione, quadragesima quinta est signum voluntatis diuinę obligans ad actum de quo est. Sed vt dicit Ambrosius in litera. Deus nolebat immolari filium Abrahæ. vnde statim dixit. Ne extendas manum in puerum. Genes. vigesimo secundo. ergo &c. ¶ Tertio sic. Deus præcepturus erat in lege scribenda, & in lege naturali præcepit ab initio mundi. Non occides. ergo si præcepisset Abrahæ immolare filium suum, præcepisset contra præceptum suum, quod præceperat in lege naturali, & quod præcepturus erat in lege scripta. quod videtur esse inconueniens. ergo &c. ¶ Quarto sic. dicit Augustin. quod creator naturæ nihil facit contra naturam, quia faciendo contra naturam. quam condidit, faceret contra seipsum. sed sicut se habet creator naturæ ad naturã sic lex æterna creatoris se habet ad legẽ naturæ. ergo creator, lege æterna nihil præcipere põt contra legem naturæ creatam, sed immolare filium est cõtra legem naturæ. ergo contra hoc non potuit præcipere aliquid. ¶ In oppositum est text. præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum iuxta Albertum magnum in prima parte summæ suæ de mirabili scientia Dei, quod præceptum multiplex est scilicet, præceptum probationis, & præceptum executionis, & præceptum disciplinę. præceptum probationis non semper exigit actum, sed voluntatem præparationis ad actum. vt fidelitatis, & obedientiæ accipiatur experimentum, & vt hoc alijs ponatur in exemplum. præceptum executionis est quod exigit actum, quia hoc est quasi regula actus: per quam mensuratur licitum in actum. Licitum enim est, quod lege præcepti regulatur. Exod. vigesimo. dedi eis præcepta mea quæ faciens homo viuet in eis. præceptum disciplinę est in quo accipitur disciplina, vt recte quis de præcepto & obligatione præcepti habeat æstimationem. Si enim recte æstimat voluntatem præcipientis omnibus ante ponendam etiam in his, quæ pręter rationem esse videntur. sicut fuit pręceptum Adæ de pomo non comedendo, propter quod obedientia ab antiquis sic

2 diffinitur. † Obedientia est virtus, quę quælibet amplectitur iniuncta necessario implenda, nisi obstiterit imperantis

3 autoritas. dicendum est ergo pro conclusione, † quod Deus præcepit Abrahę, quod immolaret filium suum, sed pręceptum hoc fuit præceptum tentationis, & hoc significatur in text. Sic enim dicit. Tentauit Deus Abraham. & dixit ad eum. Tolle filium tuum quem diligis Isaac &c. In pręcepto autem tentationis sicut dictum est, non exigitur actus. sed perfecta pręparatio ad actum, vt probetur fides, & deuotio obedientis. vtrum scilicet aliquid pręponat pręceptis Dei vt patet ex verbis Ambrosij hic in litera. Et in tali pcepto volũtas Dei est circa præparationẽ ad actum & promptionem obedienci,

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit & Respondet. — Albertus magnus

Ad primũ argu Albertus. obediendi, & non circa actum præcepti. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur. vno modo iuxta Albertum. ex dictis, quod præcepto executorio quod obligat ad actum, nunquam præcepit id quod est peccatum sed præcepto tentationis, quod non exegit actum, bene potest præcipere peccata eatenus quatenus ad probationem & instructionem ordinantur. ¶ Secundo respondetur iuxta sanctum Thom. & magistrum Nicolaum de Lira. Genes. 22. quod immolare filium suum ex præcepto Dei, nec est peccatum, nec contra legem naturæ, nec contra decalogum. Nam occisio hominis prohibetur lege naturæ & præcepto decalogi secundum quod habet rationem indebiti. vnde lex humana mandat occidi malefactores, & hostes reipublicæ, non faciendo contra legem naturæ: nec præceptum decalogi. quia hoc non habet rationem indebiti, nec talis occisio est homicidium, quod lege naturæ vel præcepti decalogi prohibetur. vt dicit Augu. lib. de libro. arbitrio. Et similiter Abraham consentiens occidere filium non consensit in homicidium lege prohibitum. quia debitum erat eum occidi propter mandatum Dei, qui est dominus mortis & vitæ. Ipse enim est qui pœnam mortis inflixit omnibus hominibus iustis & iniustis pro peccato primi parentis, & potest repetere illud debitum quando vult cuius sententiæ si homo sit executor autoritate diuina non erit homicida, sicut nec ipse Deus, sicut in proposito. Secus autẽ esset de præcepto alterius domini, qui sic non est dominus vitæ & mortis. ¶ Ad secundum respondetur iuxta Albertum magnum, quod illa diffinitio præcepti datur de præcepto executionis, non de præcepto probationis & disciplinæ. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. quia immolare filium siue occidere ex mandato Dei nec erat contra legem naturæ, nec contra præceptum decalogi, sicut dictum est in responsione ad primum & secundum. ¶ Ad quartam patet etiam responsio ex dictis. quoniam immolare filium ex mandato Dei non erat contra naturam, sicut dictum est: verumtamen propter dictum Augustini dicimus iuxta dominum Albertum, quod vt dicit Augustinus contra faustum, & habetur in glos. ad Rom. 10.

[Margin: S. Tho. Nic. de lyr. — Augu. — Ad secũdũ — Ad tertiũ — Ad quartũ. — Albertus.]

4 † Natura dicitur tribus modis. vno modo dicitur natura regula immobilis prouidentiæ qua vnumquodque ad debitum naturæ suæ finem gubernatur, & deducitur. Et contra hanc naturam non potest deus facere, sicut nec contra seipsum. ¶ Secundo modo dicitur natura potentia obedientialis in creatura. qua omnis creatura obedit suo creatori. vnde hæc est natura vniuscuiusque rei, quod in eo Deus operatur. vt habetur in supradicta gloss. ¶ Tertio modo dicitur natura consuetus cursus naturæ. & contra hunc potest Deus facere & præcipere maxime præcepto probationis, & instructoris quia in illis actum non vult Deus. sed aliquid circa actum sicut patet in præcepto facto Abrahæ de immolando filium, sicut dictum est.

5 **Ad secundam** Sic proceditur. † Et videtur quod prædicto præcepto, non tenebatur obedire Abraham. Primo sic. Nullus tenetur aliquid facere contra virtutem. sed præceptum factum Abrahæ de interficiendo innocentem est contra virtutem, scilicet iustitiæ. ergo tali præcepto non tenebatur obedire Abraham. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti litera &. Gene. 22. vbi de obedientia commendatus est Abraham. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, quod Abraham tenebatur obedire Deo præcipienti immolare filium. Ista conclusio patet. Tum primo ex illo Exo. 24. omnia quæ loquutus est dominus faciemus, & erimus obedientes. Tum secundo patet ratione sic. Ille qui obedit mouetur ad imperium eius: cui obedit, sicut res naturales mouentur per suos motores. Sicut autem Deus est motor omnium, quæ naturaliter mouentur. Ita etiam est primus motor omnium voluntatum. Et ideo sicut naturali necessitate omnia naturalia subduntur diuinæ motioni, ita quadã necessitate oẽs volũtates tenentur obedire diuino imperio. Et ita per consequens Abraham tenebatur obedire Deo præcipienti sibi immolare filium suum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. respondemus iuxta Sanctum Thom. quod verum est, quod Deus non potest præcipere aliquid contra virtutem quia in hoc principaliter consistit virtus & rectitudo voluntis humanæ, quod cõformetur Dei volũtati, & eius sequatur imperium, quamuis sit contra consuetum virtutis modum. secundum hoc ergo præceptum Abrahæ factum, quod filium innocentem occideret, non fuit contra iustitiam, quia Deus est actor mortis, & vitæ. Et ita tenebatur obedire. Lege textum. ¶ [Non enim volebat à patre immolari filium &c.] quia sicut dictũ est hoc fuit præceptũ probationis. nõ executionis, vnde ait [sed tentauit &c.] ouem pro filio.] Surgit hic quæstio. Quomodo dicit Ambro. ouẽ cum textus Gen. vigesimosecundo dicat arietem. Respondetur quod Ambrosius primo nominat ouem, propter generis propinquitatẽ, quia non differunt ouis & aries, nisi in sexu. ex quo ouis non prohibetur immolari. Leuit. septimo. Offeretis victimas adipem ouis. ¶ Secundo ad exprimendam figuræ veritatem. Nam vt dicit Augustinus. decimosexto de ciuitate Dei. capitulo trigesimoprimo, immolatio Isaac per patrem figura fuit, quod ipse Dei filius secundum formam hominis voluntate patris fuit in ara crucis immolandus, factus obediens vsque ad mortem. ad philippen. Secundo qui ratione innocentiæ & obedientiæ ouis & agnus dictus est, Esa. quinquagesimotertio. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & ibidem quasi agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. de quo etiam Ioan. primo dicitur. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit &c. & infra. [non mittas &c.] Genes. vigesimosecundo [Non auferam quod ipse donaui.] Non enim licet donationem reuocari præsertim si fiat intuitu pietatis. argumen. duodecemo. q. 2. sacrorum.

[Margin: Primũ ar. — Opponit contrariũ. — Ad argu. S. Thomas. — Exponit literam. — Quæstio. Respondet — Augusti.]

1 *Simulatio omnis an sit peccatum.*
2 *Simulatio dicitur quadruplex.*



Tilem. Consequenter sequitur hoc capitulum quod est beati Hieronymi super quarto libro Regum. decimo capitulo. Summa est in rubro scilicet, quod simulatio aliqua est vtilis & assumenda ex tempore. Et potest diuidi in tres partes secundum tria exempla, quæ ad probandum inducit. primum exemplum est de Hieu rege Israel. Secũdum de Dauid. ibi, & Dauid. Tertium est de Christo. ibi: Cum & ipse dominus noster. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius capituli quæritur. ¶ † Vtrum omnis simulatio sit peccatum. Et videtur quod non. primo ex præsenti capitulo arguendo sic. Nullum peccatum est vtile. sed simulatio vt dicit Hieronymus in litera, est vtilis, & in tempore assumenda. & probat tam exemplo Hieu regis Israel, quam Dauid. & Christi. ergo &c. ¶ Secundo sic dicitur de Christo Lucæ vltimo. quod dominus finxit se longius ire. fictio autem ad simulationem videtur pertinere. ergo cum Christus nõ potuerit peccare, videtur quod simulatio non potest semper esse peccatum. ¶ Tertio. bonum malo est contrarium. si ergo simulare bonum malum est, simulare malum bonum est. quod videtur inconueniens: ergo simulatio non est semper peccatum. ¶ In oppositum est, gloss. super illud Esa. decimosexto. In tribus annis &c. Ita dicens in comparatione duorum malorum leuius est aperte peccare, quam sanctitatem simulare. sed aperte peccare semper est peccatum, ergo simulatio semper est peccatum. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, quod simulatio proprie dicta semper est peccatum. Ista conclusio probatur sic iuxta Sanctum Thom. in secunda secundæ. quæstione. 111. argu. primo. Ad virtutem veritatis pertinet, vt aliquis talem se exhibeat exterius per signa exteriora, qualis est. Signa autem exteriora non solum sunt verba, sed etiam sunt facta sicut ergo veritati opponitur. quod aliquis per verba exteriora aliud significet quam quod habeat apud se, quod ad mendacium pertinet. Ita etiam veritati opponitur, quod aliquis per aliqua signa exteriora factorũ vel rerum aliquid designet contrarium eius, quod in eo est quod proprie simulatio dicitur. vnde simulatio proprie est mendacium quoddam in exteriorum factorum signis consistens. Non refert autem vtrum aliquis mentiatur verbo vel quocunque alio facto. vnde cum omne mendacium sit peccatum, vt dictum est, consequens est quod etiam omnis simulatio sit peccatum. ¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de præsenti capitulo respondetur quod

[Margin: Diuisio. — Quæstio, Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Oppoṅit contrariũ — Respondet — S. Thom.]

quod Hieronymus large vtitur nomine ſimulationis ꝓ qua cunque fictione. Sicut autem dicit Auguſtinus libro de quęſtionibus euangelij. Non omne quod fingimus eſt mendacium. ſed quando id fingimus, quod nihil ſignificat tunc eſt mendaciū. Cum aūt fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis, & ſubiungit exemplum de figuratiuis locutionibus, in quibus fingitur quędam res, non vt aſſeratur ita eſſe, ſed eſſe proponimus vt figuram alterius quod aſſerere volumus. Commutatio autem faciei Dauid fuit fictio figuralis, ſicut exponit gloſſ. in titulo illius pſalmi. 144. Benedicam dominum in omni tempore. Simulationem autem Hieu non eſt neceſſe excuſari à peccato: vel mendacio, quia malus fuit. vtpote ab idolatria Ieroboam non recedens. commendatur tamen & etiam temporaliter remuneratur à Deo, non tamen pro ſimulatione, ſed pro zelo quo deſtruxit cultum Baal.

Ad ſecundū ¶ Ad ſecundam patet reſponſio ex dictis. Illa enim fictio qua Chriſtus finxit ſe longius ire, non fuit mendacium aut ſimulatio, ſed figura veritatis cum referantur ad ſignificationem aliquam. vnde ſic dominus finxit longius ire, quia compoſuit motum ſuum quaſi volentis longius ire ad aliquid figurate ſignificandum, ſcilicet quod ipſe ab eorum fide longe erat, vt Gregorius dicit vel vt Auguſtinus dicit. quia cum longe receſſurus eſſet aſcendendo in cœlum per hoſpitalitatem quodammodo tenebatur in terra. Notandum tamen (Grego.)

Alexander 2 hic iuxta Alexādrum de Halis in tertio, † quod quadruplex eſt ſimulatio. Quædam eſt ſimulatio cautelæ, quæ fuit in Hieu. quarto Regum. 9. vt interficeret ſacerdotes Baal. Et in Ioſuæ, qui ſimulauit fugam. Ioſue. 8. Quæ eſt ſimulatio doctrinæ, de qua Lucæ Vltimo finxit ſe dominus lōgius ire, vt inſtrueret & moneret diſcipulos ad opera miſericordiæ, & hoſpitalitatis. ¶ Alia eſt ſimulatio ſignificationis, qualis fuit ſimulatio Iacob Gene. 27. quando ſimulauit ſe Eſau, in quo ſignificauit, quando minor populus præferendus erat maiori, ſcilicet gentilis Iudaico. ¶ Alia eſt ſimulatio duplicitatis qualis eſt in hypocritis, & hæc dicitur ab Ambroſio mendacium. Hæc ille. ¶ Ad quartam reſpondetur, quod quidam dicunt vt videtur Alexander de Halis in tertio dicere, quod nullus poteſt ſe ſimulare eſſe malum. quia ꝑ opera bona nullus ſe ſimulat malum. Si autem opera mala faciat ma

S. Thom. lus eſt. Sed hęc ratio vt dicit Sanctus Thom. nō cogit. poteſt enim aliquis ſe ſimulare malum per opera, quę in ſe non ſunt mala, ſed habent quandam ſpeciem mali, & tamen ipſa ſimulatio, eſt mala. Tum ratione mendacij. Tum ratione ſcādali. Et quamuis per hoc fiat malus non tamen fit malus illa malitia quam ſimulat. Et quia ipſa ſimulatio ſecundum ſe mala eſt, non ratione eius de quo eſt, ſiue ſit de bono ſiue de malo

Exponit literam. peccatum eſt. Lege tex. ¶ [Vtilem ſimulationem.] large ſumit Hieronymus ſimulationem pro quacunque fictione vt diximus ex dicto beati Thomæ. [Hieu]. 4. Reg. 10. Legitur ibi, quod Hieu poſtquam occidit Ioram regem Iſrael filium Achab, venit in Samariam & conuocato populo vniuerſo dixit, in dolo ampliare volo cultum Baal. Achab coluit Baal parum, Ego autem amplius colam eum. Nunc igitur omnes ꝓphetas Baal, & vniuerſos ſeruos eius & cūctos ſacerdotes ipſius vocate ad me: nullus ſit qui non veniat. Sacrificium enim grande eſt mihi Baal. Quicunq; defuerit non viuet. Et venerunt omnes cultores Baal, nec vnus defuit. impleta eſt domus baal. poſtquam vero mactarunt victimas, & compleuerunt holocauſtum, præcepit militibus ſuis ingredimini: & percutite omnes. nullus euadat, & percuſſerunt eos, & ſtatuam Baal & communuerunt & deſtruxerunt templū eius: & fecerunt pro eo latrinas id eſt ſubterraneas vias ad purgationem vrbis. Et ita Hieu cum prædicta diſſimulatione deleuit Baal de Iſrael. Sed vt diximus in reſponſione ad primū argumentum non excuſatur iſte à mendacio, nec laudatur de ſimulatione ſed de zelo quo deſtruxit cultum Baal. [& Dauid.] ſecunda pars. Et eſt ſecūdū exemplum de quo primi Regum. capit. 21. exemplum patet. Multa ponuntur hic tam in gloſſ. quam apud Hug. quod quis de dolo excuſetur propter ſequentem vtilitatem, quod non eſt credendum. quia nec propter quamcunque vtilitatem ſequentem excuſatur mendacium. [officium] quin ſit peccatum. vt dictum fuit ſupra. in. c. omne. [cum & ipſe dominus noſter] tertia pars. [nec carnem peccati] id eſt carnem peccatricem, ſcilicet habentem in ſe peccatum, vel cauſam peccati. [ſimulationem] id eſt ſimilitudinem. [peccatricis carnis.] id eſt carnem ſimilem carni peccatrici. prima Petri ſecundo. & hoc ſine aliqua ficta ſimulatione. quia cum eſſet ſine peccato propter aſſumptos defectus naturæ videbatur caro peccati ſimilis carni aliorum hominum abſque omnium fictione. Et dicit Hug. & etiam gloſſ. quod Chriſtus aſſumpſit hanc ſimilitudinem vt falleret diabolum. Nam vt dicit Auguſtinus ſi diabolus eum filium Dei ſciuiſſet, nunquam eum occidi à Iudeis paſſus fuiſſet [condemnās] id eſt deſtruens. Hugo. [peccatum] id eſt actorem peccati. ſcilicet diabolum, quem deſtruxit nō in ſe: ſed in ſuis auferendo eos ei, & dimittendo peccata, per quæ eis dominabatur. Hu. [in carne ſua] exponendo eam morti, cum qua vetus homo noſter crucifixus eſt [nos in ſe] id eſt per ſe, id eſt per fidem eius [faceret iuſtitiam] id eſt iuſtificatos. Hugo. (Augu.)

Ecce. §. eſt, in quo magiſter Gratianus concludit ex prędictis, & dicit patere quæ mendacia ſint peccata mortalia, & quæ venialia. deinde mouet quæſtionem, vtrum Abraham deſcendens in Aegyptum dicens Saram eſſe ſororem ſuam mentitus fuerit.

1 *Abraham an fuerit mentitus dicendo Saram ſororem ſuam.*
2 *Negligens quis non debet eſſe circa ſuam & aliorum ſalutem.*



Quæritur. Sequitur capitulum quod eſt beati Auguſtin. in quo reſpondetur ad prædictam quæſtionem. † Reſpondetur enim quod non fuit mentitus. quoniam vt dicit Auguſtinus pręſenti litera. Abraham dicens Saram ſororem eſſe ſuam, veritatem voluit celare, non mendacium dicere. Soror enim dicitur quia filia fratris erat. vnde ipſe Abraham dixit Gene. 20. vere ſoror mea eſt filia patris mei, & non matris meæ filia. quia ſcilicet ex parte patris attinebat ei. Ipſe etiam alibi. ſcilicet Geneſ. 11. & 12. vocat Loth fratrem ſuum cum ait. Non ſit iurgium inter paſtores noſtros. fratres enim ſumus. qui tamen tantum erat filius fratris ſui Aran. Et ſi hoc propter propinquitatem dictum eſt ſine mendacio. Sic hic cum vocauit Sarā ſororē ſine mēdacio potuit dicere propter ſanguinis coniunctionem. dicuntur autem ſorores vel fratres natura, genere, cognatione, fide, ſimilitudine, vt dicit Hugu. [tentare-Deutero. 6. & Matth. 4. ſcriptum eſt enim, non tentabis do- (1)
2 minum Deum tuum. ar. † quod quis non debet eſſe negligēs circa ſuam & aliorum ſalutem, ſed circa eam intendere, dum poteſt, & non ſe Deo committere, ne Deum videatur tentare. Hugutio. [Quidam potuit] id eſt debuit dū ſuam vitam voluit rationabili conſilio tueri [quod non potuit [ſcilicet ſe tueri, domino commiſit. Hugo. [duas res.] ſcilicet tuendas. [Deo committeret] ſcilicet & ſuam vitam & vxoris pudicitiam. Et ita patet etiam litera.

1 *Iſaac an fuerit mentitus dicendo patri ſuo ſe eſſe Eſau.*
2 *Circuncīſio quid erat in lege veteri.*
3 *Ionatas comedendo fauum mellis citra pręceptum patris an debuit iure mori.*

Item opponitur. §. eſt, in quo duo principaliter facit Gratia. Et ita diuiditur in duas partes. In prima obijcit iterum contra id quod dictum eſt ſupra in pluribus cap. quod non eſt mentiēdum, & quod omne mendacium eſt peccatum, & obiectionem ſoluit, quam ſolutionem probat quatuor exemplis. ſcilicet Io. & iudeorum, & gentilium, & exemplo Romanorum. In ſecunda reuertitur ad materiam principalis quæſtionis, & ſoluit quæſtionem ipſam, & ſolutionem ipſam probat exemplo Saulis. Secunda ibi. Epiſcopus vero. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quæritur † vtrum Iſaac (Diuiſio.)
1 mentitus fuit dicendo patri ſuo ſe eſſe Eſau. Geneſ. vigeſimo ſeptimo. ¶ Ad hāc quæſtionē reſpōdet Gratianus quod non eſt mentitus. quia non dixit ſe eſſe primogenitum naſcendo, ſed ius primogenituræ illo vendente adeundo. hunc autem modum loquendi probat exemplis quatuor ſacræ ſcripturę. Primo exemplo Io. quem Deus dixit Heliam, nō perſona ſed imitatione virtutis. Matth. 11. Erat ergo Iacob Eſau non naſcendo, vt diximus, ſed emptione primogenituræ & c. [ſic & iudei.] ſecundum exēplum [filij diaboli.] Ioā. 8. [gentiles.] tertium exemplum, qui non erant filij Abrahæ: ſecundum carnem tranſlati ſunt in filios Abrahæ ſm fi- (Quæſtio) (Reſpondet)

fidem, quod significauit Ioann. Baptista Matth. 3. cum ait Iudeis. Nolite dicere filij Abrahæ sumus, quem scilicet non imitamini. potens est enim Deus ex lapidibus id est ex gentilibus qui lapides dicuntur, quia lapides idolorum duro & obstinato corde adorabant, suscitare filios Abrahæ. eos mol liendo ad fidem [hinc &c.] Quartum exemplum [ad Romanos] Apostolus ad Rom. 2. [o Iudeë.] scilicet adulte, & loqtur de tempore ante passionem Christi, quo tempore circucisio valebat. dicit ergo. o iudee adulte, si circucidaris nec legem eius obserues. circuncisio tua præputium tibi facta est, id est non plus valet quam præputium. quia nō seruas quod per circuncisionem profiteris. Sicut enim religioso prodest
2 professio, si regulam obseruet. † Circuncisio enim quædam professio erat obligans homines ad obseruantiam legis. vt ad Gala. 5. Testificor omni circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legi faciendæ. S. Thom. super Apostolum. [si ergo præputium] id est gentilis circuncisus custodiat iustitiam legis, & iusta præcepta legis. Nonne præputium illi in circuncisionem reputabitur, quasi diceret nonne fructus circuncisionis habebit. Sanctus Thom. præfertur ergo. vt ex præmissis &c. veraciter ergo Iacob non mēdaciter se dixit Esau, quia intelligitur vt dicit magister Nicolaus de lyra q̄tū ad dignitatem primogenituræ. Sic erat verū quod esset Esau. & sic quæstio patris debebat intelligi. quia quærebat de eo, cui benedictio debebatur propter quod nō decepit patrē licet pater sic nō intellexerit. Et sic Iacob nō fuit mentitus. Loquebatur. n. mystice, siue allegorice. Ego sum Esau. id est ille cui debetur ius primogenituræ. Sed arguitur in contrarium quia intendebat patri persuadere, quod esset Esau p sonaliter. vnde pelliculas hædorum circundedit manibus. ergo cum intēderet patri persuadere se esse Esau personaliter, & vsus sit his verbis. Ego sum Esau. videtur quod plane sit mentitus. ¶ Ad hoc respondetur negando consequentiam. q̄m vt dicit Alex. de Halis in 3. licet intēdebat facere aliquid quo facto Isaac crederet ipsum esse Esau, occasionaliter intēdebat hoc. Nā principaliter intendebat benedictionē sibi debitam vendicare. vnde simpliciter verum quia allegorice & transsumptiue erat pronuntiatum. hæc Alexander. Verum dicit Nicolaus de lyra in præfato loco. Gene. 27. quod non est magna necessitas excusandi patres veteris testamenti à mendacio maxime officioso, cum Apostoli qui fuerunt multo perfectiores eis, & tamen de eis dicit Ioā. euangelista prima canonica. Si dixerimus quod peccatum nō habemus &c. [Episcopus vero.] secunda pars. in qua reuertitur ad principalem quæstionem, quasi diceret Iacob nec dixit falsum nec peccauit. [vero id est sed episcopus iste] de quo hic agitur in themate quæstionis & si &c. quia enim adhibita sufficienti diligentia credidit iurare verum, & iurauit falsum non periurus habendus. quod exēplo Saulis probat de quo habetur primi Regū. 14. ¶ Surgit hic quæstio † vtrum Ionathas comedendo fauum mellis cōtra preceptum patris debuit iure mori. Respondetur breuiter q̄ non. Et hoc triplici ratione. Prima quia lex data à patre ad eum non peruenit vt dicitur in text. ¶ Secundo quia positus in necessitate comedit. arg. de consec. distinctione. quinta discipulos. Ex labore enim prælij & ieiunio & calore solis ita erat fatigatus, quod oculi & alij sensus erant nimis depressi, propter quod dicit textus, quod gustato modico mellis illuminati fuerunt eius oculi, quia corde confortato, & resumptis viribus facies fuit exhilarata, & viuacitas sensuum redijt, vt dicit Nicolaus de lyra in expositione libri Regum & Hugu. tangit in gloss. ¶ Tertia ratio potest induci, quod iuramentum Saulis non fuit vsbuæquaque districtum. vnde vt dicit Nicolaus de lyra Saul præcipiendo quod populus nihil comederet casum necessitatis nō excepit nec verbo nec intellectu, quod patet ex hoc quod Ionatham filium qui in necessitate positus modicum mellis comedit voluit omnino occidere. Casus vero necessitatis ab omni præcepto & lege exceptus est. Et ideo peccauit Saul tale præceptum dando non excipiendo quod excipere debuit. plura alia tāgit ibi Nicolaus, quæ breuitatis gratia pertranseo. Litera patet ex dictis.

S. Tho.

Nic. de lyra

Oppon. in contrariū.

Respondet. Alexander de halis.

Nic. de lyr.

Quæstio 3

Respondet.

Nic. de lyr.

¶ Quæstio tertia.

1 *Archidiaconus an possit deregare consuetam obedientiam episcopo qui iurauit falsum quod credebat verum.*



Vm ergo §. est. in quo intitulatur tertia quæstio. qua quæ
1 ritur. † vtrum licuerit Archidiacono denegare consuetam obedientiam episcopo, q iurauit falsum quod credebat verum. Et respondet quod non. Et hoc triplici ratione. Prima quia episcopus ille non erat reus periurij in illo casu. vt dic. est. ¶ Secūda quia dato quod fuisset periurus non erat deneganda ei obedientia à suis subditis antequam à suo superiori fuisset per sententiam condemnatus. 8. q. 4. nonne. & 16. q. vlti. capi. fin. ¶ Tertio quia iniustum est, quod Archidiaconus subditus episcopo & priuata persona prēsumat priuare suum superiorem debito honore suo, & obedientia. vnde illicitum fuit iuramentum Archidiaconi continens iniustitiam & iniquitatem, & ideo sibi non licuit hoc iuramentum seruare. patet litera.

¶ Quæstio quarta

1 *Iuramentum omne illicitum an sit seruandum. & nu. 4 & 5.*
2 *Iuramentum dicitur illicitum octo modis.*
3 *Iuramentum omne illicitum est obseruandum, & habet vim obligandi.*



Vod autem illicita &c. Hic intitulatur quarta quęstio, qua quæritur vtrum illicitum iuramentum sit seruandum. Et diuiditur in tres partes. In prima probat per. 20. capitula. quod in male promissis rescindendum est sacramentum cum seruari nō possit sine detrimento salutis ęternæ. In secunda probat quod si aliquis venit contra malum iuramentum mutando illud ad bonum, tunc non peccat. In tertia determinat vtrum peccauerunt filij Israel parcendo Gabaonitis propter iuramentum. secunda ibi, in. §. ecce q̄.
1 tertia ibi in. §. sed cum ex his. ¶ Pro pleniori intelligentia in summa totius huius quæstionis. Quæritur. ¶ † Vtrum omne iuramentum illicitum sit seruādum. Et videtur q̄ omne tale sit seruandum. Primo sic. dicit Augustinus quod meretrix iurans se seruaturam fidem suo locatori, iurādo & adhęrendo suo locatori mala est, peior autem iuramentum non seruando. ergo iuramentum illicitum est obseruandum. ¶ Secundo sic. dicit Augustinus. quod raptor qui iurat se diuisurū spolia cum alio magis peccat si totum retineat, quam si diuidat. ergo idē quod prius. ¶ Tertio ille qui prius vouit castitatem & postea duxit vxorem iuramento firmans nunquā ab ea discessurum, hoc iuramētum licet sit illicitum cum iustitia ei desit præcipitur tamen seruari secundum Augustinū ergo illicitum iuramentum seruandum est. ¶ In oppositum videtur colligi ex præsenti quæstione per multa capitula.
1 ¶ Respondeo, est primo notandum, quod vt tangit Hugo.
2 & ponitur in gloss. † octo modis dicitur aliquod iuramentū illicitum. primo ex persona. Et hoc dupliciter. vel primo ex persona iurantis, vt cum puberes iurant. vt. j. e. quæstione. 5. paruuli. ¶ Aut secundo ex persona cui iuratur, vt si laico iuret clericus. vt. j. e. quæst. quinta. nullus. ex ecclesiastico. ¶ Tertio iuramentum est illicitum ex eo, quod iuratur, vt si iuretur quod malum est, vt. j. e. q. iurant Dauid. & capi. in malis. ¶ Quarto ex eo per qd̄ iuratur, vt si iuretur per falsos Deos: vel creaturas. vt. s. e. quæstione prima. considera. & c. clericū &. ca. si quis. ¶ Quinto dicitur illicitum iuramētum ex fine ad quem velit quis venire per iuramētum, vt si ante electionem iuretur de indemnitate rerum ecclesiæ, vt sic eligatur. vt. 7. quæstione tertia. Artaldus. & cum quis iurat parturi spolium alterius. cum aliquo, si eum iuuet ad alium spoliandum. vt. j. e. q. si ad peccatum. ¶ Sexto dicitur illicitum iuramentum ex causa, vt Herodes qui propter saltationem iurauit filiæ Herodiadis dare quicquid peteret, vel si ad clamorē populi iuretur. vt. j. eod. vnusquisque. ¶ Septimo dicitur iuramentum illicitum ex modo, vt cum iuratur temere vel indiscrete vel præter necessitatem, vt si quis iuret se non comesturum, vel nūquam futurum clericum, vel episcopum, vt. s. e. quæstione secunda. capitulo. 2. & j. e. q. si quis. ¶ Octauo illicitum dicitur iuramentum ex tempore, vt si iuret in quadragesima nisi de pace componenda. vt. j. e. quæstione. 5. decreuit. Hi octo modo comprehenduntur hoc versu. Quis cui, quod per quod, ad quid, cur, quomodo quando. ¶ His habitis

Diuisio.

Quæstio.

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Opponit & Respondet

Versus.

Primũ ar. 3 habitis ponitur. Prima conclusio. † Omne iuramentum licitum est obseruandum & habet vim obligãdi. Ista conclusio patet primo ex illo Matth.5. Reddes domino iuramenta tua. Secundo ratione patet conclusio. quoniam ad reuerentiam diuinam ad quam omnis homo tenetur, pertinet, vt id homo verificet, quod per nomen eius promisit. dum tamen
4 illud sit licitum. ¶ Secunda conclusio. † iuramentum illicitum Scd'a cõclu. ex parte eius quod iuratur, videlicet cum id quod iuratur in natura sua vitiosum est, vel adimens vitam, vt scilicet quod est peccatum mortale, vel etiam veniale, non est obseruandum, & transgressio talis iuramenti nullum est peccatum. hæc conclusio patet per multa capitula huius quæstionis. Specialiter per primum capitulũ sequens. & per ca. in malis. vbi dicit beatus Isidorus. In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum, quod incaute vouisti, non facias impia est promissio quæ scelere impletur.
Tertia con 5 ¶ Tertia conclusio. † iuramentum illicitum ex alijs circunstantijs tantum, scilicet ex tempore vel modo. vel &c. quod in se nullum est peccatum, nec vergit in animæ detrimentum seruandum est. patet conclusio quia talis iuramenti adimpletio non impedit salutem animæ, nec in aliquo impedit eius profectum. vnde adimplendũ est: ex quo iuratur patet ex capitulo. si aliquid. & extra de iureiurand. si vero. vbi de hoc. Ista sufficiant pro præsenti quia .j. per singula capitula aliquid dicetur magis in speciali. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de Halis. & Do. Bonauenturam in tertio. quod iuramentum meretricis partim est licitum, & partim illicitum: Cum enim iurat se seruare fidẽ locatori, iurat se adhærere illi & non alij, & quantũ ad hoc quod est adhęrere illi, illicitum est, nec obligat quantum ad hoc. Quantum vero ad hoc quod est non adhęrere alij, est licitum, & obligat. Et ideo dicit Augustinus quod peior est iuramentum non obseruando, quia transgrediendo peccat, & peierat. ¶ Ad secundam respondetur eodem modo, quia partim est iuramentum illud licitum, & partim illicitum, & non obligat, vt cum iurat se non retinere totum est licitum & obligat, & sic magis peccat retinẽdo totum. vnde nullum iuramentum inquantum est de illicito aut iniusto est obligatorium. ¶ Ad tertiam respõdetur iuxta Alexandrum in tertio. Primo quod intelligitur non de voto castitatis solenni. quia tale impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. sed de simplici voto, ꝙ & si impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum. Secundo dicitur, quod id quod dicit Gratianus siue Augustinus de illo, qui post votum castitatis scilicet simplex duxit vxorem, & iurauit &c. quod iuramentum pręcipitur seruare. quia hoc non est ratione vinculi iuramenti, sed ratione vinculi matrimonij, quod non dirimit simplex votum. Et ita per accidens.

Ad primũ. Alexander Bonauent. Ad secundũ Ad tertium

1 *Iuramenta stulta siue illicita ex parte rei quæ iuratur non sunt obseruanda.*


I publicis. Capitulum hoc sumptum est ex concilio octauo Tole-
1 tano. Summa est in rubro vel sic. † Stulta siue illicita ex parte rei quæ iuratur iuramenta non sunt seruanda. Breue est. Et non diuiditur. Lege textum. ¶ [Si publicis] id est sacramentis publice gestis & factis. Idem & si occulte. Hugu. [non bona] id est mala, & idem est cum præcedenti. Hugu. & Archid. [alligata] id est confirmata. Hugo. [conditio] id est pactum factum. Hugo. [iugulare] id est iugulando. [auferre animam] id est vitam. Hug. [sacratissimæ] monialis. [tolerabilius] electiue id est tolerabile, & bonum. & non illud. Hugu. [stultæ promissionis] infra eod. per totum. vsque. §. 1. Archidiac. [reijcere] id est non adimplere. Hugu. Archidiac. [custodiã] id est obseruantiam id est seruando & adimplendo inutilia promissa. vnde vt dicit gloss. nec peccat illa transgrediendo. vt infra eod. in malis. & ca. inter. sed tamen peccauit quando iurauit. Et ita cum obseruantia est peccatum tunc transgressio non est peccatum. vt dicit Hug.

Exponit literam. Archid.


Est etiam. Ad idem est hoc capitulum beati Ambrosij libro primo de officijs. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit dictum generale. scilicet quod sæpe cõtra officium charitatis est, & pietatis adimplere sacramentum promissum. In secunda probat illud exemplo in Herode. secunda ibi Herodes. Lege textum. ¶ [Est etiam contra officium] scilicet charitatis & pietatis [soluere] id est adimplere [vt Herodes] secunda pars. de quo Matth. 19. Hærodes enim grauissime peccauit, quod tam temerarium, & sceleratissimum iuramentum seruauit in necem viri sancti prosiliens ad suasionẽ impudicæ mulieris. vnde Chrisostomus dicit in homilia super Matt. vide qualiter crudelis, qualiter demens fuit Herodes.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Iuramentum illicitum non est obseruandum.*


Vod Dauid. Ad idem est hoc capitulum beati Augustini in sermone decollationis Ioannis Bapti-
1 stę. Summa est † quod iuramentum illicitum non est obseruandum. Et diuidi potest hoc capitulum in duas partes. In prima ponit, quod pietas præferenda est iuramento temerario, aut inconsulto. In secunda illud probat exemplo Dauid. secunda ibi, video. Lege text. ¶ [Quod Dauid iuramentum] vt patet 1. Regum. 25. Dauid iurauit interficere Nabal, hoc iuramentum non seruauit Dauid. Tum quia iurauit temere, & calore irę commotus. Tum quia iuramentum iniquum sine iustitia. Non.n. habebat ius Dauid in bonis Nabal, vt si nollet dare mereretur occidi ab eo. Tũ quia Dauid tunc erat persona priuata, non iudex, vt deberet vindictam accipere, aut ad mortem punire hominem illum. vnde pie & bene egit Dauid, quod ad preces Abigei vxoris Nabal ei mortem pepercit, ne impius vir sanguinis fieret iuramentum obseruando. vnde quod inconsulte iurauerat, consultius in melius reuocat. [maior pietas.] electiue tenetur. quia hæc fuit magna pietas, sed illud fuisset mortale peccatum. Hugutio. Alia patent.

Diuisio. Exponit literam.



Vrauit. Ad idem est hoc capitulũ eiusdem Augustini. Et eadem capituli summa est cum præcedẽti. Lege tex. [¶ Iurauit temere] id est indiscrete, & incõsulte, calore iracũdiæ motus, etiam sine iustitia. Hugo. [Astrictus.] quo ad erroneam suam opinionem [falsum] quod nec fuerat, nec futurum erat [Verum de duobus] scilicet homicidio, & transgressione iuramenti [peccatis.] in genere, id est de duobus, quæ per se considerata sunt de genere peccatorum. In tali enim casu sicut in præsenti transgressio iuramenti nullum est peccatum, etiam veniale. Hugo. [vel peccatis] id est quæ videntur peccata, & tamen alterum non est peccatum. gloss. [minimum] scilicet periurium. Hugu. [in præparatione peioris.] scilicet homicidij in genere per se consyderati. [Nam per se ipsum appensum] id est consideratum non habito respectu ad homicidium. Hugo. [magnum malum est falsa iurare] id est iuramentum non seruare, quod tamen in hoc casu non est de genere peccatorum. quia solet esse peccatũ, quandoque non. Hug.

Exponit literam.


N malis. Ad idem est hoc capitulum qđ est beati Isidori de synonymis libro secundo. Summa est in rubro. Lege textum. ¶ [In malis.] siue mortalibus, siue venialibus. Hugu. [decretum] id est propositum quod incaute id est indiscrete. Hugu. [non facias.] quia in his licitum est venire contra fidem promissam [adimpletur] id est committitur. de hoc capitulo aliquid dicetur in sequenti.

Exponit literam.

1 *Iuramentum incautum an sit obligatorium, quod non numero 2.*
3 *Iuramentum esse incautum multipliciter contingit.*
4 *Iniustum siue illicitum dicitur aliquid dupliciter.*
5 *Iuramentum sex modis vergit in peiorem exitum.*


I aliquid. Ad idem est hoc capitulum quod est Bedæ in homilia. 44. Summa est in rubro. & quasi est eadem sententia cum pręcedenti. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit, quod si quis aliquid iurauit incaute: quod obseruatum in peiorem vergit exitum: tale non est obseruandum. In secunda parte probat illud exemplo Dauid. secunda ibi: de-

Diuisio.

ibi: denique iurauit Dauid. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli & aliorum qui de incautis iuramentis loquuntur, Quæritur. ¶ † Vtrum iuramentum incautum sit obligatorium. Et videtur quod sic. Primo sic. Incautum iuramentũ dicitur vt habetur hic in litera, quod vergit in exitum malum, vel minus bonum. sed tale iuramẽtum fuit quod Iosue Gabaonitis exhibuit, quod contra præceptũ Dei fuit, quo p̃ceperat ne cum Gabaonitis fœdus iniret, & tamen obseruauit illud iuramentum reputans se obligatum. ergo iuramentum incautum est obligatorium. ¶ Secundo sic arguitur de eo, qui iurat se nunquam intraturum religionem. tale iuramentum incautum reputatur, & tamen videtur quod sit obligatoriũ, quia sine peccato pôt religionẽ nõ ingredi. Et per cõsequens cum sit licitum licebit illud iuramento confirmare. sed iuramentum licitum est obligatorium. ergo iuramentum incautum est obligatoriũ. ¶ Tertio sic. Si aliquis iurat se nunquam recipere prælationem. hoc iuramentum similiter reputatur incautum eo, quod impeditur vtilitas communis. Et tamen videtur quod obligat ad sui obseruationem. quia & si non iurasset laudabile est, vt prælationem quis fugiat. ergo iuramentum incautum est obligatorium. ¶ In oppositum est tam capitulum præcedens, quam præsens. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, †, quod iuramentũ incautum non obligat. Quæ conclusio probatur multipliciter. Primo sic. dicit Bernardus, quod pro charitate institutum est, contra charitatem non militat. sed iuramentum pro charitate institutum est: Cum ergo per iuramentum incautum charitas impugnatur, quia est de aliquo malo faciendo, aut de aliquo bono omittendo. ergo tale iuramentum non est obligatorium. ¶ Secundo sic. Nihil attingit propriam virtutem, nisi quãdo perfectum est. vt dicitur. 7. physicorum. sed virtus iuramenti est obligare. cum ergo iuramẽtum perficiatur tribus comitibus. vt. s. eod. quæstiõe secunda. animaduertendum. ergo videtur quod iuramentum vbi tres comites non concurrunt non sit obligatorium, sed in omni iuramento deest iustitia, si sit illicitum quod iuratur, vel iudicium si per hoc aliquod bonum impediatur. ergo iuramentum incautum non est obligatorium. Est autem hic notandum iuxta D. Bonauenturam in tertio. † quod multipliciter contingit iuramentum esse incautum. Primo modo quando iuratur aliquid quod simpliciter vergit in salutis detrimentum. sicut cum aliquis iurat se facturum aliquid, qđ non potest sine peccato mortali consummari. ¶ Secundo dicitur iuramentum esse incautum, cum quis iurat aliquid, qđ vergit in salutis suę dispendium, & perfectionis impedimentum. puta cum quis iurat se nunquam intraturum religionẽ. ¶ Tertio modo dicitur iuramentum incautum, cum quis iurat aliquid in omnem euentum, quod vno casu contingente vergit in salutis dispendium, alio casu contingente vergit in salutis profectum. sicut cum iurat aliquis se nunquam recepturum prælationem, quod quidem est in salutis dispendium, si vtilis sit, & canonice eligatur, & à maiori sibi iniungatur. tunc autem vergit in salutis profectum si sit persona inutilis sibi & alijs ad statum illum promoueri. Si ergo loquamur de iuramento primo modo, est conclusio prima. quod tale iuramentum incautum cum sit illicitum, non est obligatoriũ. imo obseruans siue adimplens peccat. Si vero loquamur de iuramento incauto secundo modo, est conclusio secunda. quod tale iuramentum nec est licitum, nec per consequens obligatorium. obseruare tamen ipsum non est peccatum. quia non est peccatum non intrare religionem. Graue tamen peccatum est iurare, se nunquam ascensurum ad gradum perfectionis. quia in hoc quodammodo impugnat ipsius iustitiæ perfectionem, & spiritus sancti inspirationem. Si vero loquamur de incauto iuramento tertio modo est cõclusio tertia. quod vno casu contingente tale iuramentum est obseruandum, videlicet quando vergit in salutis profectum. Alio casu contingente est illicitum & per consequens non obseruandum. videlicet cum vergit in salutis detrimẽtum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de Iosue respondetur iuxta Alexandrum de Halis & S. Thom. † q̃ aliquid est iniustum siue illicitum dupliciter. vno modo, quia prohibitum. Alio modo prohibitum quia iniustum. Prohibitum quia iniustum siue illicitum est q̃ de natura sua vitiosum est, vt adulterium & fornicatio & huiusmodi. Iuramentum autem de talibus faciendis nullo modo est obligatorium. & de hoc quia deest comes iuramẽti scilicet iustitia. iniustum vero siue illicitum quia prohibitum est, quod de se erat licitum. sed ex prohibitione factum est illicitum. vt Adæ comedere de ligno scientiæ. Cum autẽ iuramentum fit de talibus distinguendũ est, an quia iurando sic seruatur intentio prohibentis: Aut iuratur contra intentionem prohibentis. Si contra intentionem non est obligatorium, nec licitum. quia deest comes iuramenti scilicet iustitia. Si vero seruatur intentio prohibentis, licitum est, & obligatorium. quale fuit iuramẽtum Iosue factum Gabaonitis. Iurando. n. cum eis fœdus, & non interficiendo seruauit intentionem Diuinæ prohibitionis quę fuit, ne si dimitterentur viuentes interficerent filios Israel. & auerterent à diuino cultu. Modo autem sic est. quod seruituti addicti quæ est mors legalis licet morte corporali non morerentur, non poterant etiam aliquem corrumpere. Et ita seruabatur intentio prohibitionis diuinæ. Et ideo dicit beatus Ambrosius libro de officijs. Mulctauit eos Iosue meliori morte, scilicet obsequio ministerij, vt esset clementior sententia, sed diuturna. ¶ Ad secundam de eo qui iurauit non intrare religionem respondetur. quod tale iuramentum est illicitum, & per consequens non obligat. Et quando arguitur quod sine peccato potest religionem non ingredi &c. Respondetur negando consequentiam. quia licet sine peccato possit religionem non ingredi, non tamen licet hoc iuramento firmare. hoc enim est obicem ponere spiritui sancto. qui bonorum propositorum est inspirator. vnde tale iuramentum vt dicit D. Bonauentura, est cuiusdam obstinationis & impugnationis gratiæ spiritus sancti. qui de tepidis, & negligentibus facit feruidos & perfectos. vnde tale iuramentum non obligat quia cum sit factum in detrimentum charitatis, defuit iuramento iudicium: vt dicit Alexander in tertio. ¶ Ad tertiam de eo qui iurat non se recepturum prælationem respondetur iuxta S. Thom. quod quãuis prælationem fugere possit quandoque ex bono procedere, tamen pertinaciter resistere semper malum est sicut patet in gloss. Gregorij. qui hoc probat exemplo Moysi & Hieremiæ, qui cum renuissent prælationis officium, ad vltimum humiliter obedierunt. vnde huiusmodi iuramentum incautum reputatur. quia quantum in se est diuinæ prouidentiæ præiudicat, & obedientiam ad superiores excludit. quibus in hoc obedire tenetur. Lege textum. ¶ [Si aliquid forte peiorem.] quia in eius obseruantia committitur aliquod peccatum, vel datur impedimentũ bono adipiscendo. Notat hic Archidiacon. † quod sex modis iuramẽtum vergit in peiorem exitum. Primo cum iuratur aliquid quod est mortale in se. Secundo cum iuratur aliquid quod est veniale. Tertio cum iuratur aliquid indifferens, ad quod ex circunstantia efficitur veniale, vel mortale, non debet tunc seruari existente illo casu. vt si iurauit, quod non esset negotiatior. vel quod nõ locabit operas suas. vel quod nõ accipiet donũ, vel mutuum, non tenetur illud obseruare, si aliter non potest viuere, nisi contra id faciat. de quo per eundem. argum. supra eod. quæstione. 2. capitulo secundo super gloss. vltima. Quarto cum iuramentum excludit opus charitatis. vt quod non dabit isti ex caritate eleemosynam, vel non colet Deum. Quinto cum excludit opus, quod est de genere bonorum. vt cum quis iurat, quod nũquam erit episcopus, vel clericus, vel monachus, vel quod non celebrabit vsque ad mensem & huiusmodi. Sexto cum excludit opus indifferens pia intentione pro Deo vel proximo faciẽdum, vt cum quis iurat, quod non loquetur tali vel tali, vel q̃ nõ intrabit domum illius, vel huiusmodi. Credo enim quod propter huiusmodi iuramentum non debet declinare à talibus, si ea velit facere pia intentione propter Deum, & salutem animæ suæ, & propter tollendum scandalum proximi, contra quem iurauit. hæc ille. [mutandum] id est non adimplendum seu non faciendum. Hugu. [peiorandum]. id est veniendum contra iuramentum. Hug. Lauren. [grauius] electiue. i. graue. Hugu. [denique] secunda pars. [aliquid culpę] etiam nec venialis [pro tali periurio]. id est transgresione iuramenti. Hug. & Archid.



NOn solum. Ad idem est hoc capitulum: quod est eiusdem Bedæ. Summa est in rubro: Breue est. ¶ [Peccati contagio.] scilicet quod alias solet esse contagiosum & peccatum. Hugu. vel refert se ad vulgi opinionem secundum Laurentium, vel dic, quod solet esse de genere peccatorum. Hugutio. quia nullum est periculum in non seruando tale iuramentum [minus

Marginalia (left): 1 Quæstio 1. Primũ ar. — Secũ ar. — Tertium ar. — Opponit & respondet. — 2 Bernardus — 3 Bonauent. — Prima con. — Secũda con. — Tertia con. — Ad primũ — 4 Ale. de Ha. S. Thom.

Marginalia (right): Ambrosius. — Ad 2 secũdũ — Bonauen. — Alexander — Ad tertium — S. Thom. — Ex ponit literam — 5 Archid. — Exponit literam. — Lauren.

tum[minus periculi .] electiue ponitur id est nullum periculum . In illis enim quæ non sunt peccata,sed pœnæ & pericula: debet hoc generaliter obseruari.13.distinctio.ner ui.& etiam in peccatis idem debet esse,vt si alterum velit qs facere, faciat minus vt vitet maius.33.quæstione.2.si quod verius &c.Hug.



Nusquisque. Ad idem est hoc cap. ꝙ est beati Ambrosij.li. de officijs.Summa est in rubro . Et pôt diuidi in tres partes . In prima ponit dictum.s.ꝙ tolerabilius est promissum non adimplere,quam turpe facere.In secunda probat exemplo Herodis. In tertia illud confirmat exéplo Iepte.2.ibi:sicut de Herode tertia ibi.Et post pauca.Lege textum.¶[Vnusquisq; simplicitatem.]quia dolosis verbis & captiosis vti nõ debet verus & iustus homo[vas] hoc sumptum est ex Apostolo prima ad Thessal.4.[vas suũ].i.corpus quod est vas animæ possidere in sanctificationem coercendo ab omni turpitudine luxuriæ.vt ſm Apostolum corpus suum castiget, & in seruitutẽ redigat.Qui.n.fornicatur in corpus suum peccat. vel sic.vas suum.i.conscientiam possidere in sanctificationem gratiæ, & virtutum[nec fratrem].i.proximum . [inducat]id est illaqueat[circunscriptione].i.fictione,aut palliatione[verborũ.] Nam Prouerbio.29.dicitur.qui blandis & fictis sermonibus loquitur amico suo,rete expandit ante pedes eius.[inhonestum]quod maxime includat peccatũ.[tolerabilius] electiue ponitur,quasi diceret hoc est tolerabilius & bonũ & illud nõ Hug.[sicut de Herode]secunda pars. [scripsimus].s.eo.c.2. [prophetæ] s.Io.Baptistæ[religione].i.obseruãtia.Hu.[quãto]sic construe quanto.i.trangressio iuramenti si tñ periuriũ dici posset,tale.s.quod peccatũ esset quod quidem nõ fuisset in hoc casu,fuisset tolerabilius[tali sacramento].i. adimpletione talis iuramenti , siue sacramenti.i.talis promissionis, cum sacramento factæ.Hugu.& Archid. & intelligitur tolerabilius electiue.quia trãsgressio fuisset bona , & adimpletio mala.Hugu. [quod sacramentum ebrius inter vina] hoc potuisset eum in parte excusare,si non obseruasset,etiam licitum iuramentum.Hugu [quod] sacramentum. [iuratus pro miserat].i.nõ promittendo fecerat[infertur disco.] Matth. 14.[fidei seruandæ].s.vt fidem promissam seruaret[qd amicitiæ].i.amoris , & luxuriæ. [Et post pauca.]tertia pars.hæc sunt verba Gratiani interposita, reliqua sunt Ambrosij[de Ieptæ.]Iudicũ.11. habetur historia.[miserabilis necessitas] voti ꝙ fecit Iepte.Hugu.[soluitur].i.adimpletur. Hugu.[patricidio] i.interfectione filiæ,quã pater interfecit.Hug.votũ fuit ita indiscrete factum.Et ideo non erat adimplendum.qa etiam si asinus vel equus ei primo obuiasset , non erant talia animalia in holocaustũ offerenda. vnde Hieronymus dicit. quod iustus fuit in promissione quia ex deuotione processit sed in pius in soluẽdo.[soluenda].i. adimplenda[deniq; sicut scriptura]scilicet Matthe.12.& Ionæ.3.frequenter mutat suam sententiam.

Diuisio. | Exponit literam. | Hugu. Archid.

1 *Deus an sit immutabilis.*
2 *Deus dicitur pœnitere tribus modis.*



Mmutabilis. Adducit hoc capit.quod est ex concilio nono Toletano sumptum.Ad probãdum ꝙ sæpe Deus suam mutat sententiam. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes.In prima dicit ꝙ dictum est . In secunda probat illud authoritate prophetæ.secunda ibi:sic.n.per Hieremiam.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli.Quæritur. ¶ † Vtrum Deus sit immutabilis,& idem semper existens.Et videtur quod non ex præsenti.cap. sic. Moueri est aliter se habere quam prius. sed Deus aliter se habet quandoq; vno tempore, quam alio. Nam vt dicitur in litera præsentis capituli.Sæpe in sacris literis legitur sua mutasse promissa : & pro misericordia suam tẽperasse sententiam . ergo non est omnino immutabilis nec omnino idem semper existens.¶ Secundo arguitur ex eodẽ cap.sic.vbi dicitur sic per Hieremiam Repente loquar aduersus gentem & aduersus regnũ vt eradicem & destruam & disperdam illud.Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo, agam & ego & pœnitentiam à malo , quod cogitaui vt facerem eis. ¶ Tertio sic,quicquid mouet seipsum est aliquo modo mutabile.sed sicut dicit Augustinus.10.super Genes.ad literam Spiritus creator mouet se,nec per tempus nec per loca.ergo Deus est aliquo modo mutabilis . ¶ Quarto sic.dicitur Sapien.7.de sapiẽtia quæ est omnibus mobilibus mobilior. sed Deo est ipsa sapientia.ergo Deus est mobilis.¶ Quinto sic. Appropinquare & appropinquari motum significãt, hoc autem dicitur de Deo in scriptura sancta.dicitur.n.Iacobi.4. appropinquate Deo,& appropinquabit vobis. ¶ Sexto sic. Omne quod exit de potentia in actum aliquo modo mouetur secundum Philosophum.quia omnis operatio quæ est ab operante non moto est semper . sed Deus quandoque creat in actu,vel infundit gratiam,cum prius hoc non fecerit.ergo videtur quod ad minus sit in eo mutatio de habitu in actũ. ¶ In oppositũ est.c.præsens.& illud Malachiæ.3.Ego Deus & non mutor. ¶ Respõdeo ꝙ Deus est omnino immutabilis & idem semper existens.Ista conclusio patet prima ex illo Iacobi.1.Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.Ratione probatur iuxta S.Tho. & Albertum magnum multipliciter.& maxime ex quatuor.s. ex puritate,ex simplicitate,ex perfectione,ex primitate . Ex puritate actus. Omne quod mouetur est aliquo modo in potentia.quia motus est actus purus absque permistione cuiuscũque potentiæ. ergo impossibile est ipsum aliquo modo mutari.¶ Secundo ex simplicitate sic.Omne ꝙ mouetur quantum ad aliquod manet , & quantũ ad aliquod transit sicut ꝙ mouetur de albedine in nigredinem manet ſm substantiam, & transit secundum qualitatem . & sic in omni quod mouetur attenditur aliquã compositio . sed in Deo cum sit omnino simplex in fine simplicitatis non potest esse aliqua cõpositio.ergo impossibile est ipsum moueri. Et confirmatur ratio : dicit enim Aristoteles in fine. 8. physicorum. quod primus motor est indiuisibilis, & impartibilis , non habens magnitudinem pœnitus . sed omne quod mouetur est diuisibile.ergo idem quod prius. ¶ Tertio eadem conclusio patet ex perfectione sic. Omne quod mouetur suo motu acquirit aliquid & pertingit ad aliquid,ad quod prius nõ pertingebat Deus aũt cũ sit infinitus comprehendens in se omnem plenitudinem perfectionis totius esse , non pôt aliquid acquirere nec extendere se in aliquid ad quod prius nõ pertingebat. ergo nullo modo sibi competit motus. ¶ Quarto sic.dicit Aristoteles. & confirmat Augustinus.6. super Genes.ad literam.& Boethius in li.de cõsolatione philosophiæ. ꝙ omnis motus ab immobili est.Si ergo hic motus est ab hoc immobili motus simpliciter erit ab immobili simpliciter.sed Deꝰ est à quo est omnis motus.ergo Deus simpliciter est immobilis & incommutabilis. Et hoc sequitur ex conclusione Aristotelis in fine.8. physicorũ dicentis , ꝙ primus motor est indiuisibilis & impartibilis non habens magnitudinem pœnitus. Omne aũt quod mouetur diuisibile est.Et hoc est etiam ꝙ dicit Boethius li.de consolatione philosophiæ. Stabilisq; manẽs dat cũcta moueri.¶ His habitis dicendum est ad rationes.Ad primam de præsenti cap.respondetur negando,scilicet quod Deus aliter se habeat vno tempore , quam alio. Nam eadem immobili volũtate vult alia fieri vno tempore,quæ prohibet alio tempore fieri.vnde mutatio non est nisi in effectibus ipsis,quos secundum ordinem suæ sapientiæ.in diuersis temporibus disponit fieri , aut non vult fieri. vnde ex hoc nõ arguitur mutabilis,sed bene quod mutationes illas fieri vult.¶ Ad secundam respondeur iuxta S.Tho. in prima parte.q.19. ar.7.quod voluntas Dei, cum sit causa prima,& vniuersalis non excludit causas medias, inquantũ in virtute est,vt aliqui effectus producantur.sed quia omnes causæ non adæquant virtutem causæ primæ. Multa sunt in virtute,& scientia,& voluntate diuina,quæ non continẽtur sub ordine causarum inferiorum. sicut resuscitatio Lazari.vnde aliquis respiciens ad causas inferiores dicere poterat. Lazarus non resurget. Respiciens vero ad causam primam diuinam dicere poterat Lazarus resurget . Et vtrunque horum Deus vult . scilicet quod aliquid quandoque sit futurum secundum causas inferiores, quod tamen futurum nõ sit secundum causam superiorem & econuerso.Sic igitur dicendum est.quod aliquando Deus pronuntiat aliquid futurum , secundum quod continetur in ordine causarum inferiorum , vt puta secundum dispositionem naturæ,vel meritorum . quod tamen non fiet . quia aliter est in causa superiori diuina,sicut cũ prædixit regi Ezechiæ. dispone domui tuæ , quia morieris , & non viues . vt habetur Esaiæ trigesimo septimo,nec tamen ita euenit.quia aliter ab æterno fuit in scientia & voluntate diuina.quæ immutabilis est. propter quod dicit Gregorius. quod Deus immutat sententiam, sed non

Diuisio. | Quæstio. Primum ar. 1 | Secũdũ ar. | Tertium ar. | Quartũ ar. | Quintũ ar. | Sextum ar. | Opponit & Respondet. | S. Thom. Albertus magnus. | Augustinus Boethius. | Ad primũ. | Ad secundũ S. Thom.

sed non immutat consilium.s. voluntatis suæ. quod ergo dicit pœnitentiam agam intelligitur metaphoricè dictum. Nã homines quando non implent quod comminati sunt pœnitere videntur. ¶ Ad tertiã respondetur dupliciter. primo iuxta S. Tho. quod Augustinus loquitur ibi secundo mõ quo Plato omnem operationem largo modo vocabat motum: ꝟm quod ipsum intelligere, & amare, & velle motus quidã esse dicuntur. quia ergo Deus intelligit & amat seipsum ꝟm hoc dixerunt quod Deus mouet seipsum. Non aũt ꝟm, ꝙ motus est actus existentis in potentia, vt nunc loquimur de mutatione & motu. ¶ Secundo respondetur iuxta D. Albertum, quod Deus se mouere dicitur per effectũ naturę, gratiæ, vel gloriæ quando.s. per effectum aliquem incipit in aliquo esse, per quem modum in illo prius non fuit. qui tamen ꝟm se vbique est & in omnibus. vnde talis motus ad Deum non refertur. sed ad eius effectum. & hoc innuit Augustinus ꝟm quod dicit. quod nec mouet se per tempus, nec per locũ. Si.n. motus in ipso esset, oporteret quod vel per tempus vel per locum moueretur. ¶ Ad quartam de illo Sapien. 7. respõdetur iuxta Albertum & S. Tho. quod mobilior est diuina sapientia per effectum inquãtum procedit in varios effectus creandos, & disponẽdos. & ista ꝓcessio nõ est ꝓprie motus. vnde sicut ibidem dicitur vbique attingit, & omnia disponit suauiter. quod nulli causarum conuenire poterit. Et ad hoc propositum dicit Boethius. Stabilisque manens dat cuncta moueri. Et Io. primo. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. ¶ Ad quintã respõdetur iuxta S. Tho. ꝙ hæc dicuntur de Deo in scripturis metaphysice sicut dicitur sol intrare domum, vel exire inquantum radius eius pertingit ad domum. Sic Deus dicitur appropinquare ad nos, vel recedere à nobis inquantum participamus influentiam bonitatis eius, vel ab eo deficimus. Concordat Albertus magnus dicens. quod motus appropinquationis & elongationis non referuntur ad Deum, nisi secundum effectum exemplũ Dionysij de diuinis no. capitulo primo huius vnum est de rupe: siue de petra immobili stante iuxta aquam, ad quam cum qs trahit nauim, vel impellit ad ipsam appropinquat, vel elongatur ab ea, non motu petrę, sed motu nauis. ¶ Ad sextam respondetur iuxta S. Tho. quod in omnibus in quibus operatio differt à substantia, oportet esse aliquem modum motus ex quo ꝙ exit de nouo in operationem. quia acquiritur in ipso operatio, quæ prius nõ erat. In Deo autem sua operatio est sua substantia. vnde sicut sua substantia est æterna, ita & operatio. sed non sequitur operationem operatum ab æterno. sed secundum ordinem sapientiæ, quæ est principiũ operati. Item idem S. Tho. in secundo dicit. ꝙ non agit actione media, quæ non sit essentia ipsius Dei: sed suum velle sit sua actio & sicut velle suum est æternum. ita & actio non tamẽ effectus sequitur, nisi ꝟm formam voluntatis, quæ proponit sic vel sic facere, & tali vel tali tempore. Et ideo non exit de potentia in actum, sed effectus qui erat in potentia agentis efficitur actu eius. Concordat Albertus magn. in summa sua dicens. In his quæ per essentiam suam agunt, agens vno modo se habet, & non dicitur agens nunc & non prius nisi per hoc quod actum nũc est & non prius. Exemplum est in sole qui semper eodem modo se habet illuminando, nec dicitur ceram liquefaciens, & lutum indensatum & cera liquefacta est nũc & non prius. Talia.n. vno mõ se habentia nõ mutatione sui sed mutatione actus fiũt quæ fiunt. hæc ille. De ista materia etiam disputatum est, & quõ sententia Dei mutatur, & quõ non in lectura nostra super de pę. dist. 1. ca. sed continuo & in ca. non sufficit. in expositione literæ. Lege textũ. ¶ [Immutabilis, idemque semper existens.] Boethius de consolatione. Stabilisque manens dat cuncta moueri. & Ambrosius in hym. Rerum Deus tenax vigor immotus in te permanens &c. & in Psalm. 101. mutabis ea, & mutabũtur, tu autem idem ipse es. [summa natura] qm si aliquæ creaturæ immutabilitatem aliquam habeant, vt angeli, & animæ beatæ, non per naturam, sed per gratiam, vel per aliquam bonitatẽ fluentem à primo incommutabili, sicut videtur Plato dicere in Thimeo. Dij Deorum quorum opifex paterque ego natura quidem mutabiles volũtate autem mea sic permanentes. vnde Augustinus tractans illud Psal. quod inductum est mutabis ea &c. super Genesim dicit Deus solus recte immutabilis est, qui nec loco, nec per affectiones, nec per tempora mutari potest. vnde solus dicitur habere immortalitatem [in sacris literis] vt Ionæ tertio. & Matth. 12. & de pę. di. prima. nouit. & cap. si agamus [permissa.] improprie.i. communicationes. Hugutio. [temperasse sententiam pronuntiatam] ꝟm ordinem causarum inferiorum.s. secũdũ merita hominum. vel demerita prout diximus in quęstione in solutione ad ꝟm argumentũ [impassibilis atq; &c.] in se, & secũdum se. Hug. &. 11. q. 3. ꝟm [iuramenta].i. dispositiones, ꝟm ꝙ merita hominum exigebant, quæ iuramenta & dispositiones extant adoperta sacris mysterijs.i. in figura, & mysticæ dicũtur. Nõ .n. ad literam intelliguntur in Deo esse huiusmodi affectiones. vnde subdit [iurare enim est &c. pœnitere. &c.] Notan-
2 dum, † ꝙ vt dicit Hu. tribus modis dicitur pœnitere Deus. vno modo destruendo quod fecerat, vt pœnitet me fecisse hominẽ.i. talia faciam per quæ videbor pœnitere, qualia solẽt facere pœnitentes, qui solent destruere facta, ex quo dolent eos fecisse. sic ego destruam homines: quos feci. Alio modo dicitur pœnitere nõ faciendo quod facturus credebatur, vt de Niniuitis. & habetur Ionæ. 3. Alio mõ dr̃ pœnitere diminuendo de promisso. vt de spatio. 112. annorũ promisso hominibus, cum diluuium, ad pœnitentiã diminuit. 20 annos vt de pæ. di. 1. prædixerat. Hu. & Arch. [Sic.n.] secũda pars. [per Hieremiam]. 18. [vt eradicem &c.] cõminationes fuerunt & ideo potuerũt mutari, subintelligebantur.n. nisi egerint pœnitentiã. Hu. [à malo suo].s. peccato [à malo meo].s. pœnæ. de pæ. di. 1. si agamus. sed consilium siue diffinitiuam sententiam dicam secundum causam superiorem, scilicet diuinam nunquam mutat [vt facerem] scilicet secundum ordinem inferiorum causarum si in peccato præstitisset, & nisi pœnitentiam egisset. Hug.

Ad tertium — Albertus. — August. — Ad quartũ. Albertus. — Ad quintũ. S. Thom. — Albertus magnus. Dionysius. — Ad sextum S. Thom. — Albertus magnus. — Exponit literam — Boethius. Ambrosius. — plato. — Hugu. Archid.

MAgnæ sapientiæ. Ad idem est hoc ca. quod est beati Augustini. in quodam sermone. Sũma est in rubro. Breue est, & non diuiditur &c. Lege. ¶ [Magnæ &c. reuocare].i. non adimplere illud, quod male locutus est. — Exponit literam.

QVi sacramento. Ad idem sequitur hoc. ca. ex concilio Ilerden. Sũma est in rubro. & breue est. Lege. ¶ [Qui sacramento pro periurio].i. prauo, & illicito iuramento. Hu. cuiusmodi est istud, quod paci & charitati aduersatur [reatũ] quem scilicet commisit, cũ sic iurauit: non transgressione talis iuramenti. Nam transgressione talis iuramenti quod est illicitum & iniquum nullum est peccatum. vt.s. eod. si aliquid, alias non præciperetur. vt rediret ad charitatem, quæ operit multitudinem. 1. Petri. 4. — Exponit literam.

NOn semper. Ad idẽ est hoc. c. ex eodẽ cõcilio. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod ponitur in rubro. In secũda illud probat exemplo. secunda ibi, denique. Lege. tex. ¶ [Non semper &c.] s. e. in malis promissis [soluẽda].i. adimplenda [mutat] sicut expositum est supra eadẽ. ca. incommutabilis. sicut scriptura indicat Ionæ. 3. & Mat. 12. — Diuisio. — Exponit literam.

1 *Iuramentum quo malum incaute promittitur non est obseruãdum.*

NOn est obseruandum. Ad idẽ est hoc capit. quod est beati Isidori in libr.
1 sententiarũ suarum. Summa est. † iuramentum quo malum incaute promittitur non est obseruandũ. Et diuiditur in 2. partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda assignat causam secunda ibi, tolerabilius. Lege. ¶ [Non obseruandum] permanendi in adulterio: vel in aliquo illicito [Tolerabilius] secunda pars. electiue tenetur. Hug. s. e. mulier. Archid. — Diuisio. — Exponit literam.

1 *Nomen domini assumit quis tripliciter in vanum.*

NEcesse est. Ad idem propositum sequitur hoc capitulũ ex concilio Toletano nono sumptum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit culpabilem esse eum, qui male iurat. In secunda probat illud testimonio sacræ scripturę. Lege te. ¶ [Necesse est &c. vt male iurans videar] quod periurium ex suo genere sit peccatum mortale, vnde sequitur eo quod nõ domini &c. [in vanum].i. pro nihilo, quod ad reuerentiam — Diuisio. — Exponit literam.

uerentiam Dei pertinet.vnde non videtur glo.bene dicere, quod hic sit distinguendum &c.quoniam ille qui ioco periurat non euitat Dei irreuerentiam.sed quantũ ad aliquid magis auget,vt dicit S.Tho. Et ideo non excusatur à peccato mortali.ille autem qui ex lapsu linguæ falsum iurat, si quidẽ aduertit se iurare,& falsum esse quod iurat,non excusatur à peccato mortali sicut nec à Dei contemptu.Secus autem si hoc non aduertat,quia tunc non videtur habere intentionẽ iurãdi.Et ideo à crimine periurij excusatur[quia in Exodo] secunda pars.scilicet.20.[insontem]id est sine culpa. Circa hoc quod dictum est Exodi.20.Non assumes nomen Dei in vanum,est notandum iuxta S.Tho.libro suo de decem præceptis,quod secundum quod tripliciter sumitur hoc nomen vanum. † Ita tripliciter quis assumit nomen Dei in vanum.vanum quidem vno modo dicitur falsum secundum illud psal. 27. Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximũ suum.hoc modo assumit quis nomen Dei in vanum, quãdo assumit illud ad confirmationem falsitatis. secundum illud Zacharię.Iurauerunt mendacium.aliquando vanum dicitur peccatum,vel iniustum.secundum illud psalmi.4. Filij hominum vt quid diligitis vanitatem &c.hoc modo dicitur assumere nomen Dei in vanum,qui iurat pro peccato faciẽdo.secundum illud sapien.2.Iurauerunt & iniuste cogitauerunt,sicut si iuraret quis furari,vel homicidium facere, & huiusmodi quæ de se sunt illicita.Tertio modo dicitur in vanum inutile,& hoc modo assumit in vanum nomen Dei q iurat non facere bonum.sicut si quis iurat non intrare ad ecclesiam,non intrare religionem,& huiusmodi.

S.Tho.

1 *Nomen domini non est polluendum.*
2 *Iniuria non solum fit proximo per periurium.sed etiam Deo.*


On peierabis. Ad idem est hoc.c.ex eodem concilio sumptum. Summa est,†quod nomen domini polluẽdũ nõ sit.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit ꝙ dictum est.In secunda quod iuramentum illicitum non est seruandum.secunda ibi,malũ tamen Lege ¶[Non peierabis.&c.]hoc habetur.Leui.19.[non pollues]pollutione falsi testimonij.ar.†quod per periurium nõ modo fit iniu.ia ꝓximo,sed etiam ipsi Deo,qui in testem falsitatis adducitur ideo dicit[non pollues &c.[Ego dominus]assignatur ratio .i.ideo non polluës,quia ego dominus cui honor & reuerẽtia debetur[malum autem]secunda pars patet ex dictis.

Diuisio. 1
Exponit literam.
2

Si aliquid Ad idem est hoc.c.Sotheris Papę.Summa est in rubro. expositum est.s.e.c.si aliquid forte.



Iffinitio. Ad idem est hoc.c.ex cõcilio Elibertano sumptum Summa est in rubro.Breue est.Lege.¶[Diffinitio[.i.assertio alicuius mali faciendi. Hu.vel affirmatio rei faciẽdæ.Lau.Arc. [soluenda] .i.frangendo,non adimplenda. Hu.pone casum extra de iureiuran.sicut ex literis,secundum Lau. Arc.

Exponit literam.


Ctione. Ad idem est hoc. capitu.ex actione quarta septimæ synodi sumptum. Summa est in rubro. Casus est. fuerunt quidam hæretici, qui imagines in ecclesia non permittebant,sed destruebant & frãgebant. Quidam vero cum ad venerationem imaginum euocarentur, excusabant se, quod iuramento erant astricti, se non tolerare imagines in ecclesia.Quęstio mota est in illa synodo, an tale iuramentum esset obseruandum. Et respondet synodus quod non. Et diuiditur in tres part.In prima inducit autoritas ad hoc Sophronij.In secunda inducitur autoritas Tharasij patriarchæ.qui hoc exemplo probat Herodis & Petri. In tertia inducitur autoritas Leontij episcopi.secunda ibi,item Tharasius.tertia ibi,itẽ Leontius.Lege.¶[Actione apocrisarius] .i.notarius,vel nuntius.[significat].i.asserit.circa illam quæstionem propositam.[quod melius]electiue.i.hoc est bonũ & non illud.Hu. [periurare].i.non seruare,quod iurauerat. [sanctarum imaginum]Dei conse.dist.3. perlatum.[Excusant] i.sic fugiant, velut non puniantur.Lau.[bonitatem].i. cultum Dei in imaginibus.Hugu.Lauren.[transgredi].i.nõ obseruari.[item Tharasius]secunda pars.[Herodes obseruauit]Mat. 14.[Petrus]Mat.26.& Io.18.[sicut docet sacra scriptura]psalmus.31.dixi confitebor aduersum me, & tu remisisti impietatem peccati mei.& Eze.18.In quacũque

Casus.¶
Diuisio.
Exponit literam.
Lauren.

die ingemuerit peccator omnium iniquitatum suarum nõ recordabor. [Item Leontius]tertia pars[scriptũ est[Zacharię.8 [iuramentum mendax].i.qui mendacium asserit vel peccatum promittitur.Hug.


I quis. Ad idem est hoc.c.beati Isidori.Summa est in rubro.Breue est, & planum. Lege.¶[Si quis præuentus].i.instigatus, vel deceptus ab homine, vel à diabolo[diffiniat].i.firmiter proponat,vel promittat.Hug.alia patent.

Exponit literam.

1 *Iuramenta facta possunt irritari in tribus casibus.*


Ribus Ad idem est hoc ca. quod est beati Hieronymi libro de natura rerum. Summa est,†quod in tribus casibus possunt iuramenta facta irritari, quod ca. potest diuidi in tres partes, secundum tres modos siue casus, quos assignat.In prima ponitur primus.In secũda secũdus. In 3.tertius,secũda ibi,secũdo. 3.ibi,tertio &c.Leg.¶[Tribus soluenda].i.frangenda. [primo cũ quis male].i.illicitũ & malum sciens illud esse peccatum,hoc est illicitũ ex parte eius,quod iuratur. Hu.[secundo]secunda pars.[cum qs incaute iurat]& tamen illicitum,non putans hoc esse peccatum quod facere iurauit hoc est illicitum ex parte modi iurandi.Hugu.[tertio]tertia pars.hoc est illicitum ex parte personę iurantis.Nã pueri siue puellę ante annos pubertatis non coguntur iurare, cum non habeant perfectum vsum rationis,quo possint cum reuerentia debita iuramentum præstare.sicut.j.eadem quæstione.5.c.paruuli.habetur[contradicentibus]scilicet statim inquit Hu.32.quæstione.2.mulier.alias est sub.§.cum ergo.in fi.vbi de hoc Archid.

1
Diuisio.
Exponit literam.

Ecce quod iuramenta. § est, in quo magister Gratianus cõcludit ex supradictis,quod illicita iuramenta quæ illicite promittuntur,laudabiliter dissoluuntur,& dãnabiliter obseruantur.quod tamen maxime intelligitur,quando iuramẽtum illicitum deseritur,vt ad bonum redeatur. Si autem propterea deseritur,vt in aliud malum transeat, vt peccato peccatum accumuletur,tunc illicitum sacramentum damnabiliter obseruatur,sed damnabilius contemnitur secũdũ aliquos.scilicet Ioan.de deo.& Archidia.Hic incipit secunda pars quæstionis,in qua probatur quod dictum est per sequentia capitula.

Io.de deo Archi.


I ad peccatum. Ad propositum cõfirmandum eius ꝙ dictum est,inducitur hoc capitulum. Aug.lib. de bono coniugali.Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In prima ponit,quod iuramentum illicitum tunc iuste deseritur,cum prauitas emendatur,sed secus cum peccatum peccato accumulatur. In secunda hoc probat exemplo .secunda ibi,tanquam si. Lege. ¶[Si ad peccatum fides].i.iuramentum.Hug. [admittẽdũ] .i.faciendum[adhibeatur].i.promittitur per iuramentum. Hu.[si fides appelletur].i.tale sit cui obseruantia debeatur. Et quamuis iuramentum illicitum non sit seruandum, veruntamen qualiscunque sit talis fides,si contra eã fit vt scilicet ad peccatum committatur [peius est].i.grauius peccatur.Tum quia malum fuit iuramentum in se.Tum quia ad peccãdum soluitur,& malum malo superadditur. Ista est vera expositio huius tex.vt videtur nobis dimissis multis alijs,quę dicuntur ab alijs quod etiam patet exemplis infra positis. [tanquam]secunda pars.[auferat].i.retineat[dolet ille]scilicet alterius socius,cui iuratũ est,& promissa pars spolij.Hug.[cogitare]debet potius supple,quam conqueratur.Hug.[fidem hanc fuisse seruandam humanæ societati] societati dico[in bona vita].i.quæ ad bonum & iustum faciendum est contracta[ne prædia iniqua &c.&]hoc probat dicens [si sentit].i.intelligit scilicet ille [defraudatus]quam inique sibi fides in peccati societate seruata non fuerit quasi diceret defraudatus parte promissa dolo cõplicis sui penset,quam fideliter sit seruanda iusta societas,cum etiam super iniusta doleat se fraudatum,quasi diceret si intelligit quam iniquum sit,quod etiam in malo pactum non seruetur, multo plus debet intelligere fidem societatis humanę non esse violandam & spolium ab homine non esse offerẽdum sine causa.Hu.[vtrobique].i.in eo,quod iurauit parti ri spolium,& in eo quod totum sibi retinuit.vel[vtrobiq;] .i.quia rapuit.& quia fidem non seruauit.sed totum sibi retinuit.Hugu.[sceleratior]quia plurium peccatorum reus.Hu

Diuisio.
Exponit literam.

Si mulier



I mulier. Ad idē est hoc.c.quod est eiusdem beati Augustini in eodem libro. Summa est eadem cum summa præcedenti s.c.patet etiam in rubro. Et bene est.& non diuiditur. Lege.¶[Si mulier vxorata]idē

Exponit literam.

& alia.[fidem]id est pactum iurans.feruet adulterio[vbique mala est] sed si nec adultero seruat cum altero adulterando[peior]id est grauius peccat.quia priori peccato adulterij & iurationis addit peccatum adulterij cum secundo.

Hugo.

Hug.[porro violatricem putabis]quasi diceret non. Simile est quod cauetur in lege,quia nec punitur quæ iurauit se per mansuram in scenica arte.i.in loco turpi.puta in prostibulo,si contrauenerit.C.de nup.auth.quod eis.

Lauren.

Lau.& Archi.[vel]pro.& Archi.

Ex his itaque. §.est, in quo magister Gratianus concludit ex supradictis,quod iuramentum &c.nihil culpę mortalis siue venialis.Hu.[pro tali periurio].i.transgressione.Hu.vnde ad hoc probandum inducit sequens cap.

1 *Iuramentum coactum non obligat nume.3.&.4.*
2 *Coactio non excusat respectu iuramenti assertorij.*



Nter cetera. Ad idem est hoc cap. Augustini ad Seuerū episcopum mileuitanum.pro cuius intellectu est casus ponendus.

Casus.

Casus est. Vbaldus parochianus prędicti episcopi Seueri habebat quandam concubinam , à cuius consanguineis captus compulsus fuit iurare illam recipere in vxorem,& matrem & fratres de domo expellere, & pro alimonia nihil eis,scilicet matri & fratribus impendere. Seuerus autem episcopus dubitans quod in hoc casu agendum esset, consuluit Augustinum & rogauit eum,vt à beato Ambrosio quæreret quid in hoc casu esset agendum. rescribit autē beatus Augustinus ei,& dicit,quod Vbaldus recipiat eam in vxorem,quam iurauit accipere.matrem vero & fratres nō expellat de domo,sed eis præbeat alimenta,quia iuramentū non debet esse vinculum iniquitatis,aut occasio alicuius criminis.& si ipsis matri & fratribus occasione prædicti iuramenti aliquid hactenus defuerit,per pœnitētiam illud emēdet,nec vllam infamiam ex illo iuramento facto per compulsionem contrahit Vbaldus,sed potius infamiam contraxerunt,qui eum iurare coegerunt.Et ista est summa cap.pręsentis.

Diuisio.

Et diuiditur hoc cap.in tres partes.In prima narrat factum. In secunda describit ea quæ summando diximus. In tertia dicit eos qui iurare compulerunt Vbaldum teneri periurij reatu.secūda ibi,quia vero.tertia ibi,q vero. ¶Pro

Quæstio i. Primū ar.

1 pleniori intelligentia huius.c.& similium. Quæritur † vtrū iuramentum coactum obliget.Et videtur quod nō. Primo sic.dicit Gregorius.Coacta seruitia Deo non placent.ergo videtur,quod nec iuramenta coacta obligēt.

Secūdū ar.

¶Secundo sic. dicit lex.& etiam Tullius in rethoricis,quod fit iusti metus causa ratum nō habeo.

Tertiū ar.

¶Tertio sic.nullus potest ad aliquod speciale obligari,nisi seipsum obliget,sed nullus dicitur aliquid facere,nisi volens faciat.Cum ergo iuramentum coactum voluntatem excludat videtur quod tale iuramentum non sit obligatoriū.

Quartū ar.

¶Quarto sic maior est obligatio matrimonij q̃ iuramēti, qa si aliquis iurauit se nunq̃ matrimoniū initurum,& postea matrimonium consummauerit,tenetur in matrimonio perseuerare,sed coactio impedit contractū matrimonij.ergo etiam impedit obligationem iuramenti.

Oppon. in contrarium

¶In oppositum est tex.præsentis literæ.vbi Augustinus dicit Vbaldo,quod iuramentum coactum quod fecerat de recipiendo concubinam suam in vxorem obligat eum ad illā suscipiendam in vxorē.

Respōdet. S.Thomas.

¶Respondeo dicendum sequendo Sanctus Tho.quod duplex est iuramentum videlicet asser-

Prima conclusio.

2 torium & promissorium.De primo est conclusio,†quod respectu iuramenti assertorij coactio nō excusat.vnde si quis coactus iurat & asserit falsum esse verum, incurrit crimen periurij.Et ratio huius conclusionis secundum.S.Tho.est. quia nihil potest sufficienter hominē cogere ad hoc & mortaliter peccet,quod contingit si falsum cum iuramento asserat. vnde potius debet quis mortem pati,quam falsum iurare,vnde tale iuramentum quātuncunque coactū est obligat.

Alexander Bonauent.

ad peccatum.Concordat Alexander & Dominus Bonauentura loquendo de iuramento promissorio distinguendum est de duplici foro,scilicet contentioso,& foro conscientię.

3 Loquendo de foro contentioso,est conclusio secunda.†q iuramentum coactum coactione sufficiente quę in constantem virum cadere potest,non est obligatorium in foro cōtentioso.Ista cōclusio multiplici ratione patet.Tum primo quia præsumit ecclesia,quod qui coacte iurauit non iurauit voluntate implendi iuramentum,sed voluntate euadendi periculum. ¶Tum secundo quia ille qui iurare compulit cum malitiose processit & dolose,& ita nullum ius acquisiuit,nec de malitia commodum reportare debuit.vnde nullum ius habet repetendi.¶Tertio quia ei qui vim intulit non competit actio ex obligatione talis iuramenti .¶Quarto quia ille vim intulit ideo meretur vt ei promissum non

Tertia con.

4 seruetur.¶Tertia conclusio.†in foro cōscientiæ siue Dei iuramētum coactum de re licita siue quæ sine peccato potest exsolui,est obligatorium.patet conclusio.Tum quia magis tenetur damnum temporale sustinere,quam iuramentum violare.Tum secundo hæc conclusio colligitur extra de iureiuran.c.si vero.vbi dicit Alexander cuidam eum consulenti de quodam coacto iuramento.Non habebis me actorem periurij.Tum tertio patet conclusio.Omne iuramentum quod habet iusticiam,iudicium & veritatē est obligatoriū, sed iuramentum coactum potest hæc tria habere.ergo tale erit obligatorium.Talis enim q sic iurauit habet remediū. Primo vt relaxationem quærat,Secundo potest petere in iudicio quod soluit.

Questio. Respondet.

¶Quid si iurauit se non repetiturum, potest iudici denuntiare qui ex officio suo debet raptorem ad restituendum cogere.

Quæstio Respondet

¶Quid si iurauit se non denuntiaturum.Respondetur,quod non tenetur tale iuramentum seruare,quia vergit in deteriorem exitum. esset enim contra iustitiam publicam,& contra præceptum de correptione fraterna.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Primū ar.

Ad primam respondetur iuxta Alexandrum de halis, quod sacrificia coacta inquantum coacta Deo non placent. tamen voluntaria redditio Deo placet. & ita in præsenti.

Ad secundū

¶Ad secundam respondetur,quod lex & Tullius loquuntur de iudicio forensi,siue contentioso.quia nō intromittunt se de foro conscientiæ.vnde secūdum illud forum vt dictum est in secunda conclusione, iuramentum coactum non est obligatorium.

Ad tertium

¶Ad tertiam respondetur iuxta. Sanctum Tho.quod coactio non potest facere in tali casu violentum absolute,sed violentum mistum.quia oportet vt q iurat moueat membra ad loquendum etiam sua voluntate. Tale autem violentum vt dicit Philosophus tertio ethico. quamuis simpliciter sit inuoluntarium , tamen hic & tunc est voluntarium.quia ad vitandum maius malum, vult minus malum subire.

Ad quartū.

¶Ad quartā respondetur quod non est simile de matrimonio & iuramēto qm̄ vt dicit. S.Tho. coactio tollit obligationē matrimonij.quia non solū requirit cōsensum sed ēt cōsensū liberū,q nō ē in oblatione iuramēti. cōcordat D.Bonauētura. Lege.[¶Inter cetera.qui vero.]secunda pars.[quam]scilicet concubinam. [prius habuerat]

Exponit literam.

id est cognouerat.Hu.& Archidiaco. [non est peccatum] quia & si non consensit tanquam in vxorem potest licite consentire.Hu.[Cum matrimonium &c.]id est cum status matrimonialis sit Deo acceptus,prima ad Corin.7.[porro] inducit rationes ad probandum, quod tale iuramentum in ea parte in qua continebat rem illicitam de subtrahendo victum matri & fratribus,quod expresse contineat iniquitatem.Est enim contra præceptum domini de honoratione parentum.Mat.15.non sit obseruandum.primo quia iuramentum non est institutum,vt sit vinculum iniquitatis,vel occasio alicuius criminis.i.quod obliget hominē ad aliquod iniquum,siue crimen faciendum.secundo quia non est credendum quod iuramentum ad hoc fieri debeat vt iniusta iuratio.i.illicitum & iniustum iuramentum .[spoliatio] id est priuatio potestatis de reb.suis disponendis in licitos vsus,& preceptos diuina lege quod hic esset si occasione iuramenti non liceret isti opus pietatis exercere in matres& in fratres. Sic enim videretur spoliari suis rebus quo ad facultatem administrandi eos.quod fieri non debet,argum.15.quæstione. 6.c.1.& 2.Hugu. [accipienti sacramentum] peccat enim mortaliter qui tale iuramentum accipit per coactionem vel alio modo.Hu.[pœna periurij]id est consilij[pœna qua

a periurus]a.i.peruerse iurans punitur.Qui enim cogit ad periurium,reatu periurij tenetur.vt j.e.questio. 5.c.1.[iudice] .i.Deo[degrandinabitur].i.percutietur,& flagellabitur quasi grandine æternæ pœnæ.Hu.[euangelium]super q iuratum est.Hu.[adducitur]quasi ad testimonium iustæ & humanæ

a ¶Pęna q periur^s. pęna periurij q sit vide Vet. de Ancha.in.c.peruenit. nu 18.de fid iusso.

petitionis

petitionis.i.eius quod iustum & humanum est peti,ad iniustum & illicitum & Deo minime amabile,quia id quod ibi petitum est & promissum,non fuit iustum, nec ab homine petendum vel promittendum.Hug.[foueat]concludit[fratres]extra de iureiuran.cum quidam.§.1.[Qui vero]tertia pars.[iniuria facta]vel in cogendo ad iuramētum,vel in alio

Quęstio. Respondet. 11.quæstione.3.illud.Hugu. [opprobrium] i.infamiam.nō dicit peccatum.peccauit quidē mortaliter.potius enim debent mori quam malo consentire. Ecce quod Vbaldus ex parte præcipitur seruare iuramentum,& ex parte frangere.Et ideo solet quæri an vnum tantum fuerit iuramentum eius & an bonum vel malū.ad hoc respondet.Hu. ꝙ distinguendum est,quod si loquamur de actu iurandi, dicendum est quod vnum iuramentum fuit,sed loquendo de iuratis dicendum est quod fuerunt duo iuramenta vel promissa.vnū bonum & licitum,& aliud malum & peccatum mortale.ad illicitum non tenuit obligatio.ad licitum sic secundum Hu. & Pet.

1 *Filij Israel an peccauerint parcendo Gabaonitis propter iuramentum.*

Quæstio. 1 **Sed cum his.** Hic incipit tertia pars quæstionnis, in qua quæritur.†vtrum peccassent filij Israel qui propter iuramentum pepercerunt Gabaonitis.Et respondet Gratianus quod nō.Sed pro pleniori intel-

Primū ar. ligentia arguitur,quod peccauerint.Primo sic.iuramentum illud fuit iniustum,cū iuraretur contra Dei pceptū.præceperat.n.Iosue dominus, quod occideret oēs habitatores terræ promissionis,ne inficerent filios Israel.sicut habetur Deuterono.6. Ipse autem iurauit cōtrarium Gabaonitis, qui simulauerunt se venire de terra longinqua,& tamen erant de terra promissionis.ergo iurauit contra præceptum Dei.fuit ergo iniustum iuramentum.ergo peccauerunt filij Israel parcē-

Secūdū ar. do Gabaonitis.¶Secundo sic iuramentum quod Iosue fecit Gabaonitis nō obligauit eū.patet quia vt dicitur ad Ro.13. Oīs aīa potestatibus sublimioribus subdita sit.Ex quo accipitur quod factum inferioris non soluit mādatum superioris. ergo nec iuramentum Iosue soluit mandatum de interfectione Gabaonitarum.ergo si non interfecit, peccauit.ergo

Opponit & Respondet. filij Israel propter prædictum iuramentum parcentes Gabaonitis peccauerunt.¶ In oppositum est litera præsens. ¶Respondeo sub ista conclusione.quod filij Israel non peccauerunt parcentes Gabaonitis propter iuramentum. Ista conclusio patet ex litera præsenti.Et ad eam assignantur rationes,vna quæ tacta est supra.in.c.si aliquid.forte quia vide licet iuramentum illud non erat de eo quod secundum se erat illicitum,sed eo quod factum fuerat illicitum quia prohibitū.& quia seruata est intentio prohibentis.ista est ratio Alexandri,& S.Tho.Alia est ratio aliorum.quia scilicet hoc fecerunt mandato Dei inspirantis.Alia ratio est quæ tangitur in litera.quia filij Israel ignorabant,quod illi Gabaonitę pertinerent ad terram promissionis.imo fuerunt decepti ab eis.sicut patet in sequenti capitulo.Litera patet.

2 *Innocens dupliciter accipitur.*

4 *Facilitas credendi ea quæ diuinitus reuelata sunt est laudabilis.Alias econtra nume.5.*

6 *Communiones pœnarum possunt fieri.*



Nnocens. Sequitur.c.hoc beati Ambrosij lib. de officijs excusando Iosue qui seruauit iuramentum factum Gabaonitis licet fuerit contra præceptum domini.quia ignoranter fecerat, & quasi deceptus

Diuisio. à Gabaonitis.Summa ergo est.quod illud iuramentum obligari prohibetur,quod scitur esse illicitum,dum iuratur. Et potest diuidi in duas partes. In prima excusat Iosue, quare cito credidit verbo Gabaonitis,qua scilicet est conditio iusti & innocentis.In secunda excusat eum de hoc quod Gabaonitis pepercerunt ibi,hac igitur mentis.Pro pleniori intelligentia præsentis partis queruntur duo.

1 ¶Primum est vtrum Ambrosius verum dixerit quod innocens credit omni verbo.

3 ¶Secūdum est vtrum verum dixerit in hoc,quod ait, quod non est vituperanda credendi facilitas,sed laudāda bonitas.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur quod nō sit verum quod innocens id est vir-

Primū ar. tuosus & iustus credit omni verbo.Primo sic,illud quod est proprium stulti & insipientis non est attribuendum cum veritate viro iusto,& sapienti.sed vt habetur Prouerbiorū.14. Innocens glo.i.iustus credit omni verbo.ergo &c.¶ Secun-

Secūdū ar. do sic.illud quod prohibet apostolus non videtur attribuendum viro iusto,sed apostolus dicit prima Ioan.4.nolite cre-

Opponit & Respondet. dere omni spiritui.& per consequens omni verbo.&c.¶In oppositum est tex.præsentis literæ. ¶Respondeo dicendū

2 †quod innocens dupliciter accipitur,vno modo pro simplici absque dolo,& malitia,prout accipitur in bona significatione.secundum quam dicitur Iob.1.Erat rectus & simplex & recedens à malo. Et de tali dicitur in psalmis.14. Quis ascendet in montem domini.sequitur.innocens manibus &c.& Hiere.secundo dicitur absque peccato, & innocens ego sum.Simplex ergo qui recta sectatur,& dolos peruersorum non cogitat credens ceteros recte ambulare,sicut ipse recte incidit innocens.Et sic Ambrosius accipit hic innocētem dicens,quod in innocente non est vituperanda facilitas credendi,sed laudanda bonitas.¶Secundo accipitur innocēs pro fatuo,& inscio,ac indiscreto,qui faciliter decipitur. Sic vxor Iob per imperitiam simplicitatis sicut mulier fatua improperabat ei.Iob secundo, dicens iuxta aliam translationē. adhuc retines innocentiam. In nostra vero translatione adhuc manes in simplicitate tua, id est imperitia seductus. & ad Romanos.11.seducunt corda innocentium.& isto modo accipit Salomon innocētem,cum ait Prouerbiorum.14. Innocens credit omni verbo.innocentem dicit ignorātem, qui non discernit inter verum & falsum,qui ex indiscretione sic credit vnum sicut aliud,vnde exponitur[Innocens] i. fatuus.vnde Nicolaus de lyra.super librum prouerbiorum

Nicolaus de lyra. dicit innocens hic accipitur pro ignorante,qui nescit discernere inter bonum,& malum.Et patet quid dicendum est de quæstione.& patet solutio ad argumen.ex dictis.

31 **Ad secundum** Sic proceditur.†Et videtur quod vituperanda sit credendi facilitas

Primum ar. ex illo ecclesiasti.19.Qui cito credit leuis est corde. Item nimia facilitas credendi culpatur.86.di.si quid.¶In oppositū

Oppon. & Respondet. est tex.Ambrosij in præsenti.c.Respondeo dicendum sub

4 tribus conclusionibus.†Prima facilitas credendi ea quæ di-

Prima conclusio. uinitus reuelata sunt,est laudabilis.quoniam à Deo non possunt tradi falsa,cum sit prima regula veritatis.vnde Gen.15. dicitur de Abraham quod credidit Deo & reputatum est ei ad iustitiam.Et hoc modo exponit S.Tho.illud.1.ad Corin.

S.Tho. 5 13.charitas omnia credit.¶Secunda conclusio† facilitas credendi generaliter omnia quæ ab homine dicuntur est vituperabilis,secūdum illud quod inductum est ecclesiastici.19. Qui cito credit,leuis est corde.& Prouerbio.14. Innocens credit omni verbo.In hebreo vt dicit Nicola.de lyra habe-

Nicolaus. de lyra. tur.stolidus credit omni verbo.vnde in nocētia vi supra diximus ibi capitur pro defectu sensus.¶Tertia conclusio.fa-

Tertia con. cilitas credendi vero similibus dictis ab homine innocente primo modo dicto de quo loquitur hic Ambrosius non est

Ad primū ar. vituperabilis,sed laudanda bonitas.¶Ad illud vero quod in oppositum dicitur ecclesiastici. 19. Qui cito credit leuis est corde. Respondet Nicolaus de Lyra. quod intelligitur de eo qui malum cito credit de proximo.talis enim leuis est corde.i.instabilis in bono & labilis ad malum.Nam de quolibet tenendum est,quod sit bonus.nisi appareat contrariū. hæc Nicolaus de lyra.¶Ad secundum de c.si quid.Respon-

Ad secundū det gl.quod intelligendum est de iudice,qui in præiudicium partis alterius non debet faciliter credere, vel iudicare, nisi per testes vel alio modo videret inniti veritate.Leg.¶[In-

Exponit literam. nocens].i.simplex,& iustus,& rectus.qui nec nocet nec nocere vult.Hu.[credit pro solito]sed iuramento nō affirmat. Hu.[omni verbo]vero simili, ꝙ ex charitate suaderi potest & credi,scilicet quod non est contra fidē vel articulos fidei. In casibus enim si crederet valde peccaret.Hu. [non vituperanda facilitas] scilicet credendi vera,siue vero similia, quæ charitas credi persuadet. sicut.s. est expositum sicut socius credit socio.[hoc est innocentem esse]scilicet talē, qui nec nocet,nec nocere velit. Hu.[ignorare]scilicet per experientiam facti,quia non nocet nec nocere velit.Hug.[Et si hic] est responsio ad tacitam quęstio.diceret.n.aliquis.iste nō est innocens,nec bonus cum nō sit spiritualis. [Nō.n.est spūalis qui non dijudicat].i. discernit,ex quo deciditur. [Cum apostolus dicat]prima ad Corin.4.Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur,quod verbum apostoli sic ex-

S.Thom. ponitur secundum S.Tho.super apostolum.[Spiritualis homo].i.homo habens intellectum illustratum & affectum ordinatum

ordinatum per spiritum sanctum de singulis quæ pertinent ad salutem[rectum habet iudicium.]Si ergo talis spiritualis non intelligit deceptionem suam,dummodo non sit in articulis fidei,aut quæ pertinēt ad salutem[à nemine iudicatur] .i.est dignus repræhensione.quia in hoc non habet causam repræhensionis.Hu.his ergo intellectis facile est intelligere quod dicitur.[Et si]id est quamuis[Innocens circunscribitur]id est decipitur[de omnibus tamen]id est præsint bene de omnibus,siue de quolibet.[qui].i quia.[ipse fidem]id est verborum veritatē in omnibus,etiam quos ignorat, sicut ipse erga omnes fidem habet quasi diceret de omnibus bene iudicat,quæ non habent euidentem malitiā. Hu.[Hac dote]Innocentiæ,vt crederet omni verbo, dummodo non esset cōtra fidem,vt arbitraretur fidē esse in omnibus. Hu. [Iesus]id est Iosue.binomius enim fuit. Hugu.[testamentum]id est tabulas,in quibus scribebātur iuramenta & fœdera,vel pax,& societas.Hug.ff.de testa.l.1.Lauren. Archidia. [Iesus]id est Iosue.[perfidiam]id est mendacium.[solueret] quo ad superficiem, vel crederetur soluere Hugo.[meliori]quia constituit aquarios, vel lignarios, scilicet vt portarent aquam,& ligna in sacrificium domini.Et est arg.†quod commutationes pœnarum possunt fieri.ar.5.q.6.quia.& di. 82.presbyter.etiam vbi debetur pœna mortis.vt hic.&.23. q.3.c.1.&.36.q.1.de raptoribus.Et hoc verum est ante sententiam latam à iudice, post sententiam autem non potest hoc iudex nisi sit papa,vel imperator.Hug.

Hugo. auren. Archid. 6

Iuramentum dicitur illicitum tripliciter.

Illicitum. §.est,in quo Gratianus concludit ex prædictis tria.Primo ꝙ illud iuramentum illicitum seruari non debet,quod scitur esse illicitum,dum iuratur.Si aūt nescitur esse illicitum per ignorātiam excusatur, quod probat duobus exemplis scilicet consanguineæ,& repudiatæ,quas si quis duxit in vxores propter ignorantiam facti excusatur, quia nesciebat eā consanguineam,vel repudiatam.Secus autem si sciuisset esse consanguineā.quia tunc non excusaretur,Iudei ergo non ignorabant Gabaonitas esse delendos,sed ignorabant factum, scilicet Gabaonitas esse incolas terræ promissionis. Et ideo quod iurauerunt seruare debuerunt.¶Secundo ostendit Gratianus ꝙ hoc dicitur iuramentum illicitum non esse seruandum, non est accipiendum de omni illicito iuramento,sed de illo illicito , in quo deficiunt tres comites iuramenti, scilicet iustitia , veritas & iudicium.vbi hæc tria deficiunt, iuramentum reputatur illicitum.non autem vbicunque defecerit alterum istorum seruari prohibetur,quod probat duobus exemplis. scilicet exemplo illius qui post votum simplex iurauit aliquā ducere in vxorē.Et exemplo eius,qui temeritate iurauit se mandaturum.tertio ostendit †quod iuramentum tripliciter dicitur illicitum a primo ex eo quod iuratur.quando scilicet illud est malum vitiosum, & tale non est obseruandum .Et de tali intelliguntur statuta,quæ de iuramentis non seruandis fiunt.¶Secundo dicitur illicitum non ex natura sui , sed ex causis extra venientibus, puta cum quis post votum simplex non tamē solenne iurat se aliquam recepturum in vxorem,hoc non est in se ipso malum.quia matrimonium bonum,est tamen ex voto perniciosum est iuramētum. ¶Tertio modo dicitur illicitum ex modo quādo scilicet indiscrete,& inconsiderate aliquid iuratur . exempla sunt in litera. Et patet intellectus totius literæ,qua de iuramentis illicitis multa supra sunt disputata.

1 a

a Dicitur illicitū .vi de Pet.de An. in c. cū quidam hu.7. de iureiurando

¶ Quæstio quinta.



Vod autem. Hic incipit quinta quęstio,in qua quęritur si licitum esset, quod Archidiaconus iurauerat scilicet episcopo non obedire,an episcopus qui compulit illum ad deiurandum sit reus periurij.Et respondet Gratianus quod sic. Et probat argumento à minori , quia si consentiens pari pœna est puniendus cum faciente , multo magis ille qui cogit reus erit com misi criminis.Diuiditur autem hæc quæstio in.7.partes.In prima ostendit, quæ pœna imponatur periuris compulsis vel voluntarijs, & qualiter puniantur qui alios iurare compellunt,& hoc per septem capitula . & de aliis partibus videbitur in progressu.

Diuisio.



Vi compulsus. Inducit in primis hoc.ca.papæ Pij ad propositum suum.Summa est in rubro . Et diuiditur in duas partes . In prima ostendit eos qui etiam compulsi periurant reos esse criminis periurij.In secunda ponit pœnitentias quibus subijciendi tales sunt.secunda ibi,si liber est.Lege text. ¶[Qui compulsus periurat].i.falsum iurat.nota quod vt dicit Hu.fere in omnibus istis capitulis periurare accipitur pro iurare peruerse,vel temerarie, vel false , & similiter accipitur periurus & periurium in tali significatione fere hic vbique secundum eundem Hu. distingue ergo in qua significatione accipiatur verbum , & concordabitur litera . Hugu. [periurat].i.falsum iurat[sciens].i.scienter. Nam si ignorauerit excusatur autoritate huius canonis . Hu.[præcepit]dicit Ber.Hispa.idē est , si ratum habuit.ff. de vi & vi ar.l.1.§. deiecisse.§.quæstiones.& §.sed si.&.ff.de re.iur.l.hoc iure.& extra.de resti.spo.cum ad sedem.§.nos prioris.sed hoc intellige secundum determinationem positam.17.q.4.omnes ecclesiæ.in glo.in fin. Archid. [miles quia plus dominum quā animam &c.] plus enim debet quis diligere animam suam, quam proximum suum.vt dicit Augus.primo de doctrina Christiana.cap.6.[si liber]secunda pars.minus enim punitur seruus quam liber.quia magis est in potestate domini , quā liber.vnde aliter puniendi sunt liberi,aliter serui.24.q.1.qui contra.[idolorum].3.quæstio.vlt.cap.si crimen. Hugo.[40. dies]continuę,vel interpellatę.Hugo.[& septem sequentes annos pęniteat]sed non in pane & aqua. Nō enim quod pręcedit est repetendum.quia non patitur litera.ar.ff. de verb. obliga. Tytia.§.idem respondet.Et quia vt dicit.Hu.vix aliquis posset hoc sustinere . [si seruus eiusdem]supple.sit ille miles.Hu.[tres quadragesimas]in tribus annis , quolibet anno vnam.¶Sed surgit quæstio ad quid imponitur huiusmodi pœnitentia cum quilibet teneatur illam ieiunare.¶¶Respondetur secundum Hugo. quod ratione huius melius dicitur tres quadragesimas in vno anno . quolibet enim anno sunt tres quadragesimæ pœnitentibus deputatæ , vna ante natiuitatem domini,altera ante pascha,altera ante natiuitatem Io.Baptistæ.[& legitimas ferias]hic determinat qualiter debeat pœnitere in illis tribus quadragesimis. feriæ legitimæ quibus ieiunandum est , sunt secunda . & quarta . & sexta feria.Hugo.

Diuisio. Exponit literam. Bernardus. hispanus. Archid. Hugo. Quæstio. Respōdet.

1 *Manus violentas mittens in clericum in maioribus ordinibus an grauius peccet quam si in minoribus.*




Vi periurat. Ad idem sequitur hoc ca. eiusdem Pij papæ. Summa est in rubro. Et posset diuidi secundum tres differentias in iurando in tres partes sicut videbitur in expositione literæ.Lege.¶[Qui periurat]scienter falsum iurando vel temere quod non debet fieri. vel iuramentum licitum scienter transgrediendo. Hug. [In manu episcopi]ecce prima differentia vel etiam sacerdotis . Hugo. Iste enim grauius peccat,quia quanto iuramentum fit solēnius, tanto periurium grauius , & plura offendit & contemnit periurus propter personę dignitatem [aut in cruce consecratus]secunda differentia,& hoc ideo dicit. quia quanto sanctius per quod iuratur , tanto magis peccat periurando.s. eod.quæst.1.mouet.¶Sed hic surgit questio† vtrum eadem ratione magis peccat qui mittit manus violentas in clericū in maioribus ordinibus , quam in minoribus constitutum, aut maius sacrilegium committit.¶Respondet Hug. forte non quo ad Deum , sed quo ad ecclesiam sic. ar.17.q.4.si qs deinceps.& qui subdiaconum.& qui occiderit[qui in cruce non consecrata] tertia differentia est tamen res sacra , quia Deo dedicata,& ideo potius in ea iura , quam in alia re prophana. Hug.[coactus] fuerit iurare aliquod falsum,vel se facturum aliquod malum, forte percutere , vel occidere aliquem, & ignorans esse peccatum,vel tantum esse peccatum sic iurare vel facere quod iurauit.Hugo.[periurauerit]id est tale peruersum iuramentum.Hu.[cognoscit]peccatum esse quod fecit,vel facere promisit,alias nisi recognosceret inde pœnitentiam nunquam accipere.Hu.[tres quadragesimas] contra in præcedenti.ca dicit etiam de septem annis.Respōdet Hug. quod hic magis fuit coactus vel ignorantia istius pœnam in parte reuelat.Hu.

Diuisio. Exponit literam. 1 Quęstio. Respondet. Quæstio respondet

Iuramentum

2 *Iuramentum coactum siue assertorium siue promissorium est obligatorium*



Exponit literam.

Si quis coactus. Ad idem est hoc.c. ex penitētiali Theodori sumptum. Summa est in rub. Et non diuiditur. Lege. ¶ [Si quis] ex hoc.capit. manifeste
1 colligitur. q coactum iuramentum siue assertorium siue promissorium obligatorium sit, & per consequens obseruādum. de assertorio patet, quia potius quis debet mortem pati quam falsum iurare. Et hoc tāgit hic cum ait. quia plus corpus quam animam diligit, de ꝓmissorio quod scilicet sine peccato adimpleri potest etiā patet, vt in casu in quo latro obuiat alicui, & vult occidere nisi iuret sibi daturum hoc vel illud. ¶ Tum primo patet quia potest dare suum sine peccato. & per consequens iuramentū seruare. ¶ Secundo quia per iuramentum se obligauit Deo, cui tenetur iuramenta reddere. quæ potest sine peccato reddere. Matth. 5. vnde iste tenetur iuramentum seruare. verun tamen latro, qui iuramentum extorserit & coacte tenetur restituere, viatori, a quo inuoluntarie suscepit, & per publicam iustitiam debet ad hoc compelli, & præiudicare iustitiæ publicæ. ¶ Tertio hoc patet, quia nō seruans tale iuramentum ponitur ieiunio trium quadragesimarum secundum aliquos vel secundum alios trium annorum. Constat autem, quod hac pœna non puniretur, nisi frangendo iuramentum peccaret. ¶ Quarto quia nemo plus diligit corpus, quam animam sine peccato. cum contra charitatis ordinem facit secundum quem vt ait Au. libro de doctrina Christiana. c.6. plus tenetur diligere animam quam corpus.



Diuisio.

Exponit literam.

Si quis periurauerit. Ad idem est hoc.ca. quod est Gelasij papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit pœnam periurantis & facientis alios periurare. In secunda ponit pœnam consentientis in periurio. secunda ibi, & alij si concilij. Lege. [Si quis periurauerit] vel transgrediendo licitum iuramentum, vel scienter iurando falsum, vel aliquid q malum est fieri. Hug. [Sine pœnitentia cordis] scilicet quandocunque peccatum reuocatur ei ad memoriam. 6. quæstione. 1. quicunque. vel forte iniungetur ei aliqua pœnitentia

Laurent.

vsque ad mortem. Hug. & Lauren. [Conscij] consentientes in peccatum alicuius sunt etiam puniendi.



Diuisio.

Ille qui. Ad idem sequitur hoc cap. quod est beati Augustini. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod qui alium prouocat ad periurandū vincit homicidam. In secunda assignat ratio-

Quęstio prima.

nem. secunda ibi, quia homicida. ¶ Pro pleniori intelligentia, quæruntur duo. primum est vtrum hoc quod hic dicitur

Secunda quæstio.

sit generaliter verum quod exigens iuramentum peccet. ¶ Secundum est vtrum periurium sit maius peccatum quā homicidium. Licet de istis. s. diximus de primo in. c. quāuis.

Respondet primæ.

eo. q. nihilominus. ad primam rn̄detur ꝓ nunc sic, q exigens iuramentū aut est persona publica aut priuata. si publica si tenetur exigere ſm iuris ordinem siue nesciat ipsum falsum iurare, non imputatur sibi. iuramentum. n. in iudicijs non tamen exhibetur propter iudicem, sed propter alios. vnde nō est in potestate eius iuramentum remittere, quod secūdum ordinem iuris exhibendum esset. vnde dictum August. non intelligitur de persona publica, sed de priuata, quæ non com-

S. Tho. Bonauen. Contra Hu glo. & doct.


pellitur ex iuris ordine exigēte iuramentum, sed ex propria voluntate, concordat S. Thomas & Dominus Bonauentura cum magistro Alexandro de halis. ad secundam patebit in tex. Lege. [¶ Ille vincit] homicidium Hu. & glo. & doctores dicentes hic q periurium vincit homicidam, non in grauitate peccati, sed in damno illato, non dicunt verum. imo vt. s. e. quæstione. 1. in. c. prædicādum in grauitate peccati cum periurium sit peccatum directe in Deum. homicidiū vero in proximum [quia] secūda pars. [duas animas] suam scilicet & illius. Suam re vera occidit: illius vero quantum in se est. simile. 1. q. 1. quidam. & de conse. di. 4. quæris. Hug.



Exponit literam.

Qui exigit. Ad idem est hoc.ca. eiusdem Augusti. Summa est in rubro. Nō diuiditur, & est planum. Lege tex. ¶ [Qui exigit] non est peccatum. s. eo. quæst. 1. quamuis. [humana tentatio]. i. de humana infirmitate, qua homo sæpe tentatur procedit. vt. s. e. q. 1. non est circa [præsit] & impresit multipliciter cogendo. Hugo.

1 *Testis falsus punitur triplici pœna.*



Diuisio.

Si quis. Ad idem est hoc.c. ex concilio Maguntinē. sumptum: Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit pœnam trahentis vel solicitantis ad periurium. In

Exponit literam.

secunda ponit pœnam ipsius periurantis. secunda ibi, hi vero Lege. ¶ [Si quis attraxisse] per coactionem. Hu. [quacunque corruptione] puta pecuniæ, vel amicitiæ, vel inimicitiæ. Hu [solicitasse] ad falsa testimonia, vel periuria. Hug. Arc. [vsque ad exitum] ecce imponitur pœnitentia vsque ad exitum vitæ. vt. s. e. c. si quis. Hug. [hi vero] secunda pars [consensisse] sine coactione. Nam qui coacti hoc fecerunt non sunt infames, licet alias grauiter peccent. vt. s. e. q. 4. inter cetera. Hugo [ab omni testimon] io. 6. q. 1. quicunque. Hugo. [quia secundum legem] tam canonicam, quam ciuilem [Triplex] culpa est falsi testis, cui respondet triplex pœna. Primo peccat in Deum, cuius mandata contemnit propter hoc iniūgitur sibi pœnitētia septem annorū. 6. q. quicunq;. Secundo peccat in iudicem, quem fallit propter hoc efficitur infamis vt in hoc capitulo. Tertio peccat in proximum quem læsit, propter hoc talione punitur. vt. 3. q. 9. nihilominus.

Item qui audit. §. est, in quo incipit secunda pars quæstionis, in qua quæritur cui debeat dicere si quis videt q aliquis vult iurare falsum, & quid iuris si probat per. c. sequens.



Hoc videtur dicere. Hoc.c. est Au. in lib. de quæstionibus super Leuitico. q. 1. super illud Leu. 5. anima quæ audierit. Summa videtur esse secundum vnum intellectum qui tangitur in litera, quod qui audiuit aliquem falsum iurare, & illud notorie scit non debet tacere. alias peccat, sed debet eum admonere, qui si nō audierit, debet illud iudicare ei, qui posset prodesse: & non obesse. Et potest hoc capitulum diuidi in

Diuisio.

quatuor partes. In prima exponit autoritatem illam Leuiti. 5. In secunda declarat quis dicatur conscius, quod quis iurauit falsum. In tertia format quæstionem inducens motiua pro vtraque parte. In quarta respondet. secunda ibi, tunc aūt tertia ibi, sed interesse. quarta ibi, sed quia illi. Leg. ¶ [Hoc vi-

Exponit literam.

detur] scilicet litera. siue autoritas Leuiti. [5. dicere] id est in nuere. Hug. [tunc autem] secunda pars. [testi] s. i. notitiam habuit. quod sit falsum, quod iuratur, & exponitur qualiter testis fuit. i. notitiam. Hu. [aut vidēs & c. sed inter] st tertia pars: [inter timorem] huius peccati, quod quis potest incurrere ex silentio periurij. Hu. [proditionis]. i. manifestationis periurij. [tentatio]. i. dubitatio, quia in quadam perplexitate videtur esse. Hugu. Arhidiaco. [mortis] quam incurrere possit de iure. quia forte fecit homicidium, vel aliud dignū morte puniri, & propter hoc dicitur, q incurrat mortem & non pro periurio sed ex alio delicto quod falso iurauit se non fecisse [sed quia] quarta pars [hic]. i. in leuitico. [non expresit] scilicet Moyses [irrogando supplicium] id est pœnam effusionis sanguinis, quod sacerdos non debet inferre, nec facere inferri, nec interesse, vt. 23. q. vlt. his à quibus. Hu. [orare] vt corrigatur & pœniteat. Hu. [talibu]s vt episcopo sacerdoti patri, vel matri, & huiusmodi. Hu. [medicinam] pœnitudo de peccato. Nam in pœnitenti venia non datur. vt. 24. q. 2. le-

S Tho.

gitur. Hu. Istam sententiam sequitur Sanctus Thom. in secūda secundæ. q. 88. ar. vlti. in responsione ad tertium. ar. ita dicens. sicut Augu. dicit Moyses non expresit in prædicta autoritate, cui sit indicandum periurium alterius. Et ideo intelligitur, q debeat iudicare talibus, qui magis possunt prodesse, quam obesse periuro. Similiter etiam non expresit quo ordine debeat manifestare. Et ideo videtur seruandus ordo euangelicus, nisi sit peccatū periurij occultum, & præcipue quando non vergit in detrimentum alterius. quia in tali casu non habet locum ordo euangelicus. hæc ille. Sed notan-

Nic. de lyr.

dum q Nicolaus super Leuit. aliter exponit istam literā, quę vr̄ multo clarior. dicit. n. sic. [Si peccauerit anima] & subditur modus peccādi, cum dr̄ & audierit. [Et] accipitur pro. i. [ad] iurantis [. s. illius, qui requirit ab eo iuramentum. vnde in hebreo habetur vocem iuramenti quod scilicet ab eo requiri] tur. vnde subditur [testis qui fuerit [. i. vocatus in testem de eo quod vidit, aut per alium modum sciuit, nisi iudicauerit iudici requirenti, ita q per eius taciturnitatē deficit declaratio veritatis. Ex quo patet quod [...] lex non loquitur de [...] occultis

occultis omnino, quæ possunt probare, portabit iniquitatẽ suam. quia si talis taciturnitas declaretur postea coram iudice debet ab eo puniri. Si autem fuerit occulta, debet pro peccato tuo offerre sacrificium Deo, & cum hoc damnum restituere, quod per taciturnitatem intulit. hæc Nicolaus de lyra. Ex quibus patet quã aliena sententia sit huius autoritatis ab illa, quæ superius est assignata. Et ista plus nobis placet.

Si ergo. §. est, in quo Gratianus concludit ex dictis prosequendo primam sententiam quod si ille peccare dicitur: qui iurantem falsum non denuntiat multo magis reus est dicendus qui alium compellit, aut inducit ad iurandum falsum.

1 *Iuramentum an sit interpretandum secundum intentionem recipientis vel iurantis.*
2 *Iuramentum iurantis dolosæ interpretatur secundum intentionem accipientis.*
Et quid si iuratur simpliciter, & absque dolo. nume. 3.
4 *Iuramentum qualiter sit interpretandum. & nume. 5.*
6 *Iurans aliquid generaliter an teneatur ad specialia.*

Quæritur. §. est, in quo incipit tertia pars quæstionis in qua incidenter quæritur, an ille qui sub caliditate verborum iurat & vt decipiat alium an sit periurus nisi seruet id quod iurauit. Et respondet quòd sic. ad qđ inducit sequentia 5. capitula. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli siue partis. Quæritur sic. † Vtrum iuramentum interpretandum & sic etiam obligatorium secundum intentionem recipientis vel iurantis. Et videtur quòd secundum intentionem recipientis ex capitulo sequenti quod est Isidori. ¶ Secundò sic iuramentum institutum est, vt per ipsum fiat fides de sermonibus factis recipienti, sed hoc non esse, nisi secundum suum intellectum iuramentum accipiendum esset. ergo iuramentum interpretandum est, & est obligatorium secundum intentionem recipientis. ¶ Tertiò fraus & dolus nemini debent patrocinari. hoc autem accideret si aliquis dolose iurans secundum suam intentionem tantum obligaretur. ergo obligatur secundum intentionem recipientis. ¶ In oppositum arguitur sic. verba seruiunt intentioni, vt dicit Grego. & Deus talia verba iudicat, qualia ex intimis proferuntur. ergo iuramentum interpretandum est & obligat tantum secundum intentionem iurantis. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Thom. in secunda secundæ, & in tertio quod is qui iurat aut simpliciter iurat sine publica dolositate, aut iurat dolose. † si iurat dolose. est conclusio quòd iuramentum est interpretandum & obligat secundum intentionem accipientis. Rationibus primis patet ista conclusio. † Si vero simpliciter iurat absque dolo, tunc est conclusio secunda, quòd iuramentum illud in foro conscientiæ non obligat, nisi secundum intentionem iurantis. patet conclusio. dicit Ambrosius affectus tuus operi tuo nomen imponit. ergo cum ille vellet obligare se sic, & non aliter, sic & nõ aliter obligabitur. & nõ secundum alterius intentionem. ¶ Tertia cõclusio † est quòd in foro contentioso vbi intentio ignoratur iuramentum est interpretandum & obligat secundum quòd verba accipi solent. concordat Do. Alexander in tertio ita dicens. Deus simplicitatis amator, & duplicitatis aspernator, ita incipit sicut ille qui sine fraude intelligit. vnde dictum Isidori intelligitur de dolose iurante. Si vero vterque fraudulentus fuerit, debent accipi verba ista secundum arbitrium boni viri. & secundũ quòd sonant verba illa apud recte intelligentes. ¶ Sed quid † quando ita duplicia sunt vt æqualiter diuersos sensus exprimant. Respondet Alexander quod tunc non obligatur iurans, nisi secundum intentionem suam. nec potest cogi ad obseruationem suam in alio sensu, sed ad implendum in illo sensu, in quo intendit iurare. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Concordat superioribus Hostiẽ. qui quærens. † quid si iuro aliquid generaliter nunquid ad specialia teneor. Respondet quod cum generalitas obscuritatem pariat, non videor cogitasse de his, super quibus specialiter non essem iuraturus. & sic interpretandum est iuramentum secundum intentionem iurantis, quando sine dolo quis iurat. Secus autem quando ipse cum dolo est, & ille cui iuratur sine dolo: ergo si emergat casus inopinatus de quo si cogitassem nullo modo iurassem non teneor. Concordat Raymun. & Guiliel. eius gloss. distinguentes sic. Aut vterque habet rectam interpretationem & puram, & tunc est conclusio, quod iuramentum est interpretandum secundum intentionem vtriusque. Si vero alter habet dolosam, tunc est conclusio quòd debet interpretari secundum intentionem eius, qui rectam habet. vt. j. eod. §. ex his. Si vero vterque habet dolosam, tunc est conclusio, quod debet interpretari iuramentum secundum communem verborum intelligentiã. vt extra despons. in literis.

[Margin notes, left column: Quæstio: Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Oppon. in contrariũ. — Respondet S. Tho. — Primo cõ. — Secunda cõ. — Tertia cõ. — Alexander. — Quæstio i Respondet. — Host. Quæstio Respondet. — Raymund. Guil.]



Qvacunque. Inducit hoc. c. quod est Isidori pro ea parte, quod iuramẽtum sit interpretandum secundum intẽtionem eius cui iuratur. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secũda ponit qualiter sic iurans. s. dolose dupliciter peccat. secunda ibi, dupliciter autem: patet intelligentia ex dictis. Lege. ¶ [Quacunque arte] scilicet malitia, siue fraude, siue caliditate. Hug. [intelligit]. i. intelligere debet secundum rectam intelligentiam verborum. potest enim qui accipit adhibere dolum. Hug. [dupliciter] secunda pars. [qui] scilicet, iurans dolose. Primo quia non domini & c. dolose iurando. secundo quia proximum dolo capit. i. decipit. Diuisio. Exponit literam.

1 *Iurans falsum per lapidem an sit periurus.*



Ecce. Ad idem sequitur hoc. c. quod est Aug. super illud ad Rom. 1. Testis est mihi Deus. vnde incorrecte scribitur hic. Sũma est in rubro. Et potest diuidi. c. in tres partes. In prima ponit, quod qui per lapidem falsum iurat, periurus est. In secũda mouet quæstionẽ, quasi ita dicat. Et inducit opinionem falsam aliquorũ. In tertia respondet reprobando opinionem illam. secunda ibi; vnde hoc. tertia ibi, prorsus. ¶ Pro intelligentia pleniori huius 1 quæritur. Vtrum sit verum † quod iurans falsum per lapidem sit periurus sicut dicitur in litera. Respondetur iuxta dominum Bonauenturam in tertio, quod sic sicut dicit Augustin. hic. quoniam iurans per lapidem aut intendit ipsi lapidi reuerentiam exhibere, dupliciter peccat, scilicet peccato idolatriæ, & peccato periurij. Si vero authori lapidis, tunc absque dubio periurat, quia ipsi creatori lapidis contumeliam facit dum nomẽ eius per effectum creaturæ intellectum assumit in vanum. Si quis tamen nõ seriose iuraret, sed quodam modo ludere intenderet, sicut mos est aliquibus per votas suas iurare non est dicendum periurium quia iurare non intendit sed potius ludere, tamen talis modus loquendi satis reprehẽsibilis & caueri debet à viris perfectis. hæc ille. Lege. ¶ [Ecce per lapidem] siue referendo iuramentum ad creatorem siue ad creaturam [periurus est] quia peruerse iurat. Hug. [Vnde] secunda pars [vnde]. i. quare. Hug. [nihil est] quasi diceret, nõ est magnum. quia non est Deus, nec res sacra, sed res contemptibilis. quasi diceret non prosit vel noceat sic iurare. i. per lapidem. Hugu. [prorsus] tertia pars. [periurus est] ratio vna huius est, licet litera sit obscura. quia cum in omni creatura intelligatur Deus testis infallibilis veritatis, & non ipsa creatura sit testis infallibilis veritatis sed Deus in ea iurans per creaturam inuocando testem infallibilis veritatis iurat in creatura per Deum, qui solus est testis infallibilis veritatis; ergo iurans per creaturam si periuret reus est periurij, & tenetur reus periurij, si iuramentum alias licitum nõ obseruet. Litera obscura sic exponitur. quia per illud quod sanctũ non putas. i. in eo non intelligi Deum sanctorum qui solus est testis infallibilis veritatis. alius tamen putat cui iuras cum iuramentum sit interpretandum secundum intentionem illius qui rectus est & dolum non prætendit, & quod ita quòd cũ iuratur per creaturam, iurat per Deum in creatura ratione iam dicta probat cum ait non enim. & c. patet litera. Diuisio. Quæstio. Respondet. Bonauen. Exponit literam.

Sed obijcitur. §. est, in quo magister Gratianus inducit contra id quod dictum est in duobus capitulis. s. quod iuramentum sit interpretandum secundum intentionem accipientis.



Hvmanæ aures. Inducit hoc. c. pro cõtrario, quod est beati Grego. 26. moralium. c. 6. Summã est in rubro. Et vt dicit Hug. loquitur de triplici differentia iudicantium verba iurantium. primo de omnibus hominibus & præsertim simplicibus, & idiotis, qui secundum superficiem verborum iudicant. secũdo de eo qui secundum mentis intentionem iudicat non secundum superficiem verborum, tertio de discretis viris, & bonis iudicibus, qui in quacunque causa debent considerare ex qua intentione verba dicuntur, quæ sæpe cognoscitur circunstantijs, & tunc conformiter ad Deum iudicare secundum inten-

dũ intentionẽ proferẽtis. Lege.¶[Humanæ aures].s.simplicium hominum maxime.diuina ex intimis proferuntur.scilicet ex interioribus animæ scilicet, mente intentione, &c. vnde primi Regum. 16. homo iudicat ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. vnde Deum nec fallit peccati qualitas, nec peccantis affectus.vt. 24. q.3.[qui certe]ille.s. discretus vir vel iudex[qui explicat]varijs verbis intentionem & voluntatem alterius.[notauit]quia non debet considerare verba tantum sed voluntatem &c,[quia non debet].i. intentio non debet iudicari per verba, sed econuerso cum verba sint ordinata ad significandum mentis conceptum.Sunt.n.verba notæ passionũ,quæ sunt in anima.i.perihermenias.[si ergo diuina]arguitur ex præcedentibus ꝙ secundum intentionẽ iurantis sit interpretandum iuramentum, & non recipientis [audiunt].i.iudicant.[Item obijcitur]obijcit ex secundo cap.s.ecce idem probans etiam per §.quæ sequuntur, ꝙ iuramentum sit interpretandum secundum intentionẽ iurantis.

1 *Mendax simpliciter non patitur pœnam quo ad infamiam & repulsionem testimonij.*



Iuramenti. Ad idem sequitur hoc ca.ꝙ est Ioan.Chrysostomi.Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima p̃mittit causam institutionis iuramẽti. In secunda ostendit,ꝙ apud Deum inter iuramentum & simplicem loquelam non est differentia quantum ad veritatem denuntiandam. In tertia cõcludit ꝙ tam mendax quam periurus peccat mortaliter. secũda ibi,& ideo dominus.tertia ibi, quisquis ergo. Lege. ¶[Iuramenti huius causa est.]i.quare sit inuentum, & quare debeat fieri.Hu.[& ideo]secunda pars.cum idem sit in cõi loquela, patet ꝙ Deus inter &c.[loquelam].i.communem,& vulgarẽ, quantum ad veritatem enuntiandam.quia verba cõia & iuramenta debent esse verba simplicia.s.e.q.1. hactenus, magis tamen peccat transgressione sacramenti, quam mẽdacio simplicis sermonis,quia magis obligatur sacramento.Hu.& per consequens maiori pœna venit puniendus extra de iureiurã. debitores.&.c.clericus.& 24.q.1.non afferamus.Et hinc est, ꝙ licet Deus dicatur non facere differentiam inter simplicẽ
1 loquelam,& iuramentum ecclesia tamen facit,quia mendax simpliciter non patitur pœnam quo ad infamiam, & repulsionẽ testimonij,vel quia possit promoueri, sed secus in mẽdacio iurato.[os quod mentitur]sapientiæ primo[voluntate] .s.decipiendi,& lædendi.Hu.[quisquis ergo]tertia pars loquitur in cõi loquela,iurat quia ita debet dicere verum, & vitare falsum,sicut in iuramento alias non est testis fidelis, quia scriptum est Prouerbiorum.24.[vel iurat].i.ita debet ei credi,quasi iuraret.ergo cum à veritate non debeat quis recedere,nec à veritate iurantis.& ita secundum eum iuramentum est recipiendum secundum intentionem proferentis qui pręsumitur verum iurasse.Hug.

Diuisio. Exponit literam. Hug.



Qui periurare. Ad idem sequitur hoc c.quod est eiusdẽ Chrysostomi.Summa est in rubro. Et diuidi potest in duas partes.In prima ponit, ꝙ qui periurare est paratus reus est periurij, etiã antequã iuret. In secunda assignat rationem.secunda ibi,quia Deus &c.Lege.¶[Qui periurare].i.iuramentum transgredi vel falsum scienter iurare.Hu.[Antequam periuret].i. ipso actu falsum iuret.Hu.[periurus].i.reus periurij.Hu.Arc.[quia Deus]secũda pars.ex operibus tamẽ.Hu.[sed ex cogitationibus &c.] i.ꝓposito & volũtate cordis.vt.15.q.6.c.1.ipse.n.scrutatur renes & corda ipse etiam nouit cogitationes hoĩum in psal.63.

Diuisio. Exponit literam.

Ex his omnibus. §.est, in quo Gratianus facit duo primum est,quia ex dictis ab illo.§.sed obijcitur. concludit, ꝙ iuramenta iudicantur à Deo ₰m intentionem iurantis,& non ₰m intentionem recipientis.secundo soluit prædictam cõtrarietatem quæ oritur ex.ca.quacunque arte.dicens, ꝙ simplicitas qñq; est ex parte facientis,qñque ex parte recipiẽtis,& similiter dolus. ex quacunq; ergo parte Deus videt simplicitatem cordis & illam considerat,& ₰m illam intelligit iuramentum. dolũ vero siue duplicitatem verborum Deus semper aspernatur & odit. secundo ibi,quo modo ergo ₰m Isidorum.s.e. q.quacunque arte,nec potest aliquis facere,vt alius damnetur,vel saluetur, nisi ipse hoc faciat.Hug.

De ætate. §.est,in quo quarta pars quæstionis ĩcipit. in qua ostendit,in ætate quis ad iurandum cogi possit. Et dicit in primis ꝙ in pubertatis annis nullus compelli debet.ad quod inducit duo sequentia capitula.



Paruulli. Hoc. c. est sumptum ex libro capitulorũ factorum in Lombardia. Summa est in rubro.Et potest diuidi in duas partes ₰m ꝙ duo genera hoĩum repellit à iuramento.In prima ponit, ꝙ paruuli ante annos discretionis non sunt compellẽdi iurare.In secunda ponit,ꝙ periuri nõ possunt esse testes,nec ad iuramentum admittẽdi in causa sua vel aliena.2.ibi,& qui semel.de ista materia & sequentium c. vide quod disputabimus circa.c.nullus.s.e.q.Lege.¶[Paruuli rationabili].i. adulto,& discretionem habente. Si.n.cum quis iurat non est doli capax,non ei imputatur periurium,sicut nec furioso[& qui semel] secunda pars. [periuratus fuerit]ex quo intelligit quid agat[nec testis]vt.6.q.1.quicunq;.& s.e.si quis.nec in sua causa iurator existat] s.cum se debeat purgare.quia vt dicit Hu. loquitur de iuramento calũniæ,sed purgandæ.Innoc.[vel in causa alterius].i.cum debet esse purgator alterius.Hug.

Diuisio. Exponit literam. Hugu.



Pueri. Ad idem est hoc.c.quod est concilij Libertani.Summa est in rubro. Et põt diuidi in duas partes.In prima dicit, ꝙ pueri ante annos discretionis ad iurandum non sunt cogendi. In secunda ponit,ꝙ si puella impubes existens aliquid iurauerit,aut vouerit,& pater illius illico contradixerit tale iuramẽtum aut votũ erit irritum 2.ibi,puella quoq;.Lege. ¶[Pueri ante.14.annos]hæc est causa,quia ante annos 14. nõ potest esse testis.vt.4.q.3.testis aũt sine iuramẽto recipi non debet, vt.4.q.3.iurisiurandi[puella] 2.pars[sita].i.constituta[illo].s. patre[vt audierit]sacramentum.Hug [irrita].s.e.q. proxima tribus.& hoc sumptum est ex præcepto legis.Num.30.

Diuisio. Exponit literam



Honestum. Ad idem sequitur hoc ca. ꝙ est Cornelij Papæ.Summa in parte est in rubro.Et põt diuidi in duas partes. In prima ꝙ cum iurandum sit iuret quis ieiunus. In secunda ponit, ꝙ pueri ante.14. annos non compellantur iurare.secunda ibi,& pueri.Lege.¶[Honestum ieiunus faciat]vere honestum est iurare ieiuno stomacho,primo propter iuramenti reuerentiã, & deuotionẽ, quæ magis viget in ieiunis.secundo vt magis sobrij iurent,& iudicio pleniori,hoc tamen nõ est de necessitate, licet de honestate sit,quod patet cum dicit,honestum est.vnde patet qđ est consilium,non præceptum.vnde si cõtra fit non peccatur consilio acquiescere,vel non acquiescere,liberum est. vt. 14. q.1.quisquis.&.c.quod præcipitur.Hugu.

Diuisio. Exponit literam.

Præterea. §.est,postquam ostensum est in qua ætate quis non debeat cogi ad iurandum, nunc ostendit magister Gratianus quibus temporibus non sit iurã dum per sancta Dei euangelia,per.c.sequens.



Decreuit. Hoc.c.sumptum est ex cõcilio Toletano celebrato apud S. Mediolanum.Et ponit sex tempora quibus cessandum est à iuramẽtis sup sancta euãgelia,nisi causa pacis componẽdę fieret aliter.Nõ diuidit. ¶[A Septuagesima]hoc malè seruatur Hu.Causa autem quare in his diebus causæ tractari non debent est,quia in qualibet causa iuramentum saltem de calumnia fieri consueuit.vt.15.q.4.nullus[placita] & hoc totum factum est in reuerentiam talium dierum.Hu.Sed no. ꝙ omnibus istis derogatum est per contrariam cõsuetudinẽ, sicut id quod dictum est de ieiunis,in præcedenti c.litera patet.

Exponit literam.

De forma. §.est, in quo incipit quinta pars huius quæstionis,in qua quæritur de forma iuramenti fidelitatis.de cuius continentia.in c.sequenti.

1 *Vasallus si est iudex vel officialis potest punire dominum in corpore.*

2 *Vasallus potest incõtinenti repetere iniuriam illatã a domino.*



De forma. Ca.hoc est episcopi Philiberti,in quo vt dicitur in rubro continentur,quæ in iuramento fidelitatis sunt obseruanda. Et potest diuidi in duas partes.In prima ponit sex quæ vasalli tenentur obseruare dominis. In secũda ponit qđ dominus tenetur reddere vicem vasallis suis.secunda ibi, dominus quoque,Lege.¶[De forma fidelitatis].i.iuramenti fidelitatis.[in memoria]cum iurat & postquam iurauerit vt ea obseruet etiam si in tali iuramento non exprimantur, tamen intelliguntur ibi comprehendi.Multa enim in sacramentis & votis

Diuisio. Exponit literam.

votis & promissis etiam non expressa sub intelligūtur vt s. e.quæstione.2.ne quis.&.c.beatus.Hugu.[semper habere]scilicet, cum dominus in eodem statu permanet. Si enim esset excommunicatus sacramento fidelitatis tunc vasallus non tenetur.15.q.6.iuratos.&.ca.nos sanctorum.vel si dominus sit depositus à dignitate ratione cuius fidelitatis iuramentum sit præstitum.15.quæstione.6.alius.Bernardus Hispanus. & facit extra de electio.venerabilem.in fine prosequitur primū [incolumem in corpore]iniuste.& sine causa,& ratione. Nā si vasallus est iudex vel officialis, bene potest punire dominum in corpore, si meruerit sic puniri[tutum]secundum est [de secreto]si sit licitum & honestum. Si enim sit illicitum seruabit præceptum euāgelicum, scilicet si peccauerit &c. vt 2.q.1.si peccauerit.[Honestum]tertium de iustitia ad honestatem.non ergo debet accedere ad vxorem eius, vel filiam, vel aliam fœminam in domo eius manentem, vel alia inhonesta in domo eius facere.arg.de pœniten.distinctio.5.consideret.Hug.alia patent [caueat].i.caute, & fideliter custodiat. vel caueat.i.iuramento promittat, tamen si non promittantur, intelliguntur esse promissa.Hug.sed quia non sufficit vasallo abstinere &c.[concilium & auxilium]in licitis & honestis, putta pro defensione sui & suarum rerum.†illatam tamē
2 iniuriam domino licet vasallo incontinenti repetere, cū moderamine tamen inculpatæ tutelæ.[dominus quoque]secunda pars.[fideli.]i.vasallo.[vicem]alias fidelis non videtur ei teneri ar.distin.95.esto.Hug.[malefidus]non dicit periurus, quia dominus vasallo non consueuit iurare.Hug & Archidi. & Bernatd.Hispan.vnde ex hoc dominus non est periurus, vasallus vero præuaricator in dominum perfidus, & periurus.Et hoc est quod sequitur.

Hugu. Bernardus hispanus. Hugutio. Archi. Bernardus hispanus.

Si quis laicus.
Palea est ideo &c.

Et itaque
§.est, in quo incipit sexta pars, in qua dicitur, quod non solum verbis sed etiam factis mentimur. Et concludit ex prædictis, quod mendacium nec simplici loquela nec iuramento debet firmari. Quod vero mendacium in verbis, & in factis fieri possit, probat per sequentia capitula &c.



Auete fratres.
Hoc.c. est beati Ambrosij li.de Abraham. Summa est in rubro.vel sic.Cauendū est à mendacio, non solum in verbis, sed in factis, & simulatis operibus. Et diuidi potest in tres partes. In prima dicit cauendum esse à mendacio. In secunda ostendit mendacium non solum in verbis, sed in simulatis operibus consistere. In tertia exponit hoc quomodo sit verum.secunda ibi, non solum.tertia ibi, mendacium, nanque.Lege.¶[Cauete mendacium]certe mendacium cauendum,& maxime mortale est.Tum quia proximum decipere intendit. Tum quia minus se credibilem facit[filij]Ioā. 8.[diaboli]filij eius dicuntur mendaces.vnde inquit Christus Iudæis:vos ex patre diabolo estis.Ille mendax est, & in veritate non stetit[non solum]secunda pars. mēdacium proprie consistit in falsis verbis sed extenditur ad facta & opera facta [mendacium nanque]secunda pars.patet satis de se.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Otiosum verbum intelligitur dupliciter.*



Voties.
Ad idē est hoc.c.quod est Hieronymi super Matthæum.Sūma est, quod multipliciter offendimus verbo. Et pōt diuidi in duas partes. In prima ponit qđ sermo noster debet concordare & coaptari tempori, & loco, aliàs magis offendit quam prosit audientibus. In secunda exhortatur, vt videamus quid & quomodo loquimur.secunda ibi consideremus ergo.&c.Leg.¶[Quoties vero.aut non in oportuno tempore]scilicet, tempore tacendi. Est enim tempus tacendi, & tempus loquendi.ecclesiasti.3.& distin.43.sit rector.aut non vt conuenit vel plura dicendo vel maiora, & grauiora quam capere possint. Hugu. [Sermo malus].i.male & importune prolatus[destructionē quantum in nobis est].i.non ad instructionem.Hu.[consideremus]secunda pars. Cauendum est.n.multū ne offendamus verbo, quia Iac.3.dicitur in multis offendimus omnes. Qui autem non offendit verbo, hic perfectus est vir.vnde loquēs debet attendere, vt eius locutio non offendat, sed consideret debitas circunstantias.s.vbi & qū loquatur, quia ecclesiasti. 3. dicitur vt dictum est tempus loquendi, & tēpus tacendi, debet.n.attendere an conueniat personæ, quæ loquitur, & personæ, de qua loquitur, & gratia cuius loquitur, ne in vanum & otiose loquatur verū, & nō falsum.[de omni verbo otioso]Matt.12. vbi notandum est ꝙ sicut dicit S.Thom.super
1 Mat.†verbum otiosum dupliciter intelligitur. primo omne verbum malū otiosum dicitur, quia illud dicitur otiosum, quod non consequitur finem sicut si aliquis quæreret hominem,& nō inueniret, dicitur otiose quæsiuisse.[verbum Dei datur ad instructionem]quando.n.proficit non est otiosum, quando vero datur in nocumētum, tunc dicitur otiosum. ad Ephe.4.omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.& in hoc sensu videtur hic capi. Alio modo dicit otiosum magis stricte secundum quod dicit Gregorius, otiosum verbum est, quod caret pia vtilitate, vel necessitate. vnde non quodlibet verbum quod profertur leuiter dicitur otiosum, si habet piam vtilitatem vel piam necessitatem.

Diuisio. S.Tho.

Iuramentum.
§.est in quo incipit septima pars quæstionis.in qua dicitur, quod clericus non debet iurare laico, nec episcopo, sine causa, quod probat per sequens capitulum.

1 *Iuramentum an impediatur per aliquam conditionem personæ aut temporis.*



Nullus.
Cap.hoc sumptum est ex concilio Remensi. Sūma est in rubro.& ita expressa est in §.diuiditur autem in duas partes. In prima dicit ꝙ clericus non debet iurare laico. In secūda dicit ꝙ nec etiam debet iurare episcopo, nisi is qui procurator ecclesiæ constituitur.secūda ibi, episcopo similiter. ¶ Pro ple-
1 niori intelligentia huius partis. Quæritur†vtrum iuramentum impediatur per aliqᷓ conditionē psonæ aut temporis. Et vr̄ ꝙ nō. Primò sic. Iuramentū ad confirmationē inducit, vt patet per apostolū ad Hebr.6.sed cuilibet cōuenit cōfirmare dictū suū, & quolibet tpe.ergo vr̄ ꝙ iuramentū nō impediatur pp aliqᷓ conditionē personæ, vel tpis. & ita licet sit clericus non prohibetur iurare.¶Secūdò sic, maius est iurare per Deum, q per euangelia ꝑm Chrysost.& habetur.s.e.q.1.c.si aliqua causa, sed cuiuslibet cōditionis psonæ.& quolibet tpe, in cōi locutione cōsueuerūt hoīes iurare p Deū, ergo multo magis licebit eis iurare per euangelia.¶ Tertiò sic. idem non causatur ex cōtrarijs causis, sed contrariæ cāæ sunt cōtrariorum, sed aliqui excluduntur à iuramēto pp defectū psonæ, sicut pueri ante.14.annos vt.s.e.q.c.paruuli.&.c.pueri.& etiā illi, qui semel fuerunt periuri.vt in prædicto.c. paruuli. ergo vr̄ ꝙ aliqui non prohibētur iurare pp dignitatē, sicut clerici. aut etiā pp temporis solēnitatem.¶ Quartò sic.nullus hic in carne viuens est tantæ dignitatis, sicut angelus, sicut colligit Mat.11.sed angelo conuenit iurare in secula. ergo nullus hō pp dignitatem debet excusari à iuramento.¶In oppositum est capitulum præsens & s.2.q.5.presbyter.¶ Respōdeo dicendum iuxta S.Th.in 2.2.ꝙ in iuramento duo sunt considerāda.vnum quidem ex parte Dei cuius testimonium assumitur, & quantum ad hoc debet iuramēto maxima reuerētia.& pp hoc à iuramēto excludūtur pueri ante annos pubertatis qui non cogunt ad iurandum, quia nondum habent perfectum vsum rōnis, quo possint cum reuerentia debita iuramentū præstare. Et iterum periuri qui ad iuramentū non admittuntur, quia ex retro actis præsumitur, ꝙ debitā reuerentiā iuramento non exhibebunt. Et propter hoc etiam qđ dr̄ vt iuramento debita reuerentia exhibeatur, dr̄.s.e.q.c.honestū, ꝙ q in sanctis audet iurare hoc ieiunus facere &c. Aliud autem considerandum est ex parte hoīs cuius dictum iuramento confirmatur. Non.n.indiget dictum hoīs cōfirmatione, nisi quia de eo dubitat. hoc aūt derogat dignitati psonę, vt dubitetur de veritate eorum, quæ dicit & ideo personis magnæ autoritatis non cōuenit iurare, propter quod dicitur. 2.q.4.si quis presbyter, ꝙ sacerdos ex leui causa iurare nō debet.tamen pro aliqua necessitate vel pro aliqua vtilitate magna licitū est eis iurare, & præcipuè p spiritualibus negotijs, pro quibus etiā cōpetit iuramēta præstare in solēnibus diebus, quibus est spiritualibus rebus vacādū, nō sunt iuramenta præstanda, pro rebus tpalibus, nisi forte ex magna necessitate.¶Ad rōnes in oppositum.ad primam respondetur negādo consequentiā. Et ratio est.quia licet cuilibet cōueniat confirmare dictum suum, sunt tamen quidam qui dictū suū confirmare non possunt ꝑpter eorū defectū. Et quidā sunt quorū dictum adeo debet esse certum, ꝙ confirmatione nō egeat. ¶Ad secundā rn̄detur negando cōsequentiā. Et rō est. qm̄ licet ex parte eius per m iuratur iuramētū tāto sanctius est, & magis

Diuisio. Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Oponit & Respondet. Ad primū argu. Ad secūd.

magis obligatoriũ, quanto maius est id, per quod iuratur, sed potest esse e conuerso per modum iurandi, vt pote si iuramentum quod fit per euangelia, fiat cum quadã deliberatione & solennitate, iuramẽtum aũt quod fit per Deum fiat leuiter.& absque deliberatione.¶ Ad tertiã responde tur negãdo consequentiã. Et ratio est, quia nihil prohibet aliquid causari ex contrarijs causis per modum super abundantiæ, & defectus. Et hoc modo aliqui impediuntur à iurando, quia sunt maioris autoritatis, quã ꝙ eos iurare deceat, aliqui vero qui sunt minoris autoritatis, q̃ ꝙ eorum iuramento credatur.¶ Ad quartã respondetur etiã negando consequentiam, & ratio est, quia iuramentum angeli inducitur non ꝓp defectum ipsorum quasi nõ sit eius simplici verbo, siue dicto credendum, sed ad ostẽdendũ id, quod dr̃ ex infallibili Dei dispositione procedere, sicut etiã deus aliquando in scripturis iurans inducitur ad ostendendum immobilitatẽ eius quod dicitur, vt dicit apostolus ad Heb. 5.& tantum de hac quæstione.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

NVllus. Cap. hoc videtur intelligendum, ẜm Hu. de iuramento purgatorio cum.s. clericus infamatus debet se purgare iuramento, quod non debet facere laico, sed ei potest dicere veritatẽ simpliciter affirmando vel negando.¶ [Qui eiusdem ordinis].i. iudex ecclesiasticus sit ille, qui talem clericũ de tali crimine corrigat, vel inde ius & purgationẽ recipiat.¶ Surgit hic questio de imperatore, cui episcopi faciũt iuramentum fœlicitatis. Respondetur ꝙ talis consuetudo approbatur ab ecclesia ea ratione, quia multum læderentur ecclesiæ si omnia regalia deberẽt amittere, ex quo episcopi pro eis iuramentum fidelitatis nolent exhibere. Hu. [Episcopo].2. pars patet.

Exponit literam.
Quæstio.
Respõdetr

¶ Causa vigesima tertia.

QVidam episcopi. Hic incipit cã 23. quæ sic continuatur ad præcedẽtem, ẜm Hu. in causa præcedenti habitũ est, ꝙ nullus ad malum cogendus sit. Ne ergo videretur quod nulli ad bonum sint cogẽdi, subdit hanc cãm Gratianus, in qua ostendit, ꝙ ad bonum potest quis cogi vbi annectit tractatũ de hæreticis, ostendens ꝙ hæretici sunt ad fidem catholicam bello etiam & armis compellendi, qua occasione etiam de bellis interserit, aperiens qñ militare sit licitum, & quãdo non, & quando bellum sit iustum, & quando non. item quando iniuria sanctorum armis sit propulsanda, & qñ nõ, itẽ qñ vindicta sit inferenda, vel non. item annectit de clericis ꝙ eis nõ liceat arma mouere, nec sanguinis iudicium exercere, vt autem hæc competentius deducantur proponit thema, de quo per ordinem octo elicit quæstiones.

Cõtinuatio.

¶ Quæstio prima.

3 *Bellum corporale iustum ortum habuit a Deo præcipiente, & ordinante.*
Et etiam a iuregentium.nu.4.
5 *Bellum commune ortum habuit a iure naturali.*
6 *Bellum corporale iniustum ortum habet a diabolo.*
7 *Bellum spirituale vnde habuerit originem, & nu.8.*
9 *Legio continet sex millia sexcentos sexaginta sex.*

QVod militare. Hic intitulatur prima qõ.s. an militare sit peccatũ. Et põt diuidi in tres partes. In 1. probat multipliciter ꝙ militare sit peccatum. In 2. respõdet ad autoritates inductas probando contrariũ. In 3. parte concludit solutionem veram.2. ibi, in.§. his itaque.3. ibi, in.§. vlt. ex his oĩbus. Pro pleniori intelligentia huius partis. Quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Vtrum militare sit peccatum.
2 ¶ Secundum vnde bellum habuit ortum.
1 Ad primum sic proceditur,† & videtur, ꝙ militare siue bellare sit peccatum. Primo sic argumentis Gratiani. Omnis militia vel ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta, sed vtrunque istorum est lege euangelica prohibitum: ergo militare siue bellare non est licitum, consequentia patet, minor probatur. primo de iniuria propria ꝓpulsanda. Quod prohibeatur patet. Mat.5. vbi dominus ait. Si quis percusserit in vnam maxillam &c. propulsatio etiam iniuriæ à socio prohibetur. Matthæi.26. cum Petro dictum est, conuerte gladium tuum in vaginam &c. illatio etiam vindictæ prohibetur 1. Petri 3. cum dr̃, non reddentes malum pro malo &c. Cũ ergo omnis causa belli sit prohibita, bellare illicitum erit.¶ Secundo sic, pœna non infligitur, nisi pro peccato, sed bellantibus à dño indicitur pœna, ẜm illud Mat.26. omnis qui accipit gladium, gladio peribit: ergo omne bellum est illicitum.¶ Tertio sic, omne quod cõtrariatur diuino præcepto est peccatum, sed bellare contrariatur diuino præcepto, dr̃.n. Mat.5. Ego dico vobis non resistere malo. Et ad Ro.12. Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ: ergo bellare semper est peccatum.¶ Quarto nihil contrariatur virtuti, nisi peccatum, sed bellare contrariatur paci: ergo bellum semper est peccatum.¶ In oppositum est ꝙ dicit Augustin. puero Centurionis, & habetur.ꝟ.e.q.§. nã si christiana disciplina omnino bella culparet, hoc potius con silium salutis petentib. in euangelio daretur, vt abijcerent arma, seq; militiæ oĩno subtraherent, dictum est autem eis, neminem concutiatis. Estote contenti stipendijs vestris quibus proprium stipendium sufficere præcepit militare non prohibuit. Respondet dicendum sub ista conclusione, ꝙ militare siue bellare de se non est peccatum, sed si iuste bellum fiat licitum est, & quando meritorium, ista concl. patet ex multiplici cap. Primo autoritate sacræ scripturæ. 2. exemplo sanctorũ patrum, qui bella gesserunt. 3. multiplici autoritate posita in litera, 4. probatur etiam ratione.¶ Primo autoritate sacræ scripturæ & præcepto domini patet sic. Nu.n.10. dicit dominus ad Moysen, fac tibi duas tubas argenteas, &.ꝟ. Cum exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersus vos, clangetis tubis. Itẽ Deu.22. Si exieris ad bellum contra hostes tuos, &c.¶ Secundo patet exemplo sanctorum patrum, vnde Abraham pugnauit contra Chodorlaomor & reges, qui cum eo erant, qui captiuauerunt Loth fratrem suum. Gen.14. item Exod.17. inquit Moyses ad Iosue. Elige viros, & egressus pugna contra Amalechites. item patet de Dauid, & multis alijs, quare beatus Aug. ad Bonifacium inquit. Noli existimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat, in his erat sanctus Dauid, & alii plurimi iusti &c.¶ Tertio eadem conclusio patet multiplici autoritate in litera posita, de quibus videbitur cum exponetur litera.¶ Quarto eadem conclusio ostenditur ratione. primo sic. Militare est opus virtuosum: ergo licitũ: consequentia est bona, & antecedens patet, qm̃ per militiam sæpe exercetur opus ad pacem, & Christi reuerentiã, ne Christi nomen blasphemetur est opus charitatis, quando quis ponit animam suam pro Dei & proximi amore Io.12.& opus pietatis cum pro cultu diuino, & defensione fidei, & pace fidelium bellum sæpe exerceatur, vt.n. dicit Aug. ad bonifacium comitem, ad hoc bellatur, vt pax habeatur.¶ Secundo sic, militare est opus iustitiæ & fortitudinis: ergo est licitũ cum sit opus virtutis, consequentia est bona, antecedens patet. primo quia est opus iustitiæ, qua quisque tenetur bonum & ius commune custodire, & defensare magis, quã se ipsum. Tum quia propriũ bonum in bono communi saluatur. Tum quia bonũ commune iuxta Aristo.1. Ethic. diuinius ac per consequens eligibilius est bono singulari. Quilibet autem de communitate debet se exponere pro bono, & tuitione boni communis ex debito iustitiæ. Est etiam opus fortitudinis qua quis non timet mori pro defensione reipublicæ secundum philosophum 3. ethic. Hinc laudatur militia Machabeorum, qui pro defensione legis diuinæ, & pro populo morti se exposuerunt, vt ex historia Machabeorum clarissime patet.¶ Tertio sic, Deus legitur præcepisse militare, siue bellare, vt patet ex allegatis autoritatibus in prima probatione cõclusionis: ergo bellare de se non est illicitum, aut malum, quia tale nõ cadit sub præcepto diuino, sed est opus licitũ, & bonum, iustum, & virtuosum, si fiat vt decet.¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primã quæ est ratio Gratiani. Respondetur dupliciter. primo respõdetur, ꝙ maior non est vera, nec sufficiens causa assignatur, qm̃ militia instituta est ẜm Augustinũ non ad vlciscendas proprias iniurias,

Primũ ar.
Scdm ar.
Tertiũ ar.
Quartũ ar.
Opponit in cõtrarium.
Respondet.
Augu.
Ad primũ arg.

rias, sed ad ampliandum honorem, & cultum diuinum, & ad salutis publicę defensionem. ¶ Secundo respondetur ad minorem iuxta Alexandrum, & S. Thom. ꝙ vindicta inferenda non est prohibita, nisi priuatæ personæ, & ex libidine vindictæ, sed publicæ personæ sicut principi siue iudici præcipitur inferenda ex zelo iustitiæ, vnde apostolus dicit ad Ro. 13. Non sine causa portat gladium Dei minister est vindex in iram ei qui malum facit, quia vt Augustinus super Iosue 7. dicit. Si ea de quibus Deus vehementer offenditur insequi, vel vlcisci differimus ad irascendum diuini tatis prouocamus patientiam. Simili modo iniuria propulsanda in præcepto est ei, qui vtiliter potest eam repellere ab alio, vnde Ambr. in libr. de offi. qui non repellit à socio iniuriam si potest, tam est in vitio quam ille qui facit. Et Salomon quoque ait. Erue eum qui ducitur ad mortem. Ad autoritates vero inductas ad probationem minoris. Respōdetur ad illam. Mat. 5. si quis, &c. Respōdetur ꝙ per hoc nō prohibetur militia, quæ vindicat vt minister legis, & Dei, non proprias quas patienter sustinet, sed rei publicæ iniurias, ꝙ est opus iustitiæ. Ad illam Matth. 26. vbi dictum est Petro. Conuerte gladium &c. Respondetur, ꝙ etiam per hoc nihil probatur, quoniam per hoc non prohibetur militia, quia Petrus non erat miles, nec persona publica, sed priuata, ad quam non pertinet educere gladium & percutere gladio vt dicit Aug. primo de ciu. Dei c. 17. Ad illā autoritatem apostoli Petri non reddentes &c. Respondetur, ꝙ etiā per illam non prohibetur militia, vt patet ex dictis. Et dicetur plenius inferius in responsione ad tertiam. ¶ Ad secundam rationem respondetur iuxta S. Tho. & Alex. de Hal. ꝙ sicut Aug. dicit in li. contra Manicheum, ille accipit gladium qui nulla superiori aut legitima potestate, aut iubente, aut cōcedente, in sanguinem alicuius armatur. Qui vero ex authoritate principis vel iudicis, si sit priuata persona, vel ex zelo iustitiæ, quasi ex authoritate Dei si sit psona publica gladio vtitur, non ipse accipit gladium, sed ab alio commisso vtitur, vnde ei pœna non debetur nec tamē illi qui etiam cum peccato gladio vtuntur semper gladio occiduntur, sed ipso suo gladio semper pereunt, quia pro peccato gladij æternaliter puniuntur nisi pœniteant. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ huiusmodi præcepta sicut Aug. dicit in li. de sermone domini in monte, semper sunt seruanda in præparatione animi, vt. s. homo semper sit paratus, non resistere, vel non se defendere, si opus fuerit, sed quandoque est aliter agēdum propter cōe bonum, etiam illorum, cum quibus pugnatur, vnde Augu. dicit in epistola ad Marcellinum. Agenda sunt multa, etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quoniā nihil est infelicius fœlicitate peccātiū, qua pœnalis nutritur, impugnatur & mala volūtas, velut hostis interior roboratur. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem vniuersaliter. Nam illi qui iuste bella gerunt pacem intendunt, & ita paci non contrariantur, nisi male paci quam dominus non venit mittere in terram vt dicitur Matt. 10. vnde dicit Augu. ad Bonifacium non quæritur pax vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergo bellādo pacificus, vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas.

Augus. *Ambro.* *Ad secūdū S. Thomas.* *Ad tertiū S. Thom.* *Ad quartū.* *Augu.*

Ad secundum

In quo quæritur, † vnde bellū habuit ortum, sine aliorum argumētorum preludio. Respondetur sub breuitate sic nostro iudicio distinguendum est. Primo de bello. Secundo ponendæ sunt cōclusiones. Quantum ad primum. Bellum quoddam est corporale, & terrestre. Aliud est spirituale. Corporale vero aliud est iustum. Aliud iniustum. Loquendo de
3 corporali iusto est conclusio, † ꝙ tale ortum habuit à Deo ordinante & præcipiente illud fieri, patet ista conclusio ex prędictis in superiori q. vbi inducta sunt loca sacrę scripturæ, in quibus legitur Moysi & Iosue, & multis alijs sanctis viris præcepisse bellare, vnde Dauid ait de Deo. Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Rōne 2. sic probatur præfata cōclusio, illud. n. ꝙ ordinatur ad pacem fidelium, ad defensionem fidei, ad ampliandum cultū diuinum, ad depressionem hostium reipublicæ, a diuino iure ortum noscitur habere, à quo teste beato Iacobo, est omne datum optimum & omne donum perfectum, sed iustum bellum est hmōi. Ordinatur. n. ad pacem habendam quia bella gerimus, vt pacē habeamus, vt dicit Aug. & habetur. 3. c. noli. e. q. Ordinatur et ad alia, vt supradictum est. ergo iustum bellum ortum habet à iure diuino. ¶ Secunda
4 concl. † Bellum iustum ortum etiam habet à iure gētium.
5 ¶ Tertia conclu. † Bellum commune quod est violentiæ per vim repulsio, ortum habet à iure naturali, patet conclusio. Primo distin. 1. c. ius naturaliter, vbi ponitur in forma 2. ratione sic patet. Est. n. cuilibet naturæ insita naturalis inclinatio, siue virtus ad conseruationem sui in esse quantum
6 potest. Et ad exclusionem cuiuscunque sibi repugnantis, siue aduersantis. ¶ Quarta concl. † Bellum corporale siue terrestre iniustum inter quoscunque homines siue eiusdē domus, siue ciuitatis, siue prouinciæ siue extraneos, ortum habet à diabolo, qui discordiarū seminator est, vnde Aug. ad quēdam comitem, diabolus est humani generis inimicus, inuētor mortis, superbiæ instructor, radix malitiæ, scelerum caput, princeps omnium vitiorum, persuasor oīm voluptatū. Et Chrysost. super Matt. vnde putas in ecclesia inimicitias altercationes ad inuicē, nisi pp auaritiā, pp superbiā, propter vanos honores. Tolle hæc, & nulla discordia inuenietur in christianis. Et in quadam epistola. Sicut in pace factus est locus domini, sic in discordia locus dia-
7 boli fieri manifestum est. ¶ Quinta conclusio. † Bellum spirituale, quasi domesticum quod est inter carnem & spiritū, de quo dicit apostolus ad Rom. 7. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuū me ducentem in legem peccati. i. in peccatum, vt dicit glo. ortum habet à peccato originali quod vniuersaliter contraximus ex primo parēte, ſm illud eiusdem apostoli, vbi supra. Ergo verecundatus sub peccato. i. prætio malæ volūtatis Adæ subiectus peccato. i. concupiscentiæ, vnde vt dicit Aug. in gl. oriuntur cuncta peccata. Et ideo Iacobi 4. dicitur, vnde bella. Nonne ex concupiscentia. ¶ Sexta concl.
8 † Bellum spirituale quasi ciuile, ꝙ inter hominem & diabolū, ortū habet ex inuidia, de quo dicit apostolus ad Eph. 6. induite vos armatura Dei, vt possitis stare. s. firmi aduersus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem. i. contra homines qui visibiles & fragiles sunt, vel contra vitia, quæ ex carne & sanguine sunt, sed aduersus principes. i. demones, qui principantur alijs, & aduersus potestates mundi. i. peccatorum rectores, vt exponit gl. de quo etiam apostolus Petrus ait. Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide, hoc bellum diximus ortum habere ex inuidia diaboli. Nam vt sapientiæ secundo dr, inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, & tātum pro nunc dictum sit de ista quæstione. Lege. ¶ [Quod militare.] vt dictum est, nō est contra euangelicam doctrinam, nec ratio Gratiani hoc probat, vt ostendimus in responsione ad hāc rationē, nec autoritates quas inducit hoc probās, vt visum est de aliquibus, & videbitur in earum expositione [prohibetur]. i. sub forma prohibitionis dissuadetur. Hug. [si quis te] Mat. 5. & Lucæ 6. [prebe ei alteram]. i. animo sis paratus ei præbere, si necesse fuerit pro nomine Christi. Hug. quia istud vt dicetur infra non est intelligendum semper quantum ad effectum exteriorem, sed ſm præparationem animi, ſm ꝙ dicit Aug. ꝙ homo debet animum præparatum habere ad sustinendum percussionem in alia maxilla, ante quam suscitaret scandalum, vel aliquod aliud contra charitatem, vnde dicit Nic. de lyra super Matt. ꝙ loquitur in casu illo, in quo ex resistentia surgeret maius malum, tunc. n. debet habere animum preparatum ad sustinendum malū sibi illatum, quam ꝙ ex resistentia sua maius malum & maius scandalum suscitaret [& qui angariauerit &c.], i. compulerit, vel coegerit ire cum eo. [vade] i. sis paratus in aīo ire cum eo, si necessarium fuerit Hu. dicit Nic. de lyra ꝙ in casu vbi non occurrit tale malum ex resistentia sic sustinere non est necessitatis, sed aliquando supererogationis, & in aliquo esset malum sicut in prædictis est determinatū. [nō vos defendentes] ad Ro. 9. i. non satis referientes aduersarios, defensionem omnem nō vult valere apostolus. s. illam quæ fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, sed illam, quæ excedit, & procedit ex ira, vnde sequitur [date locū iræ.] vindictæ, & declinate illam, ne vos inuadat & attrahat ad percutiēdum, hanc expositionem facit beatus Ambrosius .s. 11. q. 3. ira sæpe. Hu. Arc. vel [iræ ferientes] quasi diceret fugite aduersarium, dū fuerit iratus [repellere] hoc est dicere, non debemus iniuriam illatā repellere, sed patienter sustinere

Respondet *Prima con.* *Secūda cō.* *Tertia con.* *Quarta cō.* *Augu.* *Quinta cō.* *Sexta cōcl.* *1. Petri 5.* *Exponit literam.* *Nic. de lyra.* *Hugut.* *Ambros. Archid.*

9 sustinere[plusq. 12.milia legiones angelorum]† legio autẽ vna cõtinet sex milia sexcentos sexaginta sex.[legitur].s.in legenda sua.Hu.[iniqui iudicis].s.Egee.Hu.[item cum in prouerbijs dicatur]non est ibi,vnde falsa est litera,vt dicit Hug.sed in cantico Moysi habetur Deute.32. vbi dicitur, mea est vltio, & ego retribuam[mihi vindictam].i.seruaui.[& ego retribuam].i.vindicabo,& ita qui hoc non facit, peccat mortaliter,& loquitur de occultis & incertis & dubijs & est præceptum quorum vindicta ad deum pertinet, vt dist.32.erubescant, & 6.q:1.si omnia,de alijs.s. certis & manifestis consilium est ad exhortationem patientiæ[dicatur].s. Matt.13.[Nolite iudicare]de occultis,& incertis,& dubijs[& non iudicamini]à Deo,qui de tali iudicio condẽnabit. [item cũ paterfa.&c.]Mat.13.i.Deus[seruis].i.prælatis ecclesiasticis[volentibus colligere].i.per excommunicationem separare ab ecclesia siue remouere[zizania].i.malos occultos,qui sunt in ecclesia,quorum communinionẽ vitare non possumus, quia eorum crimina sunt occulta,& ideo [a tritico].i. à bonis separari non possunt in hac vita, vt 11.q.3.nolite. [vtrãq;].s. triticum,& [zizaniam]hoc est bonos & malos[crescere].i.simul manere [vsque ad messem].i. vsque ad diem iudicij, & tunc in die iudicij dicam [in fasciculos]non in vnum falcẽ, quia pro mensura & modo criminis quisque punietur.Hu.& Arc.[item cum rex ille].s.Deus pater[nuptias filio suo.]Matt.22. in vtero virginis naturam humanam addidit siue vniuit verbo,quia tũc facta est inter Christum & ecclesiam copula corporalis q̃ longe ante præcesserat copula animorum.Hu.[angelorũ] per quos,& cum quibus iudicium exercebit. Hu.[periturus].i.puniturus in inferno. Hug.[ad nuptias].i.ad fidem Christi.Hug.[item cum Paulus]ad Roman.14.[iudicare.] de occultis & incertis,& dubijs, ex opinione, & suspicione.Hug. [item tu qui es.] hæc autoritas est supra exposita 10.q.1. multi Hug.Hæc autem autoritas nihil facit ad propositum, quia loquitur de eo cuius crimen est occultum, quod est Dei iudicio relinquendũ.Siue ergo viuimus vita tẽporali, siue morimur tẽporaliter [domini sumus].i. sub iudicio domini.i.à domino iudicandi. Christus mortuus est & resurrexit vt dominetur &c.]vnde Actu.10. dicitur, hic est qui constitutus est a Deo iudex viuorũ,& mortuorum,dicitur autem[vt qui]iudiciaria potestas Christi non tantum est debita Christo,vt dicit S.Thom.in tertia parte & propter diuinam personam & propter charitatis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis,sed etiã ex merito debetur sibi,vt.s.secundum Dei iustitiam iudex esset,qui pro Dei iustitia pugnauit, & vixit, & iniuste iudicatus est,vnde ipse dicit Apocalypsis tertio. Ego vixi, & sedi in throno patris mei: in throno autem intelligitur iudiciaria potestas, secundum illud psalm. 9. Sedet super thronum & iudicat iustitiam.[Tum ergo]concludit ex prædictis more disputantis pro illa parte quòd militare sit peccatum.

Archid.



Nisi bella. Ad idem sequitur hoc cap. quod est beati Gregorij secundum quosdam, sed melius dicitur, ꝙ hoc sit Adamantij super Iosue ca.11.Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima parte ponit ꝙ historias bellorum antiquorum non legit ecclesia,;vt per ea instruatur in libellis corporalibus,quomodo agendũ sit,à quibus abstinere debet,sed vt instruatur pugnare spiritualiter cõtra diabolum,& vitia.in secunda ostendit autoritate Christi,& apostoli,quòd abstinere debeat à corporalibus bellis 2.ibi,qũo.n.eos.Lege.¶[Nisi bella,&c.ista].s.iudaica,quę leguntur in ecclesia, de quibus loquebatur maxime liber Iosue,quem pre manibus habebat exponẽdum. [carnalia] .i.corporalia. [figuram]non est dubium, quin bella & alia in lege scripta,figura sint & significatio spiritualium,dicit .n.apostolus ad Rom.15. Quæcunque scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt,vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus,& prima ad Corin. 10.hæc omnia in figura contingebant illis discipulis Christi fuissent traditi.[Quomodo]secũda pars.i.ad quid aliud, nisi vt per ea instruantur in bellis spiritualibus,non autem in corporalibus,cum corporalia non liceat geri, vnde sequitur[quibus &c.pacem.]Ioannis 14. dominus.n. voluit omnes suos habere pacem. Sed hic nota quod hocargumentum modicum valet.Tum primo quia ſm Alexan.de Hal. in tertio quia per discipulos Christi non intelligit generaliter omnes christianos,sed viros ecclesiasticos, qbus interdicta sunt bella & arma.Tum secundo quia consequentia illa non valet, bella illa corporalia fuerunt figura spiritualium bellorum: ergo non possunt geri,nunc etiam bella iusta corporalia, attento ꝙ malignitas aliquorum non nisi bellis domari potest,vt per illa pax habeatur, vnde sicut illi patres antiqui bella gesserunt iusta sine peccato, ita & in necessitate gerere possumus,pax.n.debet esse voluntatis,bellum vero tãtum necessitatis[per Apostolum.]inducit apostolum ad Ro:12. non vosmetipsos vendicãtes siue defendẽtes [percipite] .i.parati estote,[recipere iniuriã].i. apertam violentiam.Hug.si necessarium fuerit[fraudem] occultam [patimini].i.patienter sufferte, vel in animo parati estote sufferre.[sciens apostolus,iam vltra bella &c.].s. clericis vt exponit Alexander,vel etiam omnibus christianis,qui non debent carnalia bella gerere nisi ex causa iusta & necessaria,& autoritate maioris.Hu. nec etiam Apostolus ꝓhibet simpliciter bella siue iudicia, nisi iudicia apud infideles fienda, vel nisi ex deceptione aut inuidia & fallacia vel rancore,sed nõ prohibet vera recta & iusta iudicia, cum dicat,non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem, sed frater cum fratre cõtendit in iudicio,& hoc apud omnes infideles[induite]ad Eph.6. hortatur apostolus maxime vt armis spiritualibus armemur magis,quam carnalibus,non negat tamen carnalia arma,& bella,vbi opus est[armatura Dei].i.virtutes[firmi]aduersus insidias diaboli,qui ex occulto molitur mala nobis,habet.n.mille modos nocendi 16.q.2.c.1.

Diuisio.

Exponit literam.

Al. de Ha.

Hugu.

Ale.de Hal

His. §.est,in quo Gratianus ponit quandam responsionem ad omnes illas autoritates inductas quæ patientiam nos debere habere demonstrant, & quæ per consequens prohibẽt ad vindictam aut ad defensionem,aut ad resistendum malo procedere.responsio ista est, ꝙ oĩa illa præcepta.s.si quis te percusserit in vna maxilla &c. & illud de ablatione pallij & tunicæ, & illud de compulsione eũdi per duo miliaria,& similia,quæ videntur à vindictis,& bellis homines prohibere,& ad patientiam arctare,sunt intelligenda secundum præparationem animi,non quo ad executionem operis. Et hanc responsionem probat per capitul.sequens.

1 *Iudex debet ferre sententiam sedendo non stando.*



Paratus. Hoc cap.est Augustini in lib. de verbis domini in monte. Summa est in rubro.Et potest diuidi in sex partes In 1.ostendit rationem,ꝙ pręcepta illa patiẽtiæ quale est illud,si quis te percusserit in vnã maxillam &c.consistant in præparatione animi,non autem corporis.In secunda idem ostẽdit exemplo Christi.In tertia exẽplo apostoli.In quarta ostendit, quod sicut erga iniuriantes ita erga illos quos punimus siue corrigimus seruanda est in animo beneuolentia, & dilectio, ita vt correctio ipsa fiat ex dilectione.In quinta dicit idem de bellis gerendis,ꝙ cum tali patientia & beneuolẽtia bella debent geri.In sexta concludit non omne bellum esse illicitum,sed aliquod esse licitum, quod probat autoritate beati Ioã.2.ibi, hinc liquido ostenditur.3. ibi,nec Paulus. quarta ibi,agenda.5.ibi, ac per hoc. sexta ibi.Nam si christiana.Lege. ¶ [Paratus est animo]interius,sed extra non debet dicto vel facto alijs dare occasionem peccandi, vt illi amplius peccent, & ipse ob hoc malus efficiatur, quod fit cum eis dat occasionem plus eum lædendi.Hug.[homo iustus]quantum ad proximum,& pius quo ad se.[malitiã] .i.aliquam iniuriam,quã ei inferunt dictis vel factis quærit fieri bonus cessando & pœnitendo de tali iniuria. Sępe .n.inimicus dum videt iniuriatum patiẽter pati,quidquid mali fecit sibi verecundatur,& pœnitet de iniuria sibi facta,& satisfacit ei,& efficitur bonus, & sic crescit numerus bonorum. Econtra si iniuriatur in patientia motus reiniuriatur iniurianti,vel dat ei occasionem vt ille amplius iniurietur, vt puta si ei percutiẽti præbet alterã partẽ,vel ei minatur,si ille amplius percuteret,peccat,& efficitur malus, & sic addit se numero malorũ.Hug.& hoc est quod sequit. [vt numerus bonorũ potius crescat q̃ decrescat nõ vt pari] .i.pariter malitia,&c.[denique præcepta patiẽter].s.prębe ei alterã & similia [cordis] vt.l.in aĩo sit quis paratus,cum opus fuerit, aut necessariũ pro vitando maiori malo sustinere

Diuisio.

Exponit literam.

nere etiam percussionem in altera maxilla[quam ad opus quod in aperto].i.exterius quantum ad præparationem, si ue executionem operis[vt teneatur beneuolẽtia].i.lectio. Non.n.sufficit patientia si nõ teneatur in animo dilectio: ergo iniuriantes vt emendentur, vnde Mat.5.inquit domi nus,diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.[In manifesto autem prodesse]quod dicit, quia quandoque aliter est agendum propter commune bonum, etiã illorum,cum quibus pugnatur,vt dicit S.Thom.& Nicol. de lyra,super Lucam,vt puta in casu,in quo ex permissione nutriretur recipiens in malitia sua,imo in tali casu non esset bonum sustinere,nisi propter scandalum vel aliquod maius malum euitandum.[Hinc liquide]secunda pars.probat quod dixit exemplo domini huic.s. ex eo quod sequitur.s.quòd ipse dominus,&c.[præceptum suum]illud.s.si quis percusserit,&c.[impleuit] ad literam actu exteriori [nec.n.præbuit]ad literã actu exteriori.Hu.[paratus].s.in animo.Hug.[pro quibus]qui.s.zelũ Dei habentes,sed non secundum scientiam nesciebant, nec credebant illum esse messiam,arbitrantes se præstare obsequium Deo, sed pro illis qui sciebãt illum esse messiam, & per inuidiam illum negauerunt:& occiderũt, non orauit.Hu.Ista est etiam sententia magistri Nicolai de lyra super Lucam ca.23. vbi sic ait super idem verbum. Erant ibi aliqui simplices & illiterati à sacerdotibus iudeorum decepti, qui persequebãtur Christum zelo legis,& pro istis orauit Christus. Alij autẽ erant literati, qui ipsum esse Christum probabiliter nouerunt, seu cognoscere debuerant,sed ex odio & inuidia fuerunt excæcati,& Christum persecuti sunt vsque ad mortẽ, & pro illis non orauit. Hæc ille.[Nec Paulus]tertia probat idem exemplo Pauli[præceptum domini].i.si quis te percusserit &c.[impleuisse]ad literam[dixit principi &c.]qui mandauerat eum percuti. Actuum 23.[percutiat te].i.destruat te,vel vindicabit in te,& est prophetia non maledictio.[paries dealbatæ].i. hypocrita,quia videris esse religiosus,quod non es[sedes me iudicare].i. sedes vt me iudi

1 a ces,& bene dicit sedes, quia†iudex sedendo a non stando debet ferre sententiam,alias non valet.C.de post.quisquis. Et contra legem quæ dr cõtra innocentem & iustum non opprimes[irridens eos admonere].i.interpretari[quod dixerit].s.q vocauerit eum parietem dealbatum.i.hypocritam, quia princeps ille non erat iudeorum,quia sacerdotium iudeorum iam destructum erat. A ueniente Christo vero sacerdote,vnde,vt idem ait Apostolus ad Hebreos cũ translatione legis necesse fuit transferre sacerdotium, & hoc est quod dicit vt qui saperent &c.[destruendum]de facto.Nam iure iam destructum erat superueniente Christi sacerdotio.[parietem dealbatum].i.ipsum sacerdotium iudeorum,& hoc est quod sequitur[hoc est hypocrisim iudeorum]quia pro veteri lege & ficta superficie comparatur hypocritæ, vel propter ipsos sacerdotes iudeorum hypocritas.[nesciui fratres quia princeps est] mystice loquitur se illum nescire,non secundum literam, quoniam scio illum à Deo reprobatum & in proximo destruendum. Et ideo dico nesciui, quia non erat apud eum duraturus principatus, seu vt melius dicatur carebat vero sacerdotio illũ solum sciens esse principem sacerdotij,qui est pontifex sacerdos secundum ordinem Melchisedech.ad Hebre.5.Nã si scirem eum principem esse verum,reus essem eius quod scriptũ est Exo.22.& Actuum 22.[principi populi tui.&c.] Et quòd ita sit, quòd secundum literam non ignoraret eũ esse principem,sed quod mystice modo prędicto loquere tur. Et ita non mentiebatur sequitur tamen[procul dubio &c.sunt ergo &c.]concludit ex dictis[malum pro malo]ad Roma.11.sed id fiat quod possit prodesse iniurianti. Hu.sicut supra diximus.[agenda sunt]quarta pars,vbi ostẽdit quod sicut patientia cum beneuolẽtia est in animo seruanda erga iniuriantes.Similiter etiam circa illos quos punimus,vel aliqua disciplina castigamus,vel bello molestamus.s.vt animo simus parati ab eis perferre cõsimilia,vel maiora,si opus fuerit, & vt hoc faciamus eis ex dilectione .s.vt corrigantur & emendentur,vt.j.eod.q.4.ea vindicta, nec est desistendum,& si illi dolere de tali disciplina videãtur[cum inuitis.]multi.n.sępæ ad bona coguntur inuiti,vt distinct.45.& qui emendat,& infra eo.quæst.quarta displicet, & quæst.6.iam vero.Hug.[quadam benigna asperitate]ad officium .n. charitatis pertinet alios cum benigna asperitate corrigere dum oportet exemplo Samaritani, vt vulneribus sauciati infundatur cum oleo passionis vinum correctionis[plectendis].i.percutiendis[amittitur] id est perditur,vt supra 5.quæst.5.non omnis,& c. nõ osculatur,cum alijs. Hugu.[nolit].s.malus[ac si per hoc] quinta pars[si terrena ista publica]id est rectorum rei publicæ. Hug.[custodia]quod pro tanto dicit,quia non semper geruntur bella huiusmodi,vt dicunt Lauren.& Archid.[sed vt]supple,ideo geruntur.Archid.[consulatur. Nam cui licentia].i.facultas iniquitatis committendæ supra 21.quęstio secũda placuit[eripitur]id est aufertur.[vtilius est &c. quoniam &c].vnde Boetius. Multo infeliciores sunt mali iniusta impunitate donati, quam iusta vltione puniti. Et ideo melius est talibus vinci,quam non vinci.Hugu.[pœnalis]id est digna pœna,vel pœnam inferens vel puniri digna.[Nam si christiana]6.pars[in euangelio] Lucæ tertio, alia patent.

> S. Thomas. Nic.de lyr.
>
> a¶Iudex sedẽdo. Ad de Bal. in. l. 1. C. de senten. ex peri. recitan. Bar. & doct. in 2. C.e.ti Ia. Butr. in l. q.squis. C. de.post. Et in aut. de iudi. §. sedebũt Io. An. in c.fi. de re. iuris lib.6.
>
> Hugu.
>
> Lauren. Archid.
>
> Hugu.

1 *Militare aliquando est sine peccato.*
2 *Machabei laudantur quòd pro lege & sacris viriliter pugnauerunt.*
3 *Bellandum non est omni tempore.*



NOli æstimare. Ad idẽ sequitur hoc ca.quod est Augustini ad Bonifacium comitem. Summa est in rubro,vel sic,†quòd militare quandoque est sine peccato. Et potest diuidi in quatuor partes.In prima reprehendit opinionem dicentium neminem posse placere Deo in officio militari siue bellãdi.Nam Dauid & multi alij sancti armis bellicis sunt vsi sine peccato,& placuerunt. In secunda ostẽdit ratione, quòd in bello nullus debet agere contra Deum,cum vires sui corporis susceperit à Deo. In 3. ostendit,quòd bellum non debet sumi nisi causa necessitatis, vt.s.pax & salus acquiratur vel conseruetur.In 4.ostendit, quòd sicut resisten ti bellum infertur,ita victo misericordia debetur, nisi de eius correctione timeatur. 2.ibi,hoc ergo primũ. 3.ibi,pacem habere.4.ibi,sicut bellatum.Lege.tex.¶[Noli in his] id est inter bella gerentes[fuit Dauid]hic pugnauit contra Goliam 1. Reg.18. item præcepto domini pugnauit contra Philisteos 1. Reg.23.& multa alia prælia gessit præcepto domini. Et nihilominus Dauid fidelis & mitis ac sanctus laudatur à domino. psalm. 77. inueni Dauid seruum meum &c.[testimonium] sibi dominus perhibuit quãdo dixit,inueni virum secundum cor meum, vt 1. q.7. si quis plurium inter bellantes,tempore veteris testamenti multi iusti leguntur, vt Iosue,Gedeon, & quamplures sancti reges,de quibus dicitur,quod fecerunt,quod rectum erat co

1 ram domino.†& sancti Machabei in hoc laudantur, quòd pro lege & sacris viriliter pugnauerunt, vt habet historia Machabeorum[Centurio]de quo Matt.8.[hoc igitur primum]2.pars:[contra dominum] eo vtẽdo etiam in bello. Et ponit exemplum de seruanda treuga arguendo. Si hosti est seruanda fides contra quem pugnatur, multo magis amico,pro quo pugnatur,quasi diceret,non.n.actione tuę virtutis siue roboris debet frangere treugam factam etiã cum hoste,vnde sequitur[fides].i.treuga, & constantia pacti. Hugu.[quando promittitur]pro bono & licito,alias non esset seruanda,vt 22.quæstio quarta, in malis,& ca.innocens, & ipse hostis seruat nobis fidem, alias non tenemur ei seruare 28.quæstio secunda, si infidelis.[Quanto magis amico & cætera pacem.] tertia pars.[necessitatis.]

3 †sine qua omni tempore cessandum est à bello, sed ea instante omni tempore licite fit bellum infra eod.quæstio.8. nulli Hug.[gerit]id est eo animo debet geri. Hug.[pacificus]id est pacem desiderans.[ait dominus] Matth. quinto,[dulcis] id est Deo placens.Hug.[diuina] id est spiritualis[& interior angelorum]id est,qualem habet Angeli[sicut bellanti]quarta pars.[victorijs] ablatiui casus[capto] scilicet aduersario, contra quem fit bellum[misericordia debetur maxime[id est tantum] non timetur.] Nam si timeretur, & disperaretur de eius correctione, non est ei miserendum, vt infra e.quæst.quarta,est iniusta, & quæst. quinta,prodest.

> Diuisio.
>
> Exponit literam.

1 *Bellum quare geratur.*
2 *Bellum non debet inferri inconsulto principe.*
3 *Bellum ex pluribus causis potest esse licitum.*

4 *Vasalli non tenentur obedire domino excommunicato in excommunicatione permanenti.*



Vid culpatur. Ad idem est hoc ca. ꝙ est Augustini 12. contra Faustum ca.84. Summa reprehendit manicheos, qui bella inculpabant, quia ibi contingebat homines mori. Et diuiditur in 4.partes. In prima ostendit ꝙ bellũ non debet culpari, quia ibi moriuntur homines, sed est culpandum, si fiat mala intentione, & ex iniusta causa.s.animo nocendi vel dominandi, vel crudelitatem & huiusmodi exercendi. In 3.ostẽdit, quòd sæpe bellũ sumitur ex inspiratione diuina, vel præcepto principis propter mala punienda, & tale bellum est licitum, quòd probat tam autoritate Christi, quam beati Io.Baptistę. in 3.parte ostendit, quòd autoritas suscipiendi belli sic pœnes principes consistit. In 4.ostendit ꝙ sub principe malo, etiam in bello illicito homo iustus potest bellare, sine peccato de præcepto illius, dumtamen non sit illud ꝙ præcipitur contra Deum, vel saltem sit dubium, an sit vel non sit contra Deum.2.ibi, siue Deo siue alio.3.ibi, ordo autem ille:4.ibi, si humana. Lege.¶[Quid culpatur]dicebant Manichei hæretici, ꝙ bellare erat mortale peccatũ, quia ibi moriuntur homines, cõtra quos loquitur hic beatus Augustini.[quandoque moritur] etiam si nullum bellum fieret. Statutum est.n.hominibus semel mori, ad heb. 9.& ad Ro.5.per vnum intrauit mors in omnes [in pace:]

Diuisio.

Exponit literam.

1 †Ad hoc.n.bellum geritur, vt pax habeatur, vt dicit Augu. s.habetur in præcedenti c. noli. Et idem dicit Tullius li. de officijs c.5.bella suscipiẽda sunt eã ob causam, vt in pace viuatur sine iniuria.[tumidorum].i.superborum[vel timidorum].i.vitiosorũ, non fortium, non virtuosorum, nec religiosorum, sed eorum qui & legis Dei, & sanctorum actibus aduersantur, prosequitur ea, quæ in bello sunt culpanda quæ sunt quinque. primum est[nocendi cupiditas] qui .n.bellat, principalius vt proximo noceat, & non vt prosit, & ad pacem reducat, talis merito ræpræhenditur agens cõtra charitatem, vnde militibus. Ioannes Lucæ 3.ait. Neminem concutiatis, ẽm est[vlciscendi crudelitas].i.crudelis & vitiosa libido se vindicandi, talis merito culpatur quia intendit potius vindictam, quam emendam, seu pacẽ. Eze. 25.pro eo quod fecit vltionem, vt se vindicaret peccauit delinquens, tertium est implacabilitas cũ ait[impacatus.] merito.n.inculpatur impacatus, quia dum bella gerit, præ ira sæuit, nec iustum videt sic turbatus, nec clementiæ mãsuetudinem nouit, vnde impacatus animus finis belli qui est pax inimicatur.4.est [feritas bellandi.] ferus.n.animus absque ratione non præuidet pericula. Et ita superbe rebellare contendit, hoc peccato punitus ad mortem fuit Absalon, qui incredibili fœritate regi Dauid patri suo rebellauit cum armis in bello 2.reg.15.quintum est[libido dominandi] hac libidine motus Alexander aliena regna expugnans occupauit, de quo habetur 1.Machabeorum 1.hæc autem & quæcunque alia similia in bello culpãtur, sed bella quæ iuste & virtuose geruntur nõ culpantur, [sine Deo] secunda pars.[Deo iubente]per diuinam inspirationem.j. eod.quæstion.5.si nõ licet[imperio].i.imperatore, vel alia persona legitima iurisdictionem indicendi bellum habente[ab omnibus militibus bonis ordine].i.statu, dispositione, & gradu[iubere.]si sint principes, vel alia persona, quæ

Tullius.

2 habeat potestatem indicendi bellum. Hu.†quia inconsulto principe armorum vsus non conceditur C.vt armorum vsus l.1. Arch.[obedire]si sint subiecti, qui in suscipiendo bello tenentur obedire suis maioribus. [vt ipse ordo] in quo sunt, in alio ordine sunt qui bellum debent indicere, & in alio qui in suscipiendo bellum tenentur obedire, vnde dicit testimonium Io.Lu.3.[neminem &c.]s.e.paratus [& Christus] inducit testimonium Christi.[tributa.]Mat. 23.[ordo]tertia pars.[naturalis].i.ductu rationis institutus, vel naturalis.i.secundum cursum consuetum rerum mundanarum obseruari in bellis, paci accõmodatus, quia pro pace acquirenda vel conseruanda debet fieri bellum. poscit.i.petit.[pœnes principes].i. imperatores, & reges, & alios principes, qui ab imperatore vel rege habent potestatem indicendi bellum. Hug. vtrum autem papa habeat potestatem indicendi bellum infra, videbitur ead. quæstio. 8. igitur[si humana.]non diuina. Hugu. Nota

Archid.

3 †quod bellum potest esse licitum ex causa, quia ille contra quem quæritur est dignus fatigari, & idem bellum põt esse licitum ex animo inferentis, puta, si faciat illud ex cupiditate, vel libidine dominandi, & huiusmodi. Et in tali bello illicito ex parte inferentis potest iuste bellare vir iustus sub iniquo rege suo, ẽm tamen modum qui sequitur [si quod sibi iubetur &c.]sed si bellum omnino est iniustũ nullus subditus tunc tenetur obedire domino suo præcipiẽti in tali bello pugnare, vt 11.q.3.qui resistit, & c.Iulianus. Hu.[potestatem].i.prælationem Hu.[iubente].i.approbante si bona est 7.q.1.suggestum, & 8.q.1.si ergo Arch.[sinente].i.permittente si malus est, permittit.n. Deus regnare propter peccata populi.[sacrilego.]† non tamẽ excommu-

Archid.

4 nicato, quia tunc non tenetur ei obedire, quamdiu in excommunicatione persistit, imo iure videtur absolutus ab eius fidelitate.ex.de pœnis, grauem, & 15.q.6.iuratos milites.[milite] in bello licito [saltem]ex causa, vnde sequitur [si vice].i.causa pacis[seruãs ordinem]bellandi, quasi diceret si causa pacis acquirendæ, vel conseruandæ bellet tunc [quod si iubetur, &c.] dato quod apud regem sit iniquitas in imperando, quia animo imperat.

1 *Hostes an liceat deprædari in bello iusto.*
2 *Grassari quid dicatur.*



Ilitare. Ad idem est hoc c.quod est eiusdẽ Augustini de verbis domini Summa est in rubro. Et potest diuidi hoc cap. in quatuor partes. In prima ostendit quod militare quandoque est peccatum & quandoque non. In 2. ostendit, quod militibus stipendia sunt constituta. In 3.probat, quod militare quandoque nõ sit peccatum autoritate Christi & beati Ioannis. In 4.ostendit, ꝙ nomine militiæ intelligitur exercitium cuiuslibet. 2.ibi, propter eam causam.3. ibi, Item dominus 4.ibi, sic autem. Leg.tex.¶[Militare].s.quoddam, cum.s.militatur ex iusta causa, vt causa acquirendi pacem, peccatum autẽ est militare cum principaliter fit ex auaritia causa deprędandi & concutiendi proximum propter prædam. Surgit

Diuisio.

Exponit literam.

1 hic quæstio.†vtrum liceat in iusto bello depredari hostes. Et videtur, quòd non ex præsenti tex.¶In oppositum videtur.j.e.q.8.& pridem, & dist.61.quid proderit. Respondetur iuxta Hu.quod in hoc versi. nõ remouent deprædationem hostium, sed dicit quod hac intentione, & hac causa non militandum.[propterea.n.] 2.pars. Nõ.n.præda debet esse causa militandi, sed pax, & quies ecclesiæ[nec ratio.p.] vt potestariam aut regimen aliquod[gerere].i.administrare, recte & iuste. Hu.[ratio].i.hac de causa, hac intentione, hoc animo[sumptus]necessarius [quærit] à milite, ex quo stipendium non est ei constitutum[crassetur].i. impingue-

Quæstio. Opponit & Respondet.

2 tur rapiendo & spoliando homines. Hug.† Grassari enim est crudeliter agere, improbe in alios sæuire, alia inuadere, vt in hoc cap.[item dominus]3. pars[reddite]Matt.22. Deo decimas, primitias victimas.[& latriam].i.cultum soli Deo debitum[& quæ sunt Cesari, &c.]i.tributum, pœnã debitam, seruitutem homini debitam. Hug.dicit.n.super hoc versic. Augustinus, ad hoc.n.tributa præstantur, vt propter bella necessaria stipendium militi præbeatur[ferendum est] licet quod dominus præceperit subiecto videatur onerosum, vt dist.19.in memoriam.[exactores].i.milites, qui non sunt contenti suis stipendijs, iniuste, & per violentiam exigunt, & extorquent ab alijs, & bellum quod poterat esse licitum ex auaritia fit illicitũ.[item recte rogauerunt.]Lucæ.3.[quid faciemus]vt.s.in officio nostro.s. militię, possimus saluari Hug.[neminem concutiatis].i.aliquem non grauetis vltra debitum[exigendo calumniam] .i.nec calumniose crimen imponendo, vt auferatis & extorqueatis, 86.distinct.non satis Hug.[stipendijs]vobis assignatis à republica[sic autem]quarta pars.[sic autem.].s.vt neminem concutiat, nec calumniam faciat, sed sit contentus suo stipendio. Hug. [cognoscere se]id est in suo officio se habere. Hug. [qui militat]id est aliquod officium exercet sub alio, vel super interpretationem, & intellectum qui armata &c. [si quis] siue clericus, siue miles. [militiæ suæ]scilicet sui officij, suæ professionis, siue facultatis. Hugu.[dignitatis.] id est officij professionis, vnde clerici ratione sui officij dicuntur habere suam militiam, & militare in suo officio, & esse Christi milites, vt distinctio 50.clericum, & distinctio 54.c.primo Hu.[militibus].s.

Hugu.

Augu.


bus.s.officialibus,sicut protectores sunt, ac rectores [quicunque amplius quærit].s.per calumniam, vel concussionem,vel alio iniusto modo,& intelligitur querit cum effectu.s.ita quod accipiat, vt infra quæstio. 8.sancimus [calumniator].i.falsus criminator, vt sic aliquid extorqueat. Hug.[concussor]hic punitur in quadruplum,sicut dictum est dist. 18.quoniam quidem,& 1.q.1.iubemus.Hu.[Ioan. sententia]Luc.3.

1 *Bella licita quæ dicantur.*



Apud veros. Ad idem est hoc c. Augustini de diuersis ecclesiæ 1 obseruationibus. Summa,† ꝙ bella illa sunt licita,quę iusta causa fiunt,vt pro pace acquirenda vel conseruāda,breue est.Le.¶[Apud pacata].i.promissa,vel pacata pro pace,& quiete acquirenda & conseruanda facta,[quæ non cupiditate]nocendi,vel dominandi,vel aliena rapiendi aut crudelitate vlciscendi. Hu.[vt mali &c.]dist.4.factæ sunt leges.i.potestates institutæ & pęnæ:Hu.&.j.e.q.5.lex,& c.nō frustra,& in proemio decre.rex pacificus.Hu.& Arc.]

Exponit literam.



Summa laus. Ad idem est hoc cap.quod est beati Gregorij in registro.Summa est in rubro.Casus est.Grego.deputauerat ad custodiam ciuitatis Neapolitanæ Cōstantinum tribunum,cui milites Neapolitani deuote obedierunt.Scribit igitur eis Gregorius,& commēdat eos,de tali obediētia,& admonet eos,& exhortatur, vt sicut bene fecerunt,perseuerent in tali obedientia, vt per eorum vigilantiam augmentetur quod alias & bene gestum est ab eis, & sic patet quasi tota litera.Leg.tex. ¶[Summa vtiliter].s. ſm Deum alias non est obediendum,vt 11.q.3.nō semper [epistolis nostris].i.nostris quas primo eis miserat, vt reciperēt eum pro suo custode & gubernatore.Hu.[vti.]prout [dominorum imperatorum dominorum].s.suorum subditorum.i.principum, qui tunc temporis regnabant in ciuitate Neapolitana.Hug.

Casus.

Exponit literam.

Ex omnibus. §.est, in quo Gratianus concludit veram solutionem ad quęstionem propositam dicens, ꝙ militare non est peccatum semper, sed quandoque est licitum & bonum,& quandoque malū & illicitum, sicut patet ex dictis s. secundo respondendo ad argumenta quæ inducta sunt de præceptis patientię respondet,quod in pręparatione cordis non in ostentatione corporis obseruandi sunt.

¶ Quæstio secunda.



Quod autem. Hic intitulatur secunda quæstione, in qua quæritur, qui sit bellum iustum, & quid iniustum, ad quam respondet per duo sequentia capitulo.

1 *Bellum vt sit iustum plura requiruntur.*
2 *Iniuriam an liceat repellere per aliquod bellum particulare sine licentia principis.*
3 *Rem iam ablatam vel inuasam an liceat recuperare per bellum per violentiam propria autoritate.*
4 *Bellum potest esse licitum ex vna parte & non ex alia.*
5 *Iudex dictus est a iusto.*



Iustum bellum. Primum capit. per quod respondet ꝑfatæ quæstioni est hoc, & est beati Isidori 18. lib.etymologiarum.Summa est quid dicatur iustum bellum.Et diuiditur in duas partes.In 1.ostendit quid sit iustum bellum. In 2.vnde dicatur iudex. 2.ibi,iudex dictus est.Le.¶[Iustum]pro pleniori intelligentia huius quod sit iustum bellum.Est notā-
1 dum iuxta S.Tho.in 2.2.& Alexandrum de Hali.in 3.† Ad bellum iustum requiruntur plura. primum est autoritas principis, cuius mandato bellum est gerendum & hoc tangitur in hoc c.cum dr.[ex edicto].i.ex autoritate principis secularis, siue ecclesiastici pœnes quem consistit autoritas indicendi.Non.n. pertinet ad personam priuatam bellum mouere, quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi. Similiter etiam quia conuocare multitudinem quod

Diuisio.

Exponit literam.
S. Thom.
Ale. de Ha.

in bellis oportet fieri,nō pertinet ad priuatam personam, cum autem cura rei publicæ commissa sit principibus, ad eos pertinet rem publicam ciuitatis siue regni vel prouinciæ sibi subditæ tueri, & sicut licite defendunt eam materiali gladio contra interiores quidem perturbatores, siue domesticos dum malefactores puniunt,ſm illud Roman. 5.Non sine causa gladium portat,minister.n. Dei est in irā ei qui male agit,ita etiam gladio bellico ad eos pertinet rē publicam tueri ab exterioribus hostibus,vnde & principibus dr.Eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate,vnde Aug. cōtra Faustum & habetur.s.e.q.1.c.qd culpatur, ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli autoritas atque consilium pœnes principes sit. dicit autem Guili.quod etiam sufficit autoritas inferiorum dignitatum ad defensionē sibi subditorum, qñ aliquis alias per iudicem se iuuare non potest. August. Guil.

2 ¶ Circa hoc primum quæritur,† vtrum sine principis autoritate per aliquod particulare bellum liceat iniuriam repellere. Respōdetur quod de iure naturali potest quilibet vim vi repellere,dum tamen incontinenti,& cum moderamine inculpatæ tutelæ.i.tutela illa sit moderata,& sine culpa,& nec sit ad sumendam vindictam sed ad iniuriam propulsandam ex.de homic. significasti, circa finem,&.j.q.3. non inferenda,& ca.vlt. Et quidem si vis sine iniuria fit in persona,tunc vis potest repelli priusquam sit illicita. Nam licitum est occidere insidiātem, & eum qui vult occidere, si aliter non potest quis euadere manus eius.ff.ad.l.aquil.l. sciētiam.§.qui cum aliter. Si autem vis inferatur in rebus, tunc etiam, & illatam & inferentem licitum est repellere, sed potius illatam dum tñ incontinenti.i.quā cito scit vim illatam,priusquam diuertat ad alium actum ex.de res.spo. olim causam,& in præalle.c.significasti.Ad istam tñ nemo tenetur,imo perfectius esset remittere iuxta illud Matt.5. Quæstio. Respondet.

3 si quis te percusserit &c. ¶ Secundo quæritur,†vtrum per bellum vel violentiam liceat propria autoritate rem iam ablatam vel inuasam recuperare.Respondetur ſm Inno.& Host.ꝙ si hoc fiat incontinenti certe licet. Si vero ex interuallo non licet, imo debet adiri iudex raptoris,& eius autoritate recuperari. Nam si quis propria autoritate violenter raperet, & etiam rem suam, cadit à iure suo,& perdit eam, nisi forte non possit per iudicem eam consequi, vt not.distinct.1.ius gentium.¶Secundum quod requiritur ad iustum bellum & etiam ex parte indicentis bellum est,ꝙ sit recta intentio, siue iustus affectus quo moueatur ad indicendum bellum,vt.s.sit ad bonum promouendum, malum vitandum,vt non ex odio vel hmōi,sed propter pacem,propter iustitiam,& charitatem,vt. s.e.q.1. quid culpatur,& c.militare,& c.apud.¶Tertium quod requiritur ad iustum bellum est,ꝙ causa sit iusta.primo ex parte eius contra quem pugnatur,vt.s.illi qui impugnantur propter aliquam culpam impugnationem & persecutionē mereantur,vnde Aug.in lib. quæstionum. iusta bella solent diffiniri quæ vlciscuntur iniurias, sic gens vel ciuitas plectenda est, vel quæ vindicare neglexit quod à suis improbe factū est,vel reddere quod per iniuriam ablatum est.j.e.q.domi nus,vnde Inn.dicit.ex.de rest.spo.in c.olim ꝙ vna sola causa legitima belli est contumacia iniuste resistētis.]Ecce meritum.secundo ex parte eius pro quo pugnatur,vt.s.ea causa sit.s.subleuatio bonorum,& coertio malorum.s.pax omnium,quod tangit Aug.in c.apud supra.eo.q.1.¶ Quarta ex parte personæ peragentis bellum requiruntur duo, vt dicit Alexander de Halis,primum est recta intentio,vt nō propter prædam &c.s.q.1.militare,non est delictum sed propter prædam peccatum est,&c. secundum est debita conditio vt non sit persona clericalis,vnde. j.eo.q.8.c. nimirum,secularem militiam exercere &c. terrenæ potestatis est,& in c.quicunque ex clero,dicit concilium Meldense.Quicunque ex clerro videntur esse,arma militaria non
4 assumant &c.Ex istis potestis elicere corollarie,† quòd aliquando bellum erit licitum ex vna parte,& non ex alia,vt .s.ex parte inferentis, vt cum ille iuste infert, & non ex parte patientis cum ille non meretur sic pati, sed præsumitur ex aliquibus mereri,aliquando econuerso, vt fuit bellum Absalō cōtra patrem suum Dauid,ille.n.iniuste inferebat, sed iste sic pati merebatur. Et similis distinctio potest haberi ex alijs partibus sicut Hug.deducit. Sed quia manifeste hoc videt qui intelligens est, non prosequimur alia membra.[Ex rebus ablatis] iniuste [repetendis]per superiores sententiam

Secūda q̄o. Respondet. Innoc. Augu. Innoc. Ale. de Hal.

sententiam:Et dic ab illis,à quibus aliter rationem habere non possumus[aut propulsandorum]res nostras & inuadē
5 tium,vel nos impugnantium[iudex.]2.pars † dictus est iudex à iusto,vnde philosophus 5.Ethicor.dicit quod iudex est iustitia animata[disceptet].i.iudicet.[Non est autem iudex]de merito vitæ vel.s.bonus,vt no.ex.de verb.signif.forus,ver.iudex[si non est in eo iustitia].i.si non reddit vnicuique ius suum,vel non exercet officiũ iudicis,vnde non potest veraciter dici iudex,sicut rex non potest veraciter dici rex qui nescit se regere 2.q.1.scelus &c.

1 *Insidijs an liceat vti in bellis.*
2 *Insidiæ ordinantur ad fallendum homines dupliciter.*
3 *Bellum geritur iustum duobus modis.*



Domine Deus noster. Ad idem est hoc c. qđ est Augustini in lib.quæstionũ Iosue. Summa est,quòd in bellis iustis licitum est insidijs vti. Et potest diuidi in duas partes.In prima ostendit exemplo Iesu naue,ꝙ liceat vti iniusto bello insidijs contra hostes.In secunda ostendit ꝙ sit iustum bellum.secunda ibi,iusta autem. (Diuisio.)

(Quæstio.) ¶ Pro pleniori intel
1 ligentia huius cap.Quæritur,†vtrum liceat in bellis vti insidijs.Et videtur quod non. (Primũ ar.) Primo sic, habetur Deute.16.iuste quod iustũ est exequeris, sed insidiæ sunt fraudes quædam nec ad iustitiam videntur pertinere: ergo iustum bellum non est agendum cum fraude siue insidijs. (Secđm ar.) ¶ Secundo sic,insidiæ & fraudes fidelitati videntur opponi,cum ergo fides vt dicit August.ad Bonifacium etiam hosti seruanda est: ergo non videtur quod contra hostes insidijs sit vtendum. (Tertiũ ar.) ¶ Tertio dicit nulli hominum est mentiendum,vt dicit Aug.lib.contra mendaciũ:ergo fraude & insidijs non est vtendum etiam contra hostes. (Quartũ ar.) ¶ Quarto sic.Matth.7. dicitur quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis & hoc obseruandum est ad omnes proximos,inimici autem sunt proximi.Cum ergo nullus velit sibi insidias parare, videtur ꝙ nullus debeat cum insidijs gerere bella. (Opponit & Respondet.) ¶ In oppositum est c.præsens. Respondeo dicendum iux
2 ta S.Thom.in 2.2.†quod insidiæ ordinantur ad fallendum homines, dupliciter autem potest falli homo.s.ex facto, vel dicto alterius vno modo ex eo, ꝙ ei dr̄ falsum vel non seruatur promissum. Et de hoc modo fallendi est consiliũ quòd hoc modo nullus debet hostes fallere.Tum quia hic modus fallendi est illicitus, vt.n.arguebatur in tertio argumento nulli hominũ est mentiendum. (Ambros.) Tum quia vt dicit Ambrosius libr.de officijs,sunt quædam iura bellorum & fœdera,etiam inter ipsos hostes seruanda. Alio modo potest aliquis falli ex dicto,vel facto nostro,quia ei propositum aut intellectum non aperimus, de isto modo fallendi licitum est in bello insidijs vti.s.occultando eis ea,per quæ volumus eos impugnare,vel alia nostra proposita,patet cōclusio. Tum quia sic vti insidijs in bellis fuit præceptum Dei,qui nihil iniuste agit,aut præcipit,vt patet Iosuæ 8. & in litera ponitur.Tum quia hostibus aperire nostra secreta non tenemur, quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda maxime infidelibus,ne irrideāt ꝯm illud Mat. 10.Nolite sanctum dare canibus,vnde multomagis ea quę ad impugnandum inimicos paramus sunt eis occultanda, vnde inter cætera documenta artis militaris hoc pręcipue ponitur de occultandis consilijs ne ad hostes perueniant, (S. Thomas.) hoc patet vt dicit S.Thom.in libr. stratagematum Francorum.Et talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est vti in bellis iustis.¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. (Ad primũ argu.) Ad primam respondetur. primo ꝙ huiusmodi insidiæ proprie nō dicuntur fraudes.secundo quòd insidijs vti in bello iusto non est pugnare iniuste, sed pugnare fraude, hoc est animo fraudulento.i.amore iniquitatis & iniuste pugnare. (Ad secũdũ) ¶ Ad secundam respondetur quod fides est seruanda quando promittitur. Et hoc est quod dicit Augustinus. Omnis fraus contra promissionem factam hosti est illicita. (Ad tertiũ) ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis, quoniam sic in bello vtendo insidijs vt dictum est non est mentiri alicui. (Ad quartũ.) ¶ Ad quartam respondetur quod sic vti insidijs nō repugnat ordinatæ voluntati.Esset .n.inordinata voluntas,vt dicit S.Thom.si aliquis vellet nihil sibi ab alijs occultari. Et hoc de ista quæstione. Lege. (Exponit literam.) ¶ [Dominus Iesu naue] idem & Iosuæ dictus est Hug. [iubet]Iosue octauo.insidias hostibus] qui erat in hayn[hinc & cætera]id est ex præcepto domini facto Iosue.Hu.[hoc] .i. insidias ponere [fas est] non.n.licet oībus bella gerere, quia non clericis dist.50.clericum,& j.e.q.8.clerici, & ca. quicunq;. Hu. [an ex insidijs nihil ad iustitiam patet] quia alias Deus qui nihil iniuste agit, non præcepisset insidias ponere.[diffiniri].i.dici.[vlciscuntur,&c.]autoritate principis habentis autoritatem indicendi bellum[fit].s.per bella[plectēda].i.puniēda, vel plectēda.i. impetenda ꝙ Deus
3 imperat.†Nota hic iuxta Hug.quod duobus modis iustum bellum geritur, præcepto.s.& permissione,præcepto autē dupliciter.s.diuino & humano, diuino vt hic, & j.e.q.5.si non licet, humano præcepto dupliciter.s. principis secularis,vt.s.c.proxi.& q.1.quid culpatur, & principis ecclesiastici,vt.j.e.q.8.igitur omni tempore[permissione].i.autoritate legis secularis,& legis canonicæ,vtraque.n.permittit licite bellum fieri ob tutelam proprij corporis. Quod .n.quis facit ob tutelam sui corporis, iure facere æstimatur.ff.de iusti.& iure.l.vt vim.Hu.[fieri]debeat hac ratione sine peccato,iudei spoliauerunt ægyptios de præcepto domini,vt 14.q.5.dixit minister.i.executor,vt 15.q.1.nec is, &.j.q.5.remittuntur.Hu.

Cum ergo. §.est,in quo magister Gratianus,ostēso quod iustum bellum dicatur dupliciter.s.aut quia à Deo imperatur, aut quia autoritate principis eo iniuriæ vlciscuntur,quærit quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur, ad quam quæstionem respondet per cap.sequens.



Notandum. Hoc ca. est beati Augustini lib.de quæstionibus super librũ numeri q.44. Summa est in rubro.Breue est.Leg. (Exponit literam.) ¶[Notandum contra Amorreos] hic tangitur historia quæ tangitur in li.numerorum,ꝙ filij Israel miserunt nuntios suos ad regem Seon regem Amorreorum, vt eis transitum per patriam suum cōcederet,quod noluit,imo cum exercitu suo egressus est eis obuiam in deserto, & pugnauit cum eis,& victus est ab eis & occisus[innoxius].i.sine damno,& detrimento.[negabatur] filijs Israel ab Amorreis transitus per viam publicam,qua nemo vti prohibetur,licet.n.transire per agrum alienum,ius tñ non est,sic.s.dist.1.c.2.& sic prohibitum,vbi ager debet seruitutem,tñ quia trāsitus erat necessarius & ꝑcepto eius, cuius est terra & plenitudo eius prohiberi nō debuit.Sic ergo iusta bella fecerũt filij Israel contra Amorreos, quia eis ingressum siue transitum per viam publicam denegabant, hoc tamen ad iustum bellum gerendum non sufficiebat, nisi qui & habeat potestatem indicendi bellum, vel licentiam ab illo, qui talem habet potestatem, filij autem Israel hoc fecerunt præcepto domini, sicut dictum est [patere]omnibus innoxie transeuntibus.Hug.

¶ Quæstio tertia.

1 *Iniuria sociorum vel propria an sit propulsanda armis.*
3 *Ch istus quare noluit vti regia potestate mundi.*



Quod vero. Hic ponitur tertia q. qua quæritur† an in-
1 iuria sociorum.i. conciuiũ vel propria sit armis propulsanda.Et arguitur, in litera, quod nō tam autoritatibus quam exemplis. (Quæstio.) ¶ In oppositum arguit exemplo Christi, quod ipse dominus percussus alapa percussorem reprehendit nec alteram maxillam percutiendam præbuit.Io.18. (Oppon. cōtrarium) ¶ Secundo idem patet exēplo Pauli,qui petijt milites à tribuno,vt illæsus ab iniuria seruaretur.Actuum 23.ergo licite potest iniuria repelli à se. (Secũda op.) Respondeo dicendum iuxta Alexā.de Hal. in tertio sub distinctione,quod iniuria aut est personalis & priuata,aut publica. (Respondet.) Si publica tunc est conclusio prima, quod propulsanda est iussu principis, & manu militis, hinc Apostolus ad Roman. 13. dicit quod non sine causa gladium portat, Dei minister est, vindex in iram ei qui male fecit, hac.n. de causa principibus tributa & militibus stipendia assignātur propter defensionem.s. reipublicæ,vt supra q.1. militare,& infra e.q.dicit Augustinus in ca. fortitudo, fortitudo quæ à barbaris defendit patriam, vel domi defendit infirmos,vel à latronibus socios iustitia est.Ex quo patet,quòd (Prima conclusio.)

iniuria reipublicæ illata etiam armis, repellēda est ab eo, qui ad hoc ordinatus est. Si vero est iniuria personalis est conclusio, ꝙ potest repelli duobus modis, aut impediēdo, aut repugnando, impediēdo est conclusio, quod licet hoc modo repellere iniuriam, sicut Christus per fugam fecit, & sicut Paulus munitus militibus impediuit Iudeos, ne ei inferrent iniuriā, nec hoc prohibetur Matt. 5. quia hoc nō dr̄ proprie resistere. Secundo modo repellitur iniuria repugnando, & hoc dupliciter. s. cogente necessitate, & vlciscēdi libidine, cogente necessitate est conclusio, ꝙ cum alias non potest vitari læsio, nec per fugam, nec per impedimentum absolutum, potest quis vi iniuriam repellere, & hoc flagrante maleficio cum moderamine inculpatæ tutele, & hoc oībus tam laicis quā clericis videtur conuenire, licet de clericis Alexā. de Hal. videtur dicere contrarium, dicit autem Bernar. ꝙ clericus etiam interficere pōt, vt non interficiatur. ar. ex. de furtis c. 3. dum tamen hoc fiat pro sua persona. vnde stāte dicit illa decr. ex. de homi. suscepimus interfecisti te &c. quasi diceret, pro alio non, vel rebus temporalibus, ſm Laur. & Arc. imo dicit ꝙ qui mortem aliter vitare non valens, hostem suum accidit, vel mutilat inuasorem nullam irregularitatem incurrit, vt in cle. si furiosus, de homi. Si vero repellat iniuria vlciscendi libidine, est cōclusio, quod sic nulli licet iniuriam repellere, vel resistere malo. Et sic intelligitur illud Rom. 12. Non reddentes malum pro malo. Et illud psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala &c. his habitis dicendum est legendo literam ad ea, quæ inducuntur in litera pro alia parte Lege. ¶ [Quod vero primum est de fuga Christi Mat. 2. item Ioan. 10. item Mat. 21. & alia plura. Sed hæc exempla non videntur facere ad propositum quia leuare arma contra iniuriantes licitum est non personæ priuatæ, absque autoritate principis, vt. s. q. 2. c. iustū. Christus autem licet in veritate rex regū Apocali. 19. tñ noluit vti dominio regni temporalis, vnde ait Ioan. 18. regnum meum non est de hoc mundo. Si. n. ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer iudeis. Ex quibus verbis patet,
2 †quod Christus noluit vti regia mundi potestate, ad quam pertinet decertare, & pugnare contra iniuriantes. Et hoc Christus egit. Primo ad ostendendum patientiæ & humilitatis exemplum, vnde cum percuteretur non maledicebat. Secundo vt pateret quod non inuitus, sed obediēs patri voluntarius pro nostra salute passionē sustineret. vnde Petro gladium eximenti ait Ioan. 18. mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum. Tertio, vt probaret, ꝙ priuatæ personæ nō licet leuare arma absq; authoritate principis. Quarto, vt pberet exēplum perfectis viris, ꝙ pro loco & tempore fugere persecutores, non est culpabile, cum ipse fugerit, & fugere discipulos præcepit. Mat. 9. [item in Esa.] s. 36. c. & 4. Reg. 18. sed nec per hoc probatur quin leuare arma contra iniuriantes non liceat si assit potestas, & facultas, quā non habeat. Ezechias contra regem assyriorum, vnde rex Ezechias nō culpatur quia arma bellica susceperit contra iniuriantes, si adesset resistendi potestas, sed culpatur in hoc, quod volebat leuare arma & bellare aduersus fortiorem. s. contra regem Assyriorum cum non sit securum bellare cum fortiori se, & potentiori, vnde saluator dicit Lucæ 18. quis rex iturus committere bellum cōtra alium regem nonne sedēs prius cogitat si possit cum 12. militibus occurrere, qui cum 20. milibus venit &c. Culpatur etiā quia Ezechias rex potius suam fiduciam ponebat in fragili hominis auxilio. s. regis ægypti qui respectu assyriorum baculo harundineo comparatur, quam in Deo contra illud Hieremiæ 18. maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum quia psal. 117. dr̄ bonum est cōfidere in domino, quam cōfidere in homine, bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus. [legitur]. s. Actuum 4. [& apostolus] 1. ad Tim. 6. quare non magis iniuriam, hęc exēpla cōueniunt perfectis & priuatis personis, sed sicut iudicia facere non prohibetur principibus & iudicibus in punitione malorum quia ad hoc est minister Dei gladium portans. ad Rom. 13. sic principi nō prohibetur armis suorum iniurias propulsare. [Esca.] hoc dicit Apostolus 1. ad Corint. 8. [malum sit] Apostolus ad Roma. 11. dicit. n. non
a reddentes malum pro malo: a Et recte cum iudex aut princeps punit malefactorem non reddit malum, sed bonum & iustum quia melius est si non, malefactori saltem, reipublicæ quod malus puniatur, quam si non puniretur, quod per sequens cap. probatur.

Secunda cō clusio. | Tertia cō clusio. | Alc. de Hal. | Lauren. Archid. | Quarta cō clusio. | Expōit literam.

a Pro malo malū, an q̄s debeat facere præ textu boni vide Pe. de An. in c. nō magno nu. 4. ne cler. vel mon.

1 *Boni an possint reddere malum pro malo.*
2 *Lex talionis an fuerit retractata per euangelium.*


Ex differentiæ. Hoc c. est Augustini super psal. 108. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In 1. ponit differentias retributionū conuenientes bonis. In 2. differentias retributionum conuenientes malis, in 3. differentias retributionum conuenientes mediocribus. 2. ibi, nō reddere bona. 3. ibi, reddere bona Leg. ¶ [Lex. reddere bona pro malis.] ista est prima differētia, & pertinet ad perfectos, quibus dominus ait Mat. 5. diligite inimicos vestros, benefacite &c. 2. differētia est. [Nō reddere malum pro malo] hoc aūt quamuis non sit tantæ charitatis, sicut pro malo reddere bonum. Et ideo dicit quod [prius melius, est] tñ magnæ bonitatis est, vnde perfectis dr̄ prima Petri 4. non reddētes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Cōtra hæc duo ponuntur alia duo quæ sunt plena ingratitudine & malitia. Primum est, quod est 3. differentia. [Non reddere bonum pro bonis] quod est pessimæ ingratitudinis eccl. 29. gratiā benefactoris ne obliuiscaris, ſm est quod est quarta differentia & deterius omnibus est [reddere malū pro bonis] quod est maioris ingratitudinis. Et de his conqueritur dominus per prophetam psal. 34. retribuebāt mihi mala pro bonis &c. deinde ponuntur duo media, quorum prmum est, & est quinta differētia [reddere bona pro bonis] quod exigit iustitia naturalis, quæ omnes tam fideles quam infideles vtentes iudicio rationis naturalis constringit, vnde ethnici hoc faciunt Lucæ 6. ſm est & est 6. differentia [reddere malū pro malo] quod est deterius & inferius primo.
1 ¶ Sed surgit quæstio, †quomodo potest conuenire bonis. s. reddere malum pro malo. Respondetur quod potest conuenire imperfectis quia tales possunt in iudicio conqueri de malo, & damno eis illato, cum hoc sit officium iustitiæ exigi potest sine peccato, & sic per officiū iudicis reddunt malum pœnæ, pro malo culpæ, absque peccato dum hoc fiat absque appetitu vindictæ & auaritiæ, & absque odio, & rancore, alias reddere malum pro malo esset peccatum & conuenit malis & non bonis, vnde Apostolus 1. ad Ti: 5 videte ne quis alicui malum pro malo reddat [Christus] Mat. 5. & Lucæ 6. non reprehendit eos qui diligentes se diligunt aut eis benefaciunt, qui eis benefecerunt vel faciunt quia hoc virtus iustitię & gratitudinis exposcunt, vnde philosophus 5. Ethicor. dicit quod refamulari oportet ei qui gratiam fecit, sed hoc non sufficit, sed oportet etiam inimicos diligere, vt iustitia nostra superabundet plusquam scribarum & pharisęorum. Mat. 5 [ethnici]. i. gentiles [vnde lex] supple ne aliquis excederet modum in retributione vlciscendi vel [vnde]. i. quia mali volebāt excedere modum vltionis. [Lex mosaica] Leuiti. 24. [statuit modum]. i. formam, vel terminum [oculū] supple amittat, vel reddat, [pro oculo] alteri ablato. hic surgit quæstio †vtrum lex ista
2 talionis per hoc quod sequitur in euangelio. Matt. 5. Ego autem dico vobis, non resistere malo fuerit retractatum, si sic sequitur, peccant iudices seculares, qui oculū pro oculo eruunt & animam pro anima interficiunt. Si vero non retractatur, qūo ergo lex impletur. Respōdet iuxta Alex. quod lex talionis retractatur quātum ad priuatā personā, sed non quantum ad iudicem, priuata. n. persona si vindictam expeteret malum pro malo redderet, vt dicit hic Augustinus, iudex vero non, sed amore iustitiæ iustum redderet pro iniusto [iniustorum]. i. iniuste hoc exigentiū, quia scilicet, amore vindictæ, non amore iustitiæ [iustitia est] id est iusta vltio, hoc enim pro iustitia exigebant in testamento veteri, hanc iustitiam in testamento veteri ad literam obseruabant, & etiam iniusti. [vitiosa est libido vlciscendi]. i. libido hominis expetentis id desiderio vindictæ, & se vlciscendi, & s. q. 1. quid culpatur [ad iudicem] cuius authoritate vindictæ sunt inferendæ, & qui aliter facit, non erit sine pœna 16. q. 6. placuit. Hu. [discernere] vtrum aliquis sit puniendus [expetere]. i. quātum pertineat ad bonum hominem expetere vt aliquis puniatur Arc. Sed Hu. exponit sic. [expetere sibi]. i. sua autoritate sumere pro se, quod non licet. 23. q. 5. de occidendis. Nam & si iudex ipse alicui

Diuisio. | Exponit literam. | Quæstio. Respondet | Quæstio. | Respondet. | Hugu. | Archid.

alicui pœnam infligit, ꝓ propria iniuria, nunquam tamen pro vltione iniuriæ, sed solo intuitu iustitiæ facere debet hic scilicet bonus homo si sua autoritate vindictam sumet pro se malum redderet, iudex vero qui facit iustitiam non reddet malum pro malo. Notat hic Hugu. quod pœna quandoque dicitur bonum, quia a Deo est & eius opus. Quandoque dicitur bonum, quia malum coercet, & punit, quandoque dicitur bonum, id est iuste inflicta ab eo, qui habet ius infligẽdi illi cui merito infligitur. item pœna quandoq; dicitur malum. i. non iocunda non delectabilis. Quandoque dicitur malum, i. non iuste inflicta, vt ab eo ad quem non pertinet, quamuis ille sit cui merito sit infligenda, sic [hic malum] id est pęnam iniuste inflictam, quia nihil ad eum [ꝓ malo inflicto] vel illato, vel pro peccato in ipso commisso. [iustum]. i. pœnam iustam, & iuste inflictam, quia ab eo infligitur, qui habet ius infligendi, & illi quem iustum est puniri Hu. [pro iniusto]. i. ꝓ peccato. [in alium commissum] quod etiam iudex Deus facit, s. reddit bonum pro malo. i. pœnã pro peccato, reddit. n. vnicuique iuxta opera sua psal. 71. & Hieremiæ. 11. Tu autem domine Sabaoth, qui iuste, &c.

Item ab alio. §. Est, in quo magister probat illã propositionem, quod illud quod petendum non est præstari non debet falsam esse, & hoc

Laurent. respicit finem præcedẽtis capituli secundum Laurentium Et adducit aliqua exempla primum est de capto [capto] ꝓsertim si sit captus iniuste [offeruntur] ab ipso capto, vel ab alio pro eo. item aliud exemplum. [vasa sacra præstantur] vt 12. q. 1. & sacrorum. Sed intellige fracta & conflata. Hu.

Exponit literam. [sic postuletur] à perfecto, vel à quolibet cum scandalo [præstantur] à iudice [postulatio vindictæ [eius] scilicet iudicis [non vsquequaque] iniusta probetur dans autem solutionem dicit, quod aliud est, &c. quasi diceret. si quis postulat iniuriam repelli, nec liceat sibi in voluptatibus carnis viuere, damnabile est. Si vero id postulat, vt malorum audacia refrenetur, vt vtilitas omnis & pax seruet, id postulare est vtile, & honestum, & hoc probat duobus exemplis. primum est de filijs Israel [sicut Israelitæ] hi tempore Ezechię gerentes auxilium Aegyptijs quorum virtute putabant se posse resistere regi Assyriorum, & euadere eius seruitutẽ 4. Reg. 18. & Esaiæ. 38. [da nobis] psal. 59. [item hi in curribus] psal. 19. patet litera [dissimulare]. i. negligere, spernere, nolle, petere [hinc de Paulo] exemplum adducit secundum Paulum à iudice petijt auxilium contra super persecutores. Actuũ 21. & 22. ex quo patet, quod recurrere ad iudicem contra iniuriantes, vt innocentes non pereant, & communi vtilitati non seruiant est licitum, & iustum [in euangelio] Io. 10. ille non agit vt bonus pastor, qui ad tuitionem ecclesiæ non refugit [ad præsidium christianorum ecclesia licite petijt auxilium ab Imperatore, ad sui defensionem, quod probat Gratianus per sequentia cap.

Maximus. Hoc capitulum scribit Aug. ad Bonifacium. Summa est

Diuisio. in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. laudatur episcopus maximus, qui pro defensione ecclesiæ suæ quæsiuit auxilium ab Imperatore. In 2. iustificat illam diligentiã exemplo beati Pauli apostoli. 2. ibi: nec. n. Apostolus &c.

Exponit literam. Lege. ¶ [Maximus hostes]. s. hæreticos, stricte vel omnes generaliter [non tam vlciscendi causa]. i. non tam vlciscendi, sed quod nulli licet vt infra q. 4. inter [sed pro defensione ecclesiæ] hoc est bonum. & laudabile Hu. [quod si &c.] patientia illa non est laudabilis, quæ vergit in iniuriã Dei, & fidelium, imo est culpabilis negligẽtia, quia negligit offensam Dei vitare. vnde laudatur Matthatias, qui contra polluentes sacra surrexit cum filijs valenter, illorumque simplicitas culpatur, qui contra fidei inuasores non se defenderunt, primi Machabeorum 1. Nõ est ergo armis parcendum vbi est necessaria defensio fidei & patriæ. ne homo videatur Deum tentare, vt infra e. q. vlt. si nulla. [Paulus consuluit]. i. vtiliter prouidit Hu. [ad locum] sanctorũ salutis Actuum 23.

Nostri. Ad idem est hoc capitulum, quod Augustinus scribit ad Emericũ donatistam. Summa est in rubro. Breue est. Leg.

Exponit literam. ¶ [Nostri]. s. catholici, loquitur. n. Au. ad Emericum hæreticum ostendens, quod catholici licite petunt vindictam contra hæreticos ecclesiam Dei persequentes [vestrorum]. s. hæreticorum [vos]. i. tu, & quidam alij [facitis] quod tamen facere non debetis, vel facitis. i. sunt inter vos qui talia faciũt Ber. [doletis]. i. dicitis vos dolere, iste, & quidam alij licet essent hęretici, & ecclesiam Dei persequerentur, dolebant tamen cum viderent quosdam hæreticos, quandoque nimis crudeliter sæuire in catholicos [quod à potestatibus]. i. iudicibus [vltionem]. i. defensionem petunt [non quia hos]. s. hæreticos [catholici persequantur] quia hoc non faciunt, vt eos persequantur sed causa defensionis sui, & ecclesiæ.

Pro membris. Ad idem est hoc capitulum, quod est beati August. contra Petilianum. Summa est, quod pro ecclesia licite quis pugnat. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit, quod quicũque armantur contra hæreticos, debent hoc facere eo animo quo Petrus ad arma prosilijt. In secunda parte assignat differentiam inter persecutionem catholicorum contra hæreticos, & persecutionem hæreticorum contra catholicos. Et assimilat hæreticos Malco, qui sumpsit arma cõtra Christum. Et catholicos assimilat Petro ꝙ pro Christo arma sumpsit. secunda ibi, sed multum interest. Lege ¶ [Pro membris]. i. fidelibus, quia omnes fideles dicuntur membra Christi, & corpus cuius corporis caput est ipse Christus. ad Ephe. 1. ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. ad Colo. 1. ipse est caput corporis ecclesiæ & extra de sacra vnct. c. cum venissent [aduersus nos]. s. te & alios hæreticos Hu. [sęuiunt milites eo animo]. i. zelo domini tantum, non causa vlciscendi propriam iniuriam sicut Petrus fecit Hu. qui pro corporis defensione gladiũ euaginauit & percussit seruum principis. Matth. 26. & Io. 18. [sed multum interest] secunda pars. [istorum] scilicet catholicorum [vos similes estis seruo sacerdotis] id est principis sacerdotum, id est Malco, cui Petrus abscidit auriculam. Hugu. [quia sæuientes &c.] assignat rationem eius, quod dixerat de hereticis, nũc de catholicis sequitur. [Isti autem]. s. catholici qui sæuiunt aduersus vos, vel qui vobis pro ecclesia resistunt. Hug. [tales sunt]. i. talem zelũ habentes s. tantum zelo Dei non causa persequẽdi seu vlciscendi hoc facientes, sicut Petrus. ¶ Hic surgit quæstio.

1 †Vtrum Petrus peccauerit in percutiendo Malcum. Et videtur ꝙ non ex præsenti litera, in qua commendatur eius factum. ¶ Secundo est gl. super illum locum euangelii. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, exemit gladium, & percussit seruum principis sacerdotum. s. Petrus eodem ardore mentis quo cætera zelatus est sicut Phinees. s. n. eodem ardore &c. tunc ex charitate & præcipue quia sequitur in gl. sicut Phinees. de quo certum est ꝙ opus fecit charitatis & meritorium. Sed contra videtur. Tũ primo vsus est gladio, sicut dicit glo. sine autoritate principis. Tum secundo quia argutus est à Christo, & glo. super Io. habet sic, quod factũ dominus improbat. ¶ Respõdeo dicit Hug. ꝙ verosimiliter Petrus peccauit saltem venialiter. Nã Petrus cũ carnali amore hoc fecerit peccauit vnde dicit August. contra Faustum 22. ca. 80. præsertim cum tunc esset priuata persona non habens publicam potestatẽ, vt principes ad quos pertinet aduersarios Dei, & ecclesiæ coercere. ¶ Ad argumenta in oppositum potest dici ad primam de litera præsenti, quod commendatur zelus non opus vt dicit Bernar. Hispa. ¶ Ad secundam de gl. super Matt. respondet Hugu. quod referendum est ad naturalem dilectionem, sic eodẽ ardore quo cætera & c. Id est naturali quadam dilectione, qua Christum tenerrime diligebat [sicut Phinees]. i. sicut ille charitatis zelo illud fecerat, sic iste hoc naturali amore.

Quæstio. Primũ ar. Secundũ ar. Oppon. in contrariũ. Secũdo op. Respondet. Ad primam arg. Ad secundã.

Fortitudo. Ad idem est hoc c. ꝙ est beati Ambrosij lib. de officiis. Summa est in rubro. breue est. Lege. ¶ [Fortitudo]. i. robur corporale bellãtium Hu. [à Barbaris] vel ab aliis iniuste impugnãtibus. Hu. [infirmos]. i. debiles, & impotentes. [à latronibus] quo ipso iure licet occidi autoritate iudicis vt infra eod. quæstione 5. cum homo & C. quando liceat vnicuiq; sine iudice vindicare se l. 1. & 2. Hu. & in glos.


Exponit literam.

Si quis. Ad idem est hoc c. quod est beati Hieronymi super Sophoniam. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Si quis]. s. iudex quia non nisi is cui iuris ordine potestas data est, non debet vindicare, vel aliquis ex mandato eius [latronis]

Exponit literam.

tronis] in terra [aut pyratæ] in mari [eneruat]. i. debilitat [& infirmos]. i. debiles, & impotentes Hu. [prodest] occasionaliter illis. s. latronibus & pyratis psal. 118. bonum mihi quod humiliasti me. Licet ergo propulsatur iniuria.

1 *Persona priuata an possit defensare iniuriam.*



Non inferenda. Ad idem est hoc capitulum quod est beati Ambrosij li. 1. de officijs. Summa est. Repellere iniuriam à socio suo virtutis est. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda illud probat exemplo Moysi, & autoritate Salomonis. Secūda ibi: Vnde S. Moyses. Lege. ¶ [Non inferenda] quia nulli est inferenda iniuria 22. q. 2. primum. Lauren. Arch. quia hoc repugnat charitati, qua diligere tenemur proximum, vnde inferre iniuriam peccatum est ad Colo. 3. qui iniuriam facit, recipiet id, quod inique gessit, sed depellēda est à se vel à socio, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, & cū fit vel statim postquàm facta ē si potest sine peccato. alias non tenetur. vt 12. q. 2. facit Hu. & hæc est virtus fortitudinis, & iustitię, vnde Ecclesiastici 4. Libera eum, qui iniuriā patitur demanu superbi. [vnde sanctus] secunda pars. hæc historia ponitur Exo. 2. & habes de pœnite. di. 2. §. opponitur. [hinc in repellenda iniuria] à socio. Arc. [exorsus est]. i. incipit [imbecillis]. i. iuuenilis, vel teneræ ætatis, quia adhuc iuuenis erat multum. Nam cum vidisset Moyses Hebreum abscondit. &c. Exo. 2. In hoc tamen vt dicit Aug. in 22. c. contra Faustum peccauit. hoc. n. pertinebat ad personam publicam, & non ad priuatam. ¶ Surgit quæstio† vtrū priuata persona potest socium suum defensare. Respondetur quod cum, secūdum philosophum 8. Ethicorum. amicus sit alter ipse, quia censetur eadem persona, sicut quisque ex amore charitatis tenetur se tueri & saluare in vita, & se defendere cōtra inuasorē cū moderamine inculpatæ tutelæ sic socium amore charitatis tenetur defendere ab iniusto inuasore cum moderamine inculpatæ tutelæ, si potest, vt patet per capitula hic assignata. Verū ille qui habet publicam potestatem tenetur defendere etiam cū armis, si oportet dum tamen speret quod possit, persona vero priuata si solo verbo posset hominem liberare, aut etiā facto sine periculo personæ suæ tenetur. Ita tamen quod cum moderamine inculpatæ tutulæ. vt dicit S. Tho. Sed dicit Gulielmus non credo, quod in hoc casu teneatur quis se exponere periculo corporali. Moyses autem excessit moderamen, quia percutientem occiderit, quem potuit aliter cohibere, ne percuteret Aegyptius hebræum, non ipsum occidēdo sed aliter pohibendo, vnde superexcedens peccauit Moyses, qa iniuriam socij non tantum dupulit, sed intulit occidendo. [Salomon] probat idem autoritate Salomonis dicētis. Ecclesia. 4. Eripe vi, si iniuste ducitur, vt infra eo. q. 5. reos. vel supplicatione. si iuste vt 14. q. 6. si res. hi qui. Hug. & in glo.

1 *Malum qui potest prohibere, & non prohibet peccat.*



Qui potest. Ad idem est hoc capitulum quod est Anastasij papæ, & Damasi papæ. Summa est in rubro. Hæc eadē verba sunt supra posita 2. quæstione 7. negligere, & dist. 82. error, & ibi sunt exposita. † Nihilominus nota quod qui potest prohibere, malum, & non prohibet, peccat, primo quia agit contra charitatem, non præseruās proximum à malo opere cum possit. Secundo quia negligat bonum proximi, cum iniuria infertur, quam nō vincit cum possit. Tertio, quia cum possit & non facit bonum videtur consentire malo, & esse particeps mali operis, & socius delicti.


1 *Correctio malorum quibus prosit.*

2 *Malum venit multipliciter ex defectus correctionis.*



Iustum. Ad idem est hoc ca. quod est Calixti papæ. Summa est, quod iustum est delinquentes corrigi, vt cæteri metum habeant delinquendi, & animab. delinquentium consulatur. Et potest diuidi in tres partes. In prima ponit iustum eē contemnentes diuina mandata coerceri patrum disciplina. In secunda assignat causam. In tertia ostendit idem per deductionem ad inconueniens, si contrarium fieret, secunda ibi, quatenus. tertia ibi, nam si quod absit. Lege. ¶ [Iustum est contemnunt mandata] quod non licet quoniam maledicti inquit in psalm. propheta. qui declinauit à mandatis tuis. & Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quod etiam nulli liceat diuina contemnere mandata di. 10. Non licet paternis, quod fieri non debet, 11. di. c. vlt. Hug. tales à testimonio & ab accusatione remouētur. vt 2. q. 7. alieni Hugu. [seuerioribus] vt 25. q. 1. nulli & c. violatores Hugu. & extra de elect. cum in cunctis. Arch. [quatenus] secunda ps [timeant] vt 2. q. 7. quapropter Hu. [seueritatis] exercende loco & tempore congruo. Hu. † Nota quod correctio malorū prodest primo ipsis malis, qui ex pœnis ipsis compelluntur cessare à sua malitia. Secundo quia eorum exemplo qui sic pœnis affliguntur alij reuocantur à malis ex timore pęnæ. Tertio quia cessantes à malis conuertuntur ad bonum & operantur bonum. Quarto, quia qui prius erant de societate malorum sunt ex pœnæ seueritate de societate bonorum quibus in bonis actibus concordant bonitatis amplectendæ. [Nam si quod] tertia pars. [desidia]. i. negligentia correctionis est ablatiui casus [noscebitur] quia sine disciplina & correctione ad illicita declinabunt. Hug. † Quod ex defectu correctionis veniat malum multipliciter patet primo in exemplo Heli primi Regum 3. quia non correxit filios suos, declinauerunt ad multa illicita, & ipse meruit audire. Suscitabo aduersus Heli omnia, quæ loquutus sum super domum eius, eo quod nouerit indigne agere filios suos, & non corripuit eos, & multa alia exempla possunt, adduci. vnde nota quod cum Moyses proiecit in terram virgam conuersa est in colubrum. Qui. n. hic non corrigitur, in fine à serpentibus inferni punietur. Prouerb. 15. qui increpationes odit morietur. & Ecclesiastici 19. qui odit correctionem minuetur vita.

1 *Episcopi possunt exortari ecclesiæ defensores vt pugnent.*



Ab imperatoribus. Ad idem est. hoc c. ex concilio Carthaginen. Summa est in rubro, & breue est. Lege. ¶ [Ab Imperatoribus] quo nomine comprehēduntur omnes etiam reges, & principes, & seculares potestates. [præsidium] hoc. s. quod sequitur vt defensores Hu. Et quare est postulādum. s. propter afflictionem pauperum, ad hoc. n. & consimilia remouenda sunt principes constituti & eorum est officium contra talia prouideri. vt infra e. q. 5. regum & c. administratores. vnde Esa. 1. eis dicitur, facite iudicium, subuenite oppresso [cum episcoporum] ar. † quod episcopi possunt ipsos ecclesiæ defensores exortari vt pugnēt [delegentur]. i. fiant Ber. Hisp. Arch.

Ecce. §. Est, in quo magister Gratianus ex præmissis, concludit solutionem quæstionis, dicens quod nonnunquam & c. [qui hoc non facit si potest, & ad hoc inducit ca. sequens.

1 *Subditi possunt resistere suo prælato seculari vel ecclesiastico si videant eum contra Deum agentem.*



Ostendit. Capitulum hoc beati Augusti. super psal. 80. s. Deus stetit. Summa est in rubro. Breue est. Lege tex. ¶ [Ostēdit propheta] Dauid [nec illos]. s. minores Iudæos, de quibus loquit, qui potuerunt principes arcere ab interfectione Christi, & eis non consentire, quod quia non fecerunt peccauerunt, & ideo dicit, nec illos, de pœni. dist. 1. periculosæ Hu. facit ad hoc. ff. de iure pati o. adigere. in prin. [qui permiserunt] taciturnitate sui [principibus]. Iudeorum cum pro multitudine timerentur, quia multo plures erant minores, quam principes. [Et possent à facto]. i. ab occisione Christi, quē interfecerunt, & si non manibus, tamen lingua. vt de pœn. d. 1. periculose. Hu. Et est ar. † subditos posse resistere suo prælato seculari vel ecclesiastico si videant eū contra deū agentem argu. 11. q. 3. qui resistit & c. Iulianus, qui desinit, obuiare sine peccato consentit tacendo, vt 83. d. consentire & c. error. Hug.

¶ Quæstio quarta.

1 *Vindicta an sit inferenda, quod non à priuata persona nu. 4.*

2 Vindicatio

Marginalia: Diuisio. | Exponit literam. Lauren. | Hugu. | Archid. | Quæstio. Respondet. | S. Thom. Gul. | Diuisio. | Exponit literam. | ¶ Correctionis quis sit correctionis ordo. vide P. de An. in c. qualiter. el. 2. n. 4. de accusatio. | Exponit literam | Exponit literam. | Hug.

2 *Vindicatio quando dicatur mala.*
Et quando bona nu.3.
5 *Vindicta licite infertur a iudice vel eius autoritate.*



Vod autem Hic incipit quarta quæstio,qua quæritur vtrum vindicta sit inferenda.hæc quęstio secundum aliquos diuiditur in nouē partes.In prima probat magister per 15. capitula,quod mali sunt pro tempore tolerandi,tamen à socijs commonendi salua pace,& à prælatis quantum poterint sine scandalo corrigendi.In secunda ponit,quod multa puniebantur in veteri lege,quæ hodie tolerantur.In tertia loquitur de præscitis & prædestinatis.In quarta probat,ꝙ vindicta nō est inferenda:supple amore vlciscendi sed tantum amore iustitiæ.In 5.probat,ꝙ peccata semel dimissa veniunt iterū punienda.In sexta probat,ꝙ iudices merentur in correctione subditorum suorum.In septima probat,ꝙ iudices omnino malos corrigere debent.In octaua probat magister per quatuor autoritates,ꝙ vindicta debet fieri.In nona ostēdit quod debemus homines ducere ad bonum munusculis & alijs bonis.secunda ibi:cū in lege. tertia ibi:sicut.quarta ibi.ꝙ Christus.quinta ibi:si illic.6.ibi:guilisari* septima ibi,nimium.octaua ibi,si ea.nona ibi,debet.¶Pro (Diuisio.)
1 pleniori intelligentia huius partis.Quæritur†vtrum vindicta sit inferenda.Et arguitur ꝙ sic.Lex Talionis de qua dicitur Matth.5.dictum est antiquis.Oculum pro oculo &c. cōtinet iustum,& æquū,sed inferre quod iustū est & æquū est licitum.ergo &c.¶Secundo sic,dicit Augu.contra Faustum.Non peccat qui modum adhibens iustitiæ vindicare vult.¶In oppositum arguitur hic per multa capitula. (Quæstio Primū ar.) (Secundū ar.)
2 Respondeo dicendum sub diuersis conclusionibus iuxta Alexādrum de Halis,& S.Thomam.Prima†ꝙ vindicatio est illicita si intentio vindicātis principaliter feratur in malum cui vindicta inferenda est,& ibi requiescat.Ista conclusio probatur iuxta S.Tho.in 2.secundæ,quia sic declarari in malo alterius pertinet ad odiū,quod repugnat charitati,quia omnes homines debemus diligere,nec excusatur si malum ille intenderit,qui prius malum iniuste intulit,sicut nec excusatur aliquis ꝙ occidit odientem se.Et sic dicitur Leui.19.Non quæras vltionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.& prima Petri 3.Non reddentes malum pro malo,nec maledictum pro maledicto.hoc.n.esset vinci à malo,quod apostolus prohibet.ad Rom.12.†Si (Opponit & Respondet. Prima cōcl.)
3 vero intentio vindicantis feratur ad aliquod bonum,puta ad emendationem peccantis,vel ad correctionem eius,& quietem aliorum & iustitiæ conseruationem,& Dei honorem.tūc est cōclusio,ꝙ vindicatio licita potest esse alijs circunstantijs obseruatis,quæ conclusio patet primo,quia talis vindicta est actus,quo iniuria repellitur,bonū,& pax acquiritur quod est opus charitatis.Secundo quia actus iustitiæ est licitus & iustus.Sic autem inferre vindictam est actus iustitiæ,quia per hoc redditur iurianti,& iniuriato quod debetur,debetur autem iniurianti pęna,& iniuriato satisfactio.ergo talis vindicta est licita.Tertio patet,quia ꝙ sancti exigunt à Deo fieri est iustum & bonum,sed sancti exigunt vindictam fieri de iniuriantibus.Apoc.6.vindica sanguinem iustorum,qui effusus &c. ¶Tertia conclu- (Secunda cō clusio.)
4 sio.†Non licet priuatæ personæ vindictam inferre,aut velle vindicare patet conclusio,cum non habeat iudiciariam potestatem.Iniusta est autem vindicatio quæ à non habēte potestatem iudiciariam infertur.Et ita patet,quod peccet cum præter ordinem diuinæ institutionis,vindictam exerceat vsurpando quod Dei est.Item patet conclusio si libidinoso desiderio hanc vindictam appeteret,quia iniuste vellet vindicari.Desiderium autem libidinosum nō potest esse,nisi seipsum nimis amādo alium odiēdo.¶Quar- (Tertia con clusio.)
5 ta conclusio.†Vindicta licite infertur à iudice vel eius autoritate cum ex zelo iustitię & pacis,& quietis bonorum infertur.¶Quinta conclusio.vindicta quæ infertur ex odio & zelo vltionis & non iustitiæ etiam iudici non est licita, patet de istis duabus conclusionibus.dicit Augustin. super Matth.5.ca.Non prohibetur vindicta,quæ fit ad correctionem,sed etiam non conceditur,nisi ei cui potestas data est & sine ira,vt pater in filium.¶Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum,quod non est licitum,quod infertur ab eo,qui non habet autoritatem,sicut dictum est.Et hoc modo respondetur ad secundum,quod lex Talionis quantum ad iudicem qui zelo iustitiæ punit,secundū hāc legem continet iustum.Quantum vero ad priuatam personam,vel quæ libidine vindicte hoc expeteret contineret iniustū.Et per ea quę iam diximus potest respōderi ad omnia capitula huiusmodi quoniam de illo modo secundum quem est dictum,quod non est inferēda vindicta,intelliguntur omnia capitula quæ vindictæ illationem prohibent.De modo autem secundum quem diximus,quod licite potest inferri,intelliguntur alia capitula,quæ vindictæ illationem admittūt,vel etiam potest sic distingui aut crimina sunt occulta,aut manifesta.De criminibus occultis non est vindicta inferēda,quo casu intelligūtur omnia cap.quæ vindictæ prohibent illationem.Super manifestis vero criminibus vindicta est inferenda,quo casu intelligūtur omnia cap.quæ vindictæ illationem fieri præcipiunt. [Inferenda]dico dicit Hugut.nisi quando multitudo est in scelere,& nisi quando ille qui cōmittit sociam habet multitudinem,ita vt si contra eum inferatur vindicta magnū scandalum generetur in ecclesia.Tunc.n.expedit tolerare, ne cum vnus punitur multi scandalizentur,vt infra eadem q.cum bonorum malorumque &c. (Quarta cō clusio.) (Quinta cō.) (Ad primum arg.) (Ad secundū) (Hugut.)



Olerandi. Pro parte negatiua inducitur in primis hoc c.quod est beati August.de verbis domini,quasi arguendo mali sunt tolerandi.ergo nō est vindicta inferēda eis. Summa est in rub.Et potest diuidi in duas partes.In 1.ostēdit,ꝙ mali potius sunt tolerandi,quā recedere ab eis corporaliter. In 2.exponit ꝙ recedendum est ab eis spūaliter,ꝙ probat exemplo prophetarum admouentium nos recedere à malis.secunda ibi,sed spūaliter.Lege.¶ [Tolerandi] supra 7. quæst.j.suggestum,potius enim quædam mali pro pace ecclesiæ seruanda tolerandi sunt,quam ab eis corporaliter discedere,ne malum scismatis incurramus.vnde idem Augustinus lib.de ciuitate Dei c.9.dicit,ꝙ propter scandalū & ne peiora damna sequantur,prætermittenda est correctio,quia Ecclesiastici 3.dicitur.Omnia tempus habēt[sed spūaliter]secunda pars.spiritualiter.n.ab eis est exeundum .i.non participandum actibus eorum. Recedere, quidem spūaliter est mēte reprobare facta eorum,& facere quod pertinet ad correctionem eorum,pro gradu cuiuscunque & dignitate,& officio cuiuscunque .iuxta.n.qualitatem ꝑsonarum adhibenda est forma correctionis,aliter.n.prælatus debet corrigere delinquentes,quia increpando verbis & verberando,aut alias puniēdo vt infra.e.q.forte.Socius vero admonendo vel saltem corde reprobando factū eius vt infra ea.quæstione ecce. [salua pace ecclesiæ] sic,vt scandalum vitet.vbi.n.pacis turbatio timetur,supersedendum est correctioni 11.q.3.quando Arch.& Bernar.Hispa.tamē ex hoc non prohibetur quādo iustum & rectum sit, quod pro loco & tempore, & ex iustis causis vindicta exerceatur & mali puniantur,ne in suis peccatis foueantur. [Non tangere vero mala eorū]tactu cordis[est displicere] .i.corde non consentire,non condelectari, sed abominari. [Nō .n.prophetæ]probat ꝙ dicta prophetarum dicentium ꝙ recedendum sit à malis,ita sint intelligenda,sicut dictum est,non de recessu corporali sed spūali,ex eo ꝙ prophetæ ipsi ita exortātes populum vbi boni multis malis sunt admisti[dimiserunt]corporaliter[sed inter eos habitabunt] vnum templum[ad orationem]simul.n.orabant & sacrificia offerebant,hoc est ergo exire ore[nō parcere]quin increpent,aut corrigant,sicut dictum est,hoc est immundū non tangere.Esa.52. (Diuisio) (Exponit literam.) (Augus.) (Archid.) (Ber.Hispa.)



V bonus. Ad idem est hoc capitulū eiusdem August. Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit,ꝙ mali sunt à bonis tolerandi.In secunda hoc probat exemplo Christi.secunda ibi,nam & Christus.Lege tex. ¶ [Tu bonus] bonum prælatum oportet tolerare malos, primo cum timetur multorum scandalum,vt dicit Aug. secundo quādo sunt mali occulti,vt fuit Iudas.[Nā & Christus]secunda pars.[Iussit]Matth.10.hoc tamen ad exemplum non est trahendum.Non.n.debet episcopus ei spūale officium committere,quem malum nouit.extra de tempo.ord.ad auras,nisi ius habeat petendi illud officium in eo.tit. (Exponit literam.)

eo.tit.c.vltimo.Bernar.Hiſ.de quo vide e.ti.de tem.or: ex tenore in vlt.gl.quæ tenet dictum Ber.Hiſ.[dedit]Matthe. 26.& 1.q.j.Chriſtus & de conſe.d.2.cum omne.Hic repro batur opinio dicentium ꝙ Chriſtus non dedit euchariſtiã Iudæ,imo dedit licet.n. ſoli Iudæ dederit bucelam intinctam,cum alijs tamen dedit euchariſtiam.



Vid ergo. Ad idem eſt hoc capitulum eiuſdem Auguſt. ſuper. Ioa. Summa eſt in rubro.Et poteſt diuidi in duas partes. In prima dicit malos tolerandos eſſe exemplo domini qui tolerauit Iudam. In ſecunda proſequitur quantum fuerit malus Iudas,qui non modo fur,ſed ſacrilegus.ſecunda ibi,ecce inter ſanctos eſt.Lege tex.¶ [Quid ergo].i.ad quid [perditum].i.dignum æterna perditione,ſeu deſtinatum æternę perditioni[toleremus malos]mali.n.tolerãdi ſunt,nõ abijciendi. vt 24. q.3.notandum. [ne corpus Chriſti].i.eccleſiã,quæ eſt corpus eius,& illius corpus Chriſtus eſt caput. ad Col 1.& ad Ephe.1.[diuidamus]per ſciſmata,quod fieret ſi omnes mali abijcerentur.Hug.maxime tamen ſi ex cõſortio malorum non polluatur ſanctitas bonorum, nec propter eos ſacramenta ab eis miniſtrata contaminentur, vt diſtinctio 19.ſecundum & 1. quæſtione.1. quod quidã. [Ecce inter]ſecunda pars.[loculorum Dominicorũ]Chriſtus.n. loculos habebat vt 12.q.1.habebat,quos Iudas portabat,ſed qui mittebantur exportabat,& furabatur[ſic crimina].i diuerſitas criminum,& pœnarum [diſcernuntur in fure].i.in illa diuerſitas & differentia criminum & pœnarum quæ aſſignari poteſt in furibus attẽditur[fur]quaſi diceret.Si ille dicitur fur, qui furatur rem priuatã ſed iſte magis qui rem publicam furatur,& hoc eſt quod dicit[ſed peculatus]peculatus.n.dr̃ quia committitur in re ſacra,vel religioſa,vel publica,ſed etiam ſi donatum domini aufert, & intercipit,peculatus pœna tenetur,& ſi hic magis punitur,quam qui rem priuatam furatur,quanto magis ſacrilegus maiori pœna puniendus venit[non vndecunque tollere,eſt ſacrilegiũ cõmittere]ſed de eccleſia 17.q.4.quiſquis & 12.q.2.gloria Hu.[comparatur]quia fur & ſacrilegus vt ille in pœna etiam infernali Iudæ comparatur,non autem in pœna ſuſpenſionis Hug.

Diuiſio.

Exponit literam.



Ecce inquiunt. Ad idem ſequitur hoc ca.eiuſdem Auguſt.Summa eſt,ꝙ mali ſunt tolerandi, & quod corporaliter non ſit recedendum ab eis,ſed ſpũaliter.Et poteſt diuidi in tres partes.In prima ponit dictum hæreticorum,& argumenta eorum . In ſecunda ponit ſententiam catholicorum cum reſponſione argumentorum hæreticorum. In tertia concludit pro ſententia catholicorum. ſecunda ibi : nos iſtam . tertia ibi:ergo fratres.Lege te. ¶ [Ecce inquiunt].ſ.hæretici,& maxime Donatiſtæ[verba].ſ. Eſa. 52.& hoc etiã habetur ſupra di.45.recedit[recedite & exite & immundum].i.peccatorum[ne tetigeritis.]Ex iſtis ꝓphetæ dictis arguunt hæretici,quod mali non ſint tolerandi,ſed Augu.reſpondet.[Nos iſtam]ſecunda pars.[receſſionẽ]ſpũaliter intelligimus[illi].ſ.hæretici,corporaliter,cũ Auguſt.dicimus,quod intelligenda ſunt prophetarum dicta ſpiritualiter,vt recedere à nobis dicamus eſſe factum, eorum ſaltem in animo improbare,exire ſit corripere , & redarguere non tangere,ſic non conſentire æqualia cum propheta Eſa.52.cui dictum eſt.Clama ne ceſſes, annũtia populo meo ſcelera eorum &c.i. æqualiter nos & prophetæ[ſumus vaſa].i.præcones Dei,miniſtri Dei,in quib. gratia Dei,& ſcientia ſcripturarum continetur.vnde Paulus dictus eſt vas electionis.Actuum 9.quia gratia Dei, & ſcientia ſcripturarum alijs plenior fuit vt 32.q.5.ſi Paulus. Hugu.[in diſpenſatione noſtra].i.prædicatione.ſ.vt nos diſpenſemus verbum Dei id eſt, vt diſtribuamus,& ſeminemus verbum Dei.diſtinct.43.diſpenſatio , quia enim epiſcopi ſuccedunt apoſtolis in officio prędicationis,dicuntur æqualia vaſa eis , qui debẽt vitia increpare[recedite & cætera]pro cuiuſcunque gradu ſupra e.q.c.1.[pace eccleſiæ]ſine ſcãdalo[ergo fratres]tertia pars.[improbate]ſaltẽ in animo.Hu.[conſentire] voluntate, & delectatione Hu.

Diuiſio.

Exponit literam.



Viſquis. Ad idem eſt hoc capitulum eiuſdem Auguſt. contra Permenianum. Summa eſt in rubro. Et poteſt diuidi in duas partes . In prima oſtendit , quod non imputatur alicui ſocietas malorum , ſi circa eorum correctionem laborat, & cum eos excludere corporaliter non poteſt patienter tolerat.In ſecunda ponit quæſtionem , quam faciebat Permenianus,ad quam in c.ſequenti reſpõdet.ſecunda ibi.quomodo &c.Lege.¶ [Quiſquis]non imputatur alicui ſocietas malorum primo ſi circa correctionẽ corũ laborat. ſecũdo ſi cũ eos excludere non poteſt corporaliter,patiẽter eos tolerat [excludit]a ſocietate ſui corporaliter,ſi poteſt excludere,vel ſaluo pacis vinculo excludere non poteſt propter ſcandalum , vel quia crimen eſt occultum,vel propter aliam iuſtam cauſam.Hug.[pacificus].i.pacem vnitatis ſeruans quantum in ipſo eſt Hugu. [ve his]hoc expoſitum eſt 11.q.3.ve qui[omnino liber ẽ] quod ſcriptura dicit Eſa.5.ve qui dicitis malum bonũ &c. quia malum non approbat,bonum non improbat.

Diuiſio.

Exponit literam.



Ta. Ad idem eſt hoc c.quod eſt eiuſdem Aug.ad Permenianum.Et eſt reſpõſio ad q̃ſtionem motam in fine præcedentis c.cũ dicebatur quõ &c. Sũma eſt in rubro.Et poteſt diuidi in duas partes.In 1. ponit qualiter duobus modis quis non inquinatur ex ſocietate malorum.primus omnibus competit generaliter.In ſecunda addit ſecundum qui ſpecialiter competit vltra prælato facere.ſecunda ibi,vel ſi etiam perſonam.Lege.¶ [Ita ſociatur malis].i.ex ſocietate malorũ, corrumpitur,& polluitur,[qui fauet]conſilium vel auxilium vel patrocinium præſtando. vt diſ.83. conſentire. Si autem neutrum facit nullo modo ſociatur malis. i. eorum ſocietas non corrumpitur non polluitur vt 11.q.3.ꝙ prædeceſſor & 32.q.1.non eſt culpandum Hu.[ſi etiam perſonam]ſecunda pars puta eſt epiſcopus, vel abbas, vel alius prælatus qui talia facere poſſit Hug.[arguat coram omnibus].i.publice [peccantes coram omnibus] quod ſumptũ eſt ex apoſtolo prima ad Tim.5.& habetur 2.quæſtio. 1.ſi peccauit.Hu.vt cæteri d.45.ſi illud Hu.[remoueatur]ad tẽpus,vel perpetuo,ſi expediat Hug.[cum dilectione] quia aliter non recte ageret vt infra e.q.ea vindicta[ſeueritatis] .i.iuſtitiæ[vbi autem cætera].ſ.tertium,& quartum.ſ.ꝙ corripiat,aut ſi eius poteſtatis ſit excommunicet,vel deponat [illa duo prima].ſ.primum,& ſecundum.i.non faciat malum,nec conſentiat facienti.Nam de iſtis quatuor facta eſt mentio in hoc c Et ita patet tota litera.


Diuiſio.

Exponit literam.



I quis. Ad idem eſt hoc capitulum quod eſt eiuſdem Auguſtini in epiſtola Concilij facta ad Donatiſtas . Summa eſt in rubro.Et diuidi poteſt in duas partes.In prima oſtendit,ꝙ ſi quis ſeparatus eſt ab vnitate eccleſiæ licet laudabiliter viuat tamẽ nõ prodeſt ei quo ad vitam æternam.In ſecunda oſtendit,quod ſi quis in vnitate eccleſiæ exiſtens bene viuit licet ſit inter malos & cũ eis conuerſetur non nocet ei niſi conſentiat malis eorum. ſecũda ibi,quiſquis.Lege tex. ¶ [Si quis ab eccleſia catholica]extra quam vt dicit Augu.non eſt vita,nec ſalus[ſeparatus &c.]quod fit tripliciter.ſ.hæreſi,ſciſmate,& excommunicatione.[quãtumlibet laudabiliter viuat hoc ſolo ſcelere &c.]quia recedendo ab vnitate eccleſiæ deſinit eſſe membrum corporis Chriſti quod eſt eccleſia.Vnde in perſona talium dicit apoſtolus prima ad Cor.13.Si linguis hominum loquar,& angelorum &c.charitatem autem non habeam(quæ eſt vinculum vnitatis)nihil ſum vt de Pœ.d. 5.§.euidenter & di.4.§.poteſt ſine charitate & fide omnia ſunt inutilia[quiſquis]ſecunda pars[bene]id eſt cum fide & charitate ei præiudicat &c. quantum ad Deum aliena peccata abſque eius conſenſu Hug.[proprium onus]reddendæ rationis in die iudicij.Hug.hoc onus non communicatur,ſed vnuſquiſque portabit ſuum,ſicut ait apoſtolus ad Rom.14.& Gala.6.& infra ea.q.forte Archidia.ſed con ſenſione factorum vt 11.q.3.anteceſſor[cauſam]id eſt peccatum ſuum vel pœnam ſui peccati . Hugut. [nec præiudicat aliter &c.]vt 32.quæſtione quinta ita ne propoſito, & 7.quæſtione prima.§.cum autoritate & diſtinct.56.nunquam Hugu.

Exponit literam.



Malis. Ad idem eſt hoc capitulum eiuſdẽ Augu.in ſermone de verbis euangelij.Summa eſt in rubro.Et poteſt diuidi in duas partes.In prima oſtendit,ꝙ à malorum conſortio ſemper debemus corde eſſe remoti,& ſi non corpore.In ſecunda oſtẽdit,ꝙ corporale

Diuiſio.

porale consortium malorum aliquem polluit, si non consentit. Secunda ibi, duobus. Lege. ¶ [A malis] .i. à malorum consortio [caute] vt non traham ad cōsensum eorum, vel caute, s. propter bonum pacis, peccaret. n. & scismaticus fieret, qui indiscrete vitaret malorum consortium vt 2. q. 1. multi, & 7. q. 1. §. cum autem. Hug. [duobus modis] secunda pars patet litera [insultāter] .i. superbe, siue imperiose.

Exponit literam



Ecedite. Ad idem est hoc ca. eiusdem Augu. in eodem. Summa est, in rubro. Et potest diuidi in tres partes. In prima ponit autoritatem Esaiæ. In secunda exponit eam, quid est recedere de cognatione malorum, quid est inde exire, quid est non tangere pollutum. In tertia parte probat expositionē suam exemplo siue ex factis sanctorum hominum. s. prophetarū. secunda ibi. Sed contactu cordis. tertia ibi. Clamauit Moyses. Lege tex. [Recedite] Esa. 52. & dist. 45. recedite [sed cōtactū] 2. ps. [cordis clamauit Moyses] 3. pars. [eadē sacramenta celebrabat] sed eorum. s. cum quibus conuersabatur non ei nocebat. vt 1. q. 1. dominus. alia patent, quia sæpe in superioribus repetita sunt. Omnia autem ista capitula intelliguntur de illis, quorum crimina sunt occulta, vel de eis, qui non possunt puniri, vel expelli sine magno scandalo, vel nullo modo possunt expelli propter sociam multitudinem siue ob aliud, secundum Hug.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Christus quare passus est Iudam.*



Vam magnum. Ad idem est hoc cap. eiusdem Aug. in epistola ad Vincentium. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima contra errorem hæreticorum dicentium, bonos deserendos esse propter malos, ostendit Aug. ꝙ hoc esset magnum peccatum propter malos bonorum consortio se parari, sed potius malos esse tolerandos propter bonos. In secunda hoc probat exēplo prophetarum Christi & apostolorum. secunda ibi: sicut tolerauerunt. Lege. ¶ [Quam magnum] .i. valde magnum [separari] propter malos & iniustos eis coniunctos. Hugu. [Nam etiam facta nocē ium] .i. malorum & c. sensus, quia peccata malorum siue occulta bonis, siue cognita ab eis nullum maculare possunt, nisi cōsentientem, ideo propter malos non sunt relinquendi, maxime cum propter Innocentes, siue bonos peccata etiā cognita malorum sustinentur. Non ergo concludit propositum [sicut tolerauerunt] secunda pars. [sicut ipse dominus
1 nocentem Iudam] Matt. 26. & Io. decimotertio. †Hoc fecit dominus. Primō ne occultum peccatorē manifestaret. Secundo vt pius & misericors charitatem suam erga omnes ostēderet qua cum ad se traheret. Tertio vt nos instrueret, quod peccatori occulto corpus Christi petenti publice nō negemus. tota ista pars patet ex dictis in c. ecce inquiunt supra ea. quæstione. [per inuidiam] quam habebant in veros apostolos, [quæ ipsius Diaboli vitium] quia ab eo prius orta est inuidia. Hugutio. Sapientiæ secundo. Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.

Diuisio.

Exponit literam.



Orte. Ad idem est hoc capitulum eiusdē August. lib. de vnico baptismo. Summa est in rubro. Diuiditur autem in duas partes. In prima ostendit August. ꝙ mali sunt tolerandi in ecclesia, & cum aliquis malus est ꝑpe te, quē nec repellere nec fructuosē corrigere vales, non tibi nocet, si in officio & in sacramentis cum eo cōmunices quod ostendit autoritate apostoli. In secunda ostendit quod si iudex sis legitime constitutus & accusatur coram te, & conuincitur vel confitetur, tunc potes eum coercere, vel de ecclesia pellere, vel alias punire. Secunda ibi: sane si iudex. Lege. ¶ [Forte. fidelis] à fidei sacramēto imbutus, nō à fidei virtute. vnde quasi corrigit [fidelis vocatur] quasi diceret non à fidei virtute. quam non habet, sed creditur habere Hug. [Non potes de ecclesia] propter scandalum, vel quia eius peccatum non est manifestū & publicum: talis enim non debet de ecclesia expelli, quia iam de occultis publice puniretur, quod non debet fieri Matthei. 18. si peccauerit frater tuus & c. Vel quia non habens officium faciendi. Hug. [habens] cum effectu [aditum] .i. locum, vel profectum, siue efficaciam: quasi te corripiente & admonente non vult errorē corrigere. Hu. [onus reddendæ rationis] in die iudicij Hug. Item respondet tacitæ quæstioni [ferre] .i. sustinere [quem noui] solus Hug. respondet. Nonne melius est vt ipsum feras quam te [feras] .s. extra ecclesiam [offeres] prodendo ipsum ex quo solus nosti vel offeres per peccatum mortale si non feras. Et ideo melius est ferre, ne vitando malos deterius pecces vt 2. q. 1. multi Hug. Ecce probat quod dixerat testimonio apostoli ad Ro. 14. [Qūo feres] .s. per patientiam onus reddendæ rationis in die iudicij [apostolus dicit] 1. ad Corin. 11. [indigne] .i. cum peccato mortali [iudicium] .i. damnationem .i. cum eo ꝙ est sibi ad damnationem. s. cum peccato mortali Hug. [sane] secunda pars. [si iudex] ad iudicem spectat ferre pœnam publicam non ad personam priuatā [coerce] admonendo, suspendendo, alijs verbis vtitur apostolus dicens argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, argue de peccato, obsecra pro iustitia seruanda. increpa timorem diuini iudicij comminando, sed hoc locū habet in peccatis occultis in iudicio diuino 2. q. 1. si peccauerit. in fine secundum Ray. Goff. & Host. vel sic coerce factis. s. aliqua pœna suspēsionis, vel interdictionis officij vel beneficij vel cōmunionis sacramentorum, vel introitus ecclesiæ, & huiusmodi, vt supra ea quæstione, ita & 5. quæstione 2. præsenti. [excommunica] degrada, hic ordo correctionis obtinet, cum inuenitur aliquis contumax, vt hic Hugu.

Diuisio.

Exponit literam.

Raymu. Goff Host.

Est & alia distinctio. §. Est, in quo magister quia supra ostendit, ꝙ tolerandi sunt mali cum eorum crimina sunt occulta, vel non possunt puniri sine scandalo magno, & scismate, tunc ostendit quod etiam alij mali ob aliud. s. quia sunt vtiles in ecclesia, sicut sunt mercenarij. Et ad hoc inducit sequens capitulum.



Res personas. Hoc c. est etiā eiusdem Augu. super illo verbo Io. 10. Ego sum pastor bonus. Summa est in rubro. Et potest diuidi in tres partes. In 1. commemorat tria genera personarum de quibus Christus loquitur in euangelio Ioan. 10. In secunda assignat differētiam inter illas tres personas. s. inter pastorem, furem & mercenarium. In tertia concludit, qui sunt tolerandi, & qui cauendi. Secunda ibi: Pastorem dixit. Tertia ibi: si. n. & c. Leg. textum. ¶ [Tres dixit] .i. commemorauit in euangelio Ioann. & tangit tria genera prælatorum. s. [pastoris] boni [mercenarij] . s. mali tolerati & [furis] mali præscisi Bern. Hispanus [pastorem] secunda pars. ponere animam suam & c. hoc est testimonium boni pastoris. Io. 10. Bonus pastor ponit animā suam pro ouibus suis [& intrare per ianuam] .i. per canonicam electionem [furem dixit] per aliam partem. s. per simoniacam prauitatē, vel scismaticam, siue hæreticam inuasionem [mercenarium] . s. qui seruit pro temporalibus, vt 8. quæstione 1. sunt quidam. s. qui quærunt quæ sua sunt, nō quæ Iesu Christi, vel causa vanæ gloriæ [lupum] id est persecutorem, vel crudeliter agentem [& fugit, ille intrat per ostium quia pastor est] scilicet re & nomine [ostium est] Christus bonus, ergo pastor intrat per ostiū .i. propter Christū, non cā lucri, vel vanæ gloriæ, vel alicuius cōmodi temporalis. Mercenarius autem & fur non intrant ꝑ ostiū quia ad prælationis siue prædicationis officium non ascēdunt propter Christum, sed per aliam partem. s. causa lucri, vel alicuius cōmodi temporalis. Item no. ꝙ non dicitur hic Mercenarius, quia mercede dignus, sed quia intuitu temporalis commodi præsumpsit officium vel beneficium ecclesiasticum, siue prælationis [si. n.] tertia pars. [diligendus est pastor] quia bonus prælatus, quia Christi minister, quia Christi imitator [tolerandus] . s. in communione & obedientia .i. permittendus non prohibendus, quia ad aliquid vtilis est, de quo August. super Io. Non bonam personam gerit mercenarius, & tamen in aliquo vtilis est, alias merces sibi non daretur, tamen sic prodest ouibus, qa per mercenariū Christus prędicatur, & per eū vox Christi auditur, & oues Christū sequuntur. Et ideo tolerandus est. [cauēdus] .i. vitandus est [latro] quicūq;. n. in ecclesia per simoniacam prauitatē aut scismaticā siue hæreticam inuasionem ad aliquod officium ecclesiasticum accedit & generaliter omnis hæreticus dicitur fur & latro, fur pastoris officium sibi vsurpando, latro subditos occidendo Hu. talis vitandus est, nec ab eo ordines sunt recipiendi 1. q. 1. si quis à simoniacis in glo.

Diuisio.

Exponit literam.

Augus.

Ecce

Ecce quod mali. §. est, in quo magister ex præcedentibus concludit duo. Primo. s. quod mali. s. occulti tolerandi sunt corporaliter, sed bene spūaliter recedendum est ab eis. s. animo & consensu. Secundo quod sunt puniendi & si non pœna corporali saltem spūali sunt puniendi, quod probat duabus autoritatibus Christi. prima autoritas est, vnde cum discipuli. Lu. 9. [magistro]. i. domino. [Item] secunda autoritas [omnis qui accipit gladium] sua autoritate ad percutiendū iniuste, vel hominem interfecerit, non habens potestatem [gladio peribit]. i. damnabitur pro gladio præsumptiue sic accepto Hug. Matth. 26.


Qui secundum carnem. Ad idē est hoc capitulum quod est Hiero. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit quod dictum est in summa. In secunda assignat rationē. Secunda ibi: & si aliquando. Lege. ¶ [Qui secundum carnem.] Tangit hic Hieronymus historiam. Gen. 16. de Hismael, per quem intelligit malos. quam historiam tangit apostolus ad Ga. 4. [qui secundum carnem] vt Hismael, qui natus est sequēdo cursum naturæ. i. causas inferiores natus est ex sene & iuuēcula [persequebatur] ad Gal. 4. [spūalem]. s. Isaac qui natus est non secundum carnem, sed spūaliter, i. per operationem & donū Spiritus sancti, quia miraculose ex duobus senibus natus est: Hismael persequebatur Isaac, & Isaac patienter sufferebat, ita mali persequūtur bonos, & non e conuerso vt infra eo. q. prox. c. non vos. Hu. [Et si aliquādo]. secunda pars. [Aegyptiæ]. s. Agar [tamen filius fuit Hismael]. s. malus [recordabitur]. s. Isaac. i. bonus homo. s. ꝙ vnus est pater omnium tam bonorum, qui intelliguntur per boues, quam malorum, qui intelligūtur per culices, & per hoc bonus inducetur ad patientiam [& ꝙ in magna domo]. i. in ecclesia hoc dicit apostolus 1. ad Ti. 2. [non solum esse vasa aurea & argentea]. i. bonos [sed & lignea & fictilia]. i. malos, boni sunt vasa in honorem, mali vero vasa in contumeliam.


Quantus. Ad idem est hoc c. eiusdem Augus. li. de baptismo. Summa est in rubro. Breue est, & non diuiditur. Lege. ¶ [Quantus]. Certe magnæ superbiæ est elatio, vt quis se putet posse quod Deus statuit non fiendum, nec vult fieri, talis nimium arrogans est cum nemo sit, qui Dei possit resistere voluntati. Ille autem qui putat se auferre omnes malos in hac vita domino resistit, qui nō vult separari zizania à tritico, nec omnia auferre scandala, donec mittat messores in fine seculi. Matth. 13. quando mittet angelos, qui separabunt bonos à malis, cum venerit filius hominis. Mat. 25. & ideo talis superbus est, & ex patre diaboli & credit se posse quæ apostoli quibus dominus hoc non concessit sed prohibuit dicens. [Sinite vtraque crescere à frumento]. i. à bonis discernere ante diem iudicii Hug.

1 *Boni quare debeant tolerare malos.*


Haec autem vita. Ad idē est hoc capitulum ꝙ est Gregorij in registro. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, ꝙ præsens vita simul colligit bonos & malos. In secunda hortatur, ꝙ boni tolerēt malos. secunda ibi, si igitur boni estis. Lege. ¶ [Hæc autem cælum.] Nota ꝙ iuxta tres status hominum tria ponuntur loca. Primus. n. status hominum est viuentium in hoc mundo, & horum locus est terra. Gen. 1. Cum creasset Deus masculum & fœminam benedixit illis, & ait. Crescite & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam vobis glo. vsibus vestris. ¶ Secūdus status hominum est beatorum quorum locus est cœlum empyreum. ¶ Tertius status hominum est morientium igne puniendorum & horum locus est sub terra, quod propheta in psal. 138. designauit dicens. Si descendero. s. à terra in infernum, tu illic es puniēs. vnde infernus dr̄ inferius in terra iacens sm̄ Gregorium 4. dialogorum c. 44. huius loci tres partes ponuntur, infima, s. vbi damnati igne æterno puniuntur. pars media est limbus puerorum decedentium in originali peccato. tertius est purgatorium, vbi ad tempus detinentur purgandi qui post purgationem sunt in cœlum transferrendi. Dicit ergo Gregorius, quod vita nostra est infra cœlum quia sub cælo, in terra, & vita beatorum in cœlo, sed vita damnatorum in inferno sub terra, ibi quod locus vitæ nostræ est medius inter cœlum & infernum. Vnde sicut est in medio situ, ita habet habitatores bonos pertinentes ad cœlum, & habet malos ad infernum pertinentes. ergo ecclesia bonos & malos recipit commistos, nec eos separat, donec Christus veniēs ad iudiciū eos separet bonos à dextris, & malos à sinistris [in egressione]. i. in die iudicij, vtrū autem mali peccatores dicuntur cōtineri in ecclesia simul cum bonis disputauimus de cōsecra. d. 4. in c. est vnitas, vbi
1 vide. [Si ergo boni &c.] secunda pars. †Boni tolerare debēt malos. primo vt boni per malos exerceantur, & ita per patientiam purgati igne tribulationis mereantur. Nam vasa figuli probat fornax. homines vero iustos tentatio tribulationis. Et Gregorius, quod fornax auro quod flagellū grano, hoc tribulatio iusto. Et ista ratio assignatur in litera cum dicitur ꝙ Abel qui fuit mitis, & mansuetus, esse renuit quem malitia Cain non exercet & patientiam habet, in aduersitate. ¶ Secundo vt eorum comparatione inuitentur ad melius. ¶ Tertio vt sit locus pœnitentiæ, & emendatione. Nullus. n. nouit in hac vita qualis sit futurus qui nūc errat, quia qui hodie errat, cras forte defendet veritatem. vtrum mali sint tolerandi disputauimus supra 12. q. 1. in c. exemplum ibi videas.

1 *Lex vetus quare dicatur lex timoris.*
2 *Deus quare dicatur zelotes.*

Ex his. §. Est in quo iuxta diuisionem in principio huius quæstionis positam, incipit secunda ps huius quæstionis in qua in fine probare intendit, ꝙ multi puniebantur in veteri lege, qui modo tolerantur, nisi à iudicibus qui eos punire possunt, & hæc probat per quatuor capitula secundum Io. de Deo. & Arch. Et potest diuidi in duas partes. In 1. concludit Gratianus ex supradictis partem negatiuam questionis. s. ꝙ vindicta malorum est Deo reseruanda nec à nobis sunt corporaliter puniēdi. sed benigne ad correctionem inuitādi, ad quod probandum inducit autoritates tam euangelij, quam apostoli. In 2. assignat differentiā inter vetus & nouū testamentū. Nā in veteri testamēto fuit error & timor. In nouo vero mansuetudo, & misericordia. quod multis autoritatibus probat. Et ad hoc inducit sequens capit. 2. ibi, in lege populus ille. Lege tex. ¶ [Ex his omnibus ꝙ malorū]. i. occultorū peccatorum [quia de his vindicta]. i. pœna non est inferenda 6. quæs. 1. capitulo si omnia siue de his qui boni & vtiles sperantur & pro pace reipublicæ, ac communi vtilitate, & quantum ad creatum animæ quem cruciatum dare pertinet ad Dei vindictam, tamen multi non solum spiritualiter, sed etiā corporaliter per eos qui legitimam potestatem habent puniri licite possunt. & debēt. [Vnde Christus] probat euangelio Matt. 6. [quem modum]. i. terminum, vel formam [oculū] reddat, vel persoluat, tamen quandoque huiusmodi talio iniuriarum mutabatur de necessitate, vt mulier lædens virum in virilibus puniebatur manu, quia virilia non habebat, & si vir læderet prægnātem, & illa faceret abortum inanimatum puniebatur pecunia si esset animatū reddet animam pro aīa. [Ego autem] ad cumulū perfectionis [hanc vicissitudinem]. s. legē talionis, s. reddēdi oculū pro oculo, dentē pro dente Hu. [non resistere] intuitu vindictæ [malo]. i. malo homini, vel malo. i. iniuriæ Hug. [inimicos vestros] quantum ad naturam, non quantum ad vita Hugu. [benefacite] ministrando cibum mentis, vel corporis. [filij] gratia vel imitatione [solem] hunc visibilem Hu. [oriri] ad literam [pluit] imbrem naturalem Hu. [hinc Paulus] inducit ad probandum, quod mali non sunt puniendi corporaliter, sed charitatiue sunt admonendi Pauli autoritate in epistola ad Rom. 12 [si inimicus &c. ciba illum] quasi diceret, in necessarijs subueni illi Hug. [omnis autem argumentatur Gratianus ex verbis prædictis domini & apostoli [inimicus Dei est] Iacobi 4. cum ergo iubemur. s. quā tum in nobis est punire prohibemur. Verum est priuatæ personæ, sed non publice habenti potestatem puniēdi, vnde non prohibetur iusta punitio malorum seu vindicta, sed immoderata, & iniusta, vt sæpe supra dictum est. [In lege] veteri. Deute. 24. [pœna talionis] statuta [euangelij] euangelica mansuetudo pœnitenti offensam remittit.

Matthei.

6 autoritatibus Augu.¶Secunda conclusio.†pręscīa merito rum non solum non pōt esse causa prædestinationis ex par te actus volendi,sed nec ēt ex parte totius effectus prędesti nationis considerati in communi, patet cōclusio,quia im possibile est,quod totus effectus prędestinationis in com- muni habeat causam aliquam ex parte nostra,quia quicqd est in homine ordinans ipsum in salutem, totum compre hēditur sub effectu prędestinationis,ēt ipsa preparatio ad grām.Nec.n.hoc est nisi per auxilium diuinū ꝑm illud Tre no.vlt.Conuerte nos dn̄e ad te.habet tn̄ hoc modo præde- stinatio ex parte effectus pro rōne diuinam bonitatem,ad quam totus effectus prędestinationis ordinatur,vt in finē ex qua procedit sicut ex primo principio mouente.¶ Ter tia concl.vnus effectus prędestinationis inconsideratus po test habere aliquid quod sit causa & rō sui, videlicet aliū effectum prędestinationis posteriorem,quidem.s.gloriā respectu prioris.s.gratię ꝑm rōnem causę finalis priorem verō.s.gratiā posterioris.s.glorię secundum rōnem causę meritorię,quę reducitur ad dispositionem materiæ, sicut si dicamus ꝙ deus pręordinauit se daturum alicui grām, vt meretur gloriam.¶ His habitis dicendum est ad ratio- nes. Ad primam dicendum est quod licet Augu. videatur fuisse illius opinionis,in libro tamen retractationum retra ctauit.vbi aperte ostendit,ꝙ si Iacob pp futura merita ele ctus esset iam non ex grā esset electio.Nō igitur electus est à deo, quia talis futurus, sed ex electione talis factus est, & ita tex.præsens nō habet autoritatem,ꝙ ēt patet,p alias autoritates suprapositas Augu.qui dicere vr̄ contrariū, vel potest dici ꝙ Augu.non vult dicere,ꝙ pręscīa demeritorū sit causa non prædestinationis, sed quod pręscitus non ha bet grām non prouenit absolute ex parte Dei,sed ex parte hoīs.Pro quo nota ꝙ vt dr̄ S.Tho.in principio scripti,Istū carere gratia ex duobus contingit.Tum quia ipse nō vult recipere.Tum quia sibi Deus non infundit,vel non vult si- bi infundere.Horum autem duorum talis est ordo. vt ꝑm non sit,sibi ex suppositione primi.Cum.n.Deus nihil ve- lit,nisi bonum,non vult istum carere grā,nisi ꝑm quod bo num est,sed quod iste careat grā, non est bonum simplici ter.vn̄ hoc absolute consideratum non est volitum à Deo. est tn̄ bonum vt careat grā si eam habere non vult.vel si ne gligenter se ad eā habendam præparet,quia iustum est, & hoc modo est à Deo volitum.Patet ergo ꝙ hm̄oi defectus absolute causa prima est ex parte hoīs.qa gratia caret, sed ex parte Dei non est causa hm̄oi defectus,nisi ex suppositi- tione illius quod est causa ex parte hoīs.Et per hunc mo- dū inuenitur deus dici,ꝙ sit causa excecationis,vel obdu- rationis non immittendo malitiam, sed non impatiendo gratiam.hęc S.Tho.¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho.in scripto 1.super sen.ꝙ in illis verbis Ambrosij non designat,ꝙ opus nostrum sit cā voluntatis diuinę nec ēt ꝙ sit causa dationis ipsius gratiæ,sed solum dispositio quędā vt hoc intelligatur non de opere sequente grām ꝙ virtutē merendi habet à gratia,& nec causa eius est nec dispositio ad ipsam,sed de opere præcedente ꝙ est dispositio ad gra- tiam.Illi.n.deus proponit grām infundere,quem scit se ad gratiam prepraturū.non tn̄ propter preparationem,q̄ nō ē sufficiens causa grę, nec finis voluntatis eius sed pp boni tatem suā vult,ꝙ iste habeat grām,quia pparauit se ꝑm mo dum loquendi quo dr̄,ꝙ Deus dat gratiam quia pparauit se,vt coniunctio denotet dispōnē & nō causam, sed respe ctu actus volendi nō pōt assignare,nec dispositionem, nec causam.

Augu.

Augu.

Scd̄a cōcl.

Tertia cōcl.

Ad primū arg.

S.Tho.

Ad tertiū

causam. Non.n.ideo voluit, quia iste præparauit se, sed solum qa bonus est. ¶ Ad tertiã rñdetur iuxta S.Th.in 1. parte. Et quia rõ est prægnans, dicenda sunt duo, primo vnde sumitur rõ prædestinationis aliorũ, & reprobationis aliorum. ¶ Secundo quod non possit assignari ratio quare magis isti quam illi sint prædestinati vel reprobati, nisi diuina voluntas. ¶ In tertio loco respondebitur ad formam rationis factæ. ¶ Circa primum dicimus cum S.Th. ꝙ ex ipsa diuina bonitate sumi potest ratio prædestinationis aliquorum, & reprobationis aliorum. sicut.n. Deus dr̃ oĩa fecisse propter bonitatem suam, vt.s. in rebus diuina bonitas repræsentetur, nec necesse est tamen, quod diuina bonitas quæ in se vna est, & simplex, multiformiter repræsentetur in rebus, propter hoc quod res creata ad simplicitatem diuinam attingere non põt. Et inde est, quod ad completionem vniuersi requiruntur diuersi gradus rerum, quarũ quædam altum, quædam infimum locum teneant in vniuerso & vt multiformitas graduum conseruetur in rebus. Deus permittit aliqua mala fieri ne multa bona impediatur. Sic igitur consideremus totum genus humanum, sicut totam rerum vniuersitatem. voluit ergo Deus hoĩbus quantũ ad aliquos quos prædestinauit, suam bonitatem repræsentare per modum mĩæ parcendo, & quãtum ad aliquos quos reprobat, ꝑ modũ iustitiæ puniẽdo. Et hęc est rõ quare deus quosdam elegit, & quosdam reprobat. Et hanc causam assignat apostolus Ad Roma.9. dicens. volens Deus ostendere iram.i. vindictam iustitiæ, & notam facere potentiam suam sustinuit.i. permisit in multa patientia vasa iræ apta ad interitum, vt ostenderet diuitias glorię suæ, in vasa mĩę quæ præparauit, in gloriã & 2.ad Ti.2. dicit. In magna aũt domo non solũ sunt vasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia, & quædam quidẽ in honorẽ, & quædam in contumeliam. Et hæc de primo puncto. ¶ Circa 2m dicimus iuxta S.Th. ꝙ si queritur quare hos elegit in gloriam, & illos reprobat, non habet rõnem. nisi diuinam volũtatem. vnde Aug. dr̃ super Io. quare hunc trahat, & illã non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. Sicut et in rebus naturalib. põt rõ assignari, cum prima materia tota ĩ se sit vniformis quare vna pars est sub forma ignis, & alia sub forma terræ à Deo in principio condita. vt.s. sit diuersitas specierum in reb. naturalib. Sed quare hæc pars materiæ est sub alia pẽdet ex simplici voluntate diuina sicut ex simplici voluntate artificis pendet, ꝙ hic lapis sit in ista parte parietis, & ille in alia, quanuis ratio artis habeat, quod aliqui sint in hac, & aliqui in alia. ¶ Istis habitis venio ad respondendum nunc rei factę. Et dicimus ꝙ non est verum, quod ꝑ hoc sit inequalitas apud Deum, si inæqualia non inæqualibus præparat, hoc.n. esset contra rationem iustitiæ, si prędestinationis effectus ex debito redderetur, & non daretur ex gratia, ꝙ non est verũ. In his.n. quæ ex gratia dãtur, põt aliquis pro libito suo dare cui vult plus, vel minus dũmodo nulli subtrahat debitum, absque præiudicio iustitię & hoc est ꝙ dicit paterfamilias Mat.10. tolle ꝙ tuum est, & vade. An non, licet mihi ꝙ volo facere. Nota tamen ꝙ in scripto dr̃ S.Th. ꝙ prędestinatio respectu effectus alicuius habet rõnem iustitiæ distributiuæ.s. respectu gloriæ. Et iõ possumus dicere, ꝙ Deus dedit isti gloriã, & non illi, quia iste meruit, & non ille. & similiter vult, ꝙ iste habeat, & nõ ille, quia iste esset dignus, sed respectu primi effectus.s. grẽ habet rõne magis liberalitatis, quam iustitiæ, quia gratia gratis datur & non redditur meritis. vnde ex parte recipiẽtis non est assignare causam, quare dignus sit gratia. sed solum dispositionem quandam quæ non est sufficiens causa gratiæ. sicut.s. dictum est. Sequitur in litera. ¶ [Prædestinatio.] 2.pars. vbi ponitur differẽtia inter ꝑdestinationem, & prescietiã. dr̃, ꝙ prędestinatio si proprie capiatur vocabulũ semper est in bono. bonũ est.n. prædestinatis, vt Deus eis miter peccata, remittat, aut iuste puniat vt peccatis deletis consequantur Dei gratiã, & vitã æternã, & hoc est quod dr̃ sola hoĩs voluntatẽ nõ necessitate excludit præscientiam, & prædestinationem. qa nullus cogitur ad peccandum, sed non excludit infirmitatem carnis, quia sæpe hõ peccat nolens Hu. [aut plectẽdum].i. puniendum. In malis aũt præscientia intelligenda est. Licet.n. præscientia cõiter sumpta non sit tm̃ malorũ, sed ẽt bonorũ, qa Deus non tm̃ præscit mala, sed ẽt bona. vñ subdit [sicut præsciuit & prædestinauit.s. bona quæ ipse facit, & vt faciamus. [ipse dedit].s. gratiam, ex vsu tamen & accomodatione vocabuli stat, & accipitur prescientia in malo, vt præsciti dicantur reprobi, & damnandi, vnde ait [ita præsciuit tm̃ & nõ prædestinauit] .i. mala, quæ nec ipse facit, nec exigit à nobis. [hi autẽ sunt] cõsequenter declarat, qui sunt præsciti & non ꝑdestinati, illi videlicet de quibus dr̃ 1.Io.2. ex nobis prodierunt quia ex natura Adæ & cognatione eiusdem massæ processerunt omnes. [sed non erant ex nobis] per gratiam prædestinationis diuinæ quia si fuissent nobiscum prædestinati, mansissent nobiscum saltem in fine cum prędestinatio diuina nõ sinat prædestinatos perire, vel sic. [ex nobis exierunt] quantum ad præsentem iustitiam. Hug. quia videbantur iusti, & tamen non erant permansuri finaliter in bono [sed non ex nobis fuerunt] quantum ad prædestinationem [mãsissent] .i. perseuerassent finaliter Hu. hæc autoritas plenius exposita est de pœ. distn.4. si ex bono, ibi vide plura quæ disputauimus de ista materia. [voluntate] nemo.n. exit à consortio fautorũ, nisi ex culpa, sic proditor Iudas facta cæna exiuit à Christo, & iuit ad Iudæos, vt eis venderet Christum. [Et præsciti sunt casuri] sed nunquam prædestinati [aliqñ cadũt] vtque cecidit Dauid per adulterium, & homicidiũ. 2.Re.11. Cecidit Petrus negando Christum, sed aliter cadunt hi, aliter illi, quia sit prędestinati a cadunt in culpam finaliter per veram pñiam adiuuante diuina gratia resurgunt & saluantur præsciti autem non prædestinati si sunt casuri saltem in fine vt in peccatis moriantur & damnent. Nam vt subdit Augu. Si præsciti essent reuersuri & in sanctitate & in veritate mansuri, ante essent prædestinati. [Iõ non sunt prædestinati.] Non intelligas, quod qa casuri sunt ideo præsciti essent. Ita ꝙ ipsa opera mala eorum opera futura in fine causa essent præscientiæ malorũ, aut bona opera ꝑdestinationis bonorũ quia hoc reprobatum est supra. in q. Sed potest sic intelligi, quod sunt causa siue inferendo in argumentando, non in essendo, & quod casus alicuius finalis casus à bonitate siue à gratia est in eo argumentum sufficiens ad probandum, siue cognoscendum, quod talis sit prædestinatus. Et iste posset esse intellectus Augu. si debeamus sustinere. Nam B.Ber.li. de libero ar. dr̃, ꝙ ipsa quæ dicuntur merita nostra sunt quædam spei seminaria, charitatis incentiua, occultæ prædestinationis indicia. ac per hoc concludit principale intentum.s. [quod prædestinatio Dei].i. Deus ꝑdestinans [multis].i. oĩbus prædestinatis [est causa standi].s. efficiens, non tamen cogens, nec est causa labendi. pro cuius intellectu notandum iuxta S.Tho. ꝙ quia bonum subiacet diuinæ prouidentiæ, vt causatum & ordinatum. Ideo dr̃ quod prædestinatio est causa gratiæ & gloriæ, ad quam ordinatur, sed quia malum non subiacet prouidentiæ, vt intentũ & causatum, sed solum vt præscitum, & ordinatum. Ideo reprobatio est tantum prescientia culpæ, non causa pœnæ, per quam culpa ordinatur est præsciẽtia & causa. Et ita optime dicit, ꝙ Deus est causa standi bonis, qm̃ per prędestinationem prẽparat liberum arbitriũ, & gratiam confert, & perseuerantiam in bono. Quicũque .n. nõ cadit Deo autore stat nemini aũt est cã labẽdi. alias nullus culparet de eo, ꝙ laberetur si deus esset ei cã labẽdi.

Non ergo. §. Est, in quo infert Grat. ex pręcedenti c. Aug. quod prædestinatio, vel prescientia Dei non imponit necessitatem rebus, postea determinat aliquas propositiones, quæ videntur inferre, qđ ex prædestinatione inferatur necessitas euẽtui rerum, ad quod melius distinguendũ subijcit duas necessitates.s. simplicem & conditionalem. Lege tex. ¶ [Non ergo.] Verum dicit, quod Deus neminem necessitat cogendo siue ad bonum, siue ad malum, per aliquam prędestinationem siue ꝑsciẽtiam. Et ad hoc assignat Grat. aliquas rões. Prima est, quia quod stat cum libertate liberi arbitrij non infert necessitatem, quę aufert contingentiam. Sed prędestinatio & prescientia stant cum libero arbitrio, patet. Nam boni per gratiam corriguntur, & cooperatur ad hoc li.ar. quo sponte corriguntur, sed similiter mali sponte pereunt, ergo prędestinatio & prescientia non inducunt necessitatẽ. [nec.n.] posset quis arguere sic. predestinatio & ꝑscientia falli non possunt. ergo necessitatem inferunt. arguit Gratianus dicẽdo, ꝙ hoc non sequitur. quia cum infalibilitate diuinę prescię stat rerum contingentia, Res.n. quas Deus prescit futuras, sic eueniunt secundum quod ex suis immediatis causis sunt fiendę. Sicut ergo cum infallibilitate diuinæ ꝑscientiæ stat cõtingẽtia rerum, ita libertas arbitrij nostri [sed].i. ideo diuina prędestinatio & diuina prescientia falli non

Marginalia: Ad tertiũ S.Tho. — 7 — S.Tho. — August. — S.Tho. — 8 — a — 9 — a ¶ Prędestinati. hi sci i saluãtur q tñ postulã do uo labore meruerunt c. obtinent e. cã & q. & ibi Arch. — S.Tho. — Exponit literam

potest, quia bona absq; eius gratia &c. de infallibilitate diuinæ prædestinationis nos disputauimus. de pœ. d. 4. §. si ex bono. ibi videas [quanuis] ponit aliam responsionem ad illam quæstionem ostendens, quod in illo sensu quod necessario prędestinata euenient. Nam in sensu composito est ꝑpositio vera, quod Deus prædestinauit necessario eueniet. Componendo. n. euentum futurorum cum Dei scia infallibili cuius intuitus fertur superflua quantū ad se cognitū, vt in præsentia & in actu, tunc sicut res quando est actu est necesse esse, vt sortem currere quando actu currit est necessarium secundū philosophum primo perihermenias, ita rē futuram à Deo præscitam est necessarium euenire. In sensu tamen diuino est falsa, videlicet quod quanuis futurum sit præscitum, ipsum tñ in se & respectu suarum causarum proximarum non est necessarium euenire. non ergo est necessarium futurum euenire simpliciter loquendo, cum res eueniant secundum ordinem, quem habent ad suas causas immediatas, quæ agunt cōtingēter eas. Illa vero necessitas diuinæ præscientiæ respicit res secundum esse cognitum, quo sunt præsentes Deo in esse cognito, & hoc est ꝙ dicit, quanuis ergo conuenienter &c. Duo sunt, inducit Au. s̄m pliciter necessitas est, quæ consurgit ex suis principijs, ex qbus res simpliciter talis vel non talis, vt res ex cōtrarijs cōposita ē necessario corruptibilis necessitate simplici, quia necessitate naturali sic consequenter necesse est omnes homines esse mortales, cum sint compositi ex contrarijs. Altera vero est necessitas conditionalis, quæ est in re ex aliquo extrinseco, & non ex principio suo naturali futuram ex libero arbitrio hoīs nō est necesse euenire simpliciter imo est simpliciter contingēs. Necessitate aūt cōditionali quia notum est à Deo, & p̄scitū euenire est necessariū, vt si quis videat hoīem currere, est necessariū hoīem currere, non necessitate intrinsecali, sed ex videntis cognitione, q̄ nihil ponit in re visa, cū sit actio immanens s̄m philosophū. secūdo de aīa & 9. Meta. quia ꝙ quis nouit idem esse aliter quā notum est nequit. Et ita necesse est necessitatem conditionali. Eodē igitur modo patet litera, quia clara est ex dictis. Patet ergo ꝙ euentus rei futuræ nō sit necessarius ex sui natura, & ꝙ sit necessarius ex Dei præscia ita absq; repugnātia simul stant quia affirmatio & negatio referuntur ad diuersa. [His oībus]. s. habitis siue cōsideratis, videlicet quod prædestinatio, & præscia non inferunt necessitatem rebus p̄destinatis, aut præscitis, ꝙ Deus nō operat̄ in malis malū culpæ, & ꝙ hō propria voluntate peccat, & recedit à Deo optime cōcludit, quod mala quæ facimus nostro arbitrio ascribuntur, & hoc verum est prout sunt mala culpæ, quia vt dicit August. peccata ex nostra procedunt voluntate. verum est, quod aliquādo ascribuntur diuinæ indignationi, s̄m ꝙ Deus mala nostra punit [dicit alibi.] s. tam in dictis sacræ scripturæ, quam sanctorū doctorū Gregorij & Aug. vnde ad hoc probandum inducit Gratianus verba Greg. 20. lib. mora. c. 1. [cum superna indignōatio] n quod ꝓprie in Deo sit indignatio nec ira, nec aliqua passio, cum sit impassibilis, sed quia peccata punit, in quo videtur ex affectu se habere ad similitudinē indignati, vel irati. vnde signanter Greg. adiunxit. Et vt ita dixerim se medullitus mouet. & non proprie, quia in Deo non feruet indignatio, nec motus iræ, cum semper sit pacatus & quietus sine passionū motu. Ostendit ꝙ irę Dei nullus pōt resistere cum ex toto disponit illam alicui inferre. Hug. [Et ideo hanc]. s. dispositionem, siue iram, [opinio humana nō remouet]. i. homo opinans remouere. Hu. [cum Semel]. i. æternaliter, sed manet fixe ad puniendum, quæ punire disposuit, nec à punitione desistit hoīum interuentione, vel orantium deprecatione nisi ipse prius ordinauerit orationibus hoīum remittēdū. Et hoc probat Gregor. per factum Moysi. Moyses. n. orando dn̄m iram dn̄i placauit, ne totum populum exterminaret Exo. 32. quia hanc punitionem non se facere sed ad prę ces Moysi remittendam prordinauerat misericors Deus sed quia disposuit diffidentiam Moysi dicentis. Non poterimus vobis dare de petra aquā [punire] punit irreuocabiliter: vt non ingrederetur terram promissionis, quam punitionem reuocare non potuit & hoc dicit litera sic. [dum se obicem]. i. obstaculum. cum dixit. vel dele me de libro vitæ, aut dimitte eis hoc peccatum. [diffidens] in quo Moyses peccauit. de pœ. dist. 3. §. opponitur. [nec potuit.]Ecce Moyses diuinam vltionem dispositam repellere à se nō valuit, quam volente domino à populo remouit Hug. [Item

August. — Gregor.

August. de Tyris & Sydonib.] reprehendere videtur Aug. hic quosdam, qui dicebant de oībus rationem esse videndam. Et respondet quærēdo ab eis, quare Deus fecit signa apud Iudæos, quibus nō potuit proficere, & nō fecit apud Tyros quibus possit proficere, dicit quod voluit hoc & nō aliud. voluntatis. n. diuinę non est quærenda causa [ipsa veritas] id est Christus docet. Matth. 11. vbi dicit. ve tibi Corozaim. ve tibi &c. [quare autem hoc eis negatum sit dicāt si possunt] quasi diceret, non possunt, quia de his ratio assignari non potest cum diuinæ voluntatis ratio assignari nō possit vñ huiusmodi secreta admirans apostolus ait. ad Ro. 11. O altitudo diuitiarum &c [qui calumniatur][a] idest qui petunt rationem de omnibus esse veram, quia veritas non fallit [verum indubitanter dicit] ipse. n. veritas est Ioan. 14. [Iustum esse] iustum. n. est quicquid facit psal. 10. Iustus dominus, & iustitiam dilexit. quanuis. n. omnes potuissent cōuerti si voluisset ipse Deus, sed noluit. sed volūtatis eius nō est quærenda causa, quia diuinæ voluntatis nō est causa [nemo vlli]. s. fideli, potest falsum videri, ꝙ dn̄s ait Io. 6. [Nemo venit ad me] per fidem [nisi ei datum fuerit à patre meo] quia fides qua ad Deum acceditur ad Hæbr. 11. donum Dei est. ad Ephe. 2. Gratia Dei saluati estis per fidem, non ex vobis donum Dei est. Item idem ostendit per dicta prophetarū [per prophetam] Oseæ 2. & loquitur de prædestinatis [sepa raui]. i. implicabo &c. ne ad hoc quo vis, peruenias [spinis] . i. punitionibus dolorum & tribulationū [& munia lapidibus quadratis]. i. duris laboribus, i. ponatur obstaculum, ne venias quo vis. Hugu. Sæpe. n. diuina prouidentia subtrahit nobis quod cupimus, insuper & affligit, vt sic ad Deum redire cogamur. Dicit. n. Hieronymus super hoc verbo ꝓphætæ inter cætera, ex quo intelligimus, quod prouidētia Dei sępe nobis accidāt mala, ne habeamus ꝙ cupimus, vt vanis calamitatib. huius seculi ac miserijs ad Dei seruitutē redire cogamur [adimam facultatē peccandi]. i. dabo tibi gratiam per q̄ peccandi facultas. i. voluntas subtrahatur. Idem per psalmistā ps. 30. de damnandis [fiant ne &c. sed in omnibus] verba sunt Gratiani, si recte inspiciantur, & intelligantur, reliquit gratiam subtrahendo, vel non apponendo Hugu. [sicut ergo] quia dixerat quod quæ Deus se puniturum prefixit infallibiliter punit, nec ab hoc auertitur hominum intercessione oppositione, & depræcatium oratione. hic dicit, ꝙ nec propter hoc est cessandum, quin oremus ad Deum eius misericordiam implorando, vt misereatur nostri. Et hoc probat Gratianus primo exēplo medicinæ corporalis. Nam quanuis sciamus neminē plus posse viuere, quam Deus præfixit, iuxta illud psal. c. 3. Terminum posuisti, quem non transgredientur. Tum oībus languentibus medicinam, vt sanentur exhibemus. Tum quia in hoc opus mīæ impēdimus. Tum quia quantum quisque victurus sit ignoramus. Sic ergo quāuis nesciamus quis sit saluandus, vel damnandus, est delinquentibus opus mīæ impendendum, vt pro ipsis oremus, vt emendentur intercedamus. tamen concludit secundo subintellecta ratione, ꝙ delinquenti est adhibenda correctio nec &c. & hoc respicit illum. §. est etiam alia causa.

[a] ¶ Qui calūniatur. Calūniari qd dicat, P de Anca sup continuatione rubrica de calu. nu. 1. Et quis calunniator te. in l. ff. ad turpil. Bald. in l. athletas. S. calūniator. ff de i fa. cat Zaba. in c. 1. de iudica. Hieroym.

1 *Pietas respicit cultum Dei, & christianæ religionis obseruantiam.*

2 *Veritas non patitur falsitatem.*

3 *Hæreticus quare non admittatur ad testimonium contra catholicos, sed bene contra hæreticos.*

4 *Ecclesia qualiter indulgeat correctis ad hæresi.*



Psa pietas. Sequitur ad principalē materiam hoc ca. quod est B. Augu. in epistola ad Bonifacium. Et pōt diuidi in tres partes. In 1. ponit, quod non pōt hæreticus cōtra catholicū testificari. In 2. ꝙ possunt hæretici cogi ad fidē. In 3. ꝙ potest cum eis qui conuersi fuerint ad fidem dispēsari, vt in suis ordinibus vel dignitatibus possint remanere. secunda ibi. Item molestus est. tertia ibi: Item si inquiūt Lege tex. ¶ [Ipsa pietas.] Circa hoc c. est sciendum, quod Cecilianus fuit vir fidelis & laudabilis vitæ, & bonę famę, q in vnitate ecclesiæ defunctus, post cuius mortē surrexerunt hęretici donatistæ accusantes eum & testificātes Cecilianū hęreticum mortuum, & vt mortuū petierunt condēnandum, quorum testimonium non esse accipiēdum, nec admittendum, ostandit hic August. primo ex pietate cuius

Diuisio. — Exponit literam

1 ait[ipsa pietas.]†Pietas.n.respicit cultum Dei,& Christianæ religionis obseruantiam.Vnde August.in Enchiridio c. 2. dr.quod latria siue Theosobia est cultus pietatis. pietas.n. non sinit cultorem pietatis à malis impietatis cultoribus 2 hæreticari.secúdo hoc probat ex veritate.ibi[veritas]†veritas.n.falsitatem non patitur,cum ei opponatur.Ideo amicum veritatis non sustinet hæreticorum versutijs aggrauari.Iob.6.dr hæreticis.quare detraxistis sermonibus veritatis,& ad increpandum falso,& ad accusandum verba mendosa componitis,magna ergo res est veritas quæ vincit, & præualet 2.Esdræ 4.Innocentem iuuat,& protegit psal.20. Scuto circundabit te veritas eius.3.idem probat ex charitate ibi[charitas]Charitas quæ proximū diligit eū à moribus hæreticorū odiētium liberat.quia 1. ad Cor.13.dr.caritas benigna est &c.non emulatur,non agit perperam.id est peruersè . peruersè autem agitur,cum Innocens à falsarijs molestatur,& ideo hoc charitas non permittit contra Cœcilianum.[eorum hoīum].s.hæreticorum[accipere testimonium]quia qui ab ecclesia recesserunt,& doctrinā veritatis deseruerunt,præsumūtur testificari falsum in odiū fidei,& vnitatis ecclesiæ,& ideo tales pódus testimonij dicuntur amisisse.s.contra catholicos.admittuntur tamen cō
3 tra hæreticos vt 2.q.7.si hæreticus. † Non admittitur autem testimonium contra catholicos,sed contra hæreticos multiplici ratione.Tū primo quia hæretici manifesti odio persequuntur catholicos & ecclesiam.Non sic autem hæretici hæreticos,qui quamuis varietur in erroribus , caudas tamen habent ligatas,& vnum affectum habent contra fidem & ecclesiam.Tū 2. quia viles & infames suis errorib. iniecti digni non sunt os suum fœtidum aperire contra catholicum,qui stat in fidei pietate,sed cōtra se & suos admittuntur,vt suas detegāt fidelitates per quas boni caueāt sibi,& eorum conuictum vitent.Tum tertio , quia hoc fit in fauorem, fidei , ne per hæreticorum nequitias violetur [cui]. s. Ceciliano dominus perhibet testimonium.s. bonitatis,in hoc quod in vnitate ecclesiæ,mortuus est Hug.[Itē molestus.]secunda pars,in qua ostendit August.quod licet hæretici tanquam indigni admittendi non sint testes contra catholicos,nihilominus tamen ecclesia non obijcit eos quin correctione & disciplina satagat eos ab errorib. sanare,& ad matris ecclesiæ gremia reducere,exemplo medici,qui furētem freneticum ligat,vt curet, & exēplo patris qui filium indisciplinatum castigat,secundum illud ecclesiastici 30.Qui diligit filium,assiduat illi flagella.[Crudelitas.]qa se parere non est modestia,sed est dare cum crudeliter ad mortē. Hinc punitus ē Hæli in morte filiorū,quos non correxit.primi Reg.4.vnde spūali medico & patri nō annuntianti peccatori verba correctionis Deus comminatur.Ezechiel.3.dicens.Sanguinem eius de manu tua requiram.[Item si propter potestatem colligendi & coercendi quam &c.]s.conquerebantur hæretici.¶ Pro intelligentia huius nota quod vt refert Augus.in epistola ad Donatum , Auguft. Donatus conquerebatur quod ecclesia auxilio Imperatorum Christianorum cogebat eum & alios hæreticos tā priuatione bonorū q̄ allatione pœnarū redire ad fidē & ecclesiæ vnitatē.Non sic vt dicebat,faciebat Iesus Christus . qui Io.6.abeuntes discipulos non coegit secum remanere , sed remanentibus ait.Et vos vultis abire , igitur non est ex doctrina Christi compellere hoīes ad fidem . Sed ad hoc respondet Augus.Donato distinguens tempora,quia vt ipse ait de verbis dñi secundum Mattheum,destribuite tempora, & concordat scriptura.fuit.n.primum tempus ecclesiæ sub regibus infidelibus,qui Christum & eius ecclesiam persequebantur, & tunc ecclesia malis patiebatur,& non vindicabat,tunc non cogebat,sed dulciter vocabat,vt Chistus apostolos & alios fideles.Aliud tempus fuit post cum ecclesia vbiq; terrarum est diffusa,maxime sub rebus fidelib.tuta,de quo dr hic in litera.[tempore]quo debuit,non in initio,cum nouella esset,& tenerea, sed postquam fuit firmata,& cepit dominari regibus,& principibus, vt infra e.q.c. displicet,& hoc tempore vtitur ecclesia auxilio Imperatorum,& regum,vt ei seruiant hæreticos puniendo & corrigendo.& hoc tpe cogit & compellit ecclesia hæreticos intrare ad couiuiū Xpi & ecclesiæ errorib.abiectis.Et de hoc dr,non qa coguntur intrare reprehendant.[sed quo]. i .ad quid coguntur.s.ad intrandum ad cōuiuium Xpi,q̄ est vnitas corporis Xpi,q̄ est ecclesia.ad hoc conuiuium coacti sunt intrare,qui erant in vijs & sæpibus.vñ Luc.18.inqt ser-

uo.Exi in vias,& sæpes,& compelle intrare.[Theodosius] Item ad ostendendum,quod compellēdi sunt hæretici, inducit Imperatorem Theodosium , qui ad puniendum hæreticos legem dedit.Patet litera.[si duo aliqui]consequenter probat p exēplis, qđ ēt inuitos tenemur iuuare,à morte liberando,vt patet in exemplo duorum existentium in vna domo ruitura. Item probat alio exemplo vt si vnus dicat.Si intraueritis ad eruendum nos,ego me interficiā.constat , q̄ si iuuādo vnum alter se necaret , ille in peccato suo sine culpa iuuantium moritur.[Item si plures]ponit tertiū exemplum[deberemus de cæters].i.mortem cæterorum, qui necarent se.[quid igitur]probat per locū à minori.Nā si opera mīa eleemosynæ corporalis ad habendam vitam æternā & vitandam pœnam æternam debemus hoībus exhibere.vt patet Matth.25.quanto magis tenemur præbere malis correctionis beneficium cum maius damnum sit in amissione vnius aīæ,q̄ innumerabilium corporum 24. q.3.si habes[breuem.] Omne tempus huius vitæ est breue respectu futuræ vitæ 11.q.3.quid ergo. & de pœn.d.5.considerer.[Item si inquiunt.]secunda pars.Respondet obiectioni donatistarum[pœniteant]hoc.n.necessarium est,qa sine pnīa nemo trāsire potest ab errore ad veritatem, vt de pœniten.d.1.neminem,quia nullus potest gaudere se esse correctum,nisi doleat se fuisse peruersum,vt infra ea.q.ōn. 7.quēmadmodum [quomodo post istam].s. pœnitentiam [clerici &c.]s.i officio clericali vel episcopali,quod habuimus ante reuersum ab ecclesia permaneremus.Respondet August.dicens.[hoc non fieret].s.de iure communi, [nisi pauci].i.aliqui quamuis pauci[compensatione]idest dispēsatione[sanarentur]id est reducerentur ad ecclesiam. Aliqui.n.facilius redeunt ad ecclesiam,cum vident hmōi tolerari in suis ordinibus & dignitatibus, quod fit ex dispo-
4 sitione.Hugut.†Certe quod correctis ab hæresi ecclesia sic indulgeat,vt statum clericalem aut episcopalem obtinere possint procedit ex mīa ecclesiæ , & charitate , quæ quos recipit ad veniam non repellit seueritate pœnæ,vt sic eos alliciat ad sui emendationem,vt velut pater qui filium prodigum suscepit cum honore.Lucæ 15.[sed si hoc non insultando dicant]id est hæc dispensatio fieret,quando ipsi non superbiendo aut insultando dicant, sed si humiliter doleant[in quanta morte]præscissionis iacent,fiet,vt quodam vulnere matris catholicæ ecclesiæ. i. dispositione dr ecclesiæ vulnerari,quando aliquid relaxatur de iure communi,iura.n.mutilari dicuntur per dispensationem.1. qō. vlt.& si illa[vel vulnere.]relaxati rigoris.Et respicit hoc ad sequentem similitudinem de inscissione,quæ non fit sine vulnere arboris,ita maior ecclesia videtur quasi vulnus in relaxatione rigoris pati,vbi inseritur,qui ab hæresi reuertitur,& in suo officio toleratur præcissus.Notat hic Augu. duos modos inserrendi.primus tangitur hic præscissus ab alia arbore.Hugu.[Inseritur]id est debet inseri alij arbori. Hugu. Hugu sit aliud vulnus,quia iam factum est vulnus in pressidendo ramum inserendum[in arbore] alia cui debet inseri.Hugu.[quo vulnere possit recipi] vt viuat vita arboris [.i.est & tale.]ponit aliū modum inserendi,vt nullo præscisso ramo qui intus est,id est in illa arbore, cui debet inseri ramus arboris alterius qui foris est,id est in alia arbore. p̄scissus[leuissimo] in duobus innuit differentiam inter istū & præcedentem modum inserendi,quia in primo ramus vnus præscinditur, vt alter ibi inseratur, hic inseritur nullo præscisso.ibi fit magnū vulnus in arbore , cui inseritur, hic paruū. Adaptationē sic assignat, cōtingit qnque quod aliquis est substitutus in dignitate,in qua hæreticus reuertens recipitur illo substituto remoto,qui est quasi ramus, quodāmodo præscissus à loco,vbi hæreticus recipitur , & tūc dr magnum vulnus fieri in ecclesia quia iste remouet, & ille ibi toleratur.Et quod inde alius remoueatur cōtingit quandoque, q̄ nullus est ibi substitutus,& tunc inserit, ille, qui reuertitur nullo p̄scisso,& paruo vulnere,quia inde nullo remoto toleraī in dignitate Hu.[Ita ergo].s.contingit, [cū isti] .s.hæretici[ad radicem].i.fidē catholicam, quia iustus ex fide viuit ad Rom.2.[veniunt.i.inserūtur ecclesiæ,& restituuntur ad dignitates suas,quia quandoque cum p̄scissione alterius rami,& cū magno vulnere,& qnq; sine præsione alterius rami,& cum paruo vulnere,quia fit tantum aliquid restituendo eos contra. [integritem].i. rigorem[nec qui plantat]prima ad Corint.3.s. prædicando. [qui rigat] baptizando [charitas] Iacobi tertio . verum

hic reddit causam, quare in talibus sit facienda dispensatio .s. quia multi sunt in causa, & etiam potentes suscitare scisma, & scandalum. Nec eadem verba inueniuntur supra d. ¶. vt constituetur & ibi diligenter sunt exposita Hu. [detrahendum] imo secundum Aug. primo de ciuitate Dei 111. est à correctione cessandum, habeant ergo isti. s. hæretici sicut Petrus, qui dixit timore Christum non nouisse, pœnituit. & fleuit Mat. 26. [sint in illa clerici]. i. fiant &c. [vel fiant] .i. maneant, August. nō statuit hic aliquid, vel præcipit, sed monet, & ostendit quid circa tales est faciendum quādoque ex dispēsatione, dispensatio vero circa tales, & restitutio soli romano pontifici competit, vt de pœ. d. 6. qui vult. Hug. [non inuidemus] rebus suis [amplectuntur] personas eorum [optamus eos] & quos in vijs & sepibus. i. hæresibus & scismatibus inuenimus cogimus intrare ecclesiam, & sic quia coacti & inuiti intrāt: patet [quia nōdū persuademus] .i. persuadere possumus hoc ꝙ sequitur. s. quia nō res eorū [sed ipsis quærimus] obijciebant hæretici catholicis, quo non ipsos, sed res eorum quærebant quod August. negat vt infra eo. quæstione 7. cap. 1. & 2. & 3. Hug. vtrum autem hæretici ab ecclesia sint recipiendi disputauimus supra 1. q. 7. in c. nunc autem.

1 *Letargia quis morbus dicatur.*



Vid faciat. Ad idem est hoc c. eiusdem August. in epistola ad Festū non ad Faustum vt liber meus habet. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas ptes. In prima ostendit, quod à disciplina malorum non debemus cessare, sed modis omnibus quibus possumus eos cōpellere venire ad ecclesiam, licet ipsi nollent, & repugnent ad similitudinem freneticorum, & letargicorum. in secunda ostendit, quod in reuersione eorū error est auferendus, non sacramenta ecclesiæ, quę in forma ecclesiæ receperunt siue intus siue extra. secūda ibi, nec. n. (Diuisio.)

(Exponit literam.) Lege textum. ¶ [Quid faciet medicina] id est disciplina correctionis, & coactionis, & huiusmodi dicuntur medicina quia sanant. vt supra quæstione cap. Nabuchodonosor [freneticos] id est hæreticos [contra ecclesiam] id est ad modum hæreticorum sæuientes & repugnantes. Hugu. [& Letargicos] id est obduratos, & obstinatos, & est di-
1 ctum per simile. †Letargia est infirmitas, quæ appetitum nimis trahit ad dormiendum, & displicet valde eis si excitentur, cum tamen excitatio eis prosit ad curandum, & designat hæresim, per quam homo dormit in errore, quo nō vult excitari voce ecclesiæ, & doctorum dicente apostolo ad Ephesio. 5. Surge qui dormis. s. in tenebris errorum, & illuminabit te Christus. Et ab hac excitatione non debet cessare bonus prelatus tanq̄ vigil gallus [æstuant] amore dilectionis. [desistere] quasi di. nō debet desistere, & contēnere, sed pseuerat diligētia charitatis. Itē in eadē ponit Aug. duplicē rōnem, quare increpatio quæ ad curā hæreticorū valet, non est propter eorum displicentiā deserēda. prima ratio est, vt fiant catholici, qui esse non possunt, nisi desistāt esse hæretici, ad quod est vtilis doctrina qua instruuntur, & correctio, qua emendantur. vnde sicut nō potest quis effici albus, nisi desinat esse niger, quia secundum philosophum contraria non possunt esse simul in eodem, sic non potest esse catholicus: nisi desinat esse hæreticus, quia non potest esse animus hominis simul in veritate fidei, & in opposita falsitate. ¶ Secunda ratio est, vt. s. sacramenta quæ nobis & ipsis sunt communia prosint eis ad salutem. quod non potest esse, nisi sint in vnitate ecclesiæ. vt dicit Augu. Dicit ergo [nec.] secunda pars [sacramenta eorum] in forma ecclesiæ tradita [inimica]. i. odiosa sunt nobis imo venerandā [q̄ in illis]. i. cū illis nobis sunt cōia, vt de consecratione d. 4. non in vobis, & 1. q. 1. sacramenta Hug. [quia nō humana] sed diuina. [sed tamen illis]. s. hæreticis non prosunt nec sunt salubria, quia indigne ea suscipiunt, quandiu sunt in hæresi [prius error &c. non sacramenta]. s. sunt auferenda [quæ similiter]. i. sicut & nos. s. in forma ecclesiæ acceperunt, quæ ad pœnam suam vt 1. q. 1. ꝙ quidam & 32. q. fin. Hu. & grauius est eis, & deterius, quam si nūquam habuissent, sicut grauius est eis qui frangunt votum, quam si nunquam vouissent. vt 12. q. 1. scimus Hug.

Ecce. §. Est, in quo Gratianus cōcludit ex dictis, ꝙ manifesta crimina sunt punienda, quin salua pace & cætera hoc est quando scisma & scandalum nō timetur in quo discretio &c. i. distinctio quæ sequitur. aliquando. n. delinquentium multitudo &c. hoc membrum prosequitur infra c. proxi. huic ꝙ cum discipuli &c. Lucæ 9.

1 *Discipuli petentes consumptionem Samaritanorum an peccauerint.*



Vod Christus. Cap. hoc est beati Ambrosij sup Lucam. Summa est in rubro. Et potest diuidi in tres partes. In 1. ostendit exemplo Christi increpantis discipulos vindictam petentes in Samaritanos ꝙ semp in eos qui peccant non est vindicandum. In 2. assignat rationē huius exēplo. In 3. excusat discipulos à petitione vindictæ. Secunda ibi, quia nonnunquam. Tertia ibi. Nec discipuli peccant. (Diuisio.)

Lege tex. ¶ [Quod Christus discipulos]. s. Iacobum, & Io. qui Lucæ 9. missi à domino in Samariam vt pararent sibi cibos à Samaritanis non recepti, dixerunt domino, vis, vt dicamus ꝙ ignis descendat de cœlo &c. [gestiebant]. i. volebant. prætulit. n. dominus misericordiā iudicio propter tria. primo vt doceret nos ꝓprias iniurias magis amore ꝑfectionis remittendas quam vlciscendas. hæc iustitia euangelica Mat. 5. & Luc. 6. vt oremus pro persequentibus nos & benefaciamus odientibus nos hoc exēplo Christi. ¶ Quo quia leuitas & clementia frequenter plus sanat, quam rigorosa vindicta. vñ rex Assuerus elegit gubernare subiectos clementia & leuitate. ¶ Tertio quia dominus præsciuerat ꝙ Samaritani essent recepturi dominū, & credituri in eū sicut patenter euenit post resurrectionem & ascēsionem, Act. 8. vbi dr̄. Quod cum audissent apostoli ꝙ recepisset Samaria &c. vtilius ergo seruati sunt, quā si igne fuissent consumpti. & hoc est quod dr̄ [quia &c.] secunda pars. amplius prodest clemētia à te exhibita tibi, cuius est vindictam inferre ad patientiam, quam lapso prosit ad correctionem vindicta. Tum quia augetur patientia tua. Tum quia illum qui corrigendus erat citius lucraberis, quia sæpe si clementer agatur cum aliquo, & differatur vindicta, citius prouocatur ad pn̄iam. [deniq; Samaritani.] ostendit exēplo hoc quod dixit, quia plus profecit Samaritanis patiētia, quam prodesset vindicta, quia citius crediderūt ad vocem Samaritanę, vt habetur Io. 4. & post ascensionem plene vt dictū est Act. 8. [nec discipuli] 3 pars. (Exponit literam)

¶ Hic surgit qō. Vtrum discipuli consumptionem Samaritanorum poscentes peccauerint. Et vr̄ ꝙ non ex isto tex. vbi dr̄, nec discipuli peccāt. (Quæstio) (Primū ar.)

¶ In oppositum arguitur ex principio ca. vbi dr̄ Ambrosius ꝙ Christus de hoc discipulos increpauit, hoc autem nō esset nisi peccassent. (Oppon. in contrariū.) ¶ Secundo idem aperte habet. ỉ. e. q. ca. ea vindicatur. vbi dr̄ Aug. eos odio desiderasse vindictam ergo peccauerunt, quod vt dicunt pōt colligi ex quatuor. (Secūda op.) Tum 1. quia istorum conuersionem futuram ignorabant, quæ soli Christo nota erat. Tum secundo quia ex præteritis æstimare humana æstimatione poterant, ꝙ Samaritani non essent ad Chr̄m venturi, & permansuri. Io. 2. quatuor Samaritani receperunt Christum, & dixerunt in eum credere, sed statim apostatauerūt, deteriores facti sunt igitur apostoli eorum obstinationem cōsiderantes, ne in sua malitia perseuerantes, maiora sibi cumularent tormēta, si amplius viuerent, optauerunt si Christo placeret, vt illi temporali igne consumerentur. ne æterno amplius cruciarentur, quod fecerunt non ex odio, sed zelo iustitiæ & charitatis. ¶ Tum tertio quia in hoc veterē legem sequebantur, q̄ fortius vindicabat. vnde phinees Israelitam intrantem ad scortum Madianitidem surrexit ac accepto pugione effodit ambos, ꝙ reputatū est ei ad iustitiā. nu. 25. Et ista rō assignatur in litera. (Tertia op.) ¶ Tum quarto quia hoc fecerunt recipiētes exēplū à S. Helia. qui de militibus regis Ochoziæ missis pro eo, Si hō Dei sum descendat ignis &c. & deuoret eos, & factum est 4 Reg: 1. hoc exēplo dixerunt apostoli, vis vt descendat ignis de cœlo in modum Helię, & hoc tangitur hic in litera. (Quarta op.) ¶ Tum quinto quia in hoc expectabāt Christi voluntatem dicētes, vis & non inordinatū affectū. (Quinta op.) Aliorū vero opinio est, sicut August. & vr̄ Bea. Ambrosij. Et ita dr̄ Alexander de Halis. In 3. ꝙ ideo dn̄s discipulos reprehendat petenes ignem de cœlo ad consumendum eos, qui nolebant eos recipere, aĩaduertēs eos nō amare correctionē, sed odio desiderare vindictā. ¶ [Rn̄deo, dicendū, nobis vr̄ ꝙ peccauerunt. (Respondet.) Tum quia leguñ reprehensi à dn̄o, de tali petitione. ¶ Scd̄o quia vt dr̄ Augus. non correctionis zelo, sed odio desiderasse vindictam. ¶ Ad rōnē in ꝯrium de litera (Ad argu.)

tera præsenti solui potest, vt dicit Hu. ꝙ ipsi non peccauerunt in volito, sed in modo volendi, quia vt dictum est ex odio petebant vindictam. Et ista est responsio Augustini, qui ait in c.allegato, ea vindicta reprehendit dominus in eis non exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in ludibus, animaduertens eos nõ amare correctionem, sed odio desiderare vindictam. hæc Aug.& idem dicit Gratianus in .§.sequenti[potest in hac] rationes vero alterius opinionis. s. Guidonis non militat vt manifestum est.

Potest in hac. §.ē in quo Gratianus, ponit aliam intelligentiam prædictæ prohibitionis factæ apostolis, quasi diceret, licet.s.in.§.ecce dixerim, ꝙ in exemplum patientiæ & differendæ vindictę apostoli fuerunt prohibiti à vindicta Samaritanorũ, Dicimus tamen, ꝙ hoc potest habere aliam intelligentiam, quia potest intelligi, ꝙ ideo apostoli fuerunt reprehensi, quia volebant propriam iniuriam vindicare, ꝙ non est faciendũ, iniuria tamen Dei nõ est in uita relinquenda. Et potest diuidi in tres partes. In 1.ponit quod dictum est. In secunda probat autoritate domini, & exemplo apostolorũ, ꝙ propriæ iniuriæ non sint vindicandæ. In tertia, quòd iniuriæ diuinæ sint acerrime indicendæ probat exemplis apostolorũ.2.ibi, dominus autem volens. tertia ibi, peccata vero. Lege tex.¶ [Potest apostoli non zelo &c.] concordat Gratianus cum dictis Augus.supra positis[dominus autem] 2. pars[ait nescitis]Lucæ.9.[audierat]Mat.5.& Lucæ 6.contumelias actu. 5.ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij &c. [peccata] tertia pars,[vnde Ananiam]act.5.[sic etiã Paulus] actu. 13.& Corinthum fornicatorem. prima ad Corinth.5.ꝙ vero nullus propriam iniuriam vindicet probat per capitulum sequens.

Diuisio.

Exponit literam.



Nter querelas. hoc ca. est beati Greg. scribentis Ianuario episcopo, Summa est in rubro. Vel sic ꝙ propria iniuria non est vindicanda. Et diuiditur in tres partes. In prima narrat querelam. In secunda illam reprobat, & excedentem reprehẽdit. In tertia prohibet id de cetero fieri & comminatur excedenti. secũda ibi, vnde de cetero. Lege.¶ [Inter querelas.] Casus manifestus est. Ianuarius.n. episcopus propter iniuriã ab Isidoro clarissimo sibi illatã illũ anathematizat, super quo dictus Isidorus detulit querelam Gregorio: Gregorius vero habita informatione ꝙ propter propriam iniuriam tantum illum anathematizauerit, reprehendit Ianuarium, dicens hoc nullatenus debere fieri &c. [querelas multiplices.] In multis iste iam offenderat, & multa contra ius fecerat, vt patet dist.85.tanta. Et ideo multæ querelæ fiebant de eo. [quæ res.] secunda pars.[sanctis regulis]vt Mat.5. & Luc.6.[vel sanctis regulis].i.canonibus, quia canon regule dr̃.s.di.3.canon.[prohibetur.]vt.j.e.q.5.c.de occidendis, & dist.46.seditionarios. Et presertim prohibetur episcopis, quibus ignoscendi gloria derelinquitur. C.de episco. & cl.l.si quis in hoc genus. secundum hoc episcopus non potest excommunicare aliquem propter iniuriam factam. Non.n. potest esse iudex in sua causa, sed cõtra.j.e.q. Guilisarius, & 2.q.7.si quis, sed sufficiens & plene solutio habetur dis.45.c. & qui emẽdat vbi dicitur in summa, ꝙ si iniuria redundet in ipsum solum, non debet episcopus propriam iniuriam vindicare, vt hic & in allegatis. Si vero redũdat in dedecus ecclesiæ, potest intuitu iniuriæ ecclesiæ pro personæ qualitate punire in 2.q.7.si quis, &.j.e.q. Guilisarius, vide ibi plenius quod nos disputauimus.[pro defensione].i. vindicta inferenda, vel vlciscenda, pro defensione tamen licet vim vi repellere.ex.de sen.ex.si vero.

Diuisio.

Exponit literam.

Opponit & Respondet.

1 *Peccans statim obligatur ei in quẽ peccat ad pœnã subeundã.*
2 *Dimissio dicitur duplex.*



I is. Ad probandum quod dixerat de iniuria Dei vindicanda, non propria, subiungit hoc c.quòd est eiusdem Gregorij in homilia quadam. Summa est in rubro. Et potest diuidi c.in duas partes. In prima ponit ꝙ prælatus grauiter Deum offendit, qui Dei iniurias impunitas dimittit. In secũnda confirmat ratione. secunda ibi, ea nanque. Leg.tex.¶ [Si is prælatus in ecclesia]. s. episcopus vel alius [dominico debitori] offensori domini. s. qui eum offendit, & in eum delinquit, debita dicuntur pęnę, culpæ, offensę, quibus deum offendimus, & inde rei & debitores ei existimus.† Qui.n.peccat statim obligatur ei in quem peccat ad pœnam subeundam, vnde efficitur ei debitor pœnæ, vnde in ipsa pœna dr̃ debitum, quod debetur de peccato, & ipsum peccatum dicitur etiam debitum quia pro eo pœna debetur, & ipse peccator dicitur debitor quia obligatur ad persoluendam pœnam.[non mediocriter]imo multum[debita] .i. pœnas debitas pro peccatis in eum commissis. Hug.[sua præsumptione]siue causa siue pœnitentia [resoluit] .i. relaxat, & dimittit [ea namque.] secunda pars. [facile possumus dimittere]vnde Mat.6.dicitur. Si.n.dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet vobis pater meus vestra, & Lucę.6.dr̃. Dimitte nobis debita nostra &c. Sed hic nota† ꝙ duplex est dimissio, vna quantum ad rancorem, & indignationem, & alia quantum ad satisfactionem, rancorem & indignationem omnino tenemur dimittere, etiam illo non petente, nec volente, satisfactionem vere dimittere possumus si volumus, sed non tenemur. [Ea vero quæ in Deum sine pœnitentia interiori] .s.cordis contritione sine qua nulli datur venia, vt 24.q.3. legatur, &.j.e.q.c.est iniusta, & di.50. si quis diaconus, sed habenti cordis contritionẽ potest sacerdos partem vel totum remittere siue in iudicio, siue de itinere faciendo, siue rebus suis dandis, & huiusmodi, dummodo hoc faciat cũ cautela, & discretione inspecta qualitate personæ, loci & temporis, vt 26.q.7.de his.Hug.

Diuisio.

Exponit literam.

Semel. §.est, in quo incipit quinta pars huius qõnis, in qua probat, ꝙ peccata semel dimissa non sunt iterum punienda, ad quod inducit c.sequens.

1 *Satisfacere non dicitur qui plene non satisfacit.*
2 *Transactio quid dicatur.*
3 *Iniuriæ non debent remanere impunitæ.*



I illic. Hoc c.est Gelasij papæ. Summa est in rubro. Et diuidi potest in duas partes. In 1.ponitur cuiusdam querela, ꝙ de peccato de quo semel satisfecerat iterata petebatur satisfactio. In secunda prouidet papa committens quibusdam episcopis qui habebãt de hoc videre, ꝙ.s.si culpa semel remissa est nõ sit iterum punienda, si non concordia vel iudicio terminetur. secunda ibi, si vero nihil. Leg.text. ¶ [Si illic vbi hæc acta sunt] vt vbi crimen committitur, ibi causa agatur, vt 3.q.6.ibi. Hu. [virisque].s.Stephano, & aduersario quem male tractauerat [satisfecisse].i. desiderium in iniuriato impleuisse[...]c .n.est satisfacere, vt.ff.qui satis.cog.l.1.†vnde nõ satisfacit, qui plene non satisfacit.ff.e.tit.l.quoties.[supplicatione].i. præcib.[agnoscere].i.remisisse, vel pepercisse[ablatione] .i.remissione[punitio].i.pena pro iniuria illata debita.Hu. [recidiuo].i.renouato post remissionẽ. [iterum]. i. ad iudiciũ, vel ad annũ reuocari.Hu.[diuinæ clemẽtiæ quæ dimissa &c.]quæ.n.Deus semel remisit peccata non punit iterũ, quia semel dimissa omnino tecta sunt psal.32. Non.n.iudicat Deus bis in idipsum. Oseæ 1.& Ezech.18. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus ē, & custodierit oĩa præcepta mea &c. vita viuet, & non morietur. oĩum iniquitatũ suarũ non recordabor. [Si vero.]2.pars. [de satisfactione.] facta à Stephano, & recepta ab aduersario[probabit]legitime. Hu. vel de remissione facta ab aduersario. Hug.[transactum].i.per transactionem siue compositionem diffinitum, & decisum.† Trãsactio est litis decisio, vel pactum interpositum de re dubia, vel lite incerta, vel iterata aliquo dato vel remisso, vel retento, vel retineri permisso. Hu.[monstratio].i. diffiniatur vel efficiatur alterum quæ sequuntur.s.vt componatur inter eos per cõcordiam, vel litem[finiatur]per iudicium, & hoc efficiatur[quatenus mihi nunc &c. prouenire] vt ad hoc fiat, & ab illo recipiat illud potius [exerceatur].i. fiat, in quo vel per quod.[afflicti].i.iniuriati, siue irremissibiliter persistat acerbitas ipsius iniuriati, qui ex nimia acerbitate animi nec iniuriam vult remittere, nec satisfactionẽ recipere [irremissibilis].i.irremissa, & non mitigato.s.quãtum ad actionem iniuriæ, ad quam remittendam non cogitur, nisi amicabiliter & præter iudicium vellet componere, & aliter velit satisfacere, licet rancorem & indignationem animi cogitur remittere, etiam altero non satisfaciente. Hug. nihilominus vindicetur, quasi diceret nõ ideo numerus,

Diuisio.

Exponit literam.

Hugu.

numerus, qui iniuriam fecit[ordine iudiciario].i.per iudicium condemnetur.†Interest.n. ecclesiasticæ seueritatis ne 3 factæ iniuriæ remaneant impunitę, vt 45. distin. sed illud, & 35.q.9.loci, cum multis alijs.Hug.[præsumptio.]iniurię à Stephano irrogatæ.Hug.

Sed obiicitur. §.est, in quo incipit 6. pars huius quæstionis, in qua ꝓbat, quod iudices morentur in correctione subditorum, sed tamen formam canonicam non excedant, & hoc per 7.cap.Io. de.Archid. obijcit tamen in primis contra illud quod dictum est, quod propria iniuria non sit vindicanda exemplo Helię, ad quod inducit sequens cap.Leg.tex.¶[Sed obijcitur] contra illud quod propria iniuria non esset vindicanda in c.inter querelas, ex facto Heliæ, vbi no.vt dicit etiam Hu. Gratianus obijciens errauit in historia, quia illi quinquagenarij non fuerunt missi per Achab regem, qui iam mortuus erat, vt patet 3.reg.22. sed fuerunt missi per Ochosiā filium ipsius Achab, hic Ochosias cum cecidisset per cācellos domus suæ, ęgrotauit, vt patet 4.reg.1.& vt idolatra misit non ad verum Deum, sed ad idolum Beelzebub Deum Acharon, quia ibi colebant idolum, vt Deum hos nuntios consilio angeli increpauit Helias, quod relicto vero Deo, consuluissent Beelzebub, quibus prædixit mortem regis, & comperto per relatum eorum quod Helias esset, misit ad eum rex quinquagenarios, quos igne cōsumpsit ibi Helias, non est tamen propriam iniuriam vltus, sed iniuriam Dei contra idolatras, & iuste quia honorem Dei attribuebant diabolo, hoc etiam fecit Helias consilio Dei per angelum, qui eum misit & hoc quoque imperantis vindicauit Helias non ad sui sed ad Dei gloriam, vt inde multi territi conuerterētur, & boni in fide confirmarentur idcirco obiectio non procedit, vnde ponit aliam in sequenti c. Itē obijcitur contra idem illud Syluestri, &c.

Exponit literam.



Gvilisarius. Hoc c.ē Syluestri papæ. Summa est in rub.Et pōt diuidi in 4.ptes. In 1. narrat qualiter Guilisarius cepit eū, & misit in exiliū.In 2.punit illū & cōplices suos anathematis gladio fecit. In 3. statuit, & prouidet in futurum statuendo, quod si aliquis talia contra episcopos attentauerit anathema sit.In quarta Vigilium diaconem cuius instinctu hæc facta fuerunt deponit ab officio sacerdotali.secunda ibi, ego tamen. tertia ibi, vna cum illis.quarta ibi. idem Vigilio.¶Pro pleniori intelligētia huius c. quæritur vtrum iudex possit licite punire in se delinquentem, de ista quæstione disputauimus supra dist.45.in c.qui emendat.Lege. ¶[Guilisarius mandauit].i.rogauit me.s.Syluester[dispositionibus].i.vtilitatibus. Hu.[ad primum & secundum velū].i. ad primam & secundam partem palatij, vel camerā, vel ostium.Hu.[Vigilium meum]proditorem[in exilium] .i.aliquam insulam.[Ego tamen]secunda pars.[anathematizamus]nōdum.n.fuerunt ipso iure excommunicati qui clericos percutiunt, vel detinent vel capiunt.Bernar.hisp. hodie sic 17.q.4.si quis suadente[vna cum illis] tertia pars [decipiendum]impune[decepit]supple statim[idem Vigilio]quarta pars[idem].s.Syluester[Vigilio]nomē quod habere debebat, quia adhuc non erat sacerdos [& munus].i. officium & ordinem[sed & hic]Soluit nunc Gratianus obiectionem de facto Guilisarij, & de excommunicatione Syluestri dicens, ꝙ Syluester non fuit vltus propriam iniuriam, sed iniuriam ecclesiæ.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Multitudo peccans an sit punienda.*

Quod autem. §.est, in quo Gratianus ostendit ꝙ quando peccatum est populi vel multitudinis non punitur quo ad totam multitudinem semper, sed sæpe quo ad paucos qui fuerunt potiores in culpa. Et hoc ostendit multiplici exemplo. s. Moysi & duplici exemplo Dei & exemplo Helię.¶ Pro pleniori intelligētia huius. Quæritur.†vtrum multitudo peccans 1 sit punienda. Et videtur ꝙ non primo ex litera præsenti. ¶Secundo ex gl.Matthei 13.quæ dicit, ꝙ multitudo non est excommunicanda nec princeps.¶ Tertio patet ex capitulo non potest.ȷ̇.c.q.¶ In oppositum arguitur, quia Moyses propter peccatum idolatriæ occidi præcepit multitudinem vsque ad 23.milia hominum.Item Helias zelo iusti tię igne cœlesti duos quinquagenarios cum suis condemnauit.¶ Respondeo dicendum, dicit.n. Aug.contra Faustū crimina inquit punienda, quādo salua pace feriri possunt, in quo tamen discretio est adhibenda, aliquando.n. delinquentium multitudo diu per patientiam est expetenda, aliquando in paucis est punienda, vt eorum exemplo ceteri terreantur & ad pœnitentiam reuocentur. Si vero salua pace multitudo puniri potest, sicut factū est quando submersi sunt in mari rubro ægyptij persequētes filios Israel. Et quando Sodomitæ vniuersaliter perierunt vindicta de ea sumenda, & per hoc patet responsio ad obiecta, de hoc etiam.s̄.diximus circa.§.hinc etiam.s̄.e.q.Lege.¶¶[Moyses]Exo.33.[paucorum]respectu aliorum[in posterum].i. in posteris[Christus]primum exemplum [Dei].i persona filij Dei, quæ Christus est, tunc.n.incarnatus nondum erat filius dei, Christus autem nominat duas naturas, & vnam personam, horum punitionem non fecit excluso patre & spiritu sancto qui cum filio sunt vnum principium creaturæ, vt dicit Aug.4 de trinitate, & opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, vt dicit idem primo de trinitate[vel murmurationes populi] filiorum Israel quando murmurauerunt contra Deum & Moysen, quia carnes in deserto non habebant vt in ægypto. Exo.16.& iratus dominus dedit eis carnes, quas dum adhuc in ore haberent ascendit ira Dei super eos & occidit non omnes, sed magis culpabiles ex eis. Numeri 11.[de quibus propheta]in psal.77. Manducauerunt & saturati sunt nimis &c.sequitur, & ira Dei ascendit super eos[sic & quotidie] ponit aliud exemplum de Deo qui licet aliquos de multitudine puniat non tamen totam multitudinem, vt patet:& ex hoc informamur de tribus, vt Deum honoremus, & diligamus, primo enim informamus quod Deus habet curam & prouidentiam de nobis, dum aliquibus parcit & alios punit. secundo informamur de Dei clementia & misericordia, per quam aliquos expectat ad pœnitentiam. tertio informamur de sua iustitia, dum aliquorum vindicat peccata [sicut etiam Helias] probat idem exemplo Heliæ de quo 3.Reg.18.

Quęstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Opponit in contrarium.

Respondeo.


Exponit literam.

Augu.

Quod vero. §.est in quo Gratianus inducit, qđ peccata quę probari nō possunt nō sunt à iudice puniēda, & hoc rationabiliter. tū primo quia homo non occultorum cognitor, nec iudex.ad Ro.9.Nolite ante tempus iudicare quousq; veniat dominus, & manifestabit occulta cordium, secundo quia sic daretur occasio mali, vt iudex damnaret si vellet innocentes, & liberaret nocentes.tertio quia defensio nulli est negāda, reus igitur petens defensionem si neget crimen non poterit cōuinci, & sic in non conuictum non potest iudicium dari, quia peccata quæ non possunt probari, non sunt à iudice puniēda, quod Gratianus probat exemplo Christi, qui iudam occultum peccatorem non abiecit.imo sustinuit vsque dum post cœnam ipse recessit. Matth. 26. & ad hoc inducitur sequens cap.[iudicijs] 30. quæst.5.§. incerta.[deferuntur] .i.non probantur.

1 *Iudex potest producere testes contra infamatum fama accusante.*

2 *Fama habetur loco accusatoris.*



SI quis potestatem. Hoc c.est beati Ambrosij super primam epistolam ad Cor.Summa est in rub.Et potest diuidi in 2. partes. In prima dicit, ꝙ priuata psona nec sua nec alterius pōt vlcisci iniuriam, vel ꝙ qui iudex non est neminem iudicare potest. in secūda ponit, ꝙ etiam iudex neminem condemnare debet sine legitima probatione.secūda ibi, est etiam iudicis.Lege.¶[Si quis potestatem] puta quia non est iudex non debet iudicare, vnde apostolus ad Ro.13.quis es tu, qui alienū seruum iudicas. alienum dicit super quem non habet potestatem[abijcere].i.repellere à consortio, vel communione aliorum, quia nō est eius prælatus vel iudex quem scit reum, siue sit subditus, siue prælatus, siue iudex, siue quicunque alius.Hug.[scit] in hoc casu locum habet quod dominus ait Mat.18.Si peccauerit in te frater tuus corripe ipsum inter te & ipsum solum &c. de quo.s̄.2.q.1.si peccauerit[probare non valet] testibus vel instrumentis vel alio legitimo modo cum esset criminosum.[immunis est]à peccato participationis, dum tamen secreto admoneat ne resipiscat, si non recipit eius admonitionē taceat.s.nulli dicat vel dicat tali qui possit prodesse non


Diuisio.

Exponit literam.

non obesse 22.q.5. hoc videtur[est etiam iudicis.]secunda pars[sine accusatore] sic Festus dixit Actu.25.non est mos Romanis aliquem condẽnare nisi habeat accusatores præsentes & detur ei locus defensionis ad abluẽda crimina[ac
1 cusatore.]homine vel fama, † fama.n.accusante pôt iudex testes contra infamatum producere,ar.6.q.2.si tantum,& 35.q.6.episcopus,& si crimen probatum sit sibi condemna
2 re,ex.de offi.ord.c.1.Ber.hispa.†habetur.n.fama loco accusatoris.extra de accus.qualiter 2.post prin. Excipiuntur tñ aliqui casus,vt dicit glos. positi 2.q.1.de manifesta[sic nec Christus] probat exemplo Christi Mat.26.& Io.13.

Similiter. §.est in quo Gratianus ostendit, ꝙ sentẽtia contra multitudinem, vel contra illũ qui sociam habet multitudinem non est ferenda,quod per sequens c.probatur.

1 *Thau quid designet.*

**On potest.** Hoc c.est Aug.lib.2. contra epistolã Permeniani. Summa est in rubro.Et potest diuidi in duas partes.In prima ostendit ꝙ correctio non est salubris quæ fit in multitudinem.s. quãdo ex tali correctione timetur scandalum,& commotio contra bonos,& turbatio pacis.In secũda dicit,ꝙ si adest facultas prædicandi siue exhortandi non est abstinendũ ab increpatione generali peccãtium.secunda ibi, turba autem.Lege.¶[Non potest salubris].i.salutem inducens vtilis & efficax à multis facta siue ab vno siue à pari &c. incipiens multitudinem.tunc.n.vt dicit Aug.1.de ciuitate Dei c.9.cessandum est à correctione[dolor] non remouetur tñ charitatiua correctio,& beneuola exortatio, & aspera correctio,vt dist.44.comessationes. Hug.[gemitus]1.q.1.per Esaiã vt[per illud].i.cõsimile[signum thau]dñs.n.vt habet Ezechi. 9. volens pessimam multitudinem peccatricẽ non conuersam ad prædicationem Ezechielis prophetæ eorũ malitiã increpantis punire, præmisit sex viros.i.angelos in similitudinem virorum quorum vni dixit, transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem & signa Thau.super virorum fronte gementiũ & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius, & dixit dominus illis quinque viris, trãsite per ciuitatem sequentes eum & percutite,Non parcat oculus vester nec misereatur adolescentem senem & virginem paruulum & mulieres interficite,& omnem super quem videritis signum Thau ne occidatis. Thau.n.vt dicit gl.est extrema litera hebraicorũ,
1 & habet crucis similitudinem†, vnde designat,quod boni existentes in medio nationis peruersæ debent gemere super abominationibus quas vident, à Christo signo crucis signati liberentur ab exterminio,& saluentur, qui vt dicit glo.non peccauerunt in hoc,nec peccantibus consenserũt, & aliena peccata planxerũt.[seuerã misericordiam].i. aspera correctio, quam seueram dicit misericordiam,quia nõ est ita leuis, quod iustitiæ deserat disciplinã, quia ꝑm Gregorium vtraque destituitur,si vna sine alia teneatur,di.45. disciplina[separationis].i.excõicationis sentẽtia,p q̃ excõicati separantur à cõione fideliũ non est ferenda cõtra multitudinem[tñ quia inania sunt].i. sine effectu cum multitudo talem sententiam paruipendat.Tum quia in hoc multitudo paruipendens per eam efficitur magis perniciosa, & sacrilega, vsurpans diuina & sancta, & per consequens fit multitudo impia, magis & superba tum quia ex hoc multitudo turbatur,& sic talis sententia magis perturbat,quam corrigat infirmos,qui facile scandalizantur[turba] secũda pars, facultas liberat,quæ intelligitur esse cum non prohibetur pastor ecclesiæ loqui,& auditur & nõ contemnitur. Hu.[generali obiurgatione] non speciali in iustum vel in illum.Hu.nullum.s.nominando,quia multa licent in genere,quæ non in specie,ext.de offi.ord.si sacerdos,si occasione corrigendi opportunitatem dicendi[flagellum]vt mortalitas,guerra vel fames,& similia. Si vero pastor non possit proficere taceat non spargat margaritas ante porcos, vt 11.q.3. quando quousque habeat occasionem loquendi & redarguendi.]

Diuisio.

Exponit literam.

Greg.

1 *Mali sunt exercitium bonorum.*

Præcepta: §.est,in quo quia.s.dictum erat ꝙ mali in pace sine scandalo sunt puniendi & corrigẽdi,& quia hoc videtur esse contrarium dictis euangelicis,& apostolicis quæ ponuntur in superiori.§. ex his omnibus,vbi dicitur ꝙ debemus esse misericordes inimicis,& eis benefacere,ideo nunc Gratianus soluit contrarietatem dicens,ꝙ illa dicta non sunt intelligenda,vt peccantibus relaxetur impunitas,sed vt sustententur, & corrigantur,& est tandiu sustentandus,donec per sententiam iudicis condemnetur.Lege.¶ [Præcept]a prædictã & allegata in illo.§.ex his omnibus.Hu. [euangelica] Matth. quinto: & Lucæ 6.[exortationes.] quæ præceptiones sunt. Hug.[apostoli]ad Rom.12.[vt peccandi]peccatum quidem est puniendũ,sed natura miserãda,vt j.e.q.duo Hu.[exercitiũ
1 malorũ]†mali.n.sunt exercitiũ bonorum,exercitantes eos angustijs & persecutionib.Hu.[tollat ab ecclesia].i.separetur a consortio fidelium.Hu.in hoc.ergo ostendit qualiter inimici sunt diligendi[alter alterius] ad Gal. 6.[persistentes].i.nolentes corrigi.Hu.[Sic.n.&c.]debet.n.quo ad pœnitentes misericordia superexaltare iudicium, vnde dominus ait Matth. 9. misericordiam volo non sacrificium, debet. n. leuitas seueritatem molire, vnde Ecclesiastici 7. scriptũ est,noli esse nimis iustus.i.seuerus vel rigidus[quia est iustus qui perit iniustitia sua].i.cum executione iustitię suæ.i.seueritatis siue duriciei suæ, vnde gl. exponens illud dicit,quia iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.Iaco.2. corrigat ergo sapiẽs vt magister, & compatiatur vt pater. [item illud apostoli] 2.ad Cor. 2. [donastis].i. pepercistis siue remisistis, loquitur apostolus Corintho qui publice nouercã suam pro vxore tenuerat, qui ad pœnitentiam redijt & petijt apostolus,vt ipsi corinthi reciperent ipsum in communionem suam, & condonent ei offensam qua eos offenderat in illo facto, & quòd ei debeant condonare dicit[& ego donaui].idest peperci. nam & ego quasi diceret. Si ego magister vester præcibus vestris condonaui cui voluistis condonare, multo magis vos discipuli præce mea debetis condonare cui, & ego condono. Simile est de Fotino & Eustachio. trigesima quinta q.nona.veniam.Hug.[vt non circunueniamur] id est decipiamur[cogitationes] id est astutias, & versutias [eius]. s. satanæ,hucusque sunt verba apostoli,à modo verba expositoris habentur sunt &c.Ex dictis concludit, ꝙ impœnitentibus & obstinatis in malo non est misericordia impendẽda,& hoc probat ex capitulo sequenti.

Exponit li

Diuisio.

1 *Iudex an possit punire delinquentem sine misericordia.*
2 *Misericordia iniusta quæ dicatur.*

**St iniusta.** Hoc c.est beati ambrosij super beati immaculati, & nõ de officijs sicut dicit Gratianus. Summa est, ꝙ misericordia deneganda est impœnitentibus,& in malitia obstinatis:talibus.n.iniuste exhibetur misericordia. Et diuiditur in duas partes. In prima probat ꝙ in summario dictum est per quatuor exẽpla. In secunda ex inductis exemplis concludit principale pro-
1 propositum. secunda ibi non potest.¶Pro pleniori intelligentia huius c.Quæritur †vtrum iudex possit delinquentẽ sine misericordia punire. Et videtur ꝙ sic ex præsenti litera,vbi dicit in principio est iniusta misericordia. Denique in lege scriptum est de quodam illius non misereberis,& multa sunt in eodẽ c.ad idem. ¶ In oppositum est illud Iaco.2.iudicium sine misericordia fiet ei,qui non fecit misericordiam. itẽ Ecclesiastici 7. dicitur. Noli esse nimis iustus, sed nimis iustus est cuius iustitia est sine misericordia.¶Respondeo dicendum,ꝙ in persona delinquẽtis est attendendum vtrum sit pœnitens vel in malo persistens,& tunc sicut dicit August.& habetur in c.præcedẽti.iubemur diligere inimicos & misereri eorum, vt de eorũ perditione doleamus, & eorum salutem desideramus non vt pertinaces & in malo persistentes libertati donemus, & impunitati & infra sicut pœnitentibus misericordes esse iubemur, sic impœnitentibus & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.Ad rationes factas respõdetur,ꝙ Ambrosius loquitur de obstinatis in malo. Ad alias rationes pro alia parte respondetur,ꝙ loquuntur de pœnitentibus quibus non seueri, sed misericordes esse mone-
2 mur,vt in dicto c.non potest. Lege.¶[Est iniusta]†iniusta dicitur misericordia dum obdurato in malo indulgetur. Tum quia per talem misericordiam in sua malitia perseuerat, tum quia sic perseuerando in malo acriora tormenta procurat

Diuisio.

Quæstio.

Primũ ar.

Oppon.in contrariũ.

Respondet

Exponit literam.

procurat, tum quia dum non punitur fit ceteris exemplū mali ac bonos scandalizat, quod est iniustum[iniusta mīa] i. opus mīæ, quod putatur esse misericordia & nō est quia iniuste exhibetur cui miserendum non est.[denique in lege]probat Ambrosius hic.s.ꝙ talis misericordia fit iniusta primo pcepto legis.[quia scriptū est] Deut.13.[de quodā] i. de quolibet ad idolatriam deorum alienorū filios Israel inuitante, vbi dicitur ne pareat ei oculus tuus, vt misereaтis aut occultes eum, sed statim interficies eum.¶ Secundo hoc probat exemplo Saul, cum ait [& in libris regum]in quorum primo rex Saul, quia contra præceptum domini pepercit Acab regi Amalech, & non interfecit eum damnatus est Saul, & priuatus regno, vt patet 1. Reg.15.¶ Tertio hoc probat ex officio iusti iudicis cū ait.[Si quis latro] iustus.n.iudex cum probat latronem stantem in proposito latrocinandi, non debet flecti præcibus, filiorū aut vxorum moliri fletibus, vt putet aut velit latronem liberare. Tum quia si hoc fecerit grauiter peccat, tum quia iniuste nocentem liberat. Tum quia iudex in hoc est causa mortis & spoliationis multorum quos iste latro proponit excidio tradere & damnificare. Tum quia dū iudex gladium reprimit illum latronem non occidens [& sibi vincula soluit laxat exilium.] Causa est ꝙ latro amplius latrocinetur a & plura faciat mala, & sic iniusta clementia iudicis crudelis impietas est multorū, quod cauere debet iustus iudex. ¶ Quarto hoc probat per casum ibi.[denique dices] ponitur casus, reus accusatur de crimine quo probato debet decapitari. Accusator autem ad parem pœnam se exponit si non probet, tunc iudex miserēdo vni damnat alium innoxium quod est iniustum. Litera sic legitur.[de capite] i. capitali crimine[detractantes].s.si is qui accusat[calumniator appareat].s.vt faueat accusato [alterum] .s. accusatorē [si non probasset alterum].i.reum, si non id quod iustitiæ est iudex exequatur .s.condemnandum reum[sed miseretur alterius].s. rei [probantem]quasi calumniatus sit, aut dum accusatori fauet qui debet puniri deficiēte probatione[adijciet innoxium].i.damnabit[non potest igitur]secūda pars. Concludit ex præmissis suum intentum, quod talis misericordia tanquam iniusta non est seruanda[maxime] .i.quam multum puta ꝙ excommunicatus qui cum lacrymis & longo tempore debet facilitate sacerdotis communionis, & absolutionis beneficiū leuiter obtinere, primo ne ex facilitate sententia vilescat, & contemptibilis habeatur. ¶ Secundo vt difficultate obtinendi absolutionē peccatorum plus erubescat magisque confusus timeat similia perpetrare, & se doleat perpetrasse. ¶ Tertio ex diuturnitate pœnæ cæteri retrahantur à malis. & eis sit pœna in exēplum, quia vt dicit facilitas &c. & August. 5. de ciuit. Dei, venia dari debet non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis.

a¶ Latrocinetur. ad latrociniū dicitur magnū scelus Pet. de An. in c. tuæ nu. 1. de pœnis.

1 *Iudex an possit condescendere in dubio personæ miserabili.*
2 *Iudicium rationis rectum quando dicatur amitti.*



NE amisso. Hic quasi extraordinarie Gratianus inducit hoc cap. quod est Augu. super librum psalmorū Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit quod in summa cōtinetur. In secunda assignat rationem ibi, cuius si parcis. ¶ Pro plenio-

Diuiso.

1 ri intelligentia huius cap. Quæritur† Vtrum possit iudex personæ miserabili in iudicio condescendere, quod non arguitur ex præsenti c. ¶ Secundo ex illo Exod. 23. nō declinabis in iudicio pauperis, item pauperis non misereberis in iudicio. ¶ Tertio Leui. 19. non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. ¶ In oppositum arguitur ex illo Eccle. 4. in iudicādo esto pupillis misericors vt pater. ¶ Respondeo dicendum ꝙ est misereri contra iustitiam, & est misereri salua veritate & rectitudine iustitię, secundum hanc distinctionem sunt duæ conclusiones. prima ꝙ primo modo iudex in iudicio non debet condescendere miserabili personæ. Et pro hac conclusione sunt autoritates tam diuinæ legis quam præsentis c. ¶ Secunda conclusi. ꝙ iudex potest miserabili personæ condescendere in iudicio, quando salua veritate & rectitudine iustitiæ fieri poterit. Et pro ista conclusione sunt aliæ autoritates, vnde Esaiæ primo reprehenduntur iniqui iudices, qui pupillo non iudicabant. Lege textum.[¶] [Ne amisso.].i.dimisso.
2 Et detecto ordine iuris.† In mala causa bene amittitur rectum iudicium rationis, quando pauper defenditur in mala causa. Tum quia preferenda est veritas & iustitia cuicunque personæ, vnde Philosophus dicit 1. ethicorū, ꝙ existētibus duobus amicis sanctum est præhonorare veritatem. Tum quia defensor male causæ efficitur patronus iniquitatis, & dum subleuat iniustum, ipse cadit in culpam. Tum quia iustificat impium, quod est damnabile Prouerbiorū 17. qui iustificat impium abominabilis est coram domino[cuius si partis]secunda pars[sacello diminutiuum de sacro, quasi diceret modicæ facultati vbi assignatur alia causa, quia nequior ille pauper efficitur ex tali fauore cum laudatur peccator, & iniquus bene dr̄ Psal. 9. Tum quia in hoc læsus grauatur iniuste, dum pauper grauans in sua malitia sustentetur. Tum quia facit in hoc iudex contra præceptū domini, de quo dicitur Exod. 23. pauperis non misereberis in iudicio, & Leuitici 19. Nolite facere aliquod iniquū in iudicio, quia accipere personā in iudicio non est bonū, vt dicitur Prouerbiorū 24. litera dicit.[Percutis cor.]quia reddis occasionaliter eum iniquum[corpus iustum].i. iudicem, siue prælatum ad faciendum iustitiam prępositum, quem reputat pauper iniuste sibi subuenisse ex quo deterior efficitur pauper.


Quęstio. Opponit & Respōdet. Primo con. Secunda cō. Exponit literam.



DVo ista. Ad idem sequitur hoc ca. quod est beati August. in quodam sermone summa est in rubro. Et diuidit in tres partes. In 1. dicit id quod in summa. In secūda parte ponit, ꝙ hæc correctionis disciplina debet inuigilare in omni statu, in omni ordine hominum, quod ostendit multiplici exemplo. In tertia elicit de eleemosyna omnibus impendenda necessitatem habentibus exemplo Christi. secunda ibi, huic officio. tertia ibi, huic itaque. Lege text. ¶[Duo]homo peccator duo includit, naturam.s. qua est homo, & culpam per quam est peccator, & sic Petr. Lucæ 5. ait. Exi a me domine, quia homo peccator sum, dilige hominem, dilige in natura. Odi peccatorem, odi culpam peccator corripiendus, sed homini misericordia impendenda est. Et ideo dicit, quia peccator est corripe &c. & assignās quasi necessitatem dicit, subiungit nec omnino liberabis hominem[nisi cum persecutus].i. cum puniens peccatorem[hinc]secūda pars[omnis inuigilet].i. inuigilare debet. Arc.[hæc disciplina.] vt natura sustentetur, & culpa castigetur, necessario omni statui omni regimini à pauperis domo vsque ad regem nulli ergo hominum est misericordia deneganda, nulli peccatori ad curandum culpam est pœna subtrahenda pro posse, & necessitate[impunitas ex toto]vel nisi pœniteat[hinc itaque]3. pars, hoc ostēdit exemplo Christi qui ex loculis dabat pauperibus, vt colligitur. Ioan. 12.[Et Paulo]concludit ex dictis, ꝙ non diligamus homines, quia peccatores sunt. sed quia homines sunt &c. omnia sunt clara.

Diuiso. Exponit literam. Archid.

Item §. est, in quo quia obijci videtur, quod pœna sanguinis non sit inferenda quibuscunq; malis. Nā dominus Petro ait. Conuerte gladium in locū suum. Omnes.n. qui acceperint gladium gladio peribunt, ideo Gratianus inducit expositionem huius dicti per Augustinum in sequenti c.



ILle gladium. Hoc cap. est Augu. 22. contra Faustum, & nō secundo libro contra manicheos, vnde corrigendus est titulus. Summa est in rubro. nō diuiditur, Lege. ¶[Ille gladium. summa expositionis est, ꝙ portare gladium siue inferre pęnam sanguinis prohibetur ei, qui habet legitimam potestatem vt princeps vel iudex de quibus apostolus ad Romanos 13. dicit, vis non timere potestatem bonum fac, & habebis laudem ex illa. Si autem malefeceris time: nō.n. sine causa gladium portat. Dei.n. minister est vindex in iram ei, qui malum agit, & 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ, siue regi sicut præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum. laudem vero bonorum, sed priuatæ personæ prohibetur gladio ferire vt etiā ipse Augustinus primo de ciuitate Dei c. 17. Nulli priuatæ personæ licet hominem occidere, cuius occidēdi licentiam nulla lex concedit.

Exponit literam. Augu.

Porro. Hic incipit septima pars quæstionis, in qua pbat magister per 13. autoritates, quod omnes iudices debent corrigere malos. Dictum.n. erat supra in c. qui secundum carnem, quod nullum persequi deberemus sed dicit

sed dicit nunc Gratianus, quod hoc non est generaliter ita intelligendum, quod ecclesia nullum persequebatur, sed quòd iniuste nullum persequatur. Clarum est.n.quòd ecclesia quæ est mater iustitiæ & misericorditer nullum iniuste persequitur. Iuste tamen aliquos persequitur vt hæreticos,& alios peccatores,& de ecclesia expellit exemplo Christi,qui vendentes & ementes eiecit de templo Io.2.

1 *Mali an sint cogendi ad bonum per pœnas.*



Nimium. Hoc scribit August. ad Vincentium donatistam. Summa est in rubro. Et diuiditur cap.in duas partes. In prima ostendit quòd hæretici sunt per potestatē secularem corrigendi,& hoc probat pluribus rationibus,& exemplis prophetarum, Christi, & apostolorum, & institutione imperiali. In secunda ostendit quòd quia nullus crimen maculat nescientē non est semper corporaliter recedendum à consortio malorū. secunda ibi, certe nullius. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capitu. & multorum sequentium. Quæritur Vtrum 1 † mali per pœnas sint ad bonum cogendi. Et videtur quòd non ex hoc multipliciter. Primo sic, nullus potest esse inuite bonus, ergo hoc ipsum quòd est cogi ad bonum non est ei bonum nec cogenti conuenit, hoc ergo relinquitur, ꝙ nullus sit cogendus ad bonum. ¶ Secundo sic. sicut dicit beatus Dionysius non coactam habemus vitam, imo sicut dicitur Ecclesiast. 15. ante hominem vita & mors bonum & malum, quòd placuerat & dabo ei, & relinquit eum in manu consilij sui. Si ergo Deus concessit liberum arbitriū ad bonum & ad malum non est homo cogendus ad bonū. ¶ Tertio sic. Nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur, quia Deus coacta seruitia aspernatur, vnde primo ad Corinthios 9. dicit Apostolus. Si ex necessitate euangelizauero, non est mihi gloria. Si autem volēs hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. ¶ Quarto sic multi ex coactione efficiunt impatientes, ergo & deteriores, ergo coactio vergit eis in deterius. Cū ergo de omnibus malis hoc præsumatur sequitur, quòd nullus malus est ad bonum cogendus. ¶ Quinto de lege naturæ est non facere alij, quod non velimus nobis fieri. Thobiæ 2. Si ergo nullus vult cogi, quia nullus vult contrariū eius, quod vult ergo de lege naturali nullus debet cogi. ¶ Sexto sic: si Christus, & apostoli nobis imitandi proponuntur, sed Christus Iudeos malos in se credere non coegit. Similiter nec apostoli aliquos coegerunt, ergo vniuersaliter mali non erunt cogendi, & maxime per flagella, cū dicat saluator. Matth. 5. qui percusserit te in vna maxilla &c. ¶ In oppositum est capitulum præsens. ¶ Respōdeo dicendum sub ista conclusione quam ponit Augustinus hic. s. quòd non inutile est, imo multum vtile & expediens vt per correctionem emendentur, & resipiscant etiam inuiti ab errore, vt contingit de multis hæreticis de quorū reditu gaudet ecclesia, quam conclusionem Augustinus demonstrat in litera multis rationibus & exemplis sanctorum, de quibus videbitur in expositione literæ. Lege. ¶ [Nimium sunt inquieti]. s. hæretici, siue mali [quos per ordinatas à Deo potestates] quia, ad Romanos 2. omnis potestas à Deo est, & 89. dist. cap. vlt. &. s. e. q. 1. quid culpatur. Hugu. non videtur inutile, imo vtile multum. [Nam &c.] s. n. prima ratio [quisquam] ista ratio assignata est. s. e. q. c. ipsa pietas, & cap. quid faciet, ibi vide [ac quibusdam] secunda ratio [medicina est correctio] quasi diceret non, quia & si nō omnes aliquos tamen sanat, item post aliqua, tertia ratio. [parcit amicus] sed magis vt inimicus ei parcit, quia ad malum & interitum eius ei parcitur, sed ille veraciter diligit, vt pater filium quem pro illius emendatione corripit, castigat, & erudit [meliora] Prouerbiorum 27. tertia ratio [melius] quarta ratio. Nulla est comparatio inter dilectionem & deceptionem, qui diligit procurat bonum, qui vero decipit machinat in malum, & ideo si melius tenetur electiue [vtilis] 5. ratio. Quanto. n. vita animæ præcellit vitā corporis, tanto præferenda est iustitia qua anima viuit cibo corporali. Si ergo esuriens acquiescat iniustitiæ nō est malæ iniustitiæ pascēdus, & ideo panis temporalis vtilius subtrahitur quam detur [putas] putauit Vincentius in hæresi donatistarum radicatus quod nullus deberet cogi ad iustitiam fidei, cum credat nisi volens, vt dicit August. super Ioann. sed quòd homo cogi possit vt per coactionem inducatur ad volendum credere probat August. primo inducens parabolam in qua Lu. 9. paterfamilias dixit seruo. Exi in vias & sæpes, & quoscunque inueneris compelle intrare, quod expositum est supra eadem quæst. cap. ipsa pietas, secundo probat per Paulum quia actuum. 9. à Christo de cœlo vocatur, & in terram prostratus factus est ex superbo Saulo humilis Paulus, & ex persecutore factus est vas electionis, & prædicator veritatis, tertio hoc probat exemplo. fur. n. vt oues errare faciat ad bonum pabulum spargit, & sic oues furatur, & perdit, sic qui erranti parcit. Sed bonus pastor flagello correctionis errantia pecora ad ouile reducit. Sic qui errantes corrigit. ¶ Quarto hoc probat autoritate prophetæ Psalm. 100. dicentis detrahentem secrete &c. sed boni persequuntur malos vtiliter & iuste, sed mali bonos iniuste, & iniqua voluntate, boni vero mala ex charitate sicut medicus ægrotum, vnde malus persequitur sanitatem, sed bonus in persequendo malos persequitur [putredinem]. i. peccatum, quòd est animæ putredo [occiderunt.] Exemplificat quomodo mali persecuti sunt bonos Matthæi vigesimo quarto. dominus ait, filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Ecce mitto ad vos prophetas, & sapientes & ex illis occidetis. [occiderunt.] exemplificat quomodo persecuti sunt malos dicens [occiderunt prophetæ impios] vt Helias prophetas Baal. 3. Regum 18. item occidit quinquagenarios quarto Regum primo, occidit Samuel Agad regem Amalech, primo Regum 15. Dauid occidit multos. vnde vir sanguinum dictus est primo Paralipom. 17. [iudei] exemplum aliud de persecutione bonorum per malos: Iudei Christum flagellarunt Matthei. 27. & Christus flagellauit iudeos eijciendo eos de templo [flagellauit & Christus]. s. per Romanos, quando vt prædixerunt Iudei Ioann. 11. venient inquit Romani, auferent gentem nostram & regnum. Christus etiam frequenter verbis flagellauit eos illorum peccata reprehēdendo. [apostoli.] quibus dominus dixerat Matthei 10. tradent vos in synagogis, & concilijs, & ante reges, & præsides ducemini propter nomen meum, & morte afficient vos [apostoli.] hoc fecit Paulus, qui fornicatorem tradidit satanæ primo ad Corinthios 5. sed apostoli hoc fecerunt ad emendationem, vt spiritus saluus fieret, & hoc opus veritatis est, & iustitiæ, & charitatis, sed maligni persecuti sunt bonos contra Deum contra iustitiam, contra veritatem & charitatem hoc est, quod dicit in his omnibus qu d attenditur &c. [Constantinus] probat ex constitutione imperiali. Constantinus legem contra hereticos statuit corrigendos. [Certe] secunda pars [nullius crimen maculat] quia inuincibus ignorantia excusat à macula culpæ, vt supra eadem quæstione. quam magnum Archidiaconum [demonstrari. i. probari [credi &c.] legitime. Archidiacon. sicut tolerauerunt prophetæ. Hierem. 18. & Esa. 52. Archi. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando assumptum, quoniam per hoc facilius ducitur ad bonum, quia licet primo cogitur inuitus tamen post de inuito facilius fit voluntarius, sicut Augustinus in epistola ad Bonifacium comitem scribit de Paulo, qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit. Actuum 9. & plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in euangelio laborauit. ¶ Ad secūdam respondetur quòd non militat, & ratio est, quia secundum Anselmum libertas, ad peccandum non est dicenda libertas, nec pars libertatis, cum ipsum malum non sit nisi defectus, vnde coercere voluntatem à malo hoc non est impedire voluntatem, sed ipsam iuuare. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta Alexandrum de Halis in tertio quòd si bonum ad quod mali coguntur semper inuiti tolerarent, & nunquam voluntarij fierent inutiliter cogerentur ad bonum, sed quia humanę naturæ est ea quę in dissuetudinem dicuntur abhorrere & consueta magna custodia diligere, ideo per consuetudinem de inuitis fiunt voluntarij, & ita non inutiliter cogitur quis ad bonum, vnde Augustinus super psalm. 117. dicit, cum per timorem gehennæ continet se homo à peccato, fit consuetudo iustitiæ, & incipit homo quod durum erat amare, timor excluditur à charitate, & succedit timor castus. ¶ Ad quartam respondetur negando assumptum vniuersaliter de omnibus licet verum sit de aliquibus propter hos tamen, vt supra in præsenti litera, dicit Augustinus non est negligenda medicina, maxime cum præsumendum sit de quolibet ratione diuinæ gratiæ quæ omnibus

Margin notes: Diuisio. — Quæstio. — Primū ar. — Secūdū arḡ — Tertium arḡ — Quartū ar. — Quintū ar. — Sextum ar. — Opponit & Respondet — Exponit literam. — Archid. — Ad primum argu. — Ad secūdū — Ad tertiū. — Ad quartū.

Ad quintũ. omnibus se offert quòd sit emendandus. ¶ Ad quintam respondetur, quòd de lege naturali non est velle cogi ad quodcunque, sed bene ad id quod non decet vel expedit, cogi autem ad bonum expedit, & decens est, & ideo non est contra legem naturalem, quia & si menti alienatæ a ratione sit odiosum bonum ad quod cogitur, tamen postea sanatæ menti fit amabile, sicut supra in eodem capitulo, dicit Augustinus de ęgroto frenetico, & idem scribens contra Faustum. Ad sextum Ad sextam respondetur negando minorem, quia illa falsa, vt patet per ea quæ dicta sunt in præsenti capitulo, vbi Christus flagellis expulit ementes & vendentes de templo. Ioannis secundo, & Marci 11. & Matth. 21. & per Romanos flagellauit Hierusalem. item Paulus apostolus tradidit hominem Satanæ, &c. primo ad Corinthios 5. Et ita Christus & Apostoli ad bonum coegisse leguntur aliquos licet non ad omnes vsi sunt hac potestate, sed secundum ordinem suæ sapientiæ. De ista materia plura videbuntur in capitulis sequentibus, per quæ veritas cõclusionis clarior reddetur. Et responsio ad argumenta hæreticorum. Ista tamen materia tangit quæstionem sextam quæ formaliter est, vtrum mali cogendi sint ad bonum.



Displicet. A idem est hoc capitul. ipsius Augustini in epistola ad Donatum presbyterum hæreticum. Summa est in rubro. Et potest diuidi cap. principaliter in duas partes. In prima respondet duabus querelis istius Donati. In secunda ponũtur obiectiones quibus ipse Donatus probabat non deberi cogi ad fidem, quibus respondet Augustinus. secunda ibi, sed nec, hæc autem diuiditur in quatuor, secundum quatuor obiectiones, quas inducit præfatus Donatus de q̃bus videbitur in processu literę. Lege. ¶ [Displicet] pro intelligentia literæ notãdus est casus Donatus hereticus vt ad fidem redire cogeretur cum vno alio socio eius manu militari ad secularem iudicem ducebatur super equum iste Donatus se sponte de equo proiecit in quendam puteum, vt moreretur vbi grauiter se lęsit in corpore. Socius vero hoc nõ fecit, sed seruauit se illęsum. Conquerebatur igitur iste Donatus de duobus, primo quòd compellebatur sic ad fidem & quod hoc non esset conueniens quatuor rationibus vi-sus est ostendere. Secundo conquerebatur quòd esset læsus in corpore omnibus istis respondet Augustinus dicens. primo displicet, quòd traheris ad salutem, quòd non deberes facere, quia iuste & salubriter traheris ne pereas in errore, sed reductus ad veritatem salueris, quia ipse multos [traxeris ad perniciem] .i. perniciosum errorem, & mortem æternam infra eadem cap. proximo. Quid autem volumus nisi te non res tuas, non substantiam tuam, sed te saluari [ne pereas] æterna morte. [Quod autem.] respondet ad secundam querelam [læsus in corpore &c. amoto] .i. dato vti voluisti, sed præ impatientia in terram crudeliter collisisti, sicut patet per contrarium in socio suo, qui illæsus venit [sed nec] secunda pars [sed nec hoc putas.] & est prima ratio illius hæretici, putabat .n. non conuenire vt aliquis cogeretur ad fidem, sed male putabat, sed conuenientissimũ & vtile sicut in præcedenti capitulo probatum est quod etiam probat Augustinus per locum à minori, cum ait attende, quod dicit Apostolus primo ad Timote. tertio. qui episcopatum &c. quasi diceret si multi viri sancti compelluntur à suis superioribus pro vtilitate ecclesiæ suscipere episcopatum, & hoc iuste quanto magis compellendi sunt hæretici, vt detestentur & relinquant errorem eorum, & tandiu donec velint fidei perditæ recipere veritatem, & venire ad statum salutis [dicis dominum dedisse liberum arbitrium &c.] secunda ratio, sed hoc non est verum, quia in hoc nihil fit contra libertatem arbitri. pro quo nota, quòd vt dicit Augustinus libr. de libero arbitrio libr. tertio cap. tertio. Nihil tam in potestate nostra, sicut velle, & sic non possumus coacte velle, cum voluntas sit immunis à coactione cum sit libera, vnde est oppositum in obiecto dicere, quòd quis velit coactus, sed bene per pœnas & coactiones exteriores inducitur homo ad cogitandum de errore, & de veritate, de bono, & de malo, de bono prosequendo, & malo fugiendo, prout scriptura dicit Esaiæ 33. vexatio dat intellectum, quia per vexationes mouetur homo ad intelligendum verum, & sic consequenter per rationẽ consulentem vult libere voluntas bonum vel malum, & eligit vt dicit Philosophus tertio ethicorum. Non ergo cogitur voluntas, sed violentia fit secundum corpus, & vires sensitiuas inducitur homo ad libere volendũ & voluntate credant, quare ergo illi &c. s. qui coguntur vt recipiant episcopatum [attende ergo &c.] Respondet quòd non est contra liberum arbitrium, quod aliqui malam suam voluntatem nõ permittantur exequi, sed magis detur potestas & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. [Nam si voluntas.] vlterius probat, quod mali non obstante libero arbitrio cogendi sunt ad bonum. primo exemplo Israelitarum. secundo exemplo Pauli. de primo dicit [quasi Israelitæ.] de quibus Exod. 16. & 17. & Numeri 11. de exemplo secundo ait [quare Paulus] Actuum 9. tertio hoc probat auctoritatibus sacrę scripturæ ibi [mouetur pater in scripturis] Ecclesiastici 30. præcipitur vt filium corrigat &c. [Salomon] Prouerbiorum 23. tu virga &c. negligentes inducit ad idem probandum illud Ezechielis 33. vbi reprehendũtur pastores negligentes gregem de quibus dominus ait, ve pastoribus .i. prælatis qui pascebant semetipsos &c. patet ergo, quòd non obstante libero arbitrio salubris est correctio, & salubriter Donatistę velut oues errantes veniread ouile Christi compelluntur. [& vos] .s. Donatistæ [oues &c.] hic August. respondet tacitæ quæstioni. posset enim quis quærere quomodo Donatistę & alij heretici a dicuntur oues Christi, qui eius fidem & ecclesiam reliquerunt. Et dicit quòd oues Christi dicuntur propter characterem, vbi sciendum, quod baptismus collatus & susceptus in forma ecclesiæ imprimit in suscipiẽte baptismum characterem. s. signum indelebile per quod discernitur baptizatus à non baptizato, & sicut character iste non potest deleri, ita nec potest baptismus reiterari, vnde quamuis possit homo per hæresim à fide recedere & ab ecclesia, nõ potest tamen recedere quin semper maneat character quẽ in baptismo recepit, sed quia charitatis &c. [noli ergo &c. in puteo] crudelitatem Donati Augustini reprehendit, & reprobat qui in puteum se proiecit in quo sui crudelis homicida esse voluit, sed misericorditer serui Dei cõtra eius voluntatem ipsum à morte liberant, quod si non fecissent crudeles merito fuissent, sed ipse crudelior sibi cui serui Dei misericordes fuerunt. [Si ergo] probat ex hoc Augustinus propositum dicens, quòd si charitatis & misericordiæ est corporali saluti proximi opem dare, & eum à morte corporali liberare, multo laudabilius procuratur salus & vita spiritualis etiam inuitum liberando eum à morte ęterna, patet litera. [Et post pauca repetis] quarta obiectio [repetis] .i. obijcis ad probandum lib. ar. nõ esse cogendum ex verbis Christi Ioa. 6. Ex quibus arguit, quòd nec ecclesia deberet compellere eos ad fidem sicut nec Christus fecit, sed respondet August. ibi [sed non attendis quod tunc] .s. tempore Christi nouella erat ecclesia, & in humilitate tunc quia assistebant reges & principes terræ aduersus dominum, & aduersus Christum, vnde Christus noluit compellere tunc, sed hoc tempore quo impleta est prophetia Psalm. 71. adorabunt eum omnes reges terræ omnes gentes seruient ei, pleniori vtitur potestate, & ad hoc dicitur. Et tunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore, vnde hoc tempore Christus per suos prælatos & christianos reges compellit hæreticos intrare. Et hoc ostendit Augustin. per parabolam de inuitatis, in qua Lucæ decimo quarto quamuis Christus haberet potestatem, prius tamen voluit commendare humilitatem, vnde de primis non dixit, compelle intrare, sed introduc huc, sed ad vltimos sic. Concludit ergo Augustinus, quòd ita significata sunt primordia ecclesiæ.

a ¶ Alij hæretici. hęretici qui dicãtur vide Pe. de An. in c. firmissime. n. 5. de hęreticis & quod sint ipso iure excõmunicati idem in c. excõicatus nu. 1. & 2. e. ti & in c. nouerat num. 1. de sen. excõi.

Aug.



Quando. Ad idem propositum est etiam hoc capitu. quod est ipsius August. super Ioann. homi. 11. Summa est in rubro. Diuiditur autem in tres partes. In prima ostendit, quòd rationabiliter hæretici cogantur ad ecclesiam redire per secularem potestatem, & hoc probat exemplo Agar ancillæ Saræ, in qua ostendit Augustinus. ꝙ hæretici non debeant adiuuari nec conqueri, quòd à regibus cogãtur pœnis & afflictionibus ad ecclesiam redire, dicens eos ita ex officio suo debere facere, quod ostendit exemplo Nabuchodonosor. secunda ibi, mirantur. Lege. ¶ [Quando vult Christus baptismi] donatistæ vtuntur exsufflare baptismum Christi, vnum est baptisma Christi, quod isti cum

Diuisio. Exponit literam


cum rebaptizant violant, & ita errant rebaptizando. Quod vero mirari debeant hæretici, quod Christus quandoque concitet contra potestates seculares, vt redeant ad ecclesiam vnde exierunt, probat exemplo Saræ, & Agar ancillæ eius. Sara figuram habet ecclesiæ. Agar ancilla eius figuram hæreticorum, dicit ergo quòd non debeant de hoc mirari quod vocat[vt à Sara]id est ecclesia verberetur [Agar]id est ipsi hæretici, vt ipsi instar Agar humiliati reuertantur ad obedientiam & obsequia [dominæ suæ].s.ecclesiæ, patet litera[mirantur]secunda pars.s.Donatistæ hæretici, sed non debent mirari imo si non mouerentur.[quomodo redderent rationem &c.] quasi diceret male, alia patent.[Nabuchodonosor]probat hoc exemplo Nabuchodonosor arguendo à minori dicens, quod si Nabuchodonosor rex alienigena probat hoc quòd vidit tres pueros ab igne liberatos, decreuit contra blasphemantes Deum Israel. Daniel. 3. quomodo reges fideles non mouentur contra hæreticos, qui non tantum tres pueros, sed cunctos in eum credentes liberat de igne inferni quomodo iterum non mouebuntur, qui vident Christum exsufflari in christianis, quod tunc fit cum hæretici dicunt christiano, vt neget se christianum talia volunt facere hæretici[videte]ostendit quod maius malum inferunt christianis quam christiani eis. Nam ipsi suis erroribus occidunt animas, ipsi solum affliguntur in corpore, ipsi inferunt mortem æternam, ipsi temporales pati conqueruntur, & sic tota litera patet.



Qui peccat. Ad idem est hoc cap. quod est eiusdem August. contra Petilianum. Summa est in rubro. Diuiditur autem hoc capitul. in duas partes. In prima ponuntur quædam responsiones ad aliquas quęstiones, quas mouebant hæretici. In secunda concludit contra hæreticos, quod iuste à ministris Dei flagellentur. secunda ibi. restat. Lege. ¶ [Qui peccat non peccat legis autoritate.]lex.n.prohibet peccata, vnde Augustinus contra Faustum. peccatum est dictum vel factum aliquod contra legem æternam. Lex æterna est ratio diuina, siue voluntas Dei ordinem naturalem conseruari iubens, conturbari vetans. finis.n.legis est dilectio, siue charitas, quę secūdum eundem finis est præcepti. Qui autem peccat, non manet in charitate primo Ioan. quarto. Et ita peccatum aduersatur legi. Qui ergo peccat legis autoritate non peccat, sed mala sua voluntate.[quia vero interrogas &c.] respondet Augustinus [per quæstionem vicissim te interrogo cuius sit vox &c.]vnde autoritate ista Psalm. dicentis. Detrahentem secrete proximo suo hūc persequebar. Nam persequi malos vt ad bonum reducantur, & ne bonos inculpent est charitas. litera est longa sed clara. item Petilianus ponitur. secunda quæstio Petiliani, vbi Christus & apostoli aliquem tradiderunt cruciandum. Respondet Augustinus ꝙ Paulus tradidit Corinthum satanæ, ad interitum carnis, vt spiritus saluus fiat primo ad Corinthios quinto: & iterum Paulus primo ad Timot sexto tradidit quosdam satanæ, vt addiscant nō blasphemare: de Christo, respondet quòd dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores. Ioan. secundo: verbo.i. in hoc facto.i. cum hoc faceret connexum est zelus domus meæ &c. Hugutio, traditorem gloss.i.tradentem, sed Hugu. dicit quod in bona significatione accipitur hic. Et credimus quòd sit intellectus iste huius literæ. Ecce inuenimus apostolum tradentem Christum.i.portantem nomen eius coram regibus & principibus prius fuisse Christi persecutorem. vnde & Actuum 9. inquit Christus Paulo. Cur me persequeris. [quare] interrogat Augustinus hæreticos[quare per violentissimas &c. vbi] in quibus ecclesijs. [indicat].s.quod sancti persecuti sunt malos, vt de Christo habes supra eadem quæstio. nimirum, & capitul. displicet. gloss. [sed dicitis.] ponit responsionem hæreticorum.[loca nostra defendere]scilicet conuenit. Consequenter subiungit Augustinus [resistitis & cætera] arguit contra eos, quare non auditis vocem domini dicentis Matthei sexto. Ego autem dico & cetera respondent hæretici [aut] id est aliquando si fieri potest &c. Et dicunt non peruioletur illud præceptum Math. sexto non resistite malo contra quos retorquendo eandem autoritatem Augustini, cum ait [cur non etiam]hoc fieri potest, imo multo magis fieri potest, vt per legitimas potestates de sedibus quæ illicite vsurpantur & cætera[nec eo modo, sæpe pseudoprophetæ] hi sunt prophetæ Baal quos Helias zelo fidei & diuinæ legis tanquam idolatras persecutus est & occidit, & hoc laudabiliter & virtuose tertio Regum 18. [à rege nequissimo]erat enim idolatra qui persecutus est sanctum prophetam Heliam. tertio Regum 19. sed in hoc Helias beatus qui passus est propter iustitiam. Matthei nono. Agar vero morte punitus est tertio regum 24. flagellatus. Matth. vigesimo sexto de templo Ioannis secundo [restat] secunda pars &c. non miremini ministri, quia ad hoc sunt instituti ministri Christi.s. ad vindictam malorum primo Petri secundo. Item considerare debēt, quòd persecutionem patiūntur exigente iustitia propter eorum malefacta, de persecutione vestra querela &c. dicit Augustinus, quod de querela cessare debet quòd non omnis persecutio sit culpabilis, quod ostendit per multa exempla. primo quia alias non laudabiliter diceretur detrahentem secreto &c. Consequenter ponit alia, cum ait. Nam quotidie &c. ponit consequenter quæ sit persecutio culpabilis, quando.s. aliqui à bona vita & à bonis actibus aliquos minando & seuiendo deterreāt.[sed cum à malo &c.]talis est persecutio laudabilis & tales proprie nō sunt persecutores, sed correctores & consultores. Alij vero qui à bono, & licito prohibent nimis sunt persecutores [qui prohibent &c] Gratianus vero salua gratia fuit nimis superfluus in hoc. Suffecissent enim pauciora capitula, & non iniecissent tantum tædium lectoribus & scribentibus.

Diuisio.

Exponit literam.



Non inuenitur. Ad idem est hoc capitulum eiusdē Augustini in epistola ad Vincentium. Summa est in rubro. Et potest diuidi capitul. in tres partes. In prima ponit obiectiones hæreticorum. In secunda ponit Augustinus duplicem responsionē. In tertia ostendit, quod hæretici sunt monendi vt ab errore discedant, & vbi noluerunt sunt seculari potestate coercendi. secunda ibi, sed nondum, ibi est prima responsio. alia ibi, veruntamen. secunda pars principalis ibi, sed plane. Lege. ¶ [Non inuenitur] hoc dicebant hæretici quod non inuenitur in euangelio & in epistolis, quod ecclesia requirat reges ad compellendum homines ad fidem Christi. [Nondum] est prima responsio, quod non est mirum quod in euangelio expresse non inueniatur, quia in principio ecclesia potius à regibus patiebatur quam iuuabatur, dicente domino Matth. 19. Tradent enim vos in concilijs, & synagogis suis flagellabunt vos, & ante reges & præsides ducemini propter me, sed in euangelio iuuandam ecclesiam à fidelibus præmonstrabatur, quando dominus præcedit seruo vt compelleret inuitatos intrare domum ecclesiæ Lucæ 14. dicit Augustin. in responsione quòd nondum erat impleta &c. Exposita sunt ista supra e. quæst. tertia cap. displicet[veruntamen]secunda responsio [Nanuchodonosor] Danielis tertio figuram gessit regum infidelium tempore Christi & apostolorum, in principio cogebat homines adorare idolum statuæ aureæ. Sic enim infideles reges tempore Christi & Apostolorum compellebant, & ad martyrum ducebant vt ad suam perfidiam traherent fideles Christi. Ipse quoque Nabuchodonosor figuram gessit post catholicorum regum, fidem Christi defendentium, quando vidit miraculum factum in tribus pueris ereptis de flamma ignis, qui cepit verum Deum adorare, & blasphemantes verum Deum pœnis afficere [sed plane]secunda pars[in eis]simplicibus [à peruersis]id est pseudo prædicatoribus [ne forte & temperanda circa eos seueritas & cætera. scripturas] id est leges christianorum regum iubentes malos puniri Archidiacon. Alia litera patet.

Diuisio.

Exponit literam.




Si ecclesia. Ad idem est hoc capit. eiusdem Augusti. ad Bonifacium comitem. Summa est in rubro. Diuiditur autem hoc capitul. in quatuor partes. In prima ponit hæreticorum obiectio. In secunda Augustin. responsio. In tertia ponit differentiam inter persecutionem malorum in bonos, quæ est iniusta, & persecutionem quam ecclesia siue boni faciunt in malos, quæ est iusta. In quarta ponitur alia hæreticorum obiectio, & Augustin. responsio ad eam. secunda ibi, quæratur. tertia ibi: ergo si verum. quarta ibi, quod autem dicunt. Lege. ¶ [Si ecclesia.]hoc dicebant hæretici obijcientes contra

Diuisio.

Exponit literam

tes contra Augustin. sed respondet Augustin. ostendens, quòd ecclesia non solum patitur ab impijs & infidelibus iniuste, sed etiam ipsa iuste persecutionem infert impijs & hæreticis, quod probat exemplo Saræ dicens. [Quæritur ab apostolo] secunda pars[quam ecclesiam &c.liberá &c.] Sara enim secundum apostolum ad Galat.secundo significat ecclesiam catholicam, quæ libera est mater nostra [in illa muliere].s.Sara[dicit].s. apostolus. [Si autē melius &c. quasi] ponit secundam solutionem, quòd magis ancilla persequebatur Saram superbiendo contra eam,& contemnendo eius mandata, quàm Sara illam coercendo, deinde arguit Augustin. contra illum quòd ecclesia vera est, quæ persecutionem tantum patitur. [Quæro si boni &c.cuius putant.]in psalm.17.[vocem esse &c.ergo si verum]tertia pars[melius].i. subtilius. Alia litera patet [quod autem dicunt]scilicet, hæretici.quarta pars.respondet huic obiectioni Augu.dicens.[non consyderant aliud tunc &c.]ista responsio pluries supra est data, vt in capitu. præcedenti, & in capitu.non inuenitur, & in capi.displicet.[præcipientes &c.]habes legis diffinitionem & officium.s.distin.3. canon.§.officium.

1 *Infideles omnes an sint compellendi ad fidem.*


Vis nos. Ad idem est hoc cap. eiusdem Augustin. in eodem Summa est in rubro. Et potest c. diuidi in tres partes. In prima ostendit rationem & exemplo, ꝙ ecclesia iuste cogit hæreticos, vt ad ecclesiam redeant. In secunda respondendo cuidam dicto hæreticorum ostendit quomodo Paulus coactus ad fidem venit. In tertia concludit merito eos esse cogendos, vt redeant ad ecclesiam.secunda ibi, vbi.tertia ibi, cur ergo. ¶ Pro intelligentia pleniori huius cap. & quasi totius partis huius quæstionis. Quæritur sic.† vtrum omnes infideles sint compellendi ad fidem. Et videtur quòd sic. primo ex istis capitulis. ¶ Secundo sic. ex isto dicto Aug. vbi dicitur, quod Paulus coactus ad euāgelium intrauit. ¶ Tertio sic ex illo Lucæ 14. vbi dominus ait seruo, exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. ¶ In oppositum est cap.de Iudeis distin.45. vbi dicitur.de Iudeis præcepit sancta synodus neminem deinceps ad credendum vim inferre. ¶ Secundo sic.dicit Augustin.cetera potest homo nolens credere non nisi volens, sed voluntas cogi non potest. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum Thom.in secunda secundæ quæs.10.ar.8.quod infidelium quidam sunt qui nunquam susceperunt fidem, sicut gentiles & Iudei. Et de talibus est conclusio, quod nullo modo sunt ad fidem compellendi, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est: vnde Aug.dicit ꝙ cetera pōt homo ēt nolēs credere non nisi volens. Secunda cōclusio, ꝙ tales licet nō sint ad fidē cōpellendi, sunt tñ cōpellēdi vt fidem nō impediant vel blasphemijs vel malis pluasionibus, vel ēt apertis persecutionibus, & propter hoc fideles frequenter contra infideles bellum mouent, non quidem vt eos ad credendum cogant, quia etiam, si eos vicissent, & captiuos haberent, in eorum libertate relinqueretur an credere vellent, sed propter hoc eos compellunt ne fidem Christi impediant. Alij vero sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitētur sicut hæretici, vel quicūque apostatæ, de istis est conclusio tertia. quod tales etiam corporaliter sunt compellendi, vt impleant quod promiserunt, vnde ista distinctio videtur à Christo in euangelio. Lucæ 14. vbi cum Christus misit ad inuitatos vt venirent ad nuptias primo non dixit compelle eos, quia vt dicit August. contra Donatistas, intelligendum est, quod illi qui nunquam fidem Christi susceperunt non sunt ad fidem compellendi, sed secundo cum iterum misit dixit, vade & compelle, per hoc designans, quod illi qui semel fidem Christi susceperunt sunt ad fidem cogendi sicut hæretici & apostatæ. Sed Augustin.de Ancona videtur contrarium dicere ex illo facto Pauli. de quo dicit Augustin. quod coactus intrauit ecclesiam. Ex hoc arguit quòd ecclesia debet Dei iudicium imitari, sed dominus Paulum ecclesiæ suæ persecutorem non solum voce compescuit, sed etiam potestate prostrauit, ergo ecclesia potest cogere ad fidem etiam eos, qui nondum fidem receperunt, sed non est curādum de dicto huius doctoris, quia Augustin. & sanctus Thom. & communis doctrina est pro veritate iam dicta. Ad argumentum hoc respondetur multipliciter. Primo sicut dicitur in gloss.cap.quis potest supra eodem.quæst.quarta hoc fuit speciale in Paulo, & non est trahendum ad consequentiam, vnde in huiusmodi miraculis ecclesia non debet imitari Christū, sed imitari eius opera. ¶ Secundo respondetur, quod tali coactione sicut Paulus fuisse dr̄ coactus, bene possunt aliqui qui nunq̄ habuerunt fidē cogi ad habēdū fidē cum esset spes quod per tales corporis molestias conuerterentur ad Deum, quæ de Pauli conuersione erat certissimum apud Deū non sic aūt apud nos. Et ideo argumentum ex facto Christi, quòd etiam idem facere possumus nullum est. ¶ Istis sic habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, quod omnia ista capitula loquuntur de hæreticis, qui compellendi sunt redire ad fidem & ecclesiam. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis quoniam illa autoritas est intelligenda quo ad eos, qui iam fidem susceperunt. tales autem compellendi sunt ad id quod semel receperunt tenendum. ¶ [Quis primo &c.certe nullus.] quam Christus qui, vt dicit Ioan. 10. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, & Ioann. 15. maiorem dilectionem hac nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis, cum Petrum & alios vocasset. Matth. quarto Paulum &c. Actu.9. [vbi est] secunda pars [prius cogentem] cogentem dicit non quòd voluntas cogatur, sed violentia fit secundum corpus & vires sensitiuas. Ex quibus varia fiunt fantasmata, per quæ intellectus concipit hoc, vel illud, & sic quamuis voluntas non cogatur per coactionem, tamen per exteriores pœnas inducitur ad volendum vel nolendum, vnde Augustin.de verbis domini & inducit Sanctus Thomas. Lucæ 14. foris inueniatur necessitas, inde nascetur voluntas. Et ita fuit hic: vnde prostratus Paulus, & audita voce domini. Saule Saule cur me persequeris, voce libera ait, domine quid me vis facere, & sic ex inuito primo factus est voluntarius, & hoc est quod sequitur [mirum est autem quo modo ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit plus his &c.] propter hoc dicit hic glossa. illud quod de Paulo dicitur, sola diuina voluntate factum est. Nam nullus cogitur recipere fidem, sed receptam cogitur tenere, hæc gloss. de ista materia aliquid tangetur in prin. sexta quæst.

[Margin notes, left column: Diuisio. — Quæstio. 1 — Primū ar. Secūdū ar. — Tertium ar. — Opponit in contrariū. — Respondet. — Prima c. — Scd'a conc. — Tertia cōcl. — Augu. — Augu. de ancoi. Right column: Ad primā. Ad secūdā. — Exponit literam — August. S.Tho.]


Vid crudele. Ad idem est hoc capitul.quod est eiusdem Augustin. libr. 22. contra Faustum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima respondendo hereticis dicentibus, quòd crudelitas esset hæreticos affligere, punire siue corrigere, probat exemplo Moysi quod vindicta & persecutio licite infertur in hæreticos, sicut Moyses vindictam exercuit in aliquos de populo suo, qui idolatrauerunt, secundo idem probat exemplo apostoli.secunda ibi, sic plane Lege text. ¶ [Quid crudele.] quasi diceret nihil crudelitatis[Moyses]Exod. 32. hæc historia habetur distict.45.disciplina[prostrauisse] fornicatione spirituali.[demonibus disciplinam].i.correctionem. [in posterum.].i.posteris.i.illis posteris, hoc fecit Moyses non crudeliter, sed misericorditer, & affectu caritatis habens zelum Dei, & legis.[in verbis eius &c.]Nam antequā Moyses cederet illa 24.milia, prius pro populo intercesserat dicens.[Si dimittis &c.]dele me de libro. Sed ne misericordia esset sine disciplina, vindicatum est scelus in paucis respectu multitudinis tantæ. [Sic plane] secunda pars ostendit idem exemplo Pauli, qui peccatorem tradidit satanæ. prima ad Corinthios 5. & alios tradidit. prima ad Timot.6.&c.

[Margin notes: Diuisio. — Exponit literam.]

1 *Peccatum non dicitur quod est factum autore Deo.*


Væsitum. Hoc capitu.scribit Innocent. papa summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima ostendit quòd gerentibus publicam potestatem licitum est pœnas etiam mortis inferre malefactoribus, etiam post baptismum. In secunda concludit, quòd vt hactenus seruatum est sic debemus facere, nec disciplina contra malos deseratur, nec contra autoritates diuinę legis venire quis præsumat siue audeat. secunda ibi, de his ergo. Lege. ¶ [Quæsitum & etiam an peccent iudices].s.

[Margin notes: Diuisio. — Exponit literam.]


ces].s.qui post baptismum &c.respondet Inno.quod à maioribus nihil legitur diffinitū,verum est expresse de hoc nihilominus tñ in fine manifestum apparet,quod si tales iudices,aut iudiciorum publici executores,zelo iustitię fecerint non peccant cum etiam in hoc sint diuinę legis executores: & hoc est quod sequitur [meminerant tamen].s.ipsi maiores nostri[potestates fuisse concessas &c.gladium.] ad Ro. 13.concessum inferre sententiam etiam mortis concessum est à domino etiam vt percussor hominis ad mortem præcipietur mori,& qui maledixerit patri aut matri Exo.21.& de multis alijs peccatis.[qūo &c.] Cōcludit ꝙ hæretici fatue reprehendunt quod domino autore vident esse cōcessum siue
1 ordinatum argm.†qđ nihil est peccatū,quod fit autore Deo. vt.§.e.q.qui peccat. ¶[De his ergo]scđa pars [de his].s. qui administrant in publico officio,qui exercent tormenta,qui proferunt sententiam, quod obseruandum est ipsis.[in reddenda ratione]hoc sumptum est ab apostolo. ad Rom.14.q ait vnusquisque reddet rationem de his quæ fecerint siue bonum siue malum.vnde isti si amore iustitiæ hoc faciunt,immunes erunt ab omni pœna.Si vero odio ducti ratione reddent in die iudicij.vide de hac quæstione.§.dis.51.c.1.vtrum tales promoueri possint.



Illud. Ad idem est hoc.c.eiusdem Innocentij ad Toletanum episcopum.summa est in rubro.Et potest diuidi in duas partes. In prima narrat quæstionem motam.in secunda respondet.secūda ibi,quam rem.Lege.¶[Illud.] Casus videtur nobis varie asignari à multis.Sed videtur nobis iuxta Hug.quod iste sit verus casus,& vera quæstio,nota vtrum porrigentes preces principi de morte alicuius siue accusantes aliquem homicidam ad pœnam sanguinis peccent[sciscitari].i.dubitando quęsiuisti[an preces dictātibus] .i.porrigentibus[post baptismum cōcessum].i.liberum sine peccato poscere mortem alicuius vel sanguinem [de].i.pro reatu[quam rem]secunda pars.quam rem petitionem mortis alicuius siue punitionem[nunquam].i.raro qñq; tamen denuntiatio sine accusatione sufficit.s.cum quis in facinore capitur,& sic crimen efficitur notoriū.C.de acc.ea quidem. vnde lex ipsis accusatoribus necessitatem probādi imponit. C.li.12.de cu.& sta.l.1.Arch.hic respondet meo iudicio,q̄sito.Sensus.n.est,quia princeps non statim consueuit concedere, vt accusatus occidatur. sed causam delegat vt cognita veritate puniendus veniat, & si legum autoritas iubet talē puniri. Ille dictator siue porrector præcum erit immunis à peccato.dicit Hu.nisi fuerit clericus,qui preces dictauit. Si aūt fuerit clericus, licet damnatus iuste damnetur non erit immunis à peccato sed peccabit mortaliter,quia nō licet clericis causis sanguinis interesse.vt.§.e.q.vlti.his à quibus.

Diuisio.

Exponit literam.



Si quos. Ad idē est hoc.c. quod est beati Gre. summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima exhortatur reginam Franciæ ad correctionem malefactorum regni sui. In secunda asignat rationem ne dominus indignetur cōtra illud regnum,& inducat flagellum gentium perfidarum ad vindictam.secunda ibi, vt per vos.Lege.¶[Si quos violentos].i. vigiliam inferentes[festinate] eorum malitiam refrenando. §.e.q.5.qui malos[vt per vos] i.per vestrā curā de corrigēdo scelera ipsius vestri regni [non inducat].s. Deus]non reuocant[nota,ꝙ propter negligentiam pastoris vel prælati, vel propter peccata aliquorum Deus sua flagella mittit in aliquos.7.q.1.sciscitaris.

Diuisio.

Exponit literam.



Sicut excellentiam. Ad idem est hoc cap. Gregorij.Summa est in rubro.Diuiditur autem c. in tres partes.In prima exhortatur Gregoriū Gennadium patricium,vt sicut hactenus gloriose hostes expugnare consueuit, ita hæreticos viriliter expugnet.quia hostes magni sunt ecclesiæ.In secunda parte rogat vt cōcilium catholicorum episcoporum admoneat vt primatem eligant. in tertia vt volentes venire Romam non impediat. secunda ibi:concilium vero. tertia ibi,ex concilio vero. Lege.¶[Sicut excellentiam ex vtroq; triumpho].i.cōtra hæreticos,& contra infideles[opinio].i. fama[forensibus].i.contra hæreticos qui foris sunt.Hugo. forensia.n. bella vocat quæ fiunt armis contra eos qui sunt foris ecclesiæ.ecclesiastica bella vocat,quæ fiunt in concilijs & rationibus & diffinitiuis sententijs contra hæreticos, &

Diuisio.

Exponit literam.

reprobos christianos, Arc.[religionis] secte siue religionis simulate[calefaciēda].i.inficiēda [Christiani corporis].i.ecclesiæ catholicę,quæ est corpus eius ad Col.1 [concilium vero] secūda[nō ex ordine loci].i.dignitate,puta quia est episcopus loci,vel archiepiscopus,vel archipresbyter, vel decanus contra eos qui ꝓmoueri volunt [quia sunt pro loco & tēpore potētes]hoc intellige qñ sunt indignæ vitæ meritis.Hu.ideo sequitur. [post positis vitæ meritis qu oniā]asignat rationē [elegantior]2.q.7.quamquam.Arch.[in vna ciuitate].80.di. c.1.&.7.q.1.peruenit.Hu.[quatenus &c.]loquitur de electo & confirmato,quia ante confirmationem non habet potestatem administrandi.extra de elec. qualiter.&.c.transmissam. [ex concilio]tertia pars.tota litera patet.



Si vero. Ad idem est hoc c. eiusdem Gregorij ad eundem Patricium. summa est in rubro. Diuiditur autem in duas partes. In prima ad alliciendum dictum Patriciū ad bellādum contra hæreticos commendat dictum Patricium de victorijs plurimis,quas habuit maxime quia non terrenas sed diuinas illas habebat, & quod bella ipsa causa fundendi sanguinem,sed causa dilatandi rem publicam christianam & diuinū cultū gessit. In secunda commendat eum quod quædam patrimonia beati Petri quæ erāt nudata cultoribus habitatoribus restaurauit,de quo dicit eū in futuro iudicio à deo recepturū mercedē cōdignā.2.ibi,plurima. Lege.¶[Si non ex merito nō miranda fuerat.] quasi diceret in hoc est mirāda:hoc etiā antiquis s. infidelibus sed cū &c. [orationibus.]quia magis orationibus res publica gubernatur,quam corporis sudore. vt.§.eo.q.vlti.in qualibet[vbi .n. meritorum &c.] commendat eum etiam in hoc quod zelo non effundendi humanum sanguinem,sed dilatādi rem publicā.vnde ait[opinio].i.fama quę loquitur[.s.bella vos &c.] patet litera[plurima.]secunda pars patet litera ibi fustinetis .i.expectatis.Ex oībus præcedentibus capitulis patet, quod licitum est punire,persequi,& debellare hostes fidei , cū ad hoc hortentur, inducant & prouocent sancti summi pontifices Athletas Christi bellatores.

Diuisio.

Exponit literam.

Breuiter. §.est,in quo incipit 8.pars huius quæstionis in qua ꝓbat per quatuor autoritates.quod vindicta est in malos exercenda quia magis tales diliguntur quam qui impuniti reliquūtur.Cōcludit etiam ex prædictis quod boni iuste malos persequuntur, & non econuerso. Et exponit autoritatem Pauli.[Tu quis es &c.]

1 *Plures pereunt aliquando pro peccato vnius.*



Si ea de quibus. Inducitur in primis hoc c.ꝙ est Aug.lib. 12.contra Faustum.Sūma est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit ꝙ ex dilatione inferēdi vindictam in malos Dei patientiam ad irascendum prouocamus. In secūda hoc probat exemplo.secunda ibi, nonne &c. Lege text. ¶[Si ea de quibus].s.mortalia [differimus.] pœna criminis nō est differenda.vt hic.&.2.q.1.sicut.[Nonne]secunda pars [Achor]Quod vero Deus irascatur cū debita vindicta tardatur probat exemplo Aug. Nam vt patet Iosue. 12.Achor de anathemate contra mandatum Dei tulit, cuius peccato non vlto populus ab inimicis, deuictus corruerunt ex eis:
1 36. milia hominum arg.† quod plures pereunt pro peccato vnius,quod de pœna temporali intelligendum est.

Diuisio.

Exponit literam.



Ea vindicta. Ad idem est hoc capitulum eiusdem Augusti.lib. 1.de sermone domini in monte. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima laudat vindictam quæ ordinatur ad correctionem.Et ostendit quis sit ad eam idoneus minister exemplo & autoritate domini, & autoritate Apostoli. & multis alijs exemplis, quod non sit inferenda vindicta. in tertia ostendit, quod vindicta in malos est exercenda exemplo Heliæ, & beati Petri secundi, ibi ergo. tertia ibi, inde est. Lege. ¶ [Ea vindicta non prohibetur]imo præcipitur, cum sit actus iustitiæ, quæ etiam ad manum pertinet quod patet ex eo,quia est eleemosyna spiritualis quæ non solum potest,sed debet exhiberi indigenti.Prouer.18.virga & correctio tribuit sapientiam, nec impedit imo iuuat qm illa vindicta est laudāda,quæ eo animo infertur vt ille qui infert maiorem pœnam pati paratus sit si simili delicto subiaceret.

Diuisio.


Exponit literam.

Hug.[idoneus &c.] qui vindicta debet omni odio deposito exerceri solo zelo iustitiæ & amore probat exéplo patris[filium]qui filiũ corrigit & castigat diligit eũ,& qui parcit virgæ odit filium.Prouer.13.[dilige &c.]Mat.5.& tñ de ipso dicit p Apostolũ ad Heb.12.[dñs dicit]pbat autoritate Christi[seruus] Lucæ.12.hinc etiam ponit aliud exemplum vel magis.ar.[magni aũt]ponit aliud exéplũ[punierunt,]ad hoc .n.punitio fit vt metu pœnæ viuentes corrigantur, & qui p pœnas morte plectuntur intantũ eis prodest pœna, q̃a si amplius viuerent ex sua mala vita grauiora sustinerent tormenta[inde est]secũda pars.Helias manu occidit prophetas Baal qui idolo sacrificabãt.vt patet.3.Reg.18.[ignẽ, 4.Reg.1.Helias impetrauit ignẽ de cœlo qui quinquagenarios consumpsit.[discipuli].s.Iacobus,& Ioãnes[odio] cõfirmatur quod diximus.s.in.c.quia Christus. in hac quæstione magis sequẽdus est Augu.quàm quicunque alius at etis etiam rationibus suprapositis per nos[diligere proximum] Matt.22. & Leui.22.diliges proximum &c.[nam & verbis apostoli.] Act.5. Ista sæpe repetita sunt in superibus capitulis.



Vnusquisque. Ad idem est hoc.ca. q̃ scribit Au.cõtra Cresconiũ.summa est in rubro. Et põt diuidi in tres parets.In prima ponuntur verba hæretici dicentis.Quicunq; persequitur proximũ suum Christi est inimicus.in secunda ponitur respõsio data.2.ibi, verum.3.ibi,nec.Lege.¶[Vnusquisq;.]verba sunt Cresconij[iniquum].i.malũ Christianũ[verũ]respondet August.[si non hoc.]2.pars.i.vicinũ.[quod Christo est inimicum persequit]sicut in c.duo.s.e.q.dictũ est.hõ peccator duo includit .s.naturam qua est homo,quam diligit, & culpã per quã est peccator.& hanc Deus odit.& ita hoc est quod inimicũ est Christo[nec.n.Deus].3.pars.[nõ debent &c.]legitur interrogatiue.q.diceret sic. quia duæ negationes faciunt vnam affirmationem.Hug.[an vero]si nem persequatur scilicet contrariũ veritati &c.

Diuisio. Exponit literam



Debet homo. Ad idem propositũ est hoc c.quod est eiusdẽ Augu.in epistola ad Macedonium summa est in rubro. Et non diuiditur.Lege.¶[Debet homo diligere p ximum &c.]Exo.21.& Matth.26. vt doceat & inducat ad bonum & reuocet à malo. Et ex hoc infert conformiter ad propositum principale in quo dictum est. quod homo tenetur proximũ suum reducere de errore ad veritatem,de tenebris ad lucem,de morte spirituali ad vitam Et ista includuntur in vera dilectione proximi. Vnde ait.vt quem potuerit be[illegible]centiæ consolationem.

Exponit literam.

Ex his omnibus. §.est,in quo magister cõcludit ex supradictis q̃ dr̃ in litera.

¶ Quæstio quinta.

1 *Occidere an liceat homines peccatores.*

2 *Mors licite infertur peccatoribus.*

3 *Iudices & ministri occidendo peccatores zelo iustitiæ omni rãcore & malo effectu deposito, & secundum regulas iuris non peccant sed merentur.*



Quod autem. Hic intitulatur qõ 5.s. an iudex vel minister occidendo reos peccet.Et diuiditur ista quæstio in septẽ partes . In prima intẽdit probare Gratianus per sex autoritates sanctorum, q̃ ecclesia debet p eis intercedere. Aliæ partes assignabũtur in processu causa breuitatis. & in ista quæstione Gratianus procedit hoc ordine secundum Bar. Brixi.quia primo probat,quod mali non sunt interficiendi.& hoc vsq; ad.§.hinc apparet.deinde probat,q̃ possunt interfici, & hoc vsque ad §.si ergo.tandem dat solutionẽ ad quæstionem.p primo inducit illud non occides.Exo.20.& illud.qui acceperit gladiũ &c.Mat.26. ¶ Pro pleniori intelligentia huius quæstionis.

Diuisio.

Quæstio. Primũ arg 1 Quæritur.†vtrũ liceat homines peccatores occidere. Et arguitur multipliciter quod nõ.primo sic.dominus.n.Matt.9. prohibuit extirpare zizaniã,quæ sunt filij nequam , vt ibidẽ dicitur.sed omne prohibitũ à Deo est peccatũ . ergo occidere peccatorẽ ẽ peccatũ.& ita nõ licet.¶ Secũdo sic dr̃ Matt.5.Ego dico vobis non resistite à malo.¶ Tertio sic. iustitia humana conformatur iustitiæ diuinæ.sed [s]m diuinã iustitiã peccatores ad pœnitentiam reseruantur secundum illud

Scđm ar. Tertium ar

Eze.18.nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur & viuat.¶ Quarto confirmando rationem sic. Qui occidunt aut occidunt malos, aut bonos. Si bonos , faciunt contra illud præceptum.Exo.23.innocentẽ & iustũ non occides. Si occidũt malos sunt eis causa damnationis æternæ. quia subtrahũt eis tẽpus pœnitẽtiæ,q̃ cõcedit eis benignitas Dei.sicut dicit Apostolus ad Ro.2. ignoras q̃ benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit.& Sapien.11.misereris oĩum,quia oĩa potes & dissimulas peccata hominũ pp pœnitẽtiã. ¶ Quinto sic. oẽ quod secundum se est malũ nullo bono fine fieri licet vt patet p Augu.in lib.contra mendaciũ & per Philosophũ.2.Eth.sed occidere hominẽ est secũdũ se malũ,quia ad oẽs homines debemus charitatẽ habere.amicos aũt volum' viuere.vt dicit Philosophus.9. Ethi. ergo nullo modo licet hominem peccatorẽ interficere.¶ Sexto arguit ex illo Matt.26.qui acceperit gladium, gladio pibit. ergo sequitur quod nõ liceat hominẽ quẽcunq; interficere . Et per consequens iudices siue ministri occidendo malefactores peccant . ¶ In oppositũ est illud Exo.22. Maleficos nõ patieris viuere. & in Psal.In matutinis interficiam oẽs peccatores terræ.¶ Respõdeo dicendũ sub duabus conclusionibus. Prima cõclusio.†quod licite peccatoribus mors infertur. ista cõclusio p batur multipliciter vt confundamus hos hæreticos qui contrariũ tenere præsumũt.primo probatur sic.Illud quod diuina lege præcipitur est licitũ.quia lex domini immaculata cõuertens animas &c.sed lex diuina præcepit maleficos interficere,vt patet ex illo Exo.22. allegato ergo &c.& Exo.21.Si quis percusserit hominẽ volens eum interficere morte moriatur.¶ Secũdo sic.Illud qđ Christus faciet non põt esse nisi licitum.sed de Christo dr̃.2.ad Thim.2. de Antechristo quod dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. & Apocaly.19.dr̃ quod de ore eius procedebat gladius ex vtraque parte acutus.& in ipso percutiebat gentes.ergo occidere malos non est peccatũ.¶ Tertio sic.Illud quod sancti fecerunt, & sunt de hoc commẽdati non põt esse illicitũ.sed Moyses pro peccato vituli cõflatilis dixit Exo.32.ponat vir gladiũ super femur suum,& sequitur.Et occidat vnusquisq; amicũ suũ.item Helias igne cœlesti consumpsit quinquagenarios. vt patet.3.Reg 1.& Petrus Ananiam & Saphirã.Act.5.ergo &c.¶ Quarto sic rõne iuxta S.Th.in.2.2.Oĩs pars ordinat ad totũ sicut imperfectum ad perfectum.Et ideo oĩs pars naturaliter est pp totũ.& propter hoc videmus,quod si saluti totius corporis expediat præscisio alicuius mẽbri, puta cum est putridum , & corruptiuũ aliorũ membrorũ laudabiliter & salubriter abscinditur. sed quælibet persona singularis cõparatur ad totã communitatem sicut pars ad totũ.ergo si aliquis homo sit periculosus communitati, & corruptiuus ipsius,propter aliquod peccatum laudabiliter & salubriter, & ita licite occiditur vt bonũ cõmune cõseruetur. Modicũ.n. fermentũ totã massam corrumpit.vt dr̃.1.ad Cor.5.¶ Quinto sic . Cũ proportionabiles sunt culpæ & pœnæ.Si ergo alicui pœnæ debeatur flagellatio duplæ maioris pœnæ duplo maior flagellatio debebitur & decuplæ decuplo maior, & cẽtuplæ centuplo maior.Sed tãta põt esse flagellatio qđ inducet mortẽ:ergo sequitur de necessitate,quod mors p aliqua pœna possit infligi.¶ Sexta sic.Alicui pœnæ debetur mutilatio,vt patet Leui.25. De muliere quę apprehendit verenda viri,quod abscindatur manus eius,& lex talionis.Deuter.19. Oculũ pro oculo : &c. arguitur sic,certa est comparatio totius corporis ad oculum & ad quodlibet membrum . Similiter certa est comparatio mortis totius corporis ad mortẽ oculi.Ponamus ergo quod pro aliqua pœna debeatur erutio siue mors oculi.Si ergo pro tanta pęna debetur erutio oculi. ergo pro culpa duplo maiori debetur erutio oculorum , & pręter hoc mutilatio alicuius mẽbri,vel aliquorũ mẽbrorũ æquiualentium duobus oculis,& ita per argumẽtum culpæ de necessitate iustitię peruenitur ad aliquam culpam ita magnã, p qua debeatur oĩm membrorũ mutilatio siue mors: ¶ Septimo sic ponamus quod aliqs occiderit hominẽ iniuste,aut punietur pœna mortis,aut minori, si pœna mortis hr̃ ppositũ.si minori.vel finito minori vel infinito. Si infinito minori,cũ ergo nullius sit cõparationis id qđ intulit,ad id qđ patiterit iniusta iustitia , si finito minori redimet maius. Et idẽ est ac si dãnificaret hoĩem in.20.marchis, & ipse absolueret p vna q̃ iniustissimũ est.¶ Scđa cõclusio.†quod iudices & ministri peccatores occidẽdo zelo iustitię oĩ rãcore,& malo affectu deposito,& secundum regulas iuris non peccãt sed merentur.Ista conclusio satis colligitur clare ex precedenti.

Tumpro-

Quartũ ar. Quintũ ar. Sextum ar. Oppon. in cõtrarium. Responder. Prima cõ. 2 S.Tho. 3 Secũda cõ

Tum probatur sic. tales in hoc obsequuntur mandato Dei & legis diuinæ dicentis Exod.22. Non patieris maleficos viuere super terram: ergo &c. Secundo sic. tales vtuntur diuina potestate & ministerio suo. de quo dicitur ad Roman.13. quod qui potestati resistit: Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi, sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timendi boni operis, sed mali. & infra. Si autem malum feceris, time: non sine causa gladium portat, Dei enim minister est. ergo tales occidendo reos non peccant. ¶ Tertio tales officium & actū iustitiæ exercent, vt mali castigentur de suo malo opere, & boni in pace viuant. ergo &c. His habitis dicendum est ad rationes in oppositū.

Ad primū arg. S. Thom. Ad primam de illo de zizanijs respondetur dupliciter. iuxta S.Tho. & Alex. de Halis. primo quod dñs abstinēdum mandauit ab eradicatione zizaniorū non vt parceret zizanijs, sed vt parceretur tritico, s. bonis, quod quidē fit, qñ non possunt occidi mali, quin simul occidant & boni. vel quia latitant inter bonos, vel quia habent multos sequaces, ita quod sine bonorum periculo interfici non possunt, vt Augustinus dicit contra Permenianū. vnde dominus docet magis esse sinendū viuere malos, & vltionē seruandā vsq; ad extremum iudicium, quā boni simul occidantur. Quando vero ex occisione malorū non imminet periculum bonis, sed magis caute la, & salus, tunc licite possunt mali occidi. ¶ Respondetur vt dicit magister Alexander de Halis, quod dominus nō simpliciter prohibuit zizaniorū eradicationē hoc est impiorū, perditionē, sed eradicationē generalē dubiā & suspectā, ne. s. de ambiguo iudicemus. Sicut. n. inter lolium & triticū non discernitur quandiu est in herba, ita de errore alicuius dum de eo dubiū est, nō est temere iudicādum, sed qñ peruenitur ad messem, vbi certissime pōt discerni, inter triticum & loliū tunc faciendum est quod dicit Angelus. Colligite primo zizaniam ad comburendum. (Ale. de Hal.)

Ad scdm. ¶ Ad secundā de Matthei.5. Respondetur, quod illud intelligitur de iniuria personali vindicāda libidine vindictæ: sed de iniuria Dei vel ecclesię, talis enim vindicanda est zelo iustitiæ per eū, qui publica vtitur potestate, & ministerio Dei fungitur.

Ad tertiū S. Thom. ¶ Ad tertiā responde tur iuxta S.Tho. qđ Deus ꝑm ordinē suæ sapiētiæ. qñq; peccatores occidit ad liberationē bonorū. Qñq; aūt eis tēpus pœnitendi cōcedit, secundum quod ipse nouit suis electis expedire. Et hoc etiam humana iustitia imitatur pro posse. illos enim qui sunt perniciosi in alios occidit. Eos vero q peccant alijs non grauiter nocentes ad pœnitentiam reseruat.

Ad quartū. ¶ Ad quartā respondetur quod occidunt malos. Et cum arguitur, quod sunt eis causa damnationis, hoc negatur. Tum quia tunc etiam pœnitere possunt, tum quia Augustinus in sermone domini de monte. (Augu.) fortassis plus viuēdo maiora crimina facerent, & per consequēs maiorem accumulabant cumulum tormentorum.

Ad quintū ¶ Ad quintam respondetur negādo minorem de occisione mali hominis imo est bonum, pro quo nota iuxta S.Tho. vbi supra quod homo peccando ab ordine rationis recedit, & ideo decidit à dignitate humana, prout. s. homo est naturaliter liber, & ꝓpter seipsum existēs & incidit quodammodo in seruitutem bestiarū: vt. s. de ipso ordinetur quod est vtile alijs secundū illud Psal.48. Homo cum in honore esset &c. Et ideo quamuis hominem in sua dignitate manentē occidere secundū se sit malū, tñ hominē peccatorem occidere pōt esse bonum, sicut occidere bestiā, peior. n. est malus homo bestia, & plus nocet, vt dicit philosophus primo politicorum & in.6. Ethicorum.

Ad sextum ¶ Ad sextā respondetur, quod istud intelligitur de eo, qui non habet potestatē, ita qđ intelligitur de persona priuata, cui nō licet occidere gladio aut aliter hominem, non autem de publica persona, cuiusmodi est princeps, iudex, & minister.

1 *Augustinus an licite deprecetur Marcellianum ne hæreticis mortem inferat.*
2 *Iudex potest temperare pœnam in criminibus.*
3 *Iudex secularis potest corrigere clericos incorrigibiles.*
4 *Magistri possunt verberare clericos suos.*
5 *Iudex ecclesiasticus potest virgis punire.*



Ircuncelliones. Pro parte quæstionis negatiuæ. s. quod nulli liceat aliquem occidere, inducit in primis hoc. capit. quod est beati Augustini ad Marcellianum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. (Diuisio.) In prima narrat delinquentium captionem, & confessionem eorum. In secunda instat Augu. & rogat pro illis, ne morti tradantur, sed pœna illa in aliā commutetur. Et ex isto sumitur argumentum sic. Augustinus rogat pro istis homicidis, imo sacrilegis, & instat fortiter multis exhortationibus quod non occidantur, ergo videtur quod occidere hominem etiam homicidam nō liceat. secunda ibi, ideo his literis.

Exponit literam. ¶ [Circuncelliones] gl. dicit quod propriū nomen est, vel vt dicit Hug. dicuntur à cileo, quod est manere quasi in cellis manentes. Alij dicunt quasi extra cellam vagantes. i. extra sinum matris ecclesiæ à quo exiuerunt. de conse. distinctio.4. quomodo [Donati.] hæretici. [de hyponensi ecclesia] vnde fuerat Augustinus episcopus. [auditos] id est examinatos. Archi. Archidiaconus [dicendo] id est verbero [solicitudo]. i. timor [seueritate.] quæ est, vt qui hominem occidet, occidatur. ff. de sica. l. qui cedere. & qui incēdium fecerit comburatur. ff. de incen. ru. na. l. qui ædes [ideo obtestor]. 2. pars. i. rogo, obsecro, vel obiuro. vt hoc non facias.

1 Quæstio. Respondet ¶ Surgit hic qō. † Vtrum licite beatus Augu. deprecetur Marcellianum, vt mortē illis non inferat. Et videtur quod non, quia Marcellianus in inferēdo mortem illis homicidis & hæreticis non peccabat, vt patet per oīa cap. supradicta in præcedenti quæstione. ¶ Ad hoc respondetur quod Augustinus hoc licite fecit, quia licet Marcellianus in hoc non peccaret, nihilominus hoc fecit Augustinus multiplici de causa, primo ad præferendum misericordiam iudicio. quia misericordia superexaltat iudiciū. secundo ad ostendendum legis euangelicæ mansuetudinem, & ecclesię benignitatem, quæ pœnam sanguinis non infligit. tertio quia hæretici non debent per secularem potestatē occidi, donec ei, per ecclesiā puniendi relinquantur, quarto quia Augustinus rogabat vt illi viui detinerentur, sperans quod ad fidem conuerterentur, & ad ecclesię vnitatem [dissimulare.] s. ne pro eis intercedamus [nostris]. i. clericis. Hug. [sed illorum iudicium seruorum Dei]. i. dictorū presbyterorū qui passi sunt ab illis [alienę partis]. i. pro alienę partis. quasi diceret. nolumus quod in iurię clericorū vindicētur pænis, quæ pro iniurijs laicis illatis infligi solent. Et est simile. 17. q. de presbyterorū. [scelestis]. i. sceleratis [sicut istis] sic. 24. q. 1. nec aliqua. Archidiac. deputentur: vt sic quasi in seruitutem redigantur. Simile. 22. q. 4. innocens. in fin. quę morti comparatur. ff. de reg. iur. seruitutem. Archidi. Arch. [imple. pij succensere]. i. irasci glo. [aculeo &c.] genera sunt tormentorum [sulcantibus] sulcare est cum terra scinditur, & hic accipitur pro laceratione carnis cū vngulis ferreis. Ar. † Nota quod iudex in criminibus pōt pœnā
2 temperare. arg. 2. q. 3. §. notandum. item notat quod iudex se
3 cularis potest clericos incorrigibiles corrigere. vt. j. e. [redacted] audieris & extra de sen. excom. perpendimus. item ar. † quod per-
4 missum est magistris clericos suos verberare, nec cadunt in canonē. extra de sen. excom. super eo. perpendimus. item ar.
5 quod † iudex ecclesiasticus potest virgis punire, & clerici possunt virgis puniri. hoc tñ episcopo proprijs manibus non cōuenit, sed per clericū. extra de senten. excom. vniuersitatis. vt in gl. [noli vindicare]. i. punire supple id quod maior necessitas inquirēdi quā puniendi, inquisitio enim semper pręcedit diffinitionem sententiæ, & executionem pœnæ. & difficilius est inquirere veritatem, quā diffinire sententiā, & inferre pœnam, quia iā per leges determinatę sunt pœnę. vel sic. noli atrocius vindicare illud, quod maior necessitas. i. vtilitas est [inquirēdi leuius.] etiam si minor pœna imponatur eis quam puniendi debita pœna mortis. Hug.



Oena illorum. Ad idem est hoc. c. quod est Augu. ad Marcellianū vel Martilianum. Sūma est in rubro. Et pōt diuidi in duas partes. in prima intercedit ne illi Donatistæ mortis pœna puniantur. Et assignat duas causas intercessionis suæ. in secunda remouet obstaculum quoddā. scđa ibi, qđ & si Lege. (Marcellianum. Diuisio Exponit literam.) ¶ [Pœna illorum]. s. Donatistarū. [ꝑ p cōscientiam] ista est prima causa intercessionis huius, propter cōsciām irregularitatis, quam incurremus denuntiādo illos iudici, si ad mortē punirentur. secunda propter mansuetudinem ecclesię & lenitatem, quę non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat [fructus] scilicet confessionis [in tanta quippe pręter sanguinem] id est mortem, vel membri detruncationem. vt. j. c. 1. Archidia. [Quod & si] secunda pars. [& si] id est quamuis [transactis] i. pacatis [luculenta] id est manifesta, vel plena luce.

1 *Iniuria aggrauatur ex persona iniuriati.*
2 *Clericus inuasus si aliter non potest vitare potest occidere suū inuasorem sine pœna irregularitatis.*



Diuisio.

VNum solum. Ad idem est hoc. c. beati Augustini ad Donatum. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. in prima intercedit, vt non illos donatistas puniat grauiori pœna, quàm fecisset, si in alios delictum eos fuisset commissum. in secunda suadet corrigi delinquentes, sed absque pœna mortis. in tertia assignat causam intercessionis suæ. secunda ibi, ex occasione. tertia ibi: proinde. Lege. ¶ [Vnum atrocius] quam si in alios cō

Exponit literam. 1 mittatur, † aggrauatur enim iniuria ex persona iniuriati. vt de pe. di. 1. aut facta [coercendum] supple hæreticos, & impugnantes catholicam libertatem. [Ex occasione] secūda pars.

Hugu. [Ne pœnas luant]. i. luendo sustineant. Hug. [proinde] tertia pars. [in his sceleribus]. i. ꝓ his sceleribus [deterrebitis nos] ne amplius tales ad iudicium vestrum euocemus siue ne nostra querela eueniat [quo cōperto in nostram perniciē &c. incrassabuntur]. i. læuient [Impacta]. i. imposita, vt etiam occidi &c. dicit hic Hu. quod clericus potius deberet permittere se interfici, quam quod ipse occidat. Sed hodie dic, vt ha-

2 bes extra de homici. prælatis. li. 5. timo sine pœna irregularitatis si aliter vitare non potest suam inuasorem, potest occidere. vt in cle. si furiosus. in fi. de homici.



Diuisio.

PRodest. Ad idem est hoc. cap. eiusdem Augustini ad Macedonium. Et potest diuidi in tres partes. in prima ostendit, quod seueritas principum contra malos prodest, & paci principum & ecclesiæ, & intercessio ecclesiæ pro malis prodest etiam, quia eorum ministerio principum seueritas temperatur. In secunda concludit quod non debeat displicere principibus quod pro malis aliquādo ecclesia roget, sicut nec ecclesiæ displicet, ꝙ ipsi timorantur à malis. in tertia rogat, vt in correctione malorum nihil fiat nocendi cupiditate, sed omnia consulendi charitate, secunda ibi, nō vobis. tertia ibi, proinde. Lege. ¶ [Prodest] prodest seueritas temperata [mi-

Exponit literam. nisterio]. i. officio. [non vobis] 2. pars. [Nam hominem.] assignat rationem [futuro]. i. æterno, ꝙ infertur per ecclesiam [omnis inquit anima]. i. homo ad Ro. 13. [proinde]. 3. pars. [terrentibus]. i. potentibus. ita quod timeant ita &c. [terrentibus]. i. timentibus. [qui terrent]. i. bonos affligūt nihil fiat contra eos [inaniter] id est tyrannice. [plectendo]. i. puniendo & ignoscendo. i. parcendo. [agitur]. i. impletur [corrigendæ rei] id est malitiæ &c.



Diuisio.

QVid ergo. Ad idē est hoc. c. quod est beati Hieronymi super Naum. ꝓphetam. Summa est in rubro. Et diuidi potest in duas partes. in prima ostendit Deum non esse crudelem ex hoc quod aliquos punit in vita etiā pœna mortis. in secunda mouet quęstionem quid de fideli deprehenso

Exponit literam. in adulterio, & punito, an puniatur cū hoc in alia vita ā n ō. Et respondet. secunda ibi, quærat hic. Lege. ¶ [Quid ergo] Capitulum hoc non facit ad principale propositum quæstionis, sed continuatur ad. c. præcedens. vbi dicitur [quia & plectendo &c.] Hu. ait verbum est Gratiani [ait] scilicet Naū. propheta. c. 1. [cogitatis] s. vos hęretici, qui Deum dicitis esse suis crudelem rigidum & cruentum. [ipse est] verba sunt Hieronymi. Et nota quod Hieronymus loquitur aduersus Marchionē, & oēs veteres hęreticos q Deū legis dicebāt esse crudelē, qa multos puniat & ꝓ peccatis suis multos irroget creuciat⁹: sicut patet in exēplis positis in litera [in diluuio.] de quo Gene. 7. [sup Sodomā.] de quo Gene. 19. [ægyptios] de quorum submersione habetur Exo. 14. [cadauera] numeri. 11. [scitote.] hoc incipit Hieronymus respondere dicens: ideo ad præsens Deum reddidisse prędictis peccatoribus supplicia. [ne in æternum puniret.] Sed hoc intelligendum est de bonis, qui inter supplicia pœnituerunt. vt. j. de pœ. di. 3. §. autoritas. Hu. Et ad probādū inducit duas autoritates Naū. prophetæ eiusdem sensus faciendo tale argumentum aut vera &c. [si vera tam.] scilicet quod de seueritate [videntur dicere.] s. prophetæ q̄ quod de eius misericordia [dicunt ipsi] scilicet prophetę de cuius misericordia loquens ipse propheta Naum. c. 1. dicit [non iudicabit]. i. puniet [idipsum]. i. ꝓpter eandem causam, vel propter idē factum. Si tamen diuerse causæ subsint, bene punitur quis bis, puta cum ex eodem facto diuersæ oriuntur actiones. s. actio legis aquil. & iniuriarum vbi intentata est vna intentatur & reliqua in id qd̄ reliquum est. ff. de acti. & obli. l. qui seruum. Io. de Fan. Arc. Io. de Fan. Archid.

[si falsa sunt &c.] quasi diceret si falsa est scriptura sacra, per consequens falsum erit, quod hic dicitur [non consurgit duplex tribulatio] & etiā falsum erit, quod de eius crudelitate in lege scribitur [& si quod]. s. quod dicunt de seueritate eius verum est etiam [negare nō poterat] quod dictum est de misericordia eius. s. non iudicabit &c. cum hoc dicat propheta. [qui ergo puniti sunt] sufficienter: Hu. [postea &c. quod nephas] di. 9. ego. &. c. quis nesciat. Hugu. [receperunt ergo] cō- Hugu.

cludit ex dictis [mala sua]. i. pœnas. Hu. [illi tamē] dicit de q̄bus intelligendum est hoc, nec illi qui non pęnitent non bis proprie dicuntur puniri, quia potius eorū pœnæ continuantur, quam reiterentur. vt dicit Hugutio. vnde glo. dicit hic, quorum pœna incipit hic, & durat vsque in infinitū. de pœ. di. 3. ignis succensus est [quærat] secunda pars. Et arguit ad vtranque partem quęstionis [in præsentiarum]. i. in præsenti [cito]. i. veloci & breui. Archidiaconus. [frustrentur] id est euadant [ad quod respondebimus] respondet distinguendo, Archi.

aut quis peccat in se aut in Deum, aut in proximum puta homicidium faciendo aut adulterando, & tunc si decapitetur punitus est quantum ad proximū & ad forum eius. sed quantum ad forum Dei non est punitus, in quo requiritur contritio cordis, & si non fuit contritus quando fuit decapitatus, punietur in foro Dei. Et ita nō iudicat Deus bis idipsum, verum est in eodem foro non debet bis iudicari. de pœ. di. 3. §. autoritas. [mensuram] scit enim vtrum sit sufficienter punitus, vel ne. Hug. [non præueniri sententia iudicis]. s. terreni, reum de crimine punientis, tunc sententia iudicis præueniretur, si quis plene hic punitus esset, talis. n. puniretur in futuro. glo: nec illi scilicet Deo. i. non aufertur diuinum iudicium quin possit punire in futuro [magum,]. s. quod non sufficienter punitur in hac vita [diuturnisque]. i. æternis. Hu. a ¶ Diuturnisq;: Diu dictio quæ do tempus denotet vide Pet. de Anc. in c. nulla. nu. 12. de cons. pbea.

a talis iudicat Deus [si qs aūt punitus sit &c: leuis]. i. ꝓ pęnitentiā facta leuis. Hu. [& maledixit]. nu. 15. [collegerat.] nu. 26.



REos. Hoc c. est beati Gregorij in registro. Summa est in rubro. breue est. Lege. ¶ [Reos &c.] fugientes ad ecclesiam [defendat ecclesia.] & subiungit causam [ne particeps]. i. ne peccet omittendo, quod facere debet. Ioannes de Fantucijs. Archidiaconus. de ista materia plura notata sunt & disputata. s. 17. q. 4. [si quis & in c. id cōstituimus. Aliqua etiā notat hic gl: & bene. Exponit literam. Archid.

Hinc apparet. §. est, in quo incipit secunda pars in quo magister probare intendit quod iudices non peccent occidendo ꝯm legem, sed illi tm̄, qui sine autoritate, iussu diuino hominem occidunt. Et hoc probat per multos patres veteris testamēti. Archidiaconus. Et potest diuidi in tres partes. In prima concludit ex præcedentibus. in secunda obijcit. in tertia respondet. secunda ibi sed obijcitur. tertia ibi, prohibetur ergo. Lege. ¶ [Hinc apparet] hoc non est verum si præcedentia capitula bene intelligantur, quia mali sunt pœnis temporalibus corrigendi, & etiā tēporali morte [sed obijcitur] secūda pars [ad Moysen] 22. qui coierit. Leui. 22. adulterij &c. [iubetur] Deutero. 17. cultores idoli. Exo. 32. [Samuel concidit] primi reg. 15. [Phinees transfixit] nume. 25. & 2. q. 7. §. his ita: [Similiter nonnulli &c.] vt Gedeon. Ieptæ. Dauid qui sine legis transgressione, imo cum legis impletione leguntur multos malos trucidasse [prohibetur] tertia pars. [Solui.] Solutio est, ꝙ prohibetur hominem occidi à persona priuata, bene autē licet ei, qui fungitur publica potestate. Et hoc probat per sequens c. Quæstio. Exponit literam

3 *Necessitas dicitur duplex.*
4 *Interficiens hominem se defendendo necessitate euitabili dicitur homicida. Secus si necessitate ineuitabili. nu. 5.*
6 *Iudex non debet sumere vindictam pro iniuria sibi illata, sed debet ad superiorem recurrere.*
7 *Clericus si ad defensionem sui iuris vocat milites & aliquis ibi occiditur, non ei imputatur.*
8 *Operam danti rei licitę non imputatur, si inde aliquid mali sequatur.*

DE occidendis. Cap. hoc est beati Augustini ad Publicolā. Sūma est in rubro. Et diuiditur in tres partes. in prima ponit, quod nulli liceat occidere quemquam propria autoritate, siue priuatæ personæ, bene tamen licet publica fungenti potestate. in secunda ostendit, quod propulsare Diuisio.

propulsare malum alterius est auxilium præbere: in tertia ostendit, quod casus fortuiti bene agenti non imputantur. secunda ibi, qui vero repelluntur. tertia ibi, vnde nec. pro pleniori intelligentia huius capituli & aliorum eiusdē materiæ quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum liceat priuatæ personæ occidere hominem peccatorem.

2 ¶ Secundum est vtrum liceat interficere hominem defendendo se.

1 Primū ar. **Ad primam** Sic proceditur. † Et videtur quod liceat priuatæ personæ occidere hominem peccatorem primo ex. §. cepti vbi inducitur illud Exo. 32. præcepti Moyses. occidat vnusquisque proximum suum & fratrem & amicum suum pro peccato vituli conflatilis. ergo etiam priuatis personis licet peccatorem occidere. Secundū ar. ¶ Secundo sic. Nullus faciens secundum legem peccat. sed demonstrato aliquo malefico homine digno morte, est verum dicere, quod ille secundum legem est interficiendus. ergo qui interficit illum, facit secundum legem. ergo non peccat. Tertiū ar. ¶ Tertio sic. Moyses qui in omnibus commendatur nondum habens publicam potestatem interfecit ægyptium rixantem cum Israelita. Exod. 20. ergo &c. Quartū ar. ¶ Quarto laudabile est quod homo si sit priuata persona operetur quod est vtile bono communi. sed occisio malefactorum est vtilis bono communi. ergo laudabile est etiam si sint priuatæ personæ, quod peccatores occidant. Opponit in contrarium ¶ In oppositum est litera præsentis capituli quæ est beati Augu. Itē dicit idē Augustinus primo de ciuitate Dei, qui sine aliqua publica administratione maleficum interfecerit velut homicida iudicabitur, & tāto amplius quanto sibi potestatem à Deo non concessam vsurpare non timuit. Respondet. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione priuatæ personæ non licet occidere hominem peccatorē, ista conclusio probatur sic iuxta S. Thom. in secunda secundæ. q. 64. occidere malefactorē sicut dictum est in primo capitulo huius quintæ quæstionis licitum est inquantum ordinatur ad salutem totius communitatis. Et ideo ad illum solum pertinet cui cōmittitur cura communitatis cōseruandæ, sicut ad medicum pertinet præscindere membrum putridum, quādo ei commissa fuerit cura salutis totius corporis. cura autem communis boni commissa est principibus habentibus publicam autoritatem, & ideo eis solis licet maleficos occidere, non autem priuatis personis. ista conclusio etiam sic ostenditur iuxta Alexandrum de Halis in tertio, sicut dicitur in legenda Sanctæ Luciæ. Ale. de Hal. homo potest esse minister mortis, non autem vitę, quia omnis vita à solo Deo est nec eam dari voluit per ministerium, sed sicut auferre rem temporalem alterius sine ipsius autoritate & voluntate est semper illicitum. ergo multo fortius occidere hominem, quod est auferre vitam ipsius sine Dei voluntate, cuius proprie est vita, & cuius solius est viuificare, semper erit illicitum. Et ideo quicunque non accipit potestatem vel diuina autoritate quæ est in lege, vel ab eius voluntate scilicet Dei intellecta per internam inspirationē si interficit facit cōtra præceptum, non occides. & per consequens peccat. Ad primū arg. ¶ Istis habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum est quod illud factum est autoritate diuina, quia mandato Dei. Et ideo illi qui occiderunt proximos & amicos non dicuntur ipsi fecisse, sed potius ille cuius autoritate fecerunt. sicut miles interficit hostem autoritate principis. & minister latronem autoritate iudicis. Ad scđm. Ale. de Ha. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiā. Et ratio est ꝯm Alexandrū de Halis, quia licet ad hoc quod quis interficiendus sit: ꝯm legem solus reatus quo dignus sit interfici sufficiat, Ad hoc tamen quod aliqs interficiat ꝯm legem plura requiruntur. s. iusta causa, iustus ordo, iustus animus. iusta causa, vt reus meruerit interfici, iustus ordo, vt occidens habeat potestatē, & cōuictum sit crimen. iustus animus, vt solum illud fiat amore iustitiæ, non libidine vindictæ. Ad tertiū ¶ Ad tertiam respondetur sicut alias dictum est, ꝙ in illo facto Moyses non commendatur. Ad quartū. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundum Sanctum Thomam vbi supra quod licet facere aliquid ad vtilitatem communem, quod nulli nocet sit licitum cuilibet priuatæ personæ, non tamen id quod fit cum nocumento alterius, quia hoc non debet fieri, nisi secundum iudicium eius ad quem pertinet æstimare quid sit subtrahendum partibus ꝓ salute totius, cuiusmodi est, cui cura gubernationis totius communitatis commissa est.

2 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur quod nullo modo liceat occidere hominem defendendo se. Primum ar primo ex præsenti cap. vbi ait Augustinus de occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur non mihi placet consilium &c. Scđm arg ¶ Secūdo sic. dicit idem Augustinus libro de libero arbitrio. Quomodo apud diuinam prouidentiam peccato liberi sunt, qui pro his rebus quas cōtemni oportet, humana cede polluti sunt. inter has autem res est vita corporalis. ergo pro illa obseruanda nulli licitum est alium occidere. Tertium ar ¶ Tertio sic. idem videtur colligi ex canone Nicolai papæ. d. 50. c. de his. vbi de clericis qui se defendendo paganum occiderunt dicit. Scito nos nullam occasionem dare, nec illam tribuere licentiam eis, quemlibet hominem quomodolibet occidendi, ergo in nullo modo licet clericis occidere. Quartū ar. ¶ Quarto sic. præceptū est non occidere hominem, scilicet autoritate propria. Sed ille qui impetitur ad mortem ab alio, non est iudex nec minister legis. ergo si interficit, interficit ꝓpria autoritate. Quintū ar. ¶ Quinto homicidium est grauius peccatum quā fornicatio simplex. sed nulli licet committere fornicationem, vel aliquod peccatum mortale pro conseruatione vitæ propriæ. quia vita spiritualis præferēda est corpali. ergo nulli licet defendēdo se aliquē occidere. Sextum ar. ¶ Sexto defensio sui videtur esse illicita secundum illud ad Ro. 12. Non vos defendentes carissimi. ergo. &c. Opponit in contrariu. ¶ In oppositum est quod dicitur Exo. 22. Si effringens fur domum fuerit inuentus & accepto vulnere mortuus fuerit, pcussor non erit reus sanguinis, sed multo magis est defendere propriam vitam, quam propriam domum. ergo etiā si aliquis occidat aliquē pro defensione vitæ suæ non erit reus homicidij. Respōdet. ¶ Respondeo dicēdum, aliqui volūt dicere, quod nullo modo sine culpa potest quis occidere hominem defendēdo se innitentes autoritatibus inductis Augu. Sed communis videtur doctrina in oppositum. vnde secundum Alexandrum de Halis Ale. de Ha. & S. Thomam ponētur certæ conclusiones. in primis est notandum † quod duplex distinguitur necessitas, s. euitabilis &
3
4 ineuitabili. † Si vero sit euitabilis necessitas. s. quod possit aliter euadere vt fugiēdo vel alio modo. tunc est conclusio ꝙ Prima cōcl. talis interficiēs hominem defendēdo se homicida est, & peccat contra præceptum non occides. † Si vero sit ineuitabilis
5 necessitas, ita quod non possit euadere, nisi interficiat tunc est conclusio secunda, quod talis si non occidit motus ira & Scđa cōcl. libidine vindictæ, sed cum dolore euadēdi necessitatē non est homicida iudicandus, quantum ad culpam quamuis iudicetur quantum ad irregularitatē vt dicit Alexander. Sed modo videtur quod nec quantum ad irregularitatē vt in cle. si furiosus. in fi. de homicidio. Sanctus vero Thomas in secunda secundæ videtur dicere quod illicitum est quidem directe, vt intēdat hominē occidere, vt seipsum defendat, nisi ei S. Thom. qui habet publicam potestatē. potest tamē vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & si pręter intētionem defendētis ille occidatur, non peccat, item ista videtur esse sententia beati Augu. quod patet sic. dicit enim Augustinus Augus. primo de li. arb. quod lex iusta est, quæ dat vel viatori vt latronem ne ab eo occidatur occidat, vel cuipiam viro aut fęminę, vt violenter sibi stupratorem irruentem ante illicitum stuprum si possit interimat. Nec videtur militare rō Augustini de Ancho. qui ait, quod cum permissio sit de minori malo, propter euitationem maioris mali vt dicit Augustinus lib. de li. arb. putat, quod culpa sit hominem occidere Cōtra Aug. de Ancho. Ale de Ha. ne ipse occidatur quacunque ineuitabili necessitate hoc fiat. quia animam proximi plus teneor diligere, quam proprium corpus, ꝙ inuitus possum perdere, planum est ꝙ anima proximi perditur ex quo in actu iniuste occidētis me occiditur. hæc ille. hęc ratio nulla est. Tum primo, quia hoc diuina lege non tantum permissum est, sed concessum in casu ineuitabilis necessitatis vt patet ex dictis. ¶ Tum secundo quia non est verum quod anima proximi perdatur semper in occisione tali. quia sæpe post vulnera mortalia talis pcussus ad mortem habet tēpus quo possit de peccato suo dolere, & cōfiteri, qa vt dicitur Ezec. 18. In quacunq; hora ingemuerit peccator &c. ¶ Tū tertio quia eodem modo potest argui quod inuasus esset in tali statu, vt si tunc ab inuasore occideretur periret æternaliter, non dubium, quod animæ suæ salutem pręferre qs debet saluti alterius, vnde dicēdū videtur sicut dictū est. ¶ His habitis dicendū est ad rationes in oppositū. Ad primā de litera præsentis tex. respondetur primo ꝯm Alexan. Ad primū argu. de Halis ꝙ in tres conditiones ponunt ad hoc, ꝙ liceat in necessitate interficere, in autoritate illa vna est ꝙ nō ꝓ se. i. ꝓ propria

propria vindicta. Alia est, q eius personæ congruat vt. s. non clericus sed laica psona sit. tertia q publica functione teneat & tunc dicimus, quod hoc cōuenit in prędicto casu dicit Alexander, quia ex concessione legis efficitur minister legis. vnde Ambrosius libro de paradiso. Nec is qui homicidium aliquod inuitus fecerit extra ministerium est. Si quidem lex ait de eo, q Deus dedit eum in manus eius. manus ergo eius diuinæ vltioni ministerium præbuerunt. ¶ Secundo responde tur iuxta S. Thomam q autoritas intelligēda est in eo casu, in quo quis intendit occidere hominem, vt seipsum à morte liberet. ¶ In quo casu intelligitur etiam autoritas inducta ex ibro de libero arbitrio. in secundo articulo. vnde signanter dicitur pro his rebus in quo designatur intentio. ¶ Ad tertiā respondetur iuxta S. Thomam, quod irregularitas consequitur actum homicidij, etiam si sit absque peccato, sicut patet in iudice, qui aliquem condemnauit ad mortem, & propter hoc clericus etiam si se defendendo interficiat aliquem, irre gularis est quamuis non intendat occidere, sed seipsum defendere. ¶ Ad quartam respondetur iuxta Alexandrum de halis, q in præcepto interficiens efficitur minister legis. quia occidit ex iustitia, & concessione legis. differunt tamen ista in isto, & in iudice. Nam iudex occidit ex iustitia & officio. iste autem ex iustitia non ex officio. sicut est in sacerdote, & in laico quo ad baptismum vterq; potest baptizare. Sacerdos ex officio & concessione. laicus non ex officio, sed ex concessio ne in necessitate. Ad quintam respondetur negādo consequē tiam. Et ratio est iuxta S. Thomam quia actus fornicationis, vel adulterij non ordinantur ad conseruationem propriæ vi tæ ex necessitate, sicut actus defensionis, ex quo quandoque sequitur homicidium. ¶ Ad sextam respondetur negando assumptum. Et ad autoritatem Pauli. ad Ro. 12. dicitur, quod ibi prohibetur non quælibet defensio, sed quæ est liuore vin dictæ. vnde glo. dicit. Non vos defendentes. i. non sitis referientes aduersarios. Leg. ¶ [De occidendis] hic loquitur Augustinus contra quosdam hereticos, quibus videbatur, quod qlibet posset sua autoritate malos interficere, dicit ergo. [de occidendis hominibus] passim [occidatur] passim [nō mihi placet]. q. d. non placet mihi, quod aliquis ex propria autoritate occidat aliquem, ne ille alium interficiat. Hugu. vel sic. De occidendis hominibus insidiantibus vitæ aliorum. Arc. [non placet mihi] & hoc verum est de insidiante vitæ illius vbi potest aliter euadere mortem. qui si non poterit licitum est sibi se defendere, & si in defensione seruato moderamine inculpatæ tutelæ volentem occidere occiderit, non est occi sor iudicandus nec agit contra pręceptum decalogi, non oc cides. Exod. 20. quia non affectat alienam vitam auferre sed suam quantum in se est innocenter saluare, ad quod tenetur ex præcepto charitatis, qua quis plus tenet diligere personā propriam quam alterius, vt dicit Augustinus primo de doctrina Christiana [nisi forte sit miles] sub potestate aliqua constitutus, cuius autoritate hoc faciat. vt. j. e. miles. nisi hoc fiat in iusto bello. vt. j. e. homicidium, & in casibus positis supra in summa gl. [aut publica functione]. i. ordinaria iurisdi-
6 ctione. Arch [vt non pro se. &c.] ar. † quod iudex pro iniuria sibi illata nō debet sibi vindictam sumere, sed ad superiorem recurrere. Hug. [sed pro alijs, vel pro ciuitate]. s. defendenda [potestate publica] puta si est iudex. [si eis congruit &c.] hoc dicitur propter clericos, quibus non congruit. Hug. vt extra de vi. & ho. cle. cleric. quia arma clericorum sunt lacrymæ. j. eo. q. 8. conuenior. [Qui vero] secunda pars [aliquid]. i. boni [pręstatur] quia recipitur eis facultas male agēdi. Hu. [hinc] .i. quia persona priuata, nō debet occidere. [dictum est]. s. Lu. 6. [ne resistamus malo]. i. iniuriam facientibus [ne forte] ex ponit quod dixit. quasi diceret hoc ideo dictū est. i. [ne vos vindicta delectet &c. [malo]. i. pœna. [non] supple dictum est [vt correctionem &c. vnde nec] tertia pars. nec reus, cū non det operam rei illicitæ, & diligenter adhibuit quantum in se est cautelam, ne cuiuscunq; mors inde sequeretur, vt verbi gratia. Si aliquis repellendo malos occidat casu aliquem non est ei imputandum, vel si ex officio aliquis occidit aliquem non est imputandum ei, si ex officio tali sequantur homicidia. Et ita vt dicit glo. continuantur sequentia exempla. [circunduxerit]. i. clauserit [ex ipsorum. s. murorum vsu. quia in de transibat, vel quia locum impugnabat. Hu. talis. o. mors nō putanda est claudenti muris domum suam [nec. n. reus &c.] ostendit. n. illud exemplis multis [bos] de quo habetur Exo. 21. Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint lapidibus obruetur, & dominus bouis innocens erit & hoc verum est si dominus bouis ignorauerit debita diligētia adhibita bouem percussorem cornupetam esse. Et idem est de equo calce feriente [aut iō] quasi diceret non [ac vero] inducit exemplū de Paulo, de quo habetur act. 23. vbi patet, quod licet homini inuocare auxilium armatorum ab eo, qui dare potest, & concedere armatos. vnde Paulus à tribuno petijt armatos ad tuitionem & defensionem sui [contra insidiātes] applicat ad propositū [si in illos.] s. armatos [scelerati homines.] scilicet alij qui Paulo insidias parauerāt [incidissent.] id est, ad manus venissent. [absit vt ea &c. præter nostrā volū
7 tatem] arg. † quod non imputatur clerico, si ad defensionem sui iuris vocat milites, & aliquis ibi occiditur sic supra q. 3.
8 Maximianus. Item bonum arg. † quod si aliquis dat operam rei licitæ non est imputandum ei, si aliquid mali inde sequatur. vt d. 58 sæpe. &. c. quia re. Nam Deus inspector est cordis, non operis. 16. q. 6. c. 1. [alio qui] confirmat alio exemplo de instrumentis & arboribus, & similibus. verum pro pleniori intelligentia huius tertiæ partis quæritur vtrum aliquis causaliter occidens hominem incurrat homicidij reatū. hoc iam disputauimus dist. 50. circa. c. eos qui vide ibi.

1 *Interficere seipsum an liceat alicui, quod non nu. 2.*

Seipsum. §. est, in quo magister Gratianus probat q nulli liceat seipsum interficere. quod ostendit quatuor autoritatibus sequentibus. ¶ Pro pleniori intel-
1 ligentia huius partis quæritur. † Vtrum liceat alicui interficere seipsum. Et videtur quod sic. primo exemplo sanctorum patrum. Legitur enim iudicum. 16. quod Sanson qui numeratur inter sanctos ad Hebreo. 11. quod interfecerit seipsum, ergo &c. ¶ Secundo idem legitur primo Machabe. 14. quod Rachias seipsum interfecit eligens notabiliter mori potius quam subditus fieri peccatoribus, & quam natales suos iniurijs agi. ergo &c. ¶ Tertio sic. dicitur Matth. 10. Qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet eam, & animam vocat ibi vitam, sed ille qui interficit se illo desiderio quo dicebat apostolus. Cupio dissolui, & esse cum Christo, perdit animam suam propter Christum. ergo inuenit eam. ¶ Quarto sic. homicidium est peccatum in quantum iustitiæ contrariatur, sed nullus potest sibi iniustitiam facere, vt probatur. 5. ethicorum. ergo nullus peccat occidendo seipsum. ¶ Quinto occidere malefactores licet habenti publicā potestatem, sed quandoque ille qui habet publicam potestatem est malefactor, ergo licet ei seipsum occidere. ¶ Sexto sic. Licitum est, quod aliquis spontanee minus periculum subeat, vt maius periculum vitet, vt patet, sed quandoque aliquis per occisionem suiipsius vitat maius malum, vel miseriam vitam, vel turpitudinem alicuius peccati. ergo licet alicui occidere seipsum. ¶ In oppositum est litera sequentium capitulorum. ¶ Respondeo licet vt narrat Augustinus primo de ciuitate Dei, vbi mouet hanc quæstionem, multi siue viri siue mulieres satis magnæ reputationis seipsos occiderint, aut vt simul hostes opprimerent, vt Sampson, aut pro pudicitia obseruanda, vt quædam virgines dicuntur fecisse.
2 Nihilominus dicendum est sub ista conclusione. † quòd omnino est illicitum seipsum occidere. Ista cōclusio patet primo autoritate, dicit enim Augustinus primo de ciuitate Dei, & ponitur infra capit. 1. sequenti. Restat quod de homine intel ligatur quod dictum est, non occides, nec alterum, ergo nec te ipsum nec enim aliud quam hominē occidit qui seipsum occidit. ¶ Ratione probatur prędicta cōclusio multipliciter, primo sic iuxta S. Thomam in secunda secundæ. Naturaliter quælibet res seipsam amat, & ad hoc pertinet quod quælibet res conseruat se in esse, & corrumpentibus resistit, quantum potest, ergo quod aliquis se occidat, est contra inclinationē naturalem, & cōtra charitatem, quia quilibet debet seipsum diligere ergo. occisio suiipsius semper est peccatum mortale. vt pote contra naturalem legem, & contra charitatem existens. ¶ Secundo quia quælibet pars id quod est, est totius. quilibet autem homo est pars totius communitatis. & ita id quod est, communitatis est. vnde in hoc, quod seipsum interficit, iniuriam cōmunitati facit. vt patet per Philosophū. quinta ethicorum. ¶ Tertio quia vita est donum diuinitus homini attributum, & eius potestati subiectum, qui occidit & viuere facit. Et ideo qui seipsum vita priuat in Deum peccat, sicut qui alienum seruum interficit peccat in dominum, cuius est seruus, & sicut peccat ille, qui vsurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deū pertinet iudiciū mortis, & vitę secūdū illud Deut. 22. Ego occidā, & ego viuere

Ambrosius. Ad secundā. Ad tertiā. Ad quartā. Ad quintā. S. Tho. Ad sextum. Exponit literam. Hugu. Archi. August. Archidi. Hugu. Quæstio. Primū ar. Secundū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Quintū ar. Sextum ar. Opponitur cōtrarium. August. S. Tho.

viuere faciam. Ad iſtas rationes adducuntur alique rationes philoſophorum. quarum prima eſt Platonis qui vt dicit Alexander de halis in tertio dicit ſic. Conſtat nos eſſe ſub dominio Dei, cuius tutela & prouidentia gubernamur. Nihil autē eſt inuito domino de his quæ poſsidet ex eo loco, in quo rē ſuam conſtituit auferendum. Ex quo arguit, ſicut ergo qui vitam alieno mancipio extorquet crimine non carebit. Ita ille qui finem.i.mortem ſibi domino non iubente quæſierit, non abſolutionem conſequitur, ſed reatum. Ad idem eſt Plotinus philoſophus ſic dicens. Cum anima de corpore extruditur, quia exit rupto vinculo non ſoluto, fit ei ipſa neceſsitas occaſio paſsionis, & malis vinculis dum rumpit inficitur. ¶ Item arguitur ſic ratione conſtat animabus remunerationem eſſe tribuendam pro modo ſuæ perfectionis. ad quam in hac vita vnaquæque peruenit. Non eſt ergo præcipitandus finis, cum adhuc proficiendi poſsit eſſe acceſsio. item ſic, animabus in hac vita lapſis poſt mortem non eſt facultas reſurgendi. ergo vtendum eſt conceſsis vitæ ſpatijs. vt perfectæ ſit purgationis facultas. ¶ His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum.

Ad primū. Ad primam de Sampſone reſpondetur, ꝙ ſicut dicit Auguſtinus in primo de doctrina chriſtiana, & de ci. Dei. Sampſon non excuſatur aliter, quod ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſerit niſi quia latenter ſpiritus hoc iuſſerat qui per illum miracula faciebat. Et ponitur in c. proximè ſequenti. Et eandem rationem aſsignat de quibuſdam ſanctis fœminis, quæ tempore perſecutionis ſeipſas occiderunt quarum memoria in eccleſia celebratur.

Ad ſecundū ¶ Ad ſecundā reſpondetur iuxta ſententiam Augu. primo de ciuitate Dei, vt dicit Alexander de halis, & S. Thomas quod Rachias licet laudetur de zelo legis, non tamen de hoc quia vt in hoſtes fugeret ſeipſum interfecit.

Ad tertium ¶ Ad tertiam reſpondetur. quod non eſt ad propoſitum. quoniam quando dicitur, quòd qui perdit animam ſuam &c. debet intelligi id eſt, qui moritur voluptatibus huius ſeculi propter Chriſtum, non propter hoc quod debeat perdi corporalis vita, tamen ſi auferatur ꝓ Chriſto patienter eſt ſuſtinendum, ſibi autem inferre non licet vt dictum eſt.

Ad quartū. ¶ Ad quartam reſpondetur iuxta ſanctum Thomam, quod homicidium eſt peccatum, non ſolum quia contrariatur iuſtitiæ, ſed etiam quia contrariatur charitati, quam debet aliquis habere ad ſeipſum. Et ex parte occiſio ſuijpſius eſt peccatum per comparationem ad ſeipſum, per comparationem autem ad communitatem & ad Deum habent rationem peccati per oppoſitionem ad iuſtitiam.

Ad quintū. ¶ Ad quintam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt ſecundum eundem ſanctum Thomam quod ille qui habet publicam poteſtatē poteſt malefactorem occidere, per hoc quod poteſt de ipſo iudicare. Nullus autem eſt iudex ſuijpſius. vnde non licet habenti publicam poteſtatem ſeipſum occidere propter quodcunque peccatum, licet tamē ei ſe cōmittere iudicio aliorum.

Ad ſextum. S Thō. ¶ Ad ſextam reſpondetur quod ratio non militat. Et ratio eſt iuxta ſanctum Thomā quia homo conſtituitur dominus ſuijpſius per liberum arbitrium, & ideo licet poteſt de ſeipſo diſponere quantum ad ea quæ pertinent ad hanc vitam quæ hominis libero arbitrio regitur. Sed tranſitus de hac vita ad fœliciorem aliam non ſubiacet libero arbitrio hominis, ſed poteſtati diuinæ. Et ideo nō licet homini ſeipſum interficere, vt ad fœliciorem tranſeat vitam. Similiter etiam nec vt miſerias quaſlibet præſentis vitæ euadat. quia vltimum malorum huius vitæ eſt maximè terribile, vt habetur tertio ethicorum. & ita inferre ſibi mortem ad alias huius vitæ miſerias euadēdas eſt maius malum aſſumere ad minoris mali vitationem. Similiter etiam non licet ſeipſum interficere propter aliquod peccatum commiſſum. Tum quia in hoc maximè ſibi nocet, quod ſibi adiuuit pœnitentiæ tempus. tum etiam quia malefactorem non licet interficere, niſi per iudicium publicæ poteſtatis. Similiter etiam nec licet mulieri ſeipſam occidere, ne ab alio corrūpatur, quia non debet in ſe committere crimen maximum, quod eſt ſuiipſius occiſio, vt vitet minus crimen alienum. Non enim eſt crimen mulieris per violentiam violatæ, ſi cōſenſus non aſsit. quia non inquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis, vt lucia dicit, conſtat autem minus eſſe peccatum fornicationem vel adulterium, quam homicidiū, & ꝑcipuè ſuiipſius, quod eſt grauiſsmum, quia ſibi nocet, cui maximā dilectionem debet. Eſt etiam periculoſiſſimum, quia non reſtat tempus, vt per pœnitentiam expietur. Similiter etiam nulli licet ſeipſum occidere ob timorē, ne conſentiat in peccatum, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, vel vitentur mala, præſertim minora, & minus certa: incertum eſt enim an aliquis in futurum conſentiat in peccatum, potens eſt enim Deus hominem quacunque tentatione ſuperueniente liberare à peccato. Et tantum nunc de iſta quæſtione. quoniam per ſequentia capitula aliquæ aliæ rationes adducentur pro veritate eiuſdem.

1 *Occidere ſeipſum nulli licet multis rationibus.*

SI non licet. Inducit in primis hoc.c. quod eſt Aug.li.1.de ciuitate Dei. ad probādum quod dictum eſt, quod nulli liceat ſeipſum occidere. Summa eſt in rubro. non bene po-
1 nitur. Sed ſumma eſt, † quod nulli licet ſeipſum occidere multis rationibus. In ſecunda ponit. quod nulli liceat alium interficere, niſi in caſibus exceptis in ipſa lege, vel iubente domino per internam inſpirationem. ſecunda ibi, quaſdam tamen exceptiones. Lege. ¶ [Si non licet] prima ratio eſt Augu. ad probādum, quod nulli liceat interficere ſeipſum arguit ſic [ſi non licet] licentia iuris alium interficere innocentem priuata poteſtate. ergo multo minus ſeipſum, conſequētia eſt bona; quia magis tenetur ſeipſum diligere quam alium. [Nam ſi inde eſt] ſecunda ratio formatur ſic. deteſtamur Iudam, qui ſe ſceleratiſsimum ſuſpendit. multo magis culpādus venit, qui ſe innocentem occideret [propter ſcelus].ſ. proditionis [alio tamen ſuo ſcelere].ſ. homicidio, qui ſeipſum ſuſpendit. [cur autem] tertia ratio. Et tangit caſum cum quis interficit ſe ne ab alio interficiatur aut ſtupretur, aut idolo ſacrificare compellatur. [Item in ſcientia] quarta ratio arguit ſic. in ſanctis libris non reperitur neq; præceptum, nec permiſſum, quod quacunque cauſa etiam pro adipiſcenda immortalitatis gloria vt nobis inferamus mortem: ergo &c. [Nam & prohibitos] quinta ratio, hoc legitur prohibitum diuina lege, cum dicitur. Non occides. præſertim quia non addit proximum ſuum &c. ergo &c. [quaſdam tamen] ſecunda pars. Regula.n. de non occidendo aliquem exceptiones habet.ſ. niſi Deus iuſſerit, aut lex diſpoſuerit &c. [ſed his exceptis ſiue data lege.] vt Moyſi, expreſſa iuſſione vt Abrahæ, ad perſonā vt ad Abraham de quo in fra ſequitur Archidiaco. [miniſterium.] vt miniſter ſiue officialis iudicis. [Et ideo nequaquam] concludit quod contra hoc præceptum non occides non fecerunt, qui Deo autore bella &c. vt Ioſue, Dauid, & alij ſancti. [publicæ poteſtates] vt ſunt iudices, & iuriſdictionem exercentes & publicam iuſtitiam [Abraham] de quo habetur Gene.22. [laudatus [ad Heb.11.] nō ſcelerato].i. propter ſcelus commiſſum, ſed obedienter.ſ. obediendo præcepto diuino, cui ſemper credendum eſt obtemperando & merito [de ſepte] de hoc.22.q.4. vnuſquiſq;. de quo determinat Aug. libr. de quæſtionibus ſuper librum Iudicum, quod tale votū nec Deus inſpirauit, nec iuſsit, nec Deo placuit. [Sampſon]. Iudicum.16. litera patet. [his igitur] reaſſumit primum dictum, propter longā ſuſpēſionē, verba ſunt Augu. vbi ſupra. [neminem ꝓꝑ peccata aliena].i. ne alius interficiat eum [propriā] id eſt peccatum quod eſt ei occiſio ſuiipſius. omnia patent.

Exponit literam. (margin)

Archi. (margin)



TV dixiſti. Ad idem eſt hoc.cap. eiuſdem Aug. contra Petilianum. Summa eſt in rubro. Et poteſt diuidi in duas partes. In prima ponuntur verba hæreticij. In ſecunda verba Auguſtini. ſecunda ibi, hoc ad nos. Lege. ¶ [Tu] pro intelligentia literæ ſciēdum eſt, ꝙ Petilianus irridebat catholicos, qui martyrum ſolennia celebrant, vnde videbatur ei ꝙ etiā Iudæ qui ſe pro peccato interemit deberet celebrari dies ſolennis. Ad ꝙ reſpondet Aug. hoc ad nos non pertinet &c. [tu].ſ. hæretice [tradito] Mat.c.27. [hoc] ſecūda pars. [ad nos.] catholicos. [nec.n. veneramur &c.] occiſor.n. ſui non eſt venerandus. vt martyr imo damnandus, vt homicida. [ligauerunt].i. ſuſpēderunt.

Diuiſio. Exponit literam. (margin)



NOn eſt noſtrum. Ad idē eſt hoc c. quod eſt B. Hieronymi ſuper Ionā prophetā. Sūma eſt eadē cum ſumma præcedentis capituli. Breue eſt. Leg. ¶ [Non eſt]. Licet.n. boni ꝓꝑ fidē & iuſtitiam ſemper ſint parati ab alijs mortem ſuſcipere, ſicut Machabei dicebāt, parati ſumus magis mori quā legem Dei præuaricari. Et Petrus dicebat Lu.22. paratus ſum tecum & in carcerem & in mortem ire, nunquam tamē ipſi debent ſibi mortem accipere [propria manu].i. ſtudio & opere ſuo. Archidiac. [abſque eo.] hic incluſiue tenetur, vt ſit ſenſus.i. nec in eo, vbi caſtitas &c. Si vero legatur excluſiue, in-

Exponit literam. (margin)

Archid. (margin)

te, intelligendus est hic Hieronymus de illis fœminis de quibus Augustinus dicit primo de ciuitate Dei. quod iussu Dei aut eius inspiratione ad seruandum castitatem se occiderũt, de alijs vero non est intelligendum.

PLacuit. Ad idem est hoc.c. quod est concilij Bracharensis. Summa est in rubro. Et

Diuisio.

diuiditur in duas partes. in prima ponit id, quod est in rubro. in secunda ponit idẽ de his qui in suis sceleribus impœnitentes discedunt secunda ibi, similiter. Le. ¶ [Placuit commemoratio fiat.] intelligendum de impœnitentibus. Hu. tales. n. certum est decedere in peccato mortali per ignorantiam iuris, quæ non excusat. 38. d. si in laicis. [Similiter] secũda pars intelligitur de impœnitentibus, siue in peccato mortali notorie decedentibus.

Exponit literam.

MIles. Ad idem principale propositũ est hoc c. beat. Augustini primo de ciuitate Dei c. 26. Sũma est in rubro. Incipit hic quarta pars quæstionis. in qua probat per. 11. autoritates, quod non peccant iudices vel ministri, si malos occidunt, si tamen non vlciscẽdi animo, sed zelo iustitiæ. Et potest hoc.c. diuidi in duas partes. In prima ostendit quod non est miles reus homicidij, qui ad mandatũ principis occidit. in secũda ostendit quod secus sit si propria autoritate occidere tentauerit. secunda ibi quod si sua. Lege. [miles] litera est clara in vtraque parte.

Diuisio.

CVm minister. Ad idem est hoc.c. eiusdem Augustin. Summa est in rubro. nihil amplius continet, quam superius capitulum vnde litera patet. [sponte] id est, voluntate, & desiderio. non mandato iudicis nec amore iustitiæ.

Exponit literam.

LEx æterna. Ad idem est hoc c. eiusdem Au. Summa est in rubro. Et diuidi potest in duas partes. In prima ponit dictum. In secunda probat exemplo. secunda ibi, Abraham. Leg. ¶ [Lex æterna in medio.] dicit quia quædam sunt quæ nullo modo prætermittenda sunt, nec in eis dispensatio cadit, sicut sunt præcepta primæ tabulæ. Quædam vero sunt quæ nullo etiam modo faciẽda sunt, nec etiam in eis cadit dispẽsatio. sicut sunt quæ in sua ratione formali inuolutam habent malitiam. Quædam vero sunt quasi medio loco cõstituta, quæ propria autoritate vsurpanda non sunt. Præcepta vero non sunt facienda, & de talibus est occisio hominis. Et de istis loquitur hic nostro iudicio Abraham. secunda pars. de quo Gen. 22. patet litera.

Diuisio.

Exponit literam.

OFficia. Ad idem est hoc cap. eiusdem Augu. super Mat. Summa est in rubro. breue est. Lege. ¶ [Officia vindictæ.] i. punitionis. [zelo iustitiæ.] boni ministri quomodo iudex per legem Hugutio. [Et lex.] per ministerium iudicis Hug.

Exponit literam. Hugutio.

NOn est. Ad idem est hoc cap. eiusdem Augustini ad Macedon. Summa est in rubro. breue est. Lege. ¶ [Non est iniquitatis sed certe charitatis est officium. quod culpa [illegible] & homo diligatur.

Exponit literam.

NOn frustra. Ad idem est hoc c. eiusdem Augu. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in prima ponit quod potestas regia & iudicii & instrumẽta iustitiæ, sunt instituta vt mali timore coerceantur [illegible]

Diuisio.

Exponit literam.

[illegible]

dicis non possunt cohiberi armis militum coerceantur. 2. Paralip 6. constituit numerum militum in cunctis vrbibus. & C. de episco. & clericis. si quis in hoc genus. [dominantis] siue prælati spiritualis, siue principis secularis. [disciplina] s. quæ debet in discipulos exerceri [seueritas boni patris] quę est dulcis misericordia [habent] secunda pars. [modos] in omni humana actione modus est seruandus congruus. Proue. 23. prudentiæ tuæ modum pœnæ [causas] quia considerare habet causas, quare agit & ne deficiat & reddat causam facti sui Iosue. 20. & 2. Paralip. 19 Omnem causam quæ venerit ad vos ostendite. [rationes] quia ratione est agendum, & ratio & nõ voluntas principetur in agendis, vt dicit philosophus 1. politicorum. vnde in signum eius principis leuiticus portabat rationale iudicij. Exod. 26. [vtilitates.] quia vtilitas maxime communis prospicienda est in agendis, vnde 2. Machabeor. 4. vtilitatem communem considera. [coercentur] distinctio. 4. factæ sunt leges.

1 *Homicidium vnde dicatur.*
2 *Occidens hominem defendendo se ne moriatur non peccat.*

CVm homo. Ad idem est hoc ca. eiusdẽ Aug. Summa est in rubro. Sed potest diuidi in tres partes in prima ex parte causarum ponit differentiam in homicidio. In secunda ostendit, quod qui dat occasionem mortis alicuius, aliquando magis est in culpa, quam ille qui occidit. in tertia ostendit quod non omnis qui causa mortis alicuius est, reus est. secunda ibi, & aliquando. tertia ibi, nec tamen omnis. ¶ [cum homo ab homine occiditur.] hoc solum dicitur homicidium, scilicet cum est occisio hominis ab homine facta. Si enim fieret à boue, vel cane. &c. nõ proprie dicetur homicidium, †homicidium enim dicitur ab homine & cedo. quasi cedium, multa genera homicidiorum distincta sunt de pe. distinctio. 1. homicidiorũ, ibi vide, quia plura ibi disputauimus [multum distat] secundum verietatem causarum. [vtrum fiat &c.] aliquid auferendi, sint ab inimico. sicut à latrone. arg. †quod qui occidit hominẽ defendendo ne moriatur vel ne spolietur, non peccat, de hoc disputauimus supra eod.c. de occidẽdis [& aliquãdo] secunda pars. [velut] ostendit exemplo [si quispiam] scilicet, reus decipiat fideiussorem suũ qui pro eo fide iussit iudicio sisti in causa criminis decipiat, quia dato fideiussore se absentat, & ex hoc fideiussor patitur pœnam, quam passurus erat ipse reus. Archidiacon [vltimum supplicium] hoc erat secũdum antiquas leges, quod si aliquis reus daret fideiussorem, & postea aufugeret, fideiussor teneretur eandem pœnam sustinere quam ille debebat sustinere sed hodie sublatum est per Iustinianum. ff. de cust. & exhi. reorum. l. 3. Hug.] nec tamen [. 3. pars quam ostendit multiplici exemplo. patet litera ibi [humanum dolorem] non de morte, sed de peccato, quia peccauerunt, nec minus implere debemus, quod ad vos attinet, licet aliquid præter spem, & voluntatem vestram inde contingat.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Contumaces & incorrigibiles coercendi sunt per potestatem secularem.*

PRincipes. Ad idem est hoc c. quod est [illegible] Summa est in rubro. diuiditur autem in duas partes. [illegible]

Diuisio.

Exponit literam.

[illegible]

Archi.




Es aliter. Ad idem est hoc capitulum Leonis papæ. Summa est in rubro. Breue est. ¶ [Res autẽ omnes.] scilicet ecclesiasticę [confessionem.] id est ad ecclesiam catholicam, in qua sola cõfessio veræ fidei continetur [& regia] 96. dist. cum ad verum. &. c. duo. (Exponit literam.)

1 *Criminosus si non vult corrigi ad monitionem ecclesiæ, debet coerceri per iudicem secularem.*

Et an possit puniri ante admonitionem nu. 2.



Ncestuosi. Ad idem est hoc capitulum concilij Turonen. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Incestuosi, sacerdotũ.] arguit omne crimen quo ad correctionem ad ecclesiam pertinere, ar. 2. q. 1. multi & extra de iud. nouit. & extra vt ecclesiastica beneficia. c. 1. ver. & ideo. & extra de pur. ca. nos inter. & ex. de offi. ordi. c. 1. Archidia. [per secularis potentiæ.] ar. † quod si criminosus ad admonitionem ecclesię non vult corrigi, debet per secularem iudicem coerceri. ¶ [Surgit hic quęstio]. † Nunquid & ante aditionem possunt eos punire. respondet Hugut. dico quod sic. supple. ergo multo magis post admonitionem. (Exponit literam. Archid. 1. Quæstio, Respondet 2.)



Egum. Ad idem est hoc capitulum Hiero. super Hieremiam. Summa est in rubro. ¶ Et diuiditur in duas partes. in prima ostendit quod ad regis officium spectat facere iudiciũ, & liberare oppressos de manu calumniantium. in secunda hoc probat autoritate prophetę. secunda ibi: & vt. ¶ [Regum.] & omnium habentium iurisdictionem Hieremię. 18. regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. vnde Sap 6. comminatur dominus horrendum iudicum regibus quoniam non fecerunt iudicium secundum iudicium legis [atque liberare]. 2. Reg. 19. rex liberauit nos de manibus inimicorum omnium. & Hiere. 22. audite verbum domini rex Iuda, qui sedes super soliũ Dauid tu & serui tui, & populus tuus. Hęc dicit dominus facite iudicium, & iustitiam & liberate oppressum de manu calumniatoris & aduenam & pupillum & viduam, nolite contristari & c. [& vt] secunda pars. [intulit.] scilicet Hieremias. [nolite] verba sunt Hieremię. Hierem. 22. [sed nec patiamini] id est curate ne fiat [conniuentia]. id est neglientia vel consensu. Hug. alia litera patet. (Diuiso. Exponit literam.)

Ipsis. §. est, in qua incipit quinta pars. huius quęstionis in qua probat magister, quod principibus seruanda est fides & reuerentia exhibẽda. vnde 1. Petri. 2. dr. Deum timete, & regem honorificate. Et iterũ subiecti estote omni humanę creaturę propter Deum, siue regi tanquam pręcellẽti, siue duobus tanquam ab eo missis, ad vindictam malorum, & laudem bonorum. Et hoc probat per sequentia capitula. Et primo de fide seruanda.

1 *Subditi seruare debent fidem dominis suis carnalibus.*



I apud. Capitulum hoc est beati Hieron. Summa est in rubro. merito vt dicit Hiero. † subditi seruare debent fidem dominis suis carnalibus, ratio est manifesta, quoniam periculose se exponerent domini periculis bellorum, pro defensione subditorum, si eis fidem non seruarent. vnde Eccles. 6. dicitur amicus fidelis protectio fortis. vnde hoc. c. diuidi potest in tres partes. secundum tria, quę Hierony. ponit hic ad commendationem viri fidelis. primo, quia cum dominus ceperit seruum fidelẽ in minimo, ampliora ei committit Luc. 16. qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. vnde sibi dominus ait Matthæi. 25. Euge serue bone, & fidelis est. quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. secundo ibi: eruat. quia subditus seruans fidem domino, agit ea quę spectant ad conditionem suam, quę est vt fideliter domino subiectus perficiat imperata, vt non defraudet voluntatem domini. vnde ad Ti. 2. seruos dominis oportet esse subditos, in omnibus placentes, non contradicentes: non defraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam saluatoris Dei nostri ornent in omnibus. quam doctrinam deornant, & confundunt, qui dominis suis fidem non seruant. Sicut hic dicit Hiero. vtens verbis Apostoli cui conditio & c. id est subditus, aut seruus, cui conditio sua displicet. qui cum contradictor & fraudator sit voluntatis domini sui, in nullo fidem bonam ostendit. tertia ibi, quomodo. arguit quod talis etiam Deo fidelis esse non pręsumitur quia cũ difficilius sit fidem seruare Deo inuisibili, quam domino carnali, non pręsumitur fidelis Deo qui non est fidelis domino carnali. hinc Ioannes in canonica sua ait. Quomodo diligit Deum, quem non vidit, qui hominem non diligit quem videt. Et hoc est quod dixit quomodo in substantia Dei. i. in fide Huquę ab Apostolo ad. Hebre. 11. diffinitur, quod sit substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. (2. Diuiso.)



Icat. Ad idem est hoc. c. qđ est beati Ambrosij libro. 1. de Abraham. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. in prima probat secundum membrum pręcedentis. §. scilicet quod reuerentia sit exhibenda regi. in secunda illud probat exemplo Abrahę. in tertia ostendit qualiter Abraham ex illa reuerentia exhibita regi consecutus est premium à Deo. secunda ibi, in principio quomodo Abraham. tertia ibi. Ioan. 4. Lege. ¶ [Dicat aliquis]. i. ta em reuerentiam miles cum vixerit exhibeat regi, vt omnia acquisita in bello seruet, & assignet regi. qui rex postea debebit illa diuidere secundum merita personarum, qua in victoria belli, auxilium pręstiterunt. [Exemplo Abrahę] vnde sequitur [quomodo dixit Abraham.] Genes. 13. qui cum persecutus fuisset reges, & reduxisset omnem substantiam & Loth, cum substantia eius, mulieris quoque & populum, egressus rex Sodomorum in occursum eius diceret ad eum. da mihi animas, cetera tolle tibi. Respondit Abraham, [nihil sumam abs te] .i. à te. i. de Suis. i. nihil retinebo mihi de spolijs [cum pręda vtiq; in potestate victoris fuerit] docet exemplo militarem disciplinã, vt regi seruentur omnia. Sed videtur contradictio in litera ista. Nam primo dicit] nihil summã abs te [. i. de tuis. & nihilominus dicit. ꝙ omnia sunt in potestate victoris. Respondetur secundum Hugu. quod non est contradictio. quia quod dicitur de tuis ideo dicit, vel quia fuerint sua quondam, vel dicit tuis. s. dispositione mea. iam enim destinauerat omnia reddere regi. licet sua facta essent iuregentium. vt dist. 1. ius militare. & s. e. q. 4. qui peccat. & . j. e. q. 7. si de rebus: vnde totius prædæ legitur dedisse decimã partem. gratiam tamen. fecit regi sub quo non militabat, cum ei omnia cum sua fuerant reddidit. Et argumentatur Ambro. à minori. Si enim Abraham, qui non tenebatur regi seruauit omnia, quanto magis milites, qui militãt sub aliquo rege debent seruare regi prędam, nõ vt sibi retineat, sed distribuat [tribuendum asserit & c.] quia vt inqt Apostolus. 1. ad Cor. 9. dignus est mercenarius mercede sua. & Matt. 10. & Lucę. 10. [ideoque quoniam]. 3. pars [scriptum est] Genes. 15. (Diuiso. Exponit literam. Opponit. Respondet.)

Præterea. §. est, in quo incipit sexta pars quęstionis in qua magister probat. ꝙ principes tenentur ecclesiam defendere. alias excommunicandi sunt. Ad quod probandum inducit capitulum sequens:

1 *Principes quare sunt constituti.*



Dministratores. Hoc capitulum scribit Ioannes papa. 8. Summa est in rubro. diuiditur autem in duas partes. in prima dicit, ꝙ potestas secularis tenetur defensare ecclesias & pupillos, & viduas, ptegere. refrenare malas. in secunda dicit, quod si requisiti ab ecclesia hoc facere contempserint, aut neglexerint, veniunt excommunicandi. secunda ibi, quod si Dei. Lege. ¶ [Administratores.] vt reges principes, & alij domini temporales [raptumque]. i. potẽ-
1 tium & superborum constituti. † No. causam quare principes sunt in ecclesia constituti. vt. s. e. non frustra. & . c. principes. [debent] vnde qui hoc non faciunt infideles culpantur. Esa. 1. principes tui infideles: pupillo non iudicat, & causa viduæ non ingreditur ad eos. [conuenti]. i. admoniti, siue requisiti. imo si non essent conuenti ex officio suo facere hoc tenentur. ff. de offici. præsid. l. præses. & l. congruit. pe. [examinẽt] quærimoniam [quod si Dei] secunda pars. [priuatos.] arg. ꝙ sint ipso iure excommunicati si requisiti non tueantur ecclesiam, sed non est verum. Nam non est capitulum datæ sententię expone ergo. [priuatos] id est priuando sic. 24. quæst. 1. ait. Hugut. & Laurent. quod possit papam facere imperatori. Hugu. (Diuiso. Exponit literam.)

Demones

1 *Demones sunt vltores diuinæ vindictæ.*



On solum. Hic incipit. 7. pars quæstionis, in qua magister probat, quod mali sint puniendi per reges, principes, & alias seculares potestates. quæ in puniendo non peccant dum hoc zelo iustitiæ faciant. Et ad hoc inducit multa capitula sequentia, capitulū autem hoc quod inducitur in primus est beati Hiero. super

2 Ioel. Summa est in rubro. vel sic. † Non solum homines sed etiam demones sunt vltores diuinæ vindictę. Breue est. Lege. ¶ [Non solum ministri &c[. 1. Petri. 2. gladiū portant. ad Ro. 13. [contrariæ fortitudines] i. potestates, quæ nobis aduersantur. s. demones. [quæ appellantur furor &c.] quia per eos exercetur furor, & ira Dei in homines. Hugu. vnde in psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. vel demones appellatur furor, & ira Dei. Quia nemo ex amore iustitiæ, sed ex furore & odio hominū exequūtur huiusmodi vltiones in homines, vnde potest de hac intelligi illud Leuit. 26. incedam aduersus vos in furore contrario. & illud Eccle. 39. in furore suo confirmauerunt tormenta sua.


Exponit literam.

Hugutio.



On est crudelis. Ad idem est hoc ca. eiusdem Hier. super Esa. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Nō est crudelis iudex [qui ingulat ex iusta causa. s. eo. q. 4. qui peccat. Archid.

Exponit literam.



Vi malos. Ad idē est hoc. c eiusdem Hierō. super Ezechielem. Summa est in rubro Lege. ¶ [Qui malos. vasa] i. gladiū & alia instrumenta ad puniendum, minister Dei est. ad Roma. 13.



Vdex. Ad idem est hoc. c. super epistolam ad Gala. 2. Lege. ¶ [Iudex. non est actor] imo ipse peccaret, si non puniret, s. e. q. 4. quisquis. &. c. non est iniusta. circa prin. Arc. [vinciendo] i. puniendo, dummodo legaliter hoc faciat. j. e. si vos ad fi. Archid.

Exponit literam.

1 *Iudex puniens homicidas ad mortem non dicitur homicida.*



Omicidas. Ad idem est hoc cā. quod est eiusdem Hieron. super

1 Hieremiam. Summa est † quod iudex qui homicidas & sacrilegos punit ad mortem secūdum formam legum, non effudit sanguinem humanum, vt homicida veniat dicendus. litera patet.

1 *Malis non est parcendum qui corrumpunt multitudinem.*

2 *Preceptum de occidendo idolatra siue apostata perfido an sit obseruandum in noua lege.*

3 *Præcepta cerimonialia non debent obseruari in noua lege.*



I audieris. Ad idem est hoc capitulū quod est beati Cypriani.

1 † Sūma est in rubro. siue sic † quod non est parcendum malis qui multitudinem corrumpunt. Et potest diuidi in duas partes. In prima narrat præceptum legis datum contra idolatras interficiendos. In secunda dicit idem tempore nouæ legis esse instituendum circa cultum diuinum & spernēda idola. quod qui verum Deum non colerent morte puniretur. secunda ibi. Quod si &c. Lege. ¶ [Si audieris] verba sunt Deutero. 18. [interficies necabisque omnes] ratio enim naturalis dictat vt solus Deus verus honoretur, & cultu latriæ ei seruiatur. Deut. 6. dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Qui ergo per idolatriam falsos Deos veneratur, & à vero Deo, q est vita separat dignus est, vt vita corporis ei adimatur. qui etiam à veritate fidei, qua iustus viuit. ad Ro. 1. se ad perfidiam & infidelitatem apostatat, & dignus est vt mortuus Deo, moriatur etiam mundo, & tanto magis quanto plures ad suum errorem cōuertit. vnde iuste præcipit lex. Deuter. talem interfici imo patrem, & matrem & filios &c. si talia persuaderent, & à fide & cultu veri Dei auertere vellent [cede glad. j.] ar. quod idolatræ debent mori in gladio sed forte secus est in hæreticis. Hug. cuius præcepti, & diuini cultus [zelo vir Dei.] Mattathias accedentē ad altare vt idolatraret interemit, de quo primi Macha. 2. quod cum cessasset Matathias loqui accessit quidam Iudeus in oculis omnium sacrificare idolis super arā in ciuitate Modim. secundū iussum regis & vidit Marathias, & doluit & cōtremuerūt renes eius, & accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit illum super aram. [Quod si ante] secunda pars. arguit à minori; quod si in veteri lege, quæ vmbra erat futurorum. Ad heb. 9. circa cultum diuinū & idola respuenda, seruata sunt præcepta de occidendis idolatris. lōge magis seruanda sunt in noua lege post Christi aduentum vbi claret amplius non in vmbra, sed in veritate veri Dei, fides recta, & verus cultus, vt moriatur omnis apostata & hæ-

Diuisio.

Exponit literam.


2 reticus. ¶ Sed surgit hic quæstio. † ¶ Vtrum præceptū hoc legis de occidendo idolatra siue apostata perfido, sit in noua lege obseruandum. Ad hoc videtur respondendum, quod præcepta moralia cum sint de lege naturæ in vtraque lege sunt ad literam obseruanda, vt dicit Hiero. super liberum numerorum Homil. 1. † Cerimonialia vero in noua lege obser-

3 uari non debent, ne quod venit in veritate designetur futurū, iudicialia vero quatenus fuerunt in veteri lege instituta, nōn sunt in nouā lege obseruanda, ne iudaizare videamur, quod prohibet apostolus super hoc reprehendens Petrum. ad Gal. 2. possunt tamen in nouo testamento, de nouo institui ab eo, qui potest, vt summus pontifex, seu alius princeps vt dicit Sanctus Thom. in prima secundæ. qui potest leges condere, vt instituit. quod apostatæ & hæretici, si redire noluerint tradantur brachio seculari morte puniendi, vt extra de hære. ad abolendam. Sic ergo intelligendum est hoc dictum Cypriani, quod præcepta data in veteri lege de occidēdis hæreticis & à veteri Dei cultu recedentibus, quæ sunt præcepta iudicialia, debent longe magis in nouo testamento institui, & institūta seruari quando ille. i. Christus non tantū verbis &c. cepit Iesus facere & docere. Act. 1.

Quæstio.

Respondet


S. Thom.



D fidem. Ad idem est hoc c. quod est beati Aug. contra Petilianum. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponitur obiectio hæreticorum dicentium nō debere persequi, vt reuertatur ad ecclesiam, & ad fidem propter duo. Tum primo quia nullus cogendus est ad fidem. Tū secundo quia boni mores non eliguntur, nisi libero arbitrio: in secunda respondet Augusti. secunda, ibi, si per seueritatē Lege. ¶ [Ad fidem nullus est cogendus &c.] verba sunt hæreticorum hoc verum est, scilicet ad fidem de nouo suscipiēdam, sed ipsi hæretici intelligebant ad fidem retinendam, quod falsum est. Hugu. [sed per seueritatem] verba sunt Augu. & est secunda pars. [castigari] i. coerceri à malo. Hug. [nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur] supple. vt arguitur [ideo mores &c.] quasi diceret sic [sed tamen &c. præpostera est.] i. inordinata [nisi cura præcedens &c.] id est nisi delinquens prius instruatur ad bonum, vel vult dicere secundum Hugu. quod iudex non potest rectè pœnam siue coerctionem inferre: nisi prius ammonuerit illum cui infert vel sic nisi corripiens præbeat primo exemplum bonæ vitæ. [non eis] id est per eas [cogimini] quia qui ex timore bene facit, reputatur non facere. extra de re iudicata. qui ex timore. [Nam bene facere] scilicet meritorie quia pœnes voluntatē meritū consistit. s. 20. q. 3. psens. cū alijs multis] cum id est soluunt. aliqd aduersus vos &c.] patet litera. [pendent]

Diuisio.

Exponit literam.



I propterea. Ad idem est hoc capit. eiusdē Augustini super Danielem. Summa est in rub. Breue est & non diuiditur. Lege. ¶ [Si propterea. Nabuchodonosor] vindicans scelus commissum in Danielem, nō fuit Nabuchodonosor sed Cyrus rex, patet Danielis. 14. nisi forte Nabuchodonosor sit nomen cōmune omnium regum Babyloniæ. [Non fuit persecutor] non enim persequitur, nisi qui ad malum cogit. j. ea. non vos persecutor tunc erat, quando ad idola cogebat [commissum] à Babylonijs, qui eū miserāt in lacum leonum [vindicauit] Daniel. 14. [quomodo] arguit à minori. Si scelus commissū in prophetę. s. Danielis membra iustissime vindicatum est à Rege, multofortius iustissime vindicandum est à regibus scælus comissum in sacramenta per hæreticos, qui illa contemnit quod est multo maius peccatum.



I vos. Ad idem est hoc capitulum eiusdem Augusti. contra donatistas. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima exprobat donatistas hæreticos: qui ab ecclesiæ vnitate scismate se separant, & rebaptizando verum baptismum exsufflare nituntur. In secunda

Quæstio.

secunda commendat eos,qui illos persequuntur,& puniũt, vt ad viam veritatis & ecclesiæ vnitatem reducant. secunda ibi,illi autem.Lege.¶[Si vos.]id est quia vos tales estis contra ecclesiã Christi [altaria]scilicet prophana,quia extra ecclesiam catholicam non est locus veri sacrificij.supra prima quæstio.1.extra.[Et christiana vtilitate que toto &c.]Ecclesia enim Christi non est in angulo Donatistarum sed in toto orbe diffusa est,quam post Christum Apostoli fundauerũt, quibus Christus ait.Matthei vlt.Euntes in vniuersum mundum prædicate euangelium omni creaturę qui &c.vos ergo Donatistę qui Christi verum baptismum rebaptizando & blasphemando exsufflare contẽditis, nec credere vultis,merito tanquam impij & sacrilegi estis condemnandi.Nam sacra scriptura vestrum errorem conuincit, & condemnat ꝑ Apostolum qui ad Eph.4.dicit.vnus Deus, vna fides vnum baptisma,quod vos indigne plurificatis.[Illi autem]secunda pars.[tã leuiter] quia olim interficiebantˉ hæretici.[sed alijs pœnis]puta in honore vel exilio afficiebantur.s.ea.q.4.non inuenitur & c.qui peccat &.1.q.5.de liguribus[vt cogitatas] scilicet vos hæretici.litera patet.[consultores].s.e.c.ad fidẽ. &.c.de occidendis Archid.

Exponit literam



Non putes. Ad idem est hoc capitulum eiusdem Augu.super epistolam canonicam.Summa est in rubro. Breue est,& nõ diuiditur.Lege.¶[Nõ putes.seruũ] seruus enim delicate nutriri non debet quia Prouerbio.29.habetur.qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, postea inueniet contumacem. vnde Eccles.33.panis ex disciplina est opus seruo[filium] quia Prouerbiorum.13.dicitur. Qui parcit virgis, odit filium suum.[vicinum]id est proximum.Mat.8.Si peccauerit in te frater tuus,corripe ipsum inter te & ipsum solum. Et subdit ibi Augustin.Noli amare in homine errorem,sed hominem litera patet.

Exponit literam.




Non est. Ad idem est hoc cap.eiusdem Augu. lib.19.de ciuitate Dei. Summa est in rubr. Et potest diuidi in duas partes.in prima ponit dictum.in secunda concludit,secunda ibi,pertinet ergo.Lege.¶[Non est innocentia.]id est boni viri[parcendo]scilicet dissimulando[sinere &c.]quia qui non punit peccatum cum potest, consentit.[&sic non est innocens à culpa,quia vt inquit Bernardus.libro de consyderatione nõ eris innocens,si punis cui parcendũ est,& e conuerso.[pertinet ergo.]secunda pars.[odio]propter peccatum.[experimento]pœnæ Hugu.

Diuisio.

Exponit literam.

Qui vitijs. Ad idem est hoc capitulum quod est nõ Augu.sed Nicolai papæ ad Lotharium. Summa est in rubro.Litera patet.



Vnt quædam. Ad idem est hoc capitulũ,quod est Ambrosij super epistolum ad Rom.Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In prima ponit,quod quædam sunt enormia flagitia, quæ magis vindicanda veniunt per iudices seculares quã per ecclesiasticos in:2.infert ex illa; 2.ibi, ergo non &c. Lege. ¶ [Sunt quædam enormia]:i.grauia delicta[per mundum &c.]id est seculares vindicantur, quia talia grauia delicta non sunt ad mortem per iudices ecclesiasticos puniẽda,quia ecclesia non punit ad pœnã sanguinis,vt dicit Aug. in epistola ad Marcellinum [principes mundi damnant] id est damnare debent de iure,licet de facto aliquando non faciant.17.q.4.de presbyterorũ[ergo non]secunda pars[gladium portant] ad Ro.13.&.s.e.q. non frustra[dijudicant].i. puniunt vel vindicant[constituti] scilicet iud ces seculares.

Diuisio.

Exponit literam.


1 *Adulteria quare sint punienda.*



Rex debet. Ad idem est hoc cap. quod est beati Cypriani. Summa est in rubro.Breue est.Lege.¶[Rex]Debet enim rex iustitiam seruare, & colere, quia Prouerb.25.dicitur iustitia roboratur thronus regis,vt scilicet maleficia excludat de regno suo.Prouer.20.rex sedens in solio iudicij dissipat omne malum[furta]debet inter alia mala cohibere furta, per quę pauperes & innocentes crudeliter suis rebus spoliãtur:quos

1 debet regia clementia confouere[adulteria[† debet iustus rex punire adulteria. tum quia per adulteria zelus zelotipię inualescit,ira, & cõmotio, & odia inter ciues crescũt,& homicidia procurantur.tum quia incertitudo prolis exinde ꝓuenit,& exinde proles minus curiose educatur, & nutritur, & quasi degeneres filij reputantur,tũ quia per adulteria alieni filij aliqñ assequunt putatiuorũ patrũ hæreditatẽ,& sic paterna hęreditas venit ad alienos. debet ergo rex adulteros punire, & auferre,vt sibi dictũ intelligat illud Oseę.2.dicite vt auferat fornicationes suas à facie sua & adulteria sua de medio sui.vnde patet hic tã leg.diuina q̃ canonica, ꝙ ad iudicẽ secularẽ ꝑtineat adulteria punire.vt.j.33.q.2.interfectores.in principio[impios] debet enim rex pius & catholicus impios de terra tollere, impij dicuntur qui Deum verum vnum cultu latriæ,qui est cultus pietatis nõ colunt,vt idolatræ[patricidas]id est homicidas, qui sibi pares in natura occidunt periuros non sinere viuere.tum quia periurãdo Deũ cõtemnunt.tum quia falsi testes,nociui sunt veritati.Psal.5. perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sed no.quod dicit hic glo. quod hoc quod dicitur hic, quod periurus pœna capitali puniatur.de teste intelligas qui fert falsum testimonium in causa criminali,talis enim mortem meretur.ff.de sicarijs,l.1.§.1.alias si in contractibus quis periurus est in hoc casu pro motu iudicis punitur.4.q.3.qui falso.Archid.[filios suos &c].6.q.1.qui crimen.

Exponit literam.



Si homicidium. Ad hoc est hoc.c. quod est Augu. de libero arbitrio.li.1.Sũma est in rubro.Breue est. Le.¶[Si homicidiũ si].i. quis[homicidiũ].i. pctm homicidij est hominẽ occidere.vnde prę ceptũ est.Nõ occides.Mat.5.potest tamen occidere aliquãdo alius alium hominem sine peccato,ponit tres casus. Primus quando miles &c. Secundus quando iudex.s. ead. officia ministri eius.Tertius quando minister.s.eadem minister, & cui forte &c.dummodo abhibuerit omnẽ cautelam & diligentiam quam debuit. Hug.nec homicidæ &c. Casus enim fortuitus non imputatur. extra de homi. lator. dummodo non præcesserit culpa.supra.di.50.sępe.glo.[imprudenti] id est ignoranti.glo.[lex occidit] sic:33:q.2.quos Deus.Ad idem supra.c.homicidas.&.c.qui malos, id est imperio legis quæ ait non permittas maleficos viuere.

Diuisio.



Non vos. Ad hoc idem est hoc.c.ꝙ est Pelagij j papę. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes.in prima narrat verba hæreticorum, & illa reprobat ostendendo potestates seculares debere hæreticos punire & persequi.in secunda inducit ad hoc probãdum autoritatẽ Calcedonensis concilij, & beati Aug. in tertia hortatur eum principem,cui scribit ad persecutionem hæreticorum.secũda ibi,quid de talibus.tertia ibi,facite ergo.Lege.¶[Nõ vos] alicui principi scibit,vt persequatur hæreticos,sed à quibusdam dissuasum erat ei,ait ergo illi.[Non vos retardent]à persecutione contra hæreticos[vaniloquia].i.varię voces hominum.i.hæreticorum dicentium[ꝙ persecutionem] id est violentiam iniustam siue prauam faciat ecclesia. dum &c.qd non decet supple errant,reprobat dictum illorum dicens,ꝙ ista non est proprie persecutio [quia non prosequatur nisi qui ad malum cogit]sed diligit.s.e.q.4.qui secundum carnẽ. [nam si]scilicet ita esset,vt illi putant,ꝙ nemo &c.[per exteras]id est laicales sic.j.de liguribus.&.s.c.principes canonicę scripturæ autoritas docet enim scriptura sancta malum esse scisma.Nu.16.Recedite à tabernaculis impiorũ,q.s. scisma fecerãt,& nolite tãgere quæ ad eos pertinent ne inuoluamini in peccatis eorum:docet etiam malos puniendos esse, per exteras potestates,patet,puniuit enim Deus peccata Israelitarum quo ad seruitutẽ per Pharaonẽ Exo.1.puniuit per Sennacherib.4.Regum.18. puniuit per Nabuchodonosor. 4.Regũ.25. [Itẽ per exteras potestates].i.seculares quæ exteræ dicuntur potestatibus spiritualibus[puniuit hostes Israel] scilicet per Iosue,per Iedeonem,per Sampsonem,& Dauid: de quibus in superioribus dictum est.[Quisquis ergo ab apostolicis sedibus &c.]dist.12.c.1.&.2.& distin.19.nulli.&.24. q.1.quicunque[scisma est]non habere caput Romanam ecclesiam.vt.24:q.1.hæc est.&.c. quoniam vetus .& contra vniuersalem ecclesiam cuius caput est Romana ecclesia[altare]id est congregationem aut societatem, quæ non ecclesia Christi sed ecclesia malignãtiũ appellãda est.[Sed quid]secũda pars[canõ statuat]hũc canonẽ nõ habemus.Io.de Ar.[gloria vestra]credimus ꝙ sint verba synodi ad aliquẽ magnum dominum de domo imperatoris contra Euticem, & Dioscorum defensorem.vbi inter alia sic dicit loquendo de condemnatione

Exponit literam.

Archid.

demnatione Eutiicis [quia à communione suspendit] id est suspensione dignum se fecit. Hug. [& collectam] id est congregationem, vel conuenticulam extra ecclesiam [facit quod non licet] vt. 27. dist. nec licuit. Hug. de qua habetur. C. de epi sco. & cle. conuenticulam. Arch. [& altare] id est societatem seorsum ab ecclesia collectam. Archi. [orationem] id est supplicationem quia sine spe veniæ deponitur, vt statim subiungitur. glo. [per exteram potestatem] id est laicam [comprimi] supple statuit. Et de talibus inducit autoritatē Augustinus [multa] incipit autoritas Augustini, & patet quia sæpe similis sententia [facite ergo] tertia pars [quod scientes] scilicet nos [ad pijssimum principem] id est imperatorem: ergo ecclesiastica persona potest petere, vt mali detineantur, & deducantur ad iudicem: glo. recolere non exponit quid fecerint hic hæretici, sed innuit eos imperatoriam maiestatem turbasse. Goff. Arc. Sed nobis vr, quod allicit eum ad hoc ex beneficijs, quæ Deus ei contulit in bellis plurimis. Et ex his, quæ alias egerit prudentissime aduersus machinationes hæreticorum, dicit recolere ergo debet &c. & ex illis moueri ad tuitionem ecclesiæ contra hæreticos: sequitur aliud [non autem tamen Mediolanēsem] vbi no. quod Aquileiensis patriarcha & Mediolanen. inuicem se consecrabāt, sed tempore Ceciliæ cum Aquileiensis deberet consecrare Mediolanensem Mediolani, & timeretur cōsecrationem illius impediri ab hereticis, & scismaticis, imperator iussit principibus suis, vt vterque veniret Rauennam, vbi ipse erat & illius cōsecratio non impediretur. Gof. Arc. & hoc est quod dicit episcopum fieri, quod fit in consecratione, nisi ad clementissimum referendo, scilicet periculum impedimenti, quod per hereticos præstari posset & inter &c. Litera patet.

Hugutio. Archi. Goffet. Archi.

1 *Dubitatio debet referri ad principem.*



De liguribus. Ad idem est hoc. c. eiusdem Pelagij Papæ scribētis Narsę patricio. Summa est in rubro. Et potest diuidi cap. in tres partes. in prima admiratur cōtumaciam episcoporum Liguriæ. in secūda hortatur Patricium, vt illos coerceat. in tertia excludit dubium quoddam. secunda ibi, nolite. tertia ibi, ecce. Lege. ¶ [De liguribus] pro intelligentia literæ sciendum est, ꝙ celebrato quodam concilio apud Constantinopolim episcopi Venetiæ Istriæ, & Ligurię noluerint recipere statuta illius concilij, & cum in contumacia persisterent fuerunt ab ecclesia excommunicati & damnati. Quibus perseuerantibus in sua contumacia, mandauit Pelagius papa Narsæ patricio, vt deberet illos coercere, & comprimere, quod cum facere dubitaret rescribit ei Pelagius, scribēs quomodo de hoc admiratur, quod si illi episcopi dubitabant de statutis illius cōcilij nuntios deberent eligere ad sedem Apostolicam. Et super hoc possent accipere & reddere rationem, hortatur ergo illum, vt illos comprimat & coerceat, nec hoc facere dubitet, quia hoc esset faciendum tam constitutionibus quam exēplis, est manifestum [de liguribus] .i. Lombardis, à Ligurio rege sic vocatis, & sunt illi vt dicit Hu. qui circa Padum [& Istrijs] Istria vocatur Marchia Teruisina. & Aquileia quantum protenditur vltra Linguam Latinam vsque ad Alemaniam. Ioan. de Arch. [quos idonea] .i. potens [& ratione] .s. iuris [& potestate] .s. facti [rusticitate] .i. superba [& pertinaci duricie] alias ponitur pro simplicitate. 2. q. 7. sancta. & sic non sumitur hic, sed pro superba malignitate, seu pertinaci animositate [per primam indictionem] quilibet annus vsque ad. 15. dicebatur indictio. hæc computatio introducta est à Romanis, quibus primo quinquennio soluebatur aurum, secundo argentum, tertio æs, & postea incipiebant à capite. Hu. de indictione dicit Macrobius, indictio dicta est reipublicæ exactio id est census totius orbis in vrbe Romana completus [forte &c.] id est si quid forte mouebat eos ad dubitandum de iudicio illius synodi [debuerunt] supple ad sedem &c. ar. † ꝙ dubitatio debet referri ad principē. C. de leg. & constit. l. vltima [electis aliquibus.] ¶ Surgit hic quæstio qualiter potuit hæc causa per procuratorem agi, cum de crimine isti conuenirentur. respondet gloss. quod licet fuerit de crimine actum, non tamen criminaliter. vnde potuit interuenire procurator. vt extra de accu. veniēs. &. c. super his. &. 3. q. 6. hoc quippe. Hu. dicit ꝙ non accusabant eos. ar. 17. di. nec licuit, [lacerare] scismate [nolite] tu. s. Narsę [patricij] secunda pars [regulæ] .i. canones [constituerunt] .s. c. prox. vt si cui prælato restiterit contumaciter excommunicetur &c. [quod si forte contempserit] .s. excommunicationem, & permanserit in obstinatione sua per potestates &c. s. e. c. principes [ecce domine] ex humilitate loquitur sic. j. ea. quæstio. 8. secundum. in prin. &. 2. q. 5. omnibus. Archi. [mille] ponit sic finitum pro infinito [exempla] à quibus licet argumētari. 6. q. 1. omnis. 20. distin. &. de quibus. vbi de hoc. Arc. [præscriptione] id est publicatione, & confiscatione: vt. C. de hereticis. l. Manicheos [dura] id est perpetua. Hug.

Diuisio. Exponit literam. Hugutio. 1 Quæstio Respondet. Archidi.



Quali nos. Ad idem est hoc. c. eiusdem Papæ Pelagij eidem Narsæ scribētis. Sūma est in rubro. Et potest diuidi in quatuor partes. in prima allicit. in secunda narrat. in tertia petit. in quarta excludit dubium, & iustificat petitionem suam. secunda ibi, tertius. tertia ibi, & ideo. quarta ibi, ne putes. Leg. ¶ [Quali nos Tertius] secunda pars [tertius] proprium nomē est [atque Maximianus] isti erant hæretici] tantum episcoporum [quia licet haberēt ordinem, non tamen executionem. Hu. [proiectū] nomen proprium [est canonicis &c.] .i. contra canonica statuta [& ideo] tertia pars &c. [nec putetis] quarta pars [debacchantur] .i. sęuiunt seu machinantur.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Malum puniendum est, licet ex ipso sequatur bonum.*
2 *Malum non excusatur propter bonum quod sequitur.*
3 *Præsumptio fit contra alios ex vnius sociorum delicto.*



Relegentes. Ad idem est hoc. c. eiusdem Pelagij forte eidē patricio. Sūma est in rubro. Et potest diuidi in quatuor partes. in prima condolet iniuriæ factæ illi domino. in secunda hortatur principem ad vindictam, & punitionem præfatę iniuriæ. in tertia occidit nequitiam scismaticorum illorum, vt magis principem moueat & alliciat ad punitionem illorum. in quarta cōcludit. secunda ibi, quamuis. tertia ibi, quales autem. quarta ibi, ecce de quo. Lege tex. ¶ [Relegentes] de malis hominū actibus &c. quia vt Augustin. dicit in Enchiridion. capit. 11. Deus non permitteret mala fieri, nisi inde eliceret bona. 13. di. nerui. in fi. [insensati] .i. male sensati [suam diuisionem] .i. sectam. qua diuiduntur. Arc. [hoc factum est] sic ordina. hoc factum, vt contigisset vos seruari catholicæ ecclesiæ, quam diligitis, vos dico erutì à scismaticorum communione. Hu.
1 [quamuis] secunda pars [vtilitas] arg. † quòd licet ex malo sequatur bonum, nihilominus puniendum est. Et ita est arg. ꝙ ab effectu facta non sunt notanda. ar. 15. q. 1. illa. &. c. non est. &. s. e. q. de occidendis, cum multis alijs. Archid. [impunitū]
3 ar. † quod malum non excusatur propter bonum quod sequitur. 66. dist. vndecunque. nisi satisfiat de malo præterito. de pœ. di. 1. non sufficit. Arch. [quales autem Eufrasij] argu. tex
3 vnius sociorū delicto cōtra alios præsumi. Arc. [scelera &c.] hæc litera vult dicere, ꝙ iste Eufrasius interfecit quendam sacerdotem consanguineum suum, vt cum sua vxore libere adulterari posset. Ber. Arch. [necessitate] .i. vinculum cōsanguinitatis [fratris] .i. proximi [incestuoso] quia sui consanguinei cognouit vxorem [abstulit] quod ideo dixit, vt dicit gl. quoniam pœna mortis punitur siue pro vno, siue pro altero vnde sequitur [quia si adulterium punias] secundum leges quia adulteros vltimo supplicio damnant. Archi. [ecce] quarta pars &c. [auferre] non occidendo, sed incarcerando, vel relegando. Hugu. ne sit contra. s. eod. q. cap. 1. &. c. reos. Arch. [occasione] id est potestate, vel autoritate [nec honorem]. 7. q. 1. Nouatianus.

Diuisio. Exponit literam. Archi. Archi. Hugu. Archid.



Omnium vestrum. Ad idem est hoc cap. Nicolai papæ exercitui Francorum. Summa est in rubro. Breue est. Lege ¶ [Omnium vestrum] in hoc belli certamine contra hæreticos. Laurent. [fideliter] .i. propter fidem & in virtute fidei per dilationem operantis [minime denegabuntur] tales enim qui sic moriuntur socij sanctorum per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, & qui in occisione gladij mortui sunt, vt meliorem reciperent vitam. ad Hebr. 11.

Exponit literam.



Excommunicatorum. Ad idē est hoc cap. quod est Vrbani secundi. Summa est in rubro. Et potest diuidi in tres partes. in prima respondendo Goffredo Lucano episcopo petēti, quam pœnitentiam deberet imponere his qui quosdā hostes ecclesiæ interfecerāt, dicit quod imponat congruam

Diuisio.

congruentem modum satisfactionis. in secunda dicit quod tales qui zelo Dei & ecclesię hæreticos interfecerunt, nõ arbitrātur homicidias. in tertia dicit, ꝙ tamen ad cautelam pęnitentia aliqua est illis imponenda. secunda ibi, non.n.eos. tertia ibi, ne tamen. Lege. ¶ [Excommunicatorum].i. hæreticorum, quia omnes hæretici sunt excommunicati extra de hære. excommunicamus [ſ͂m intentionem occidentiũ].i. ꝓcipitur intentio requiri, quia licet bonā habuerint voluntatē potuerunt tamen peccare intentione, puta interfecerũt eos quia infestabant ecclesias, & in hoc bonam voluntatem habuerunt. peccauerunt tamen in intentione, si habuerunt intentionem habendi bona eorum. Hug. [non tamen eos] secūda pars [homicidias]. s. reatu [ne tamen] tertia pars. Si ergo bono zelo & mandato ecclesiæ dicti aliquos interfecerunt, & hoc constat ecclesiæ, nulla pænitentia est imponenda. Sed qa dubium est, an aliquo motu iracundiæ hoc fecerunt, vel odij quod frequentius contingit, ideo ad cautelam imponitur pœnitentia, ne contemnatur ecclesiastica disciplina. vt di. 50. ꝑsbyteros. Hu. [simplicitatis] hic vult dicere, si forte syncerā intentionem in belli certamine nõ habuerunt. s. ꝙ puræ, & pro Deo pugnarent Archid. [duplicatis] poterunt enim aliquam maculam contraxisse [flagitio] non rei veritate, sed facti similitudindie. vt. 15. q. 1. mulier. Hug.

Exponit literam. — Archi.



Vis enim nostrum. Ad idem est hoc ca. quod est beati Aug. ad Bonifacium. Summa est, ꝙ ex pace bonorum recipit eccelesia cõsolationem in ꝑditione malorum & hoc exemplo Dauid. Diuiditur.n. in duas partes. in prima ostendit, quod licet inimicos diligere debemus & teneamur, licite tñ causa pacis habendæ cum aliter haberi non posit, eos persequimur. in secunda ostendit hoc exemplo Dauid talium malorum. secunda ibi, sed si aliter. Lege. ¶ [Quis &c. velit].i. velle debeat Hug. quasi diceret nullus perdere iniuste [extinctus consolari] & ita eccelesia de morte malorum. Hug.

Diuisio. — Exponit literam.

Si ergo. §. est, in quo magister recapitulat summam capitulorum præcedentium. Et tandem quęrit vtrum sint rei sanguinis, qui potestatem legitimam non habentes, malos puniant, pro cuius quæstionis responsione inducit sequens capitulum.



Remittuntur. Hoc.c. est beati Ambrosij, in quodam sermone. Summa est in rubro. Sũma quæstionis est ad responsionem prædictam, ꝙ quandoque est peccatum, qñ.s. nec potestas publica nec iussus Dei interuenit, vt qñ Moyses interfecit ægyptium, in quo dicit Aug. Moysen peccasse quia tunc nullam potestatē ordinariā gerebat, quamuis vitiosum & improbum interfecit, quandoque vero nõ est peccatum, qñ aut potestate publica fungitur, aut iussu Dei concitatus occidit, sicut de multis in litera dicitur. Et põt hoc c. diuidi in generali in duas ꝑtes. in prima dicit peccata remitte ministerio sacerdotum. in secunda ponit, ꝙ peccata puniantur quandoq; per iudices, qui ad tempus vtuntur potestate publica, qñq; per populos diuinæ maiestatis iussu excitatos. Et ista secunda subdiuiditur. vt. ĵ. patebit. secūda ibi, puniuntur qñq; peccata. Et ista subdiuiditur in tres partes. in prima ponit quod aliquando peccata puniũtur per nesciētes, aliqñ per scientes, aliqñ per malos puniuntur peccata bonorũ. secunda ibi, per ferientes. tertia ibi, de quibus. Lege. ¶ [Remittunt] per Dei verbũ principaliter. s. solus.n. Deus autoritatiue & principaliter remittit, pc̃tā cũ remissio pc̃tõrũ fiat per gratiā iustificātē, gratiā autē solus Deus infundit, & ĩõ solus Deus principaliter & autoritatiue remittit peccata, sacerdos autem ministerialiter conferendo sacramentum exterius. s. baptismi, vel pœnitentiæ autoritate Dei remittit peccata. vnde dominus Petro ait Mat. 16. tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcũque ligaueris &c. vtrum aũt claues se extendant ad remissionem culpæ disputauimus iā in tractatu de pœnitentia. di. 1. in c. verbum Dei. ¶ Hic surgit q̃stio cum opera trinitatis ad extra sint indiuisa trinitati, vt dicit Aug. quare magis Ambr. hoc attribuit verbo, quā alteri personæ, ad hoc dicimus. ꝙ multiplici de causa, prima quia Deus omnia operatur per verbum, quod est ars omnipotentis Dei, vt dicit Au. de trinitate. vnde Io. 1. omnia per ipsum facta sunt. ¶ Secundo quia ad hoc verbum caro factum est. vt nos mundaret à peccatis. Psa. 6. misit verbum suum, & sanauit eos. vnde Apostolus ad Hebr. 1. loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum. & .ĵ. purgationem peccatorum faciens ipse. vnde Lucæ. 7. dicitur. vt autē sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, ait paralytico tibi dico surge. ¶ Tertio quia ad hoc in carne passus est, & mortuus est, vt nos à peccatis mundaret, & redimeret Apocalyps. 1. qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. vnde Io. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. [Leuitas].i. sacerdotes [interpŝ] .ſ. legis qui exponit verba Dei [& executor].i. minister Dei autoritate eius fungens. vnde Io. 20. dicit quorum remiseritis peccata remittentur eis, dicitur autē sacerdos executor, quia sicut executor voluntatem iudicis implere debet, ita sacerdos iudicium diuinũ & verbum Dei populo prædicare [per officium sacerdotis] a quod sequitur est expositio, quia per sacramentum datur remissio peccatorum [puniuntur] &c. secunda pars, hic soluitur qõ proposita, quia illi qui potestatem puniendi habent, vel ex officio, vel ex commissione, si ad mortem aliquos puniunt non peccant, quia in hoc ministri Dei sunt, & non sine causa gladium portant. ad Ro. 13. cũq; populus, punit in surgēdo in hostes instinctu Dei, non peccat pœnam sanguinis inferendo, quia tunc ille iubet qui est dñs vitæ & mortis. Deu. 32. [Hinc notandũ] & verũ est: quia dñs non oĩbus reuelat cõsilia sua [per Sennacherib] 2. Para. 32.] Nabuchodonosor [de quo. 4. Re. 25.] Antiochũ de quo. 1. Mach. 6. [principes]. s. Titũ, & Vespasianũ post passionē Christi. per. 42. annos. vt historiæ tradunt, ciuitatem Hierusalem destruxerunt [per prophetam]. s. Esaiæ. 10 qui sic dicit, Assur virga furoris mei &c. ipse autem Assur hoc nõ cognouit, ꝙ esset virga furoris Domini [missus ad correctionem] virtute potentiæ suæ armatus, sed ipse non cognouit hoc. Et ideo victorias non diuinæ potentiæ, sed suis viribus attribuit, & ideo in superbiā elatus corruit [nunquid] sic dominus contra eū loquitur Esa. 10: litera satis patet [seruire] ergo punire bonum est Hu. [temporalem] qui.n. nescientes faciunt voluntatē domini in expugnādo peccatores, & inde superbiunt, recipiunt hic mercedē temporalem, sed quia superbiunt, & Deũ ignorant, anfertur ab eis æterna, nisi conuertantur, ponit exēplũ. Hu. [de obstetricibus] quæ primo meruerũt seruando pueros, postea demeruerunt mentiēdo. 22. q. 2. si quęlibet. [Nabuchodonosor] cui dominus dedit tēporalis remunerationis mercedem, de quo Hier. 27. ait. nũc itaque ego dedi oẽs istas terras in manu Nabuchodonosor serui mei, & seruient ei &c. [nonne hoc est Babylon. &c.] hoc dicit Nabuchodonosor in superbia elatus; quem Deus humiliauit eijciendo de regno, & in vitā bestialem deiecit Daniel. 4. quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iacobi. 4. [per Anthiochum] ordo quia cõuertebat in perniciē Iudeis [pacem quā illi ex sacris].i. idolis, quærebant more gentium [lege Dei abiecta] fecerant.n. Iudei pacē cũ gentibus, & seruabant ritus sacrificiorũ eius [quia Dei dispositionē ignorans suæ &c. propheta] in ꝑsal. 73. [effunde] .i. effundes [non nouerũt].i. cognoscere noluerunt. Hu. [per Romanos] Titũ & Vespasianũ. vt supra dictũ est [in superbiā eorũ]. s. Romanorũ [monumēta].i. signa, & vexilla, quæ suæ victoriæ erant signa. Archid. [suæ victoriæ] nõ tuæ [in atrio] .i. in tēplo [per scientes] aliud mēbrũ prosequitur [scientes] hic appellat qui sciebāt illos puniri pro peccatis suis, nec sibi sed Deo attribuebant victoriam, quam habebant, & per contrarium intellige nescientes. Io. de. [amorrheorum consummatus] quia non peruenerunt ad cumulum peccatorum suorum, quasi diceret non fecerunt omnia peccata, quæ facienda erant ad hoc quod digni essent expulsione. Ber. [cum vero aliqui] occulto [instinctu mouentur] sicut nescientes immunes &c. 2. Macha. 13. quia in talibus non spectatur actus, sed voluntas supra eod. quæstione. cum minister [de quibus] id est de numero istorum, qui occulto instinctu excitantur ad punitionem aliorum aliquando excitantur &c. [Delbora] de qua Iudicum. 4. [Gedeon] Iudicum. 6. [apparet ergo] concludit Gratianus, & bene ex dictis exemplis intentum suum, videlicet, quod Deus punit per principes & habentes publicam potestatem, & aliquando per populos.

Diuisio. — Subdiuisio. — Exponit literam. — Quæstio. Respondet — S. Tho.

a ¶ Officiũ sacerdotis. Officium sacerdotis in quibus versetur, vide Pe. de Anch. in c. omnis. nu. 18 de pæniten, & re tuliſſ & qđ sit idem in c. cum sacerdotis. nu. 1. de postul.

Archi. — Io. de deo.

¶ Quæstio sexta.



Vod autem. Hic intitulatur. 6. quæstio in qua quæritur vtrũ mali sint cogendi ad bonum. Et potest diuidi in tres partes. in 1. ꝓbat quod mali sunt cogendi ad bonũ vsq; ad. §. ex his. in 2. probat contrariũ. in 3. ponit

Diuisio.


ponit solutionem.2. ibi, sed obiicitur. tertia ibi, his aut respondetur. primã partem videlicet quod mali ad bonũ sint cogẽdi probat multipliciter. primo exẽplo Israelitici populi, qui metu pœnarũ cogebatur ad obseruantiã legis. secũdo autoritate Christi. tertio exẽplo Pauli, de ista quæstione multa supra tã in.4. quã in.5.q. habita sunt per multa capi. & disputauimus nos.5.q.4. in ca. nimirum. & c. displicet. nihilominus veritas ipsa patet ex hoc, quod Aristoteles, dicit.5. Ethic. qđ lex habet duplicem vim, directiuam siue inductiuã doctrinæ siue admonitionibus & persuasionibus ad bonum, & hoc quo ad bonos disciplinabiles, & faciliter flexibiles ad bonũ. Et hac vi lex euangelica vsa est in principio, qñ Christus misit Apostolos. Matt.10. vt prædicarent, & miracula facerent sic quia attraherẽt dulciter homines ad Christũ. vnde nõ dixit eis compellite, sed prædicate, & docete. Mat. vlt. & Marci vlt. secundo habet lex vim compulsiuam, & coactiuã, qua compellit malos & discolos & indisciplinatos, vt pœnis & coercitionibus flagellis, & alijs punitionibus illos afficiat vt recipientes disciplinam efficiantur virtuosi, vt dicit philosophus.2. Eth. & de hac legis virtute dicit Isidorus li. Etymol. & habetur.5. dist.4 factæ sunt leges vt earum metu humana coerceatur audacia, scilicet malefaciendi.



Exponit literam.

Ntiquis. Sicut patet Exod.11. Leui.11. nu.3. & Deut.6. in quibus prævaricatores legis puniuntur iuxta conditionẽ culpę in euangelio Mat.5. [nolite timere]. i. nõ desistatis à seruitio Dei, nec lingua vestra à pdicatione, pter timorẽ hominũ. Et ita debet intelligi quod habetur.11.q.3. nolite. Hu. [Paulus &c.] Actuum.9. [vnde se abortiue] &c. i. de hac causa, quia sicut abortiuus ad lucẽ prodit, & nascitur cum difficultate, ita & ipse ex quadã coactione conuersus est ad fidẽ, quia prius cæcitate percussus. Hug.

1 *Hæretici compelluntur ad fidem multiplici ratione.*



Cismatici. Hoc. c. est beati Aug. ad Bonifacium scribentis. Sũma est in rubro. Et diuiditur principaliter in duas partes. in prima ponit obiectionem scismaticorum & hæreticorum. in secunda respõdet Au. pbãs quinq; vijs, q scismatici & hæretici possunt licite ad bonũ cõpelli. secũda ibi, ecce habet. Le. ¶ [Scismatici]. s. catholicis scismatici Donatistæ dicebãt, q nõ erãt per ecclesiam cogendi ad bonũ cũ Christus nemine coegerit, sed suæ voluntati reliquerit, siue ad bonum siue ad malũ. [Ecce] 2. pars, respondet Aug. Donatistis & hos ostendit falsum dicere quinque vijs. Et primo de hoc quod dicunt Christum neminem coegisse, dicit falsum esse, qm Christus Paulũ coegit [agnoscant prius in eo cogentẽ eum]. s. prostrauit eũ in via. Actuũ 9. postea docentẽ eũ ei ait ingredere in ciuitatem Damasci, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere [prius ferientẽ]. s. cæcitate corporali [postea consolantẽ] cũ per manus Ananiæ illuminatus est [mirũ est plus oĩbus] singulatim siue distributiue, siue diuisim ponit nõ collectiue. i. plus aliquos Aplorũ. Hu. vnde ipse 1. ad Cor.15. dicit abũdãtius oĩbus illis laboraui, nõ ego solus, sed gratia Dei mecum; patet ergo q cõpulsio & pœnarũ adiectio fructuosa est, vt quis conuertatur ad bonũ Psal.118. bonũ mihi quod humiliasti me, vt discã iustificationes tuas. Et iterum imple facies eorũ ignominia & quærent nomen tuũ domine. vnde sub timore postea fieret ex charitate quia perfecta charitas &c. [timorẽ]. s. seruilem.1.10.4. [cura] secunda via arguit sic Au. & est ar.a minori si perfidi filij. s. Donatistæ, sua temeritate, multos traxerunt ad sui perniciem & errorem, & per consequens perditionem. Longe magis ecclesia catholica debita charitate potest & debet filios suos perditos trahere ad veritatẽ, ad lucẽ, & ad vitã. Et in horum reductione ecclesia magis gaudet more angelorum, quibus gaudium est super vno peccatore pœnitentiam agente, quã super 99. iustos, qui nõ indigent pœnitentia Lucæ.15. [1] Nota consequenter pro pleniori intelligentia, quod heretici multiplici ratione cõpelluntur ad fidẽ vt colligitur ex cap. huius partis. primo ex pietate, sicut medicus ligat freneticũ.23.q.4. ipsa pietas. ¶ Secũdo ex charitate paterna, sicut pater filiũ, magister discipulũ castigat, vt in præcedẽti.c. ¶ Tertio exemplo patrisfam. qui Lucæ.14. mandauit seruis, vt quoscunq; compellerent intra re.23.q.4. nimium. ¶ Quarto exemplo Angeli qui coegit Agar vt rediret ad dominã suã. ¶ Quinto exemplo Nabuchodonosor, qui decretũ dedit cõtra eũ qui dicerent blasphemiam in Deũ. vt in c. qñ vult. ¶ Sexto exemplo eorũ, qui inuiti trahuntur ad episcopatũ, vt in.c. displicet. ¶ Septimo quia pastores puniuntur, qui circa errantes oues sunt negligentes. ¶ Octauo quia ipsi hæretici cõpellunt catholicos ad malum, multo magis debẽt catholici illos cõpellere ad bonũ. ¶ Nono quia & si cõpelluntur, tñ cõpelluntur pro bono eorum, p salute, pro vita pro saluatione æterna vt in præsenti. ca. an non hoc tertia via arguit Au. exẽplo boni pastoris, cuius est oues oberrãtes reducere ad ouile dominicum, etiã flagellorũ terroribus, si redire renuerint. Et ad hoc tenetur bonus pastor vt ouẽ perditã reducat, sicut ille de quo dicitur Lucæ.15. qs ex vobis homo habet centũ oues, & si perdiderit vnam ex illis nõne dimittit.99. in deserto, & vadit ad illã, quæ pierat: donec inueniat illã, & cũ inuenerit, ponit in humeros suos, gaudens [inuitatur quoq; ecclesia &c.] Aug. hic respõdet obiectioni Donatistarũ. Christus. n. in cõuertẽdo reges & principes (vt supra dictũ est) duo tẽpora designauit. primum est in quo ecclesia vtebatur humilitate potius, quã potestate, repugnantibus & cõtradicẽtibus regibus & principibus. Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum & aduersus Christũ eius. vnde tunc neminẽ coegit, nec violẽter traxit sed post ascensionẽ suã Paulũ coegit, secundum tẽpus fuit quo ecclesia maiori vtitur potestate in quo tempore auxilio regũ & principũ christianorum cõpellit filios perditos redire pia mater ad Christũ, tũc .n. verificata est prophetia eiusdẽ Psal.2. qui ait. Et nũc reges erudimini intelligite, qui iudicatis terram, seruite domino, & cet. tunc enim seruiunt domino cum ecclesiam matrem suam in pace tuentur [prædicatio prophetica]. s. & nunc reges intelligite &c. Hu. [& hinc non à surdo] quarta via arguit Aug. sic ex autoritate Pauli, q de illo tẽpore subsequenti secundo de quo dictũ est dicit.1. ad Cori.10. [parati] quasi diceret primo sunt dulciter attrahendi, & admonẽdi, sed postea cũ renuerint, & incorrigibiles se exhibuerint, non sunt delinquendi, sed ex charitate cogendi & coercendi. vnde & ipse dominus Lucæ.14. ¶ Quinto arguit Aug. ex illo Lucæ. 14. cogite intrare. ista coactio quã homines dicuntur cõpelli ad intrandũ cõuiuiũ ecclesiæ, sicut sæpe dictum est exterius fit per aduersitates, per comminationes, per paupertatem, p tentationes: vt. n. dicit. Greg. in Hom. quadã. Qui huius mũdi aduersitatibus fracti, ad Dei amorẽ redeunt cõpelluntur intrare. Et Aug. felix necessitas quæ ad meliora cõpellit. Et Seneca, infirmitati meę gratias ago, quæ coegit me non posse quod debeo nolle [in his ergo quæ leuiter adducti sunt]. s. per simplicẽ vocationem &c. [in his &c.] patet [item] concludit Aug. quod Donatistæ qui inueniuntur in vijs & sæpibus cum per potestatem principũ coguntur intrare in ecclesiam non debent attendere quia coguntur, sed quo cogũtur. s. ad quid, scilicet vt veniant ad lucem, ad vitam, & ad matrem ecclesiam reducantur, & tandem ad salutem æternam.

Diuisio.

Exponit literam

Hugu.

1 ¶ Qđ hæretici. Adde q dicatur hæretici p Old. cõsil. 109. card. Zaba. in c. 1. §. fin de vsuris. Et põt expelli de ciuitate ne alios inficiat Bal. in. l. nullus. C. de sacros. eccle.

Seneca.



Vod errauerat. Ad idem est hoc ca. q est eiusdẽ Augu. ad Donatistas. Sũma est in rubro. breue est. Et pbat idẽ q in præcedenti. c. autoritate domini reprehentis per prophetã Ezechielẽ. prælatos negligentes circa gubernationẽ & correctionẽ subditorũ suorum. Et potest diuidi in duas partes. in prima ponit dictum prophetæ, in secunda declarat Aug. quõ dominus per bonos prælatos adimplet illud. secunda ibi, hoc vobis &c. Lege. ¶ [Quod errauerat] verba sunt prophetę Ezechielis.33. [inquit dominus]. s. prelatis siue pastoribus negligentibus [hoc vobis] secunda pars, verba sunt Au. hoc. s. suos qui errauerant reuocat, & qui perierant requirit [vobis] id est in vobis, qui extra viã veritatis erratis. & in via perditionis ambulatis [obsecrando] id est rogando &c. patet.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Res non probatur melius quam per exempla.*



Ides vt opinor. Ad idẽ est hoc cap. eiusdẽ Aug. scribẽtis ad Vincentium Donatistam. Summa est, q mali sunt cogendi ad bonum. Et potest diuidi in duas partes. in prima dicit, quod non debet quis cogitare, quod cogatur sed quale sit quo cogitur, id est ad quid. s. an ad bonum vel malũ. in secunda narrat, quę fuerat prima sua opinio circa hoc, & quomodo illam correxit. Et asignat causam quare. secũda ibi, item in ea primitus Lege. ¶ [Vides &c.] loquitur Aug. Vincentio Donatistę [vt opinor]. i. suspicor enim quod sis tantæ prudentię, quod hoc debeas

Diuisio.

Exponit literam.

debeas consyderare, non quod quis inuitus, si semper fuerit inuitus, quia nemo pôt esse bonus nisi velit, nemo.n.bonus moraliter & virtuose qui inuitus existit, quia actus bonus, & virtuosus cum sit actus habitus electiui à libera procedit voluntate, vt dicit philosophus 2.Ethi.sed per coactionem quis.inducitur ad hoc, ꝙ libere velit.vt.s.e.q.4.displicet[dictũ est sed timẽdo]ostendit ad qd valẽt coactiones,& pœnę exteriores inflictæ hæreticis: valẽt.n.vt ꝑ ꝑ timorẽ pœnarũ studiose perquirant veritatẽ,& deponant errorẽ, quo deposito tandẽ agnoscãt veritatẽ, & voluntarie credãt [& volens iã teneat &c.]& sic ex nolente fit volens.74.di. consuluit.& s.e.q.4.displicet.gl.[itẽ in ea]secũda pars. sic ergo iurisperitus debet mutare opinionẽ suã si expedit mutari.12,q.1. certe &.ff.de iure patr.diui.[opinio]hæc veritas prædicta[verbis].s.tm̃[sed exẽplis]ar.† ꝙ res nõ ꝓbatur melius quam per exẽpla.vt di.13.nerui.Hu.[de ciuitate mea] hipponen. quæ prius erat diuisa, ita vt vna pars & magna pars sequeretur errorẽ Donati, sed per leges imperiales est reducta[itẽ & aliæ multæ ciuitates animositatis vestræ].i.pertinaciæ[scriptũ est]inducit scripturã ad probandũ, ꝙ occasione pœnarũ corporaliũ datur intelligentia veritatis per quã fit homo sapiẽs, vt sciat & velit veritatẽ, quã prius detestabatur, sic.n.scriptũ est Prouerb.9.da sapienti occasionem & addetur ei sapiẽtia.



Am vero. Ad idem est hoc.ca.qđ est beati Gregorij scribentis Maximo episcopo.Summa est, in rubro, vel sic: qđ malus obstinatus & pertinax onere pensionis,& alijs flagellorũ asperitatibus ad bonũ sunt cogendi. Breue est,& non diuiditur.¶[Iam vero]respondet Gregorius Maximo episcopo q forte eum interrogauerat de quodã sic nominato Pertinaci & obstinato in malo [iã vero hoc].s.superest[ꝙ si Rusticus] propriũ nomẽ est, vel pôt esse cõmune, qm̃ obstinati in malo non modo rustici, quia cadũt in nobilitate intellectus, cuius obiectus est verum, sed etiã bestiæ appellari possunt, iuxta illud Psal.48.homo cũ in honore esset &c & loquit̃ de præscisso vt dicit Aug.illi.n.qui ab ecclesia sunt separati grauibus afficiendi sunt exactionibus in odium criminis[pensionis]in locando domum, vel agrum, vel ortum, vel etiam exigendi, exactionem aliquam, vt sic cogatur ad rectitudinis viam festinare,& ad pœnitentiam salutarem redire.

Exponit literam.

Ex his omnibus. §.est, in quo magister Gratia. facit tria ꝓm quæ pôt iste.§.diuidi in tres.in prima concludit ex præmissis, ꝙ mali cogendi sunt ad bonũ.in secunda obiicit contra probandũ, ꝙ mali non sunt cogendi ad bonũ.in tertia respõdet obiectioni. secunda ibi, sed obijcitur.tertia ibi, his aũt respondetur. Lege. ¶[Ex his omnibus]concludit ex prædictis intentũ.s. partẽ affirmatiuã propositæ quæstionis[sed obijcitur]secũda pars in contrariũ & fundamentum totius argumẽtationis est, ꝙ nemo est cogẽdus ad id quod inutiliter cogitur, cum Deus aspernatur coacta seruitia, ad quod probandũ inducit sex autoritates, ad quæ consequenter respondendum est. Nam primo est falsum qđ mali inutiliter coguntur ad bonũ, qm̃ multi vtiliter sunt coacti, quia tandẽ correcti cõuersi sunt ad bonũ, sicut de Paulo iã sæpe dictũ est. Præterea licet coacta seruitia quandiu manent coacta Deo non placeant, tñ cum ꝑ timorẽ & pœnas ab erroribus homines sunt correcti, volũtarie post seruiũt,& seruitia talium sunt Deo grata. vnde Apostolus.2.ad Cori.9.[quod qui inuitus]hoc verum est, quod q timore verecundiæ mundanæ vel timore pœnæ dat alias non daturus nõ meretur, donec hoc faciat voluntarie, ad qđ pôt induci timore pœnæ, vel verecũdiæ.[itẽ cũ redderet &c.]prima ad Corin.9.secunda autoritas ex necessitate.n. & nõ ex charitate[dispensatio].i.alijs dispenso, sed mihi non proficio gl.[item cum Galatis] ad Galatas.5. tertio autoritas quæ autoritas vera est, quãdiu timore tm̃ seruili nõ amore iustitiæ, seruitur, sed ꝑ pœnas & coactiones. sicut.ſ.dr̃ de timore seruili trãsit hõ in timorẽ filialẽ [itẽ nõ accepistis]ad Ro.8. Est quarta autoritas ex quibus datur intelligi [sunt inuitandi ad fidẽ]verum est, nõ susceptã. Nã sicut superius dictũ est. illi qui nunquã susceperunt fidẽ catholicã, non sunt cogẽdi, sed hortandi,& inducendi prædicationibus & rõnibus & huiusmodi. Et de his dominus in parabolis inuitatis dixit seruo [introduc].s.exhortationibus, sed illi qui fidem susceperunt & eam reliquerunt sunt cogendi & compellendi, de quibus idem dominus ait Lucę.14.Compelle intrare, sicut exponit Augu.in epistola ad Donatum hæreticum, filij dicuntur ancillæ, qui cum Agar & Hismael errant in via fidei. Gene.16. [pertinentes ad Hismael].i.ad eos qui significantur per Hismael.Hu.illi sunt filij liberæ, qui sunt filij ecclesiæ caholicæ quæ libera est[sursum mater nostra] ad Gala.3. [pertinentes ad Isaac].i.ad eos, qui significantur per Isaac[Item]Ioan.1.& Ioan.3.quinta autoritas[timor].s.seruilis[timorem]seruilẽ [timore illo].s.seruil[propheta diceret] Psal.66 6.autoritas ad totum istum processum ex hac autoritate factum, respondetur quod verum est, quod nemo quandiu coacte agit, non habet partem hęreditatis domini, sed bene potest esse, quod qui coactus inceperit tandẽ per molestias illi inflictas illuminatus de veritate, deducatur ad bonam voluntatẽ, qua velit & amet Christum & incipiat habere partẽ hęreditatis domini vnde conformiter respondet Gratianus dicens[his respondetur]tertia pars optime respondet magister dicens[qđ si bonum ad qđ &c.Aug.[cõfirmat respõsionẽ suã autoritate beati Augu.[excludi timor].s.seruilis.vtrum autẽ seruilis maneat cum ciuitate, disputauimus de pæ.dist.2.§.item apostolus[succedit amor castus].i.sanctus de quo in psal.18. timor domini sanctus permanet in seculũ seculi. hoc timore expectamus aduentũ Christi in nos, ne tardet & adueniẽs ne discedat & ne peccatis nostris obstantib.eo carere valeamus illi sunt effectus casti amoris, ille scilicet seruilis vtilis, quia introducit filialem sicut cera filum.de pœ.di.2.sicut cera.

Hugu.

Diuisio.

Exponit literam.

Augu.

¶ Quæstio septima.

1 *Hæretici an sint spoliandi rebus suis & nu.2.*
3 *Laicus si est condemnatus de hęresi, statim bona de sua ipso iure sunt confiscata.*
Et quid si habet filios catholicos.nu.4.
5 *Clericus si est condemnatus de hæresi cui sint applicanda eius bona.*
6 *Hæretici si reuertuntur ad fidem an sint eis restituenda bona.*



Vnc autem. Hic incipit.7.q.1 qua quæritur, an hæretici suis ecclesijs & rebus sint expoliandi, & qui possident ab hęreticis ablata dicantur possidere aliena.¶Pro pleniori intelligentia huius materiæ. Quæritur,† vtrum hæ- 1
retici sint spoliandi rebus suis. Et videtur ꝙ nõ in illo pręcepto Exo.20.nõ furtũ facies. ꝓhitur, vt dicunt sancti doctores oĩs contractatio rei alienę inuito domino, sed spoliare hæreticos & paganos est cõtractare eorum res eis inuitis.ergo hoc non licet.¶ Secundo sic dr̃ Matt.5. q aufert tua nõ repetas, sed qui prohibuit repetere sua, multo magis prohibuit rapere aliena.ergo nullo modo videtur christianis esse licitum rapere res hęreticorum, vel aliorum malorum.¶ Tertio sic, apostolus.1.ad Corin.6.reprehẽdit Corinthios de repetitione suarum rerum dicẽs, quare non magis iniuriã accipitis, quare non magis fraudem patimini. ¶Quarto arguunt sic hæretici quomodo catholici ausi sunt res in qbus ipsi nõ laborauerunt vsurpare, cũ dicat psal.127. Labores manum tuarum qa mãducabis &c.cum possessione loquit̃ scriptura vt ostendat illum miserum & infęlicẽ, q mãducat alienos labores.¶ In oppositum sunt capitula sequẽtia ꝑ decisione huius q̃stionis erunt tres articuli iuxta ordinẽ summæ gl.in primo videtur de q̃stione ꝓposita.in secundo cui applicãda sunt bona cõdẽnatorũ de hęresi.in.3.qd si post ablationẽ bonorum hæretici illi reuertãtur ad fidẽ.¶ Circa
2 primum sit ista cõclusio,† qđ autoritate principis vel ecclesię seruato ordine.s.si causa sit ꝓbata non ex odio aut cupiditate sed zelo iustitię licitum est Christianis spoliare hęreticos rebus eorum.ista cõclusio patet primo ex illo Sap.10.ꝙ iuducit̃ ab Aug.in sequẽti c. tulerunt iusti labores impiorũ. ¶Scđo patet autoritate domini dicẽtis Mat.21.quod vt dicit Aug.referẽdum est ad oẽs impios, auferetur à vobis regnum, & dabitur gẽti faciẽti fructum.¶Tertio rõne sic, iustum est quod q Christum oĩum rerum dominum in cuius manus sunt oẽs fines terrę,& qui oĩa subiecit sub pedibus hominis Psal.8.delinquunt, vt ipsi bonis tẽporalibus, & spiritualibus à Christo datis spoliẽtur sed hæretici sunt huiusmodi. ergo licitũ ẽ ꝑ publicã potestatẽ vt bonis oĩbus priuẽtur.¶ Quarto sic, feudatarius iure hominum q negat dñm feudi, iustum est quod feudo spolietur, vt patet in li.feudorum qbus mo. amit.fe. sed hęretici sunt huiusmodi negantes Christũ ergo &c. ¶Quinto sic, oẽs hostes iuste possunt spoliari reb' suis: dummodo

Quæstio. Primũ ar.

Scđm arg.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit in. Respondet

Prima cõ.

Augu.

dūmodo bellū sit iustū, & q rē abstulit fact⁹ est dñs illius rei. s.e.q.5.dicat.& s.dist.1.ius militare, sed hæretici sunt hostes Christi & Christianorū, inimici ecclesiæ catholicę & bellū ꝗ eos est iustissimum. ergo licet christianis spoliare eos rebus suis. tñ tutū est vt hoc fiat speciali ædicto principis, vel ecclesiæ, ne aliquis ex cupiditate, vel vltionis zelo, magis quā amore iustitiæ illos impugnare videatur. ita notat Hu. ita Goffr. de hære. in summa. §. sed nūquid catholici. Et vide ꝙ legitur & no. extra de hære. cū ꝓm. l. 6. ¶ Circa ꝓm ponitur ista conclusio † quod si condēnatus de hæresi est laicus bona sua ipso iure sunt confiscata, patet conclusio. extra de hære. c. vergentis. Executio tamen ipsius confiscationis vel occupationis bonorū nō debet fieri per principes seculares: antequam per iudicē ecclesiasticū sententia super eodē crimine ꝓmulgata fuerit patet ext. e. cū ꝓm. li. 6. ¶ Surgit hic quæstio. † Quid si hereticus habet filios catholicos, nunquid sal. ē illi habebūt bona patris, vel partē: respondet quod hic est duplex opinio, vna est Io. hic in gl. ꝙ nō ex. e. vergētis. & hic corrigitur lex, quæ dicit bona hæreticorū ad filios vel agnatos deuolui. C. de hæreticis. l. manicheos. & l. cognouimus. Et idē sentit hic Lau. Et idē notat Inn. ext. eo. excōmunicamus. Sed Tanc. & Gof. in decretali vergentis. dicūt ꝙ putant prædictā decretalē vergentis, præualere legibus in terris tantū quæ sunt de tēporali iurisdictione ecclesię, siue domini papæ sicut ex illa litera patet, in alijs præualent leges, quæ maiore equitate nitūtur. vnde possumus dicere, qđ prima sentētia loquitur de rigore. secūda de misericordia, verū pro sentētia Io. & sequentiū facit decretalis excōmunicamus. in prin. ver. ita cū indistincte & generaliter loquatur. Et ita ibi sentiunt Innoc. & Host. & quicquid etiā dicatur ꝑ alios, illa decretalis vergentis, si bene ponderetur litera loquitur tā de terris ecclesiæ romanæ, q̄ aliorū, & hoc notatur cū dicit huius seueritatis. Et ita dictum Io. & sequentiū firmū erit vt dicit Arc. opinionē etiā Io. tenet gl. ext. de hære. cū ꝓm li. 6. ¶ Tertia conclusio, † si cōdēnatus de hæresi sit clericus, tunc res eius sunt ecclesiæ applicandæ, patet conclusio ex. e. c. ad abolēdā. Et rō est, vt quæ semel ecclesiæ dedicata sunt semꝑ maneāt ecclesiæ catholicæ dedicata. vnde Aug. hoc designat. 6. Homil. super Io. ¶ Circa tertiū articulū sit ista cōclusio, † quod si hæretici reuersi fuerint ad fidē, priora bona ex misericordia ei restituūtur vbi nota. qđ redeūtibus ab hæresi de iure cōmuni ex quo recōciliati sunt ad laicā cōmunionē recipiuntur. 1. q. 7. c. 1. adhibetur qnq; circa eos quadruplex dispēsatio. s. semiplena vt solū recipiātur in ordinibus ante hæc oīa susceptis: 1. q. 1. si quis hæreticæ. qnq; plena, vt possint sacerdotes fieri. 1. q. 7. cōuenientibus, quandoq; plenior, vt episcopi. 12. dis. nos consuetudinē, qnq; plenissima vt etiā ad superiores dignitates promoueri possint. s. e. q. 4. ipsa pietas. & ext. e. vergētis. in fi. ¶ His habitis dicēdum est ad rōnes in oppositū factas in prin. Ad primā respōdetur negādo minorē, qm̄ auferre res hæreticorū & sarracenorum ex edicto principis habētis legitimā potestatē nō est cōtrectare rem alienā, nec rapere. vt Aug. ostēdit in proxi. c. quia tñ nec iure diuino, nec humano res illæ sint hæreticorum falsē dicūt hæretici res illas suas. ¶ Ad secundā respōdetur similr mō qm̄ in hoc casu catholici spoliātes hereticos nō rapiūt aliena sed sua. ¶ Ad tertiā respōdetur, quod nō procedit, quia apostolus nō reprehēdebat Corinthios, quia repetebāt sua, sed quia iniuste & illicite, quia cum fraude & dolo. vnde. 1. ad Cor. 6. ait. vos iniuriā facitis & fraudatis illicite, quia corā iudice infideli. vnde in eo. c. dicitur. Audet quis vestrum habens negotium aduersus alterū iudicari apud iniquos. ¶ Ad quartā respōdet Aug. secundum prædicta. Et ponitur in cap. proxi. frustra dicit. s. vos hæretici, quod vos in diuitijs congregandis laborastis, cum scriptum legatis, labores impiorum iusti edent.

1 Hæretici iuste spoliantur rebus quas possident a catholicis.
2 Iustorum quod sint omnia iure diuino an sit verum.
3 Omnia an sint auferenda ab hæreticis.




Vicunque. Inducit magis. Gratianus ad ꝓbationē quod hęretici suis rebus sunt spoliādi hoc. c. quod est Augustini, ad Vincentium donatistā. Summat quam iuste hęretici à catholicis spoliantur rebus quas possident. Capitulum hoc pōt diuidi ꝓm respōsiones quas beatus Aug. facit cōtra quatuor querelas quas hæretici faciebant de Aug. cōclusio de catholicis, de quibus successiue videbitur. prima querela est quod catholici persequebātur ipsos hęreticos occasione legis imperialis, non ex dilectione corrigendi, sed odio inimicandi. Ad hanc querelam respondit Augustinus, quod si ita est [displicet nobis] & certe displicere debet, quod hæretici vel quicunq; alij à secularibus potestatibus prætextu legis imperialis puniātur, aut molestētur, nō causa emendationis, nec zelo iustitię, sed magis odio inimicandi. [Et quāuis res] respōdet ad secundam querelam, quæ erat quod occasione illius legis imperialis videbantur res suas amittere, & illis cupiditate spoliorum priuabantur. respōdet Augustinus, quod cum ipsi extra ecclesiā sint, nihil possident, quia nec iure diuino, quia tm̄ hoc iure sunt fidelium, siue iustorum qui sunt filij Dei per adoptionem, nec iure regum cum ꝓm leges eorum bona quæ possidebant amiserint. vnde falso res illas appellant suas. Qualiter autem omnia quæ possidētur vel iure diuino, vel humano possideātur iam exposuimus. di. 8. quo iure. & c. dilectissimis. 12. q. 1. ¶ Surgit hic duplex quæstio: prima † est vtrum sit verum quod iure diuino oīa sunt iustorum. respondetur secundum Hug. quod dicuntur iustorum, nō quia possideantur ab eis, sed ad meritum sunt eis a quocunque possideātur, quia gratias super hoc agunt Deo & ita merentur. quia de oībus gaudent, sanctis. n. oīa cooperantur in bonum, dicuntur ergo oīa esse iustorum, quia eis prosunt vel oīa sunt iustorum, quantum ad primā institutionē: Et videtur hic iustorum nomine oēs fideles cōprehendi, vt dicit Arch. [iure humano] di. 8. quo iure. hic ius humanum vocat oē ius positiuum, legē Moysi, ius canonicum, ius seculare. Hugu. [ideoque legē] hic vocat ius humanum ius imperiale tm̄. ibi autē largo mō. Hugu. [amittere.] ¶ Surgit secunda q̄stio. † vtrum oīa sint ab hæreticis auferenda. respōdetur iuxta Hugu. hic quod nō sunt eis ita auferenda, vt moriantur fame, sed oīa præter necessaria. Nullus. n. compellendus est fame mori [frustraque] ponitur responsio ad tertiam querelā, quæ erat, quod catholici comedebant labores manuum suarum. & hoc videtur iniustum. Ad hoc respōdet Augustinus, quod frustra dicunt. i. talia argumentantur, quia scriptum est sapientiæ. 10. in nostra translatione sic habetur, iusti tulerunt spolia impiorum. Et ita patet quod lex imperialis cōformis est sacrę scripturæ. & ita est. Et prouerb. 5. dicitur. Labores tui sunt in domo aliena. [res proprias vestras] . s. quę prius fuerunt proprię vestrę, sed per leges nunc ablatę sunt à vobis. Si quis cupide &c. [displicet q̄squis deniq; &c.] hic manifeste ostēdit Augustinus, qđ bona ecclesiastica hæreticis ablata debent ecclesiæ catholicæ applicari, & non seculari potestati [quæ oīno non debentur nisi ecclesię] . i. illis, qui sunt in ecclesia, nec. n. delictum ꝑsonę debet redundare in dānum ecclesiæ. 1. q. 1. porro. & . 16. q. 6. si episcopū. Hu. [q̄sq̄s catholicus ꝑ aliquo &c.] rñdet quartę querelę ipsorū hęreticorū, q̄ erat quod catholici recipiebāt hæreticos ab hęresi reuertētes in honestos, & qui ab hæreticis iudicibus pro eorum criminibus erant deiecti sicut suscipiuntur qui excepto errore siue crimine apud eos vixerunt. respōdet Aug. qđ si hoc fiat displicet nobis, licet nec hoc nec alia quę dixistis credimus, [qa facile] i. apte ea nō ꝓbatis [deiectum à vobis] ar. qđ ꝑlata sentētia ab hęreticis in subditos suos tenet qđ est verum. Et ꝓm hoc videt quod excōmunicatus ab eis nō debet suscipi sine satisfactione excōicationis. respōdet Hu. qđ Aug. nō dicit, qđ sententia illorum teneat quantum ad istum articulū sed qđ debet satisfacere ꝑ delicto, pro quo excōmunicauerunt eum heretici, non tñ ex virtute excōmunicationis ab illis latę, q̄ nulla fuit, sed rōne delicti in quo cōstitutus est [nō nullos toleram⁹] hoc refert ad id, qđ dixit [sed nec facile ista demōstratis] quasi diceret, qa etiā si vera sint, ecclesia tñ multos tolerat, quos corrigere non possumus. vt. j. 24. q. 1. pudenda ar. ꝑ plātis qn̄ nō corrigunt. Hu. [nec p p paleā] de facto. simile. 21. q. 1. hac rōne. Arc. assignat Aug. causam quare ecclesia cessat ab aliquorum peruersorum correctione [paleā] . i. malos. de pœ. di. 1. multi Arc. [aream] . i. ecclesiam [vala facta in contumeliam] id est ad quemlibet vsum. alia patent.

Si de rebus. Ad idē est hoc. c. eiusdē Aug. cōtra Petilianū. Sūma est in rubro. Et diuidit in tres ptes. in prima ostēdit Au. q̄ iniuste cōquerant hęretici de christianis, ꝙ possidēt bona, q̄ illi pri⁹ tenebāt exēplo quodā. in secūda inducit ad hoc ꝓbādū duas autoritates sacrę scripturę. in. 3. rñdet Au. ad querelam illam hęreticorum, qua accusant catholicos, ꝙ ex concupiscentia aufērunt eis bona, & non aliqua alia ratione. hoc ostendit August. falsum esse, & ratione & exemplis.

secunda

Exponit litteram. 2.ibi,&in.ad oẽs 3.ibi,si qui iá præsciſſi.Leg.¶[Si de rebus conquerimini]iniuste cõquerimini, quia simili modo poſ sunt Iudei &c.sed non dubiũ,ꝙ querela talis iudæorũ eſſet friuola,& arguendo a ſimili dicit,quid igitur indignum,ſi ſm parẽ.i. eandẽ voluntatẽ dñi ,quæ loca in quibus impij regnabãt nunc christiani poſſident, catholici tenẽt ea,quæ tenebant hæretici.[Et.n.]2.pars[auferetur regnum]nõ ſo lũ ſpirituale& eternũ , [ſed tpali facieti iuſtitiã].i.populo christiano[an fruſtra]ſecunda autoritas ſapientiæ 10.[qua pp.]concludit[ſi quæ iam]tertia pars, vbi rñdendo quere læ hæreticorum,dicit,ꝙ falſum eſt,ꝙ ideo dicamur cõcu piſcere bona eorum,quia dñs Deus bona quæ poſſidebant nobis dedit , & hoc probat rõne & exemp is:rõne primo, quia imperio illius,cuius oĩa ſunt, iſta q̃ prius erãt veſtra, facta ſunt noſtra , & iuſte noſtra ſunt, vos.n.vtebamini ad præſciſſionem,& ad offenſam Dei, nõ ad vnitatẽ,quæ ma xime Deo grata eſt[alioqui]probat exemplo.q.d. Si veſtrũ argumentũ alicuius eſſet valoris pariter poſſet obijci popu lo Dei &c.ſed hoc eſt falſum cum diuina ptãte hoc feciſſet [& ipſi iudei]ſm exẽplũ.patet litera. Aliqua tãgunt hic in gl.de Iudeis & Sarecenis,q̃ magis cõueniũt.ĩ.q.8.c.diſpar.

1 *Prælati eccleſię non ſunt domini bonorum eccleſiaſticorum,ſed procuratores & diſpenſatores Dei.*



Diuiſio. Vod autem. Ad idẽ eſt hoc c. eiuſdẽ Aug.cõtra eundem Petilianum.Summa eſt in rubro.Et diuiditur in duas partes.In 1.reſpondeo obiectioni hęre ticorum de qua in ſuperiori cap. reprehẽdit eos ratione & exemplo.In 2.cõcludit,& inui tat eos ad reditum ad eccleſiam, & non tm̃ gaudebunt bo nis quæ dicunt bona,ſed etiã noſtris 2.ibi,quicquid igitur.

Exponit literam. Leg.¶[Quod aũt vſque adeo]optime arguit Augu.& certe conuincit eos ibi[hoc itaque nullo modo conſortis]quaſi diceret nullus,quia oĩs ptãs impatiens conſortis [ipſos cer te attendãt &c. item ſecundo arguit exemplo dicens[attẽ dant hæretici ipſos quodam ſuo modo et ſocios noſtros] loquitur de conuerſis ad fidem ex hæreticis quemadmo dum ſua teneãt non ſolũ &c.ergo vr̃ ꝙ eccleſia non ex aua ritia,ſed ex mera liberalitate& charitate cõpellit eos ad ec cleſiam redire,vt faciat participes bonorum ſuorum.[que tñ ſi pauperũ cõpares].i.ſimiles aut ſocij pauperũ,ſed pau perum 12.q.1.expedit, vbi habetur, ꝙ facultates eccleſiæ ſunt pretia peccatorũ,& patrimonium pauperum[procu-
constitutionibus imperialibus.[emeret.] Et ita non sunt omnia imperatoris, quia nemo potest rem suam emere. ff. de cōtrahen.emp.sue rei.gl.relicta aūt opinione hic Ho. dicendū est sicut in c.conuenior.dictū est iuxta Arc. φ oīa sunt imperatoris quātū ad iurisdictionē, sic oīa q̄ sunt in regno Franciæ sunt regis quātū ad gn̄alē iurisdictionē.8.dist. quo.s.e.ca.prox.vnde oēs hoīes qui sunt in regno Franciæ sunt sub potestate, & principatu regis Frāciæ, & in eis habet imperiū gn̄alis iurisdictionis & ptātis. Nā verbū ptātis pluribus modis accipitur.ff.de ver.sig.potestatis verbū de his satis in spe.de feudis.§.qm̄ Arc.[liberos]ab onerib.personalibus[vnde Constātibus]inducit leges imperatorū, & primo Constantini & Cōstantis[in quælibet]ista lex nec il la quæ sequitur sunt in codice nostro nec multum facit ad propositum s̄m Hu.[acceptationis].i.exactionis gl.&c.

Host. Archi.

Sancimus. Inducit legem Iustiniani.¶[Xenones]xenodochium locus est venerabilis vbi pauperes peregrini recipiūtur. prochotrophium est locus vbi pauperes pascunt̄. Gerontocomium est locus vbi senes & valetudinarij pp senectutem solā infirmi hoīes curantur. Orphanotrophium est locus venerabilis, in quo pueri parentibus orphani pascuntur. Vephrotrophium est locus in quo infantes pauperū aluntur.gl.[lucratiuorum inscriptionib.].i. exactionib. quibus 4.pars acquirebatur fisco de rebus curialiū, alijs titulo lucratiuo dimissis.Hu. [Lege].i.ab hac leg.dicit ecclesiā hic esse immunē, quæ erat φ qn̄ aliquis istorū curialiū rem suā titulo lucratiuo.[transferre vellet in aliū]4.pars cedebat fisco in alijs personis p̄terquā pijs locis [suū rigorē] qui erat de quarta parte danda fisco. [mitigante].s.lege.

Exponit literam. Hugo.

Secundum. Ad idem est hoc c.ex cōcilio Parisiensi sumptū.Summa est in rubro. Et diuidit̄ in duas partes.In 1.assignat res, de quibus non est soluēdus cēsus.In 2.imponit pœnā cōtrariū facieti. 2.ibi: quod si fecerit.Leg.¶[Secūdū canonicā]12.q.2.p̄dia.Arc. [dn̄i imperatoris(Ludouici]filij Caroli[de ecclastico agro] dicit Hu.φ loquitur de p̄dijs in quibus cōstitutæ sunt officinæ, & quę deputatę sunt vsibus cœlestiū secretorum.Hu. vbi no.φ quædā possidet ecclesia forte spūali & iure diuino, vt decimas & oblationes Nu.18. filijs Leui dedi oēs decimas in possessionem. Itē in eodē loco, locutus est dn̄s ad Aaron.dedi tibi custodiā primitiarum mearū, oīa q̄ sanctificantur à filijs Israel tradidi tibi pro officio sacerdotali & filijs tuis. Et subditur oīs oblatio & sacrificiū, & quicquid pro peccato redditur mihi tuum erit & filiorum tuorū.Simili modo loca deputata ad cultū diuinum, vt territoria ecclesiarum & alia loca deputata ad spirituale officium.de his loquitur c.pn̄s, vt dicit Hu. Alia vero possidet forte tēporali, vt titulo venditionis vel titulo concessionis salua debito seruitio, de his solet potestas sacerdotalis principibus soluere consueta obsequia &c.vt dictum est[quod si fecerit]2.pars redhibitionem.i.cēsum vel tributum, vel exactionem dare.i.reddere, & restituere Hu.

Diuisio. Exponit literam.

Sancitum. Palea est hoc ca. sed pro grano ponitur. ext.de censibus c.1.est sumptum ex concilio Guarnacensi.ibi ex ponitur, ibi vide.

Hinc datur. §.est in quo mag.Grati.concludit ex prædictis quod de his quæ imperiali beneficio,&c.[emerit.]Nam tunc transeunt res cum onere suo 16.q.1.si quis laicus gl.sine consensu,&c. quod probat per duo c.sequentia.

Quo ausu Hoc c.est Gelasij papæ Summa est in rubro.Et pōt diuidi ī duas partes.In 1 papa reprehendit ep̄m Epidium cui scribit, quia eo incōsulto iuit cū exercitu imperatoris, φ nō debuit.In 2.reprehensionē suā roborat.2.ibi, queadmodū.Lege. ¶[Quo ausu proficisci]cū imperatore [cum canones].s.e.reprehensibile, hoc c. tripliciter exponitur in gl.s̄m Hug.intelligitur gn̄aliter de oībus epis, siue habentibus feudalia siue regalia siue nō, φ nullus eorū pōt sequi[cōitatū].i.exercitum principis sine licentia Romani pontificis, & bonum est ita dicere in fauorē ecclesiæ, & ita videtur nobis, nec contradicit in aliquo capitulū, si ep̄s.di. 18.quia dicit ibi[præceptione regia]quia loquitur ibi, vbi vocatur à principe, nō ad expeditionē, sed ad consulendū super regni negotijs[quemadmodum]2. pars[tibi putas licere]& male[carere festinas.] iuris interpretatione 3.q.9

Diuisio. Exponit literam.

decernimus.ex.de præsump.illud Archi.[indignum]iuris interpretatione, vt in prædictis iuribus Arc.

Archi.

Si quis. Capitulum hoc sumptum est ex cōcilio Antiocheno.Summa est in rubro. licet nō plena.Capitulū hoc vt dicit Hu.nō facit ad propositū, φ intelligendum est in eo casu, qn̄ dimisso ecclesiæ iudicio, siue contēpto comprouincialiū iudicio cōtra aliquā personā ecclesiasticā transit ad iudiciū seculare, φ non est faciendum 96.dist.denique.s.21.q.5.si quis à proprio, & c.si episcoporū.cū multis alijs, & sic summa est plena. Alius intellectus non potest dari faciliter sine contradictione ad alia capitula.Leg.¶[Si quis ep̄s porrexerit]nisi ex causis quæ assignabuntur in c. prox. Bern.hispa. [ecclesiastica constituta]quæ inducta sunt.

Exponit literam.

Reprehenduntur. §.est, ī quo magister Gratianus exponit quare Nicolaus papa reprehēdit ep̄os gallicanos in c.reprehēsibile, & merito debebant reprehendi, quia apostolica authoritate &c.[ad comitatū].i.exercitū, forte tn̄ aliq possent dicere in excusationē illorū ep̄orū, φ nō sunt secuti &c.patet lr̄a.

Si uobis. Sequitur ca.de quo loquit̄ & est sumptū ex cōcilio Sardicē. in cuius 8.c.osius ep̄s, sic dix isse legitur.Summa est in rubro.Et diuidit̄ in duas partes. In 1.dicit, φ ep̄i nō debēt ad curiā imperatoris accedere, nisi cum ab illo fuerint vocati.In 2.ex cipit casum.s.cū pro dānatis aut ini uriā passis intercedere opus sit 2.ibi, sed qm̄.Leg.¶[Si vobis comitatū].i.curiā imperatoris.[accedāt] turpe est enim φ episcopi nō inuitati non inuocati se inserāt ad seruitia imperatoris, vel alteri' principis secularis, & deserāt causam subditorū, & officia deuotionis, hoc nō facerēt si mortē spūalē timerēt, & φ de ouibus suis rōnē reddituri sunt Deo summo iudici.vtinā ēt de curia romana hoc in parte obseruaretur, in qua plures ep̄i cōueniunt nō deuotionis gr̄a, sed ambitionis spū propulsati, vt altiora quærāt, aut beneficia addāt beneficijs, aut honores honorib.vt quia officia & legationes quærāt, q̄ curę aīarum sibi commissarum habēt plurimi impedimēti.vti nā summi pōtifices cōsiderarēt quāta negligētia circa aīas cōmittit̄ ex absentia p̄latorū ab ecclesijs suis de his satis.[vocati]vocati ergo ep̄i ab impatore comitatū ire debēt & vr̄ φ sic.vt hic, & di.18.si episcopus. rn̄detur φ verū est causa pacis imponendæ, rei cā consilij dandi, vel orandi vt dicit Gratianus in.§.præcedēti, & hoc etiā si non habēt regalia, sed s̄m alios, ita demū si regalia habuerint. Arc.[Sed qm̄] 2.pars[in exiliū]ad tēpus, vel in insulas in perpetuum à talibus pœnis nō defendit ecclesia ad se fugientes 36.q.1.de raptoribus, pium tamē est pro eis intercedere, vt hic Ber. hispan.i.indulgentia 17.q.4.reum.

Diuisio. Exponit literam. Archi. Bernardus hispanus.

Licet ergo. §.est in quo magister cōcludit φ exēplo beati Greg.&c.effusionē vero sanguinis nulli ep̄orum sua vel imperatorum autoritate imperare licet, quod probat per duo sequentia capitula.

1 *Episcopi non debent condemnare reos secundum legem communem, nec de crimine criminaliter cognoscere ex principis delegatione.*

Saepe. Hoc c.sumit̄ ex cōcilio Toletano, & incipit 5.pars huius qōnis, in qua p̄bat φ nullus clericus debet dictare, vel dare sanguinis sentētiā.Summa huius c.est ī rubro. Et diuidit̄ in duas partes. In 1.sancta synodus statuit.In 2.trāsgressores punit: 2.ibi, si quis ergo.Leg.¶[Sæpe obnoxios].i.reos, quia vero consentiant ex delegatione .s.vbi iureiurando in aīam principis præstito de pœna sanguinis remittenda, si reus conuincatur.¹ep̄i.n.nō debēt s̄m
1 legē cōem reos cōdēnare, nec de crimine cognoscere, ex principis delegatione, nisi sic eis cōmittat̄ vt s̄m canones crimineī, vel nisi ciuiliter vt hic colligit̄, & c.prox.Arc.] Si quis ergo]2.pars.[discussor].i.examinator sit reus.

Diuisio. Exponit literam.

His à quibus. Ad idē est hoc c.ex cōcilio 11.Toletano.Summa est in rubro.Et pōt diuidi in tres partes.In 1.prohibet clericis agitare iudicium sanguinis In 2.subiungit pœnā cōtrafacientib. In 3.concedit ex mīa, φ talibus exeuntibus de vita præsenti cōio non denegetur 2.ibi, aut si 3.ibi, cui tantummodo.Leg.¶[His à quibus agitare]nec etiam dictare.ext.ne cleri.vel mo.sententiā ēt si nō faciat vt iudex, quia ad minus est cōsiliū, vel auxilium,

Diuisio. Exponit literam.

auxiliū, sed nec testes ī causa sanguinis recipere debet, nec scribere autentice. ar. ad hoc quia si nō debet esse iudex, vt hic. ergo eadē ratione nec testes recipere, nec scribere autentice. ẽm Inn. Arc. & hoc si ex talibus dictis mors sequatur. ar. ex. ne cle. vel mo. clericis. Secus forte si non in forma autentica scriberet. Talis aūt scriptura forsan non faceret irregularitatē. ẽm inno. qui ita notat in prędicta decretali sententiā. Arc. [non licet trūcationes præcipiant] ſpāli præcepto. gñaliter tñ possunt pcipere, vt fiat iustitia, si habet iurisdictionē temporalē. Arch. [aut si] 2. pars. [ergastulo]. i. in monasteriū detrudatur perpetuo 55. di. si euangelica. Arc. [cui tm] 3. pars [negāda] de iure cōi morientib. nō debet negari, vt di. 50. pœnitētes. [non vult] Eze 48. & 3. q. 4. hi qui.

Innocen. Archid.

Ceteris. §. est in quo prohibitionem factam clericis, ꝙ non faciant nec fieri præcipiant detruncationes membrorum, extendit ad laicos dicens, ꝙ absque iudiciali autoritate nulli licet &c. ad quod inducit sequēs c.

1 *Mutilare aliquem membro suo an sit licitum in aliquo casu. Quod sic. nu. 2.*



1 **SI quis.** Hoc c. est papæ Euticiani. Summa est in rubro. Breue est non diuidit. ¶ Pro pleniori intelligentia huius quæritur. vtrum mutilare aliquem membro suo in aliquo casu sit licitum. Et videtur ꝙ nō sic. Damasus dicit secundo li. ꝙ peccatū committit per hoc, ꝙ receditur ab eo, quod est ẽm naturā, in id ꝙ est cōtra naturam, sed ẽm naturam à Deo institutā est, ꝙ corpus hoīs sit integrum membris. Contra autem naturā est ꝙ sit membro diminutum. ergo truncare aut mutilare aliquē mēbro semper videtur esse peccatū. ¶ In oppositū est capitulum præsens, vbi innuitur, ꝙ autoritate iudiciali sit licitum. ¶ Secundo ex illo Exo. 21. Oculū pro oculo, dentē pro dente &c. ¶ Rñdeo dicendū. † ꝙ in aliquibus casibus licitum est mutilare aliquem membro suo. Isti casus sunt ad præsens duo, vnus est qñ ab habēte autoritatē publicā infertur alicui in pœnā ad cohibitionē peccatorū. ¶ Scđs casus est qñ abscissio mēbri est necessaria pp salutē totius corporis. ambo casus sic declarantur iuxta S. Th. in 2. 2. mēbrū cū sit pars totius corporis humani est pp totum sicut imperfectum pp perfectum. vnde disponendum est de membro corporis humani ẽm ꝙ expedit toti. membrum aūt humani corporis per se quidē vtile est ad bonum totius corporis, per accidēs tñ pōt contingere, ꝙ sit nociuum. puta cum membrum putridū est totius corporis corruptiuum. Si ergo mēbrū sanū fuerit, & in sua naturali dispositione consistens, non pōt præscindi absq; totius hoīs detrimento. Sed quia ipse totus homo vt ad finem ad totā cōitatē cuius est pars pertinet pōt contingere. ꝙ abscissio mēbri & si vergat in detrimentum totius corporis, ordinatur tñ ad bonū cōitatis inquantum alicui infertur ad pœnam ad cohibitionē peccatorū. Et ideo sicut per publicā potestatē aliquis licite priuatur totaliter vita pp aliquas maiores culpas. Ita etiā licite priuatur membro pp culpas minores, hoc autem nō est licitū alicui priuatæ personæ, etiā volente illo cuius est membrum quia per hoc fieret iniuria cōitati cuiusmodi est ipse hō, & oēs partes eius & hoc de primo casu. ¶ De secundo sic. Si autem membrum pp putredinem sit totius corporis corruptiuum, tunc licitum est de voluntate eius, cuius est membrū putridum membrum præscindere, pp salutem totius corporis, quia vnicuique commissa est cura propriæ salutis, & eadem ratio est, si fiat voluntate eius, ad quem pertinet curare de salute eius, qui habet membrum corruptum, aliter autē aliquem membro mutilare est oī no illicitum. ¶ Ad argumentū in oppositum dicendum, ꝙ nihil prohibet id ꝙ est contra particularem naturam esse ẽm naturam vniuersalem, sicut mors & corruptio in rebus naturalibus est contra naturam particularē eius, quod corrumpitur, cum tñ sit ẽm naturam vniuersalem. Et similiter mutilare aliquem membro, & si sit contra naturam particularem corporis eius qui mutilatur, tamen ẽm naturalē rationem conuenit in comparatione ad bonum commune. Lege. ¶ [Si quis sine autoritate] iudicis. Hu. [cōsenserit] cooperando, & ẽm hoc agens & consentiens pari pœna puniuntur, vt ex. de offi. & po. dele. c. 1. [Legalis]. i. ẽm leges ordine iudiciario seruato corā episcopo aut præter episcopum posset fieri. [ethnicus]. i. gentilis, & infidelis. [publicanus]. i. peccator.

Quæstio. Primū ar. Opponit in contrarium Respondet 2 Ad arg. Exponit literam.

De incendiarijs. §. est, hic incipit sexta pars quæstionis, in qua magister ostendit qualiter incendiarij debeant puniri. Et ad hoc inducit cap. sequens.

1 *Incendiarius an sit excommunicatus ipso iure.*

2 *Incendiarius restituendo damnum an priuabitur omnibus bonis suis.*

3 *Episcopi an possint consulere principibus quod aliquem puniāt vltimo supplicio.*



PEssimam. Hoc c. est Innocentij secundi in generali concilio. Summa est in rubro. Et diuiditur in sex partes. In 1. prohibet incendium. In 2. assignat pœnam eorum. In 3. iniungit damni satisfactionē. In 4. taxat pœnitentiam. In 5. punit prælatum aliter absoluentem. In sexta protestatur. Secunda ibi, si quis ergo. 3. ibi, nec absoluantur. 4. ibi, pœnitentia. 5. ibi, si quis autē. 6. ibi, sane. Le. ¶ [Pessimā] de his qui præfata loca incēdūt, hæc cōstitutio facta est. Si. n. ecclesiā quis combusserit. 15. annis pęniteat, & ecclesiā destructā reparet, vt in Brocar. li. 4. c. si quis ecclesiā. Arc. & habetur 17. q. 4. si quis. [Si quis ergo.] secunda pars [malo studio.] Secus si sine culpa. Nemo. n. excommunicatur, nisi propter dolum & contumaciam, vt 11. q. 3. certum est [pro vindicta]. s. propria 1 authoritate [excommunicentur.] ¶ Hic quæritur † vtrum incendiarius sit ipso iure excommunicatus. Ad hoc respondetur, ꝙ si est incendiarius ecclesiarum, vel locorum religiosorum, vel cemiterij, vel spatij priuilegiati intuitu ecclesiæ, est excommunicatus ipso iure, sed antequam sit denuntiatus potest absolui ab episcopo, postquam vero denuntiatus fuerit siue nominatim siue in generali, puta denuntiamus excommunicatos omnes, qui tale incendium fecerunt, tales solum à papa possunt absolui, extra de sen. exc. c. tua & c. conquesti. Et idem intelligas de effractorib. & ꝙ sunt excommunicati à papa absoluendi, incendiarij autem aliorum locorum cum mandantibus cōsulentibus & fauentibus sunt excommunicandi, vt patet per c. præcedens, & per præsens. isti etiam postquam fuerunt denuntiati, nisi à papa possunt absolui, tales incendiarij quibusdā locis ipso facto habentur pro excommunicatis ex consuetudine, licet re uera absque constitutione aut sententia nō inferatur excommunicatio, vnde Hug. dicit hic, talis non est ipso iure excommunicatus, tamen in Theutonica terra excommunicatus est ipso iure, nec potest absolui nisi à papa, & hoc est de particulari consuetudine, ad reprimēdam hominum malitiam [nec absoluatur &c.] tertia pars. [resarcito] quid si non potest damnum resarcire, forte seruiet ei in propria persona, cui damnum intulit. Hug. ar. 36. q. 1. de raptoribus, vbi de hoc. [inter se, &c.] quod hodie obseruatur cum quis ab aliqua excommnnicatione absolu tur 11. q. 3. cum aliquis. [pœnitentia] quarta pars. [hierosolymis.] ¶ Surgit quæstio quid si pauper est & non habet arma nec expen. pro tanto itinere. Respondetur ꝙ tunc pro motu iudicis imponitur sibi alia pœnitentia. Hu. [Si quis] quinta pars. [relaxauerit] fauore, vel alio iniusto modo. Hu. [damnum restituat] si habet propria si non habet propria alias punietur extraordinarie. Non. n. delictum personæ debet 2 redundare in damnum ecclesiæ. ¶ Surgit quæstio † vtrum incendiarius in restituēdo damnum priuabitur omnibus bonis suis. Respondetur quod non, sed habitu respectu ad medietatem. Et forte idem est de illo, qui decimas vsque ad finem vitæ suæ retinuit. Hu. [sane] sexta pars. [consultis]. 3 ¶ Hic surgit quæstio † vtrum episcopi possint cōsulere principibus vt aliquem puniant vltimo supplicio. Respondetur ꝙ non. Quid ergo respondebit episcopus siue clericus interrogatus à iudice laico. Quid agendum sit de aliquo, qui per facti euidentiam vel iudicem deprehensus est in aliquo crimine, de quo de iure esset pœna sanguinis infligenda. respondeo iuxta Raymun. debet respondere clericus, hoc non pertinet ad me cōsulatis iurisperitos. Caueat sibi clericus, ne propter suam responsionem directā vel indirectam iudex intelligat, ꝙ debeat eum pœna sanguinis punire. dicunt tamen quidam, quòd potest ei dicere quòd puniat eum secundum quod ius dictauerit, dum tamen non exprimat, quòd puniat eum ad sanguinem, vel ad mortem vt hic dicit Hu. & etiam not. distinct. 3. omnis autem lex.

Diuisio. Exponit literam. Quęstio. Respondet Hugu. Quæstio. Respondet. Quæstio. Respondet Quæstio. Respondet

Quicunque


QVicunque. Capitulum hoc eſt beati Auguſt.in lib. de ciuitate Dei.Sũma eſt in rubro.Et diuiditur in duas partes.In 1.dicit,qui malos interficit poteſtate publica functus non peccat nec homicida eſt dicendus.In ſecunda dicit ꝙ qui ſine publica poteſtate hoc facit,velut homicida iudicabitur.ſecunda ibi,qui vero ſiue.Lege.¶[Quicunque malos]bene addit inquantum mali ſunt,quia malitia & culpa punienda ſunt & exterminanda,natura vero quæ bona eſt,fouenda eſt,& diligenda vt idem Auguſt.dicit contra Fauſtum.[Et habet cauſam]i. iuriſdictionem ſiue publicam authoritatem.quia ad priuatam perſona hoc non pertinet ſicut ſubijcit infra.[Qui vero]ſecũda pars.[interfecerit]ſponte.Nã ſi caſu dummodo omnem adhibuerit diligentiam ſecus.

Diuiſio.

Exponit literam.

DE his. §.eſt,in quo incipit, 7. ps quæſtionis, in quo quærit Gratianus.Si plures ſimul vulnerãt aliquem,& ille poſtea moriatur,quis illorum reatum homicidij incurrit,cui quæſtioni reſpondet per c.ſequens.

1 *Occidere volens tantum peccat quantum qui occidit ſi per eum non ſtetit quo minus occiderit.*

Diuiſio.

Exponit literam.


SI quatuor. Hoc ca.eſt concilij celebrati apud Vermeriam. Sũma eſt in rubro. Et poteſt diuidi in tres partes ſecundum tria membra, quæ diſtinguit in reſponſione.Secunda ibi.reliqui autem. Tertia ibi,qui nec &c.Lege.¶[Si quatuor. iudicabitur] & hoc cũ nõ apparet ex cuius ictu mortuus eſt.Ex quo.n.omnes deliquerunt,licet non æqualiter puta omnes percuſſerunt,ſed vnus tantum occidit. ſed neſcitur quis omnes tenebũtur de occiſo.ſic intelligitur hoc c.&.ff.ad legem Aqui.l.item mela.§.ſi plures,quia ex quo omnes deliquerunt,ſit interpretatio contra omnes.[Reliqui autem]ſecunda pars.[ſimiliter]ar.†ꝙ tantum peccauit volens occidere,quam qui occidit , dummodo per eũ nõ ſtetit quo minus occiderit.non tamen adeo grauiter puniri debet ac ſi occidiſſet.Hu.[qui nec]tertia pars.[affuerũt] caſu,non deliberatione Hu.[noxam].i.culpam.

¶Cauſa vigeſima quarta.

1 *Hæreticus an poſſit excommunicare aliquem: quod non nu. 2.*

Cõtinuatio

Auguſ.


EPiſcopus quidam. Hic intitulatur cauſa 24.quę ſic continuatur ad pręcedẽtia iuxta Hu.& gl.tractatum eſt ſupra de hęreticis. Et quoniam hęreticorum quidam ſunt manifeſti,& quidã ſunt occulti & eccleſia quandoque excõmunicat hæreticos,& quãdoque catholicos.Ideo de his ſubdit tractatum,de quibus hæreticis dicit,ꝙ quia extra eccleſiam ſunt excommunicare non poſſunt.Adiungit etiam quoddã ſpeciale.ſ.ꝙ aliquis poſſet excommunicari poſt mortem , & ꝙ aliquis ꝓ peccato alterius puniri poſſit.vt autẽ hæc omnia congruẽtius tractari poſſint præmittit thema . de quo elicit tres quæſtiones,quarum prima eſt vtrum lapſus in hæreſim poſſit excommunicare aliquem vel damnare.Et magiſter ad probandum ꝙ nõ inducit bene 42.capitula ſi tamen ſibi probari poſſit,ꝙ ſit hæreticus.Et procedit Gratianus hoc ordine,qa primo ꝓbat ꝙ hæreticus nullũ valet condemnare vſque ad.§.his autoritatibus,deinde inducit aliqua in contrarium,& tandem dat ſolutionem,in hoc.§. 1.Gratianus diſtinguit de hæretico cum ait,omnis hæreticus &c.diſtinctio vera eſt,quia omnis hæreticus aut antiquam hæreſim ſequitur,aut nouam confingit.vnde Augu. de validitate credẽdi dicit hæreticus eſt q falſas ac nouas, opiniones vel gignit vel ſequit. Sed ad propoſitũ nõ valet iſta diſtinctio,quia ſiue ſequatur antiquas hæreſes,ſiue nouas gignat,quæ patenter ſint contra fidem,cum pertinacia ſemper eſt excõmunicatus.vt extra de hæreticis ad abolẽdam.& c.excommunicamus. vnde hæreticus quocunque modo caret vſu clauium,nec oportet ꝙ ſynodali autoritate quo ad hoc damnetur,& hoc ſequentibus capitulis probatur . Et ita dicit hæc d.hodie locum nõ habet,quia omnis hæreſis & omnis hæreticus eſt condemnatus,quantum cũque ſit occultus.hoc etiam tenet hic Io.de.& hoc etiam in glo.præcedenti & de pœ.d.1.cogitationis.¶Verum pro

1 pleniori intelligentia huius capituli.Quæritur.†Vtrum hęreticus poſſit aliquem excommunicare.Et videtur , ꝙ ſic de occulto,dicit.n.Inno.ꝙ dum tales tolerantur in aliqua dignitate,& ſunt occulti non nominati,ſatis videtur ꝙ poſſunt excommunicare beneficia cõferre, & literas impetrare,quia hoc ipſa dignitas facere videtur,& non ipſa perſona excommunicata 8.q.3.nonne. Et ad id quod dicitur infra e.q.2.& 3:vbi dicitur, ꝙ excommunicatus non poteſt excommunicare,dicit,ꝙ loquuntur illa capitula de excõmunicato nominatim,& interdicto,& non de tolerato vt ipſe Inno.notat extra de ſenten.excommun.ſi vere.¶Secũdo ſic.Latentia peccata non iudicanť ab eccleſia,ſed à deo vt ex multis iuribus colligitur vt 2.q.1.nomen & q.5.conſuluiſti,& 6.q.1.ſi omnia.ergo videtur ꝙ hæreticus occultus non cadat ſub illa pœna.¶Tertio ſic maius eſt conficere corpus Chriſti,quam excommuuicare,vt patet.ſed hæretici ordinati poſſunt cõficere corpus Chriſti, vt patet ergo &c.¶In oppoſitum arguitur ex pręſenti litera.cum gl. Io.quam approbat Goffre.in ſumma ſua ti.de hæreti.§.& eſt ſciendum.& Ray.prout ipſe notat in ſumma ſua e.ti.§. 1.& Io.de An.prout notat in ſumma ſua e.ti.iuxta princi.

Quæſtio. Primũ ar.

Secũm ar.

Tertiũ ar.

Oppon.in cõtrarium.

2 ¶Reſpondeo dicendum.†ꝙ nullus hæreticus ſiue manifeſtus,ſiue occultus,poteſt aliquem excommunicare.Iſta cõcluſio ꝓbatur ratione ſic.Ligatus corporaliter non poteſt alium ligare,ſed vinculum ſpirituale eſt fortius quam corporale,ſed omnis hæreticus eſt excõmunicatus,& ita ſpũaliter ligatus.extra de hære.ad abolendam,& c.excommunicamus,ergo ſequitur,ꝙ nullus hæreticus poſſit aliquem excommunicare.¶Secundo ſic.Excommunicatio eſt iuriſdictionis,ſed qui eſt extra cõmunionẽ fidelium eſt priuatus vſu iuriſdictionis.ergo nullus talis poteſt excommunicare.¶Tertio ſic.excommunicati non poſſunt eſſe iudices vt infra eadem quæſtione miramur . ſed nullus poteſt excommunicare,niſi ſit iudex ordinarius , vel delegatus. ſed omnis hæreticus eſt excommunicatus.ergo &c.¶His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum.Ad primã de Innocentio nobis non placet opinio ſua.ſi de hæreticis loquatur.¶Ad ſecundam reſpõdetur ꝙ licet occulta peccata eccleſia non puniat,iniungendo pro eis pœnitentiam manifeſtam in ſpeciali,ſiue aliquem nominatim condemnando , nihilominus conſtitutio eccleſię bene ligat omnia occulta, & hinc eſt,ꝙ cõmittentes peccata licet occulta ſubijciuntur ſiue inuoluuntur pœnis in generali poſitis contra tales à iure ſiue etiam ab homine , cum iudex modo excommnnicat aliquos fures occultos, ꝙ niſi infra terminos aſſignatos &c.Non dubium quin iſti ſi contumaces exiſtant,excommunicationem incurrant.¶Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt iuxta S. Tho.in 4.d.19.quia conficere ſequitur poteſtatem characteris.q indelebilis eſt. Et ideo hæreticus ſacerdos ex quo characterem ordinis habet ſemper poteſt conficere.Secus eſt de excommunicatione,quæ iuriſdictionem ſequitur, quæ auferri poteſt,& ligari.

Ad primũ ar.

Ad ſecundũ

Ad tertium.

1 *Papa poteſt ligare papam in caſu,in quo incidit in canonem.*

Diuiſio.

Exponit literam.


AChacius. Hoc c.eſt Gelaſij papæ.Summa eſt in rubro. Et diuiditur in duas ptes.In 1. parte excuſat ſe de eo,quod Achacius conquerebatur de eo,ꝙ eum excõmunicauerat ſine authoritate ſinodali, dicẽs, ꝙ cum Achacius non eſſet inuentor noui erroris , ſed veteris imitator , qui error iam damnatus erat non erat neceſſarium,vt aduerſus eum noua ſentẽtia prodiret.Et ita non erat neceſſarium conuocare ob hoc ſinodum.In ſecunda confirmat ſiue iuſtificat dictum ſuum. ſecunda ibi.Quicunque.Lege.¶[Achacius.ſed veteris] quia ſecutus eſt errorem Eutichis & iam damnati erroris.Et ideo non &c.[remoueretur]per denuntiationem,ſiue per confirmationem,[factus ſum itaque executor veteris conſtituti.]i.iuris vel ſententiæ.Idem eſt de illo,qui illum excommunicatum denuntiat, qui clericum percuſſit, non enim eum excommunicat , quia iam excommunicatus erat [quicunque] ſecunda pars[in hæreſim .] hic eſt caſus , in quo papa ligare poteſt papam,& in quo papa in canonem latę ſententiæ incidit,nec huic obuiat illa regula,quia par parem

rem soluere aut ligare non potest quia papa hæreticus, in eo, quod hæreticus est, minor est quolibet catholico 12. quæstione 1. scimus.



Aiores. Ad idem est hoc c. eiusdem Gelasij papæ. Summa est in rubro. Et pōt diuidi in 2. ptes. In 1. præmittit statutū sanctorum patrum. In secunda roborat illud exemplis multis. Secunda ibi, sic Sabellium. Leg. tex. ¶ [Maiores] .i. antiquiores. [diuina] 25. q. 1. violatores Arch. [cernentes] ex huiusmodi posse scandala oriri in ecclesia circa ea, quæ fidei sunt [prædicauerunt] .i. publicæ statuerūt. [coacta] .i. coadunata, siue collecta vel simul acta [pro fidei communione] .i. vnitate. [mutilari] .i. diminui, vel immutari, quia ea quæ autoritate apostolicæ sedis circa fidem sunt determinata, non possunt retractari, eo ꝙ ecclesia in eis quæ fidei sunt errare non pōt [ne prauis] .i. hæreticis [daretur occasio pulsandi] .i. impugnandi, vel irritandi, quæ medicinaliter fuerant &c. [Insaniæ] .i. hæresis [hmōi] .i. cuiuslibet damnati erroris. [sic Sabellium] secunda pars. Sabellium, cum sua hæresi, nec fuit necesse vt quæratur de hæresi, sed tenore constitutionis .i. sententiæ latæ in Sabellium, & in errorem eius. [sinodus semel gesta] .i. habita, & congregata [venire] infra e. q. 3. cum quibus Arch.

Diuisio.

Exponit literam.



Chacius. Ad idem est hoc c. quod est Fœlicis papæ. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In 1. explicat casum Achacij, quia. s. incidisset in antiquum errorem. In secunda concludit ex illa propositum. secunda ibi, itaque necesse est. Lege. ¶ [Achacius noua scita] .i. statuta, vel sententia, vt 3. q. 7. iudicet. [Itaque] secunda pars. [iusta iace] .i. ratione gl. [per conuenientiam sinodalem] .i. cōmunem consensum eorum, qui erant in sinodo.

Diuisio.

Exponit literam.

Si ergo. §. Est, in quo Grat. cōcludit, ꝙ episcopus lapsus in hæresim antiquā alios damnare non potest. ad quod inducit sequens cap.



Vdiuimus. Ad idem est hoc capit. Alexandri papæ secundi. Sūma est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima narrat factum illius hæretici contra Valerianum episcopum. quia. s. excommunicauerat eum. In secunda declarat excommunicationem illam nullam fuisse. ideo non curandam. Secūda ibi, verum quia. Lege te. ¶ [Audiuimus dictus Archiepiscopus.] quasi diceret non erat in veritate Archiepiscopus [verum] secunda pars [absoluendos] de facto, quia quidam putabant eum esse, hereticum, semper. n. consueuit ecclesia romana ad cautelam absoluere siue excōmunicatos post appellationem, siue à non suo iudice, quamuis nullo modo excommunicatio tenuerit Hu. [nō curare] per hoc probatur, quod non est curandum de excommunicatione facta à non suo iudice 11. q. 3. cui.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Spiritum sanctum non habentes an possint ligare vel soluere.*
2 *Sacerdos existens intra communionem ecclesiæ licet non habeat spiritum sanctum per gratiam gratum facientem potest remittere peccata siue ligare.*
3 *Non tamen habet digne vel congrue vsum clauium nu. 3.*
4 *Excommunicare nec excommunicari nullus potest nisi fidelis.*
5 *Dicere aliquid potest aliquis in spiritu sancto dupliciter.*

Si autem. §. Est, in quo magister Gratianus probat aliam partem suæ distinctionis positæ in primo. §. Et sicut probauit hactenus de eo qui incidit in heresim veterem, ꝙ esset excommunicatus, & per cōsequēs alios excommunicare non posset. Ita nunc probat idem de eo, qui nouam hæresim confingit, quod probat maxime tribus rationibus, quas multis authoritatibus confirmat. Lege. ¶ [Si autem ex quo talia prædicare] infra eo. cap. ait & c. aperte. Arch. [ceperit] maxime [deijcere quemquam] ab ecclesia [iam prostratus] per hæresim [ligandi &c.] prima ratio. [veris] .i. catholicis qui veritatem fidei habent [non falsis] .i. hæreticis qui falsa dogmata aliena à veritate sequuntur hoc probat authoritate [apostolis quorum &c.] Ioan. 20. [præmisit] no. ar. ex ordine verborum d. 42. ca. 1.

Exponit literam.

Hu. [Accipite spiritum sanctum] cum qui spiritum sanctū non habet peccata non possit tenere vel remittere. ¶ Pro 1 intelligentia huius rationis. Quæritur vtrum hoc, verum sit, ꝙ non habentes spiritum sanctum nō possit ligare nec absoluere. Et videtur ꝙ sic ex præsenti tex. ¶ In oppositum vr quia cū nullus posset scire de alio, an haberet spūm sanctum per gratiam gratum facientem, si soli habentes spiritum sanctum. s. per gratiam gratum facien. nullus sciret se absolutum esse vel ligatum, quod est valde inconueniens. Ad hanc quæstionem breuiter ꝑ nunc dicemus, quia alias sepe locuti sumus de hmōi materia maxime in summa nostra de ecclesia in fine 1. libri. dicimus ergo nunc primo, ꝙ loqui possumus aut de absolutione peccatorum, quæ tam potestatē ordinis sacerdotalis quam iurisdictionis requirit. aut de ligatione excommunicationis, & absolutionis, ab eadem, quæ solam iurisdictionem spiritualem requirit. Si primo modo tūc dicimus. ꝙ dupliciter loqui possumus de clauium collatione, aut quantum ad ea, quæ sunt de necessitate, aut quantum ad ea quæ sunt de idoneitate, quan- 2 tum ad primum sit ista conclusio. † ꝙ sacerdos existens intra communionem ecclesiæ licet non habeat spūm sanctū per gratiam gratum facientem, sed sit in peccato mortali, potest remittere peccata siue ligare, siue sub alijs verbis habet vsum clauium. Ista cōclusiō probatur sic iuxta S. Tho. in 4. Sicut participatio formæ quæ est introducenda nō facit instrumentum, nec subtractio talis formæ tollit vsum instrumenti, sed homo est tantum instrumētum agens in vsu clauium, ergo quantumcunque per peccatum gratia, sit priuatus, per quam fit remissio peccatorum nullo modo priuatur vsu clauium. ¶ Præterea secundo sic. iniquitas ministri non potest auferre liberalitatem domini, sed sacerdos est solum minister Dei, ergo nō potest sua malitia donum à Deo transmissum auferre. patet eadem conclusio ꝑ rationem in principio factam in oppositum quæstionis. 3 ¶ Considerando secundam partem sit ista conclusio. † Sacerdos existens intra communionem ecclesiæ non habens spiritum sanctum per gratiam gratum facientem, non habet digne aut congrue vsum clauium, patet conclusio. Primo ratione sic. Sacerdos in vsu clauium habet officium mediatoris, & reconciliatoris, & autoritas ipsa est iudiciariæ potestatis, sed nullus est bonus mediator qui est inimicus siue odiosus. dicit. n. Gregorius. Tum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. ¶ Præterea nullus fit bonus iudex in ea causa in qua ipse est reus, ergo conuenientissimum est, ꝙ minister huius potestatis sit mundus & sanctus. vnde Esaias dicit, mūdamini qui fertis vasa domini alias & si minister sit non tamen idoneus siue dignus. vnde hac ratione quia solus dignus minister est qui Deo placet, dicit August. super Io. ꝙ quando dictum est Petro. tibi dabo claues regni cœlorum Petrus typum gerebat bonorum. Et hoc de primo modo loquendi de potestate ligandi & absoluendi. ¶ Quibus habitis dicendum est ad præsentem literam secundum ꝙ gl. & Hu. & Arch. dicunt, ꝙ intelligenda est de congruitate, aut merito vitæ, vnde S. Th. conformiter in 4. dicit, ꝙ donum spūs sancti exigitur non vt sine quo fieri non posset, sed quia sine eo incongrue fit ex parte vtentis. quamuis subijciens se clauibus effectum clauium consequatur. ¶ Nūc dicendum est de secundo modo. s. de potestate excommunicandi, de qua est ad propositum. quia qō nostra est vtrū hæreticus possit excommunicare aut dare absolutionem, circa quod videtur nobis ꝙ si eodem modo diceremus hic nihil concluderet Grat. nisi tantum ꝙ hæretici non digne, non ex merito vitæ possunt ligare aut soluere. Et ideo videtur nobis aliter exponendum. pro quo notandum, ꝙ sicut vsus clauium in peccatorum absolutione requirit in ministro donum potestatis gratis datum, quod dr idem per essentiam cum charitate sacerdotali. ita vsus ligandi, & soluendi in foro exteriori spūali, siue ecclesiastico necessario requirit potestatem iurisdictionis spūalis in vtente respectu eius in quo vtitur, alias nihil faceret. ¶ Secundo notandum ꝙ sicut potestas clauium in foro conscientiæ necessario exigit in ministro, ꝙ sit baptismali charactere insignitus, quia sine baptismo cum sit ianua sacramentorū, & principium spūalis vitæ, vt dicit Dionysius & Damasus nō potest quis esse capax cuiuscunque spūalis potestatis. Ita iurisdictio spūalis requirit in ministro eius siue in vtente, ꝙ sit intra vnitatem ecclesiæ, quoniam sicut spūs sanctus nō datur ex-

Questio
Primum ar.
Oppon. in cōtrarium
Respondet
Prima cōcl.
S. Tho.
Scda conc.
Greg.
Augus.
Ad arg.
S. Tho.
Dionisius
Damasus

tur extra ecclesiam,ita extra ecclesiã nihil operatur.¶ Tertio notandum,ꝙ inter effectus spũi sancto appropriatos, est vnitas ecclesiæ.vnde apostolus 1.ad Cor.12.Etenim in vno spũ omnes nos in vnum corpus baptizati sumus glos. vno spũ.s.sancto ducti sumus in vnum corpus.Idem habetur ex illo ad Ephe.5. vnum corpus & vnus spũs gl. vnum corpus efficimur propter societatem,quam facit spũs sanctus. ¶ Quarto notandum , ꝙ inter illa per quæ vnitatem ecclesiæ efficit spũs sanctus in primo loco occurrit fides,q̃ vna est in omnibus fidelibus.Idem.n.omnes credunt vnde apostolus ad Hebre.11.accedentem ad Deum oportet primo credere Hug.de sancto Victore dicit,ꝙ per fidem accepimus vnionem,per charitatem viuificationem.¶ Istis notatis videtur nunc ꝙ bene arguat Gratianus ex dicta autoritate contra hæreticos,quoniam sicut,qui non habent spiritum sanctum per donum gratis datũ(ꝙ est potestas clauium)non potest remittere aut tenere peccata.Ita qui non habet spũm sanctum,quantum ad hoc donum,quod est fides.per quod quis efficitur de vnitate ecclesiæ.dicit.n.August.ibi ecclesia vbi fides,non potest etiam ligare vinculo excommuuicationis aut absoluere.Nunc exponatur litera sic.[eum qui spiritum sanctum non habet]per donum vnitatis ecclesiasticæ ꝙ facit ipse spũs sanctus non potest &c. [porro spiritum sanctum &c.]per gratiam gratis datam.s. per donum fidei,sicut dictũ est quod cõsequenter ostẽdit dicens.vnde non nisi congregatis &c. Act. 2. [Cũ ergo]secunda ratio,siue autoritas[apostolus ait]ad Rom.8.Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus,sed ipse spũs postulat pro nobis &c. gl.i.nos postulare,orare,gemere facit[vnde dominus] ertia ratio,vel autoritas.dominus dicturus Ioan.15.[Et item vbi duo &c.]quarta autoritas Matth.18.[non habitare] ꝑ gratiam gratum facientem,nec per fidem in cordibus &c. [Cum ergo.]Concludit ex dictis.[vnde cum omnibus parem].i.similem,vel loquitur quantum ad potestatem ordinis[tibi] existenti in vnitate.[dabo]Ma.16.dicit.n.Aug.super Io.& habetur infra eo.quodcunque,ꝙ Petrus cum claues accepit,ecclesiam sanctam significauit[alienus]per hæresim, vel scisma. [execrare põt] exprobratiuum est.i.male sacrare,quia factum eius est execrabile,vel quia ipse est execrabilis ipso facto excommunicari potest Hug. [consecrare non valet].i.executionem ordinis sui digne habere [excommunicationis potestatem non habet]quia extra ecclesiam existens iurisdictionem spũalem habere nõ potest [vnde apostolus] quinta ꝓbatio siue autoritas. [apostolus] .1.ad Cor.5.[Ego quidem].s.habens autoritatem à domino super vos.[absens corpore præsens autem spiritu].i.charitatis affectu [congregatis &c.] quia crimina publica quale istud erat debent in publico puniri 2.q.1.de manifesta, & extra de dolo & contu.veritatis.[non nisi fidem &c.notandum].i.excommunicandum.hic habes ꝙ nullus nisi fi-
4 delis potest excommunicari nec excommunicare[operari valet]ad vitam Hug.cum nemo possit dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. ¶ Pro intelligentia huius verbis apostoli quod scribit 1.Cor.12.Quæritur vtrum hoc sit verum quod nemo potest dicere dominus Iesus &c.Et videtur quod non.quia Mat.7.dicit dominus, non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit regnum cœlorum,ad quod gratia inducit,ergo videtur quod possit quis dicere,nomen Iesu absque gratia,& per consequens non in spiritu sancto.In oppositum est autoritas apostoli.¶ Respondeo dicendum iuxta magistrum Nico.de lyra super apo-
5 stolum.†quod aliquis potest. dicere in spiritu aliquid dupliciter , vno modo spiritu sancto mouente , sed non habito,& hæc motio duplex est.vna per generalem influxũ, & hoc modo dicit Ambrosius quod omne verum à quocunque dicatur,à spiritu sancto est. Alia est per influxum spiritualem,& maxime in his, quæ excedunt facultatem naturę,& hoc modo Balaam multa vera prædixit. Nu.24. & Caiphas prophetauit,quod Iesus moriturus erat pro gẽte.Ioannes.11.Alio modo dicitur aliquid in spiritu , spiritu sancto mouente , & habito per gratiam in mente , & hoc modo intelligitur dictum apostoli , quod nemo potest dicere dominus Iesus, s. vere . ita quod Iesus sit ipsius veraciter dominus,& ipse seruus eius. quod nõ potest esse sine spiritu sancto ipsum inhabitante per gratiam , & mouente ipsum saltem per influẽtiam generalem, & hoc etiam requiritur in omni opere meritorio.[Item cum do-

Hu.de S.Vi. | August. | Augu. | Quæstio. Primũ ar. | Opponit & Respondet | Ambrosius.

minus]sexta ratio,siue probatio.[prohibeat]in figura.Leuiti.11.[catholicam] quia cum præciperet dominus Moysi de imolatione agni paschalis,iussit,ꝙ in domo commederetur,nec ferretur de carnibus eius quidquã foras.in quo significatum est,ꝙ extra domum ecclesiæ veri agni carnes digne non sumuntur.Quare concludit[qui professione & cæterea ab eius].s.catholicæ ecclesiæ,non repellũtur si pœnitere & redire ad ecclesiam voluerint[sed abire permittuntur]sicut ponit exemplum,non autem probationẽ nouam[qui audientes nisi &c.]Io.6.[hinc etiam apostolus] septima probatio.[cum excommunicandis]. 1.ad Corin. 5.[frater]apud Deum.[in vna eius fide.]coniunctus.[non nisi fidelem].i.baptizatum Arch.[vel potius] aliam ponit causam Hu.[quia si ut maior est].i.ordine,& officio d.21. denique.[ita qui ex officio].i.iurisdictione ordinaria , vel delegata[maledicit] .i.excommunicat.[liquide constat.] concludit ex præcedẽtibus.[In alienum].i.hæreticũ[ęqualem]in hæresi,non prælatione[sententiam excommunicationis non potest]quia par in parem non habet imperiũ.

Hoc autem. §.Est,ĩ quo magister Gratianus post quam ostendit,ꝙ hæretici & scismatici nec ligare possunt,nec absoluere quia sunt extra vnitatem vniuersalis ecclesiæ,Nunc ab isto probat per multa capitula,ꝙ qui non tenet cum ecclesia Romana,nec ligare poterit,nec soluere , quia.s.non habet claues Petri 11.quęstione.3.illud.

1 *Sententia iniuste lata non tenet.*



Manet. Inducit in primis hoc c.quod est Leonis papę.Summa est in rubro breue est.Lege. ¶ [Manet ergo priuilegiũ Petri]quod est,vt quod fit ab eo,vel successoribus eius in militãti ecclesia in triũphãti comprobetur.[iudicium].i.sentẽtia, qua quis ligatur vel absoluitur,[nec nimia]est expositio præcedentis literę.i.tunc fit ex æquitate & manet priuilegiũ Petri. [vbi nec nimia seueritas,nec remissio].i. negligentia, qua vtrunque vitium.ad hoc d.45.disciplina & c.omnis & c.sunt nanque ar.ꝙ si iniuste remittit non manet ibi priui-
1 legium Petri,nec eius sententia Hu.& gl.ar.†ꝙ sententia iniuste lata non tenet.sed cõtra 11.q.3.si episcopus forte.Sed hic dr̃ de sententia,qua quis ligatur quo ad Deum,nõ quo ad ecclesiam.sed etiam illa quandoque non tenet extra de sen.excom.per tuas gl.[ligatum]quantum ad ecclesiã triũphant em.[Petrus].i.autoritas Petri.



Quodcunque. Ad idẽ est hoc ca.quod est Augu.super Io.Summa est in rubro.Ostendit Aug.hic ꝙ potestas data non fuit sibi soli,sed toti posteriorit ati ecclesiæ in suis successoribus, & sacerdotibus. Diuiditur ergo in duas partes. In prima ponit dictum Christi ad Petrum , per quod promisit sibi daturum clauium potestatem.In secunda ex secundo arguit Aug. propositum suum.secunda ibi,si hoc Petro. Lege te. ¶[Quodcunque &c.] generaliter loquitur,nil excipiendo , quoniã potestas Petri extenditur ad omnem populum secundum omnem differentiam conditionis, ordinis, & status, loci , & tẽporis.dicit.n.Chrysostomus super actus apostolorũ ꝙ Petrus à filio super omne quod filij est accepit potestatem non in gente vna,sicut Moyses,sed in vniuerso orbe[in cęlis].i.approbabit in cœlis.dicit glo.Mat.16.vide quantam potestatem habet petra,super quam fundatur ecclesia , vt etiam eius iudicia maneant firma,quasi Deo iudicante per eam.Sed attende,ꝙ hoc supponit debitum vsum clauium, aliter illud non approbatur in cœlis.hic mouet aliqua gl. de quibus non disputauimus tam dist.20. cap. decretales. quam de pœn.d.1.in c.verbum . [Si hoc] secunda pars [tñ Petro].s.vt eius personam non transgrediatur[non ligare] & absoluere.[non facit].i.non fit in ecclesia,sed sic est,ꝙ in ecclesia,fiat vtique quæ.s.nunc post mortem Petri in terra ligantur,& in cœlo pro talibus tenebuntur,siue talis ligatio,siue absolutio approbabitur à Deo,qui talem potestatẽ dedit ecclesiæ ministris[excommunicat ecclesia].i. autoritas ecclesiæ.Si ergo ecclesiam sanctam significauit nõ vt quidam male exponunt.i.sub signo & nomine ecclesiæ tanquam syndicus,aut procurator ecclesiæ,hæc expositio est falsissima,quoniam si nomine ecclesiæ sequerentur multi errores.primo,ꝙ nulla dignitas aut authoritas ex collatione

Archi | Exponit literam | Diuisio. | Exponit literam. | Chrysost.

tione esset Petro acquisita, sed solum ecclesiæ, sicut procurator nihil sibi acquirit, sed ei cuius est procurator in suscipiẽdo aliquid nomine eius. sed hoc est falsissimũ, quia Petro Christus inquit beatus &c. tibi dabo &c. ¶ Secundo sequeretur, ꝙ nomen principis, aut pastoris aut capitis ecclesiæ non veraciter diceretur de Petro, sed de ecclesia. cuius nomine recepisset clauium principatũ ille, qui nomine alicuius recepit possessionem regni, aut epatus. nõ ipse, sed cuius nomine accipit, dicitur rex aut episcopus. ¶ Tertio sequeretur, ꝙ potestas clauium data esset communitati ecclesiæ vniuersalis, ꝙ non alias ostendimus de clauibus quę proprie dicuntur regni cœlorum esse impossibile. de pœn. d.j. in c. verbũ, & in summa nostra de potestate ecclesię. diffuse contra errores quorundam Basiliẽsium. dicit ergo significare ecclesiam, quia non pro se tantum accepit, nec ꝑ tempore suo tantum, sed pro tota posteriori tat. ecclesiæ non tamen in omnibus personis, aut suppositis vniuersalis ecclesiæ, sed tantum ait Hierony. in solis episcopis, & presbyteris, sicut per distinctionẽ priuilegij personalis, & realis quis potest aperte intelligere, si in persona Petri, qui firmus fuit in petra veræ fidei, significantur boni. s. episcopi & sacerdotes catholici. Et ideo isti cum Petro ligant, & soluunt non autem hæretici, qui per Iudam traditorem significati sunt. Hierony.

NOn turbatur. Sequitur ad idem principale propositũ hoc ca. quod est beati Ambrosij super Lucam. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit qualiter quis & si proprijs meritis firmus sit, contingit tamen, vt alijs. s. demeritis turbetur. In secunda elicit ex hoc, ꝙ perfidi & mali sunt cauendi. In 3. tangit quandam prærogatiuam potestatis Petri. Secunda ibi, caueamus igitur. Tertia ibi, denique. Lege. ¶ [Non turbatur nauis quæ Petrum habet] .s. sine Iuda .i. bonos tantũ, qui vt dictum est in præcedenti cap. bonos significat, & Iudas malos. Ista nauis fuit illa, in qua Petrus post Christi resurrectionem iuit piscari cum alijs discipulis. [turbatur illa quæ &c.] ante passionẽ vt dr̃ Matt. 14. fuerunt discipuli in naui. s. Petrus Iudas, & alij, & illa nauis turbata est, & significat ecclesiam militantem, vbi multæ sunt tribulationes. sed illa in qua post passionem & resurrectionẽ fuit Petrus, non est turbata, & significat triũphantem. [Et si multa illa discipulorũ merita] .i. discipuli multorũ meritorũ [in vtraq; Petrus] .s. fuit, vt dictum est [turbatur alienis] sæpe impediunt iustorum peccata malorum 1. q. 4. §. item si peccata & 23. q. 5. quid ergo. [caueamus] 2. pars. [fluctuemus] .i. pereamus, vel affligamur Hug. [prouidentia] .i. Petrus Arch. [fides superat] .s. Christus ad Hæbre. 11. Sancti ꝑ fidem vicerunt regna. Et Chryso. super Mat. dicit ꝙ fidei virtus in periculis sequuta est [quomodo &c. firmamẽtũ] .i. Christus [perfecta dilectio] quia vt dr̃ prima Io. 3. Charitas foras mittit timorem [denique] tertia pars. licet. n. ad apostolos dictum sit, laxate retia vestra in capturam pisciũ soli Petro dictum est. duc in altum. quia ad omnes prædicatores pertinet proferre verbum doctrinæ euangelicæ, q bus dr̃ Mar. vlt. prædicate euangelium omni creaturæ, sed altas q̃ones circa fidem determinare, & in lucem veritatis ducere, hoc soli Petro suisq; successoribus reliquit j. eo. quoties. vnde Lucæ 22. ait dominus Petro. Petre ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Tu autem conuersus cõfirma fratres tuos. [Quid tã altum diuitiarum] .i. diuinitatis, & professionem cum dixit. Tu es Christus filius Dei viui [nequeat] secundum illud Esa. 53. generationem eius qs enarrabit [fidei plenitudo.] quia inter articulos fidei generatio ipsa filij Dei æterna continetur.

Diuisio. Exponit literam. Chrysosto.

1 *Piscandi duo sunt genera.*

EST aliud. Ad idem. s. ad designandam ꝑrogatiuam Petri super alios discipulos sequitur hoc capitulum eiusdem Ambrosij vbi supra. Sũma est in rubro. Breue est, non diuiditur. Lege. ¶ [Est aliud piscãdi genus.] 1 Duo sunt genera piscandi. s. retibus, & hamo. de primo dictum est in ꝑcedenti ca. de secũdo hic quo genere solus Petrus iussus est à Domino piscari Matth. 17. ad finem soluendi tributum: vnde dixit vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem quem primo apprehenderis, tolle & aperto ore eius inuenies staterem, illum assumens da eis pro te, & pro me. quia iam Petrum fecerat capitaneũ supra alios apostolos. Soli. n. capitanei soluebant tributum. vnde August li. quæstionum noui & veteris testamenti. Saluator noster cum pro se & Petro dari iubet, pro omnibus soluisse videtur, quia sicut in saluatore erant omnes causæ magisterij, ita etiam post Saluatorem omnes in Petro continentur. ipsum. n. constituit caput eorum vt pastor esset gregis Dominici gl. intelligens per hamum iurisdictionem, qua Petrus præfuit alijs, dixit, quod solus ipse illo piscandi genere piscatus est, quia ipse præ alijs iurisdictionem habuit in vniuersum orbem. vnde ipse vocatus est in plenitudinem potestatis 2. q. 6. c. decreto & c. qui se scit.

Exponit literam. August.

1 *Ecclesia Romana quam prærogatiuam habeat a Christo.*



A Recta. Ad idem ad ostendendum prærogatiuã apostolicæ sedis est hoc c. ꝙ est Iulij papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres. In prima episcopos qui ab hæreticis molestabantur hortatur ad patientiã. In secunda assignat causam meritoriam. In tertia arguit idem ex firmitate apostolicæ sedis, quæ nunquã aliquo errore à tramite veritatis declinasse probatur 2. ibi, scientes. 3. ibi, hæc est apostolorum. Lege tex. ¶ [A recta.] loquitur papa quibusdã epis, qui patiebantur multas molestias & psecutiones ab hæreticis, Ita vt occasione illarum persecutionũ fluctuare viderẽtur in fide. vnde ait. [A recta fide & apostolica] .i. apostolorũ siue apostolicæ sedis quæ magistra fidei est, propter nullam perturbationem vobis illatam nolite recedere. sed estote fortes in bello. [sciẽtes] 2. pars [quoniam iuxta &c.] Matth. 5. [hæc est] 3. pars [viua] .i. vera. [Apostolorum nunquam errasse probatur.] ¶ Sed hic surgit quæstio vt in glo. de qua ecclesia loquitur iste te. aut. n. loquitur de papa qui vt inquit dr̃ ecclesia vt supra e. quodcunque & 7. q. 1. scire debes: Et de tali inquit glo. Certum est, ꝙ papa potest errare vt d. 19. Anastasius, & d. 40. si papa. Respondet glo. ipsa congregatio fidelium hic dr̃ ecclesia vt de com. d. 1. ecclesia, & talis ecclesia, nõ potest nõ esse, vt infra e. pudenda. Nam ipse dominus orat pro ecclesia 21. d. §. 1. idem dicit Hug. Sed iudicio nostro ista quæst. fuit irrationabiliter posita. Tum primo, quia certum est de qua ecclesia loquatur tex. iste, quia non de papa, nec papa dr̃ ecclesia, quia nec in c. quodcunque, quia ibi bene dr̃ Petrum significasse ecclesiam, cum claues acceperit non tamen quod ecclesia. Præterea nec in c. scire debes, quia licet ibi dicatur ꝙ episcopus sit in ecclesia, & ecclesia in episcopo, non tamen dr̃ ꝙ episcopus sit ecclesia imo innuitur manifeste contrarium, cum proprie nihil dicatur esse in seipso. Tum secundo non loquitur de ecclesia vniuersali, quæ est congregatio omnium fidelium, quia licet tota vniuersalis ecclesia errare non possit à recta fide, de ea tamen nõ est hic sermo, sed de ecclesia romana, quæ dr̃ mater omnium ecclesiarum & caput & magistra. Clarum est autem, ꝙ huiusmodi non est ecclesia vniuersalis, quæ dr̃ congregatio, omnium fidelium. Sic enim ecclesia corpus dr̃, non caput, præterea ex sequentibus duobus capitulis manifeste habetur de qua ecclesia loquatur, quia ecclesia romana, & aper
1 tissime ex c. hæc ẽ fides. † Ecclesia enim romana siue sedes apostolica hanc prærogatiuam habuit, & habet à Christo, ꝙ in his quæ fidei sunt & necessaria ad salutem nunquam errauit, nec errare potest stante promissione diuina, quod in primis patet ex illa saluatoris nostri promissione, quę cassa esse non potest, qua Petro loquutus est dicens. Tu es Petrus, & super hanc &c. quam Christi promissionem de firmitate fidei apostolicæ sedis accipiendam esse, sancti doctores testantur, vnde Cyrillus patriarcha Alexandrinus, vt inducitur in glo. continua super Matt. ita ait. Secundum hanc domini promissionem ecclesia apostolica Petri ab oĩ seductione & hæretica circumuentione immaculata manet super præpositos, & episcopos & super omnes primates ecclesiarũ, & populorum: in fide plenissima & authoritate Petri, & cum aliæ ecclesiæ quarundam errore verecũdatæ sint stabilita ipsa impassibiliter regnat, silentium imponens & omnium obturans ora hæreticorum. ¶ Item B. Chrysostomus super Matt. idem confirmans ait, vide qualiter Christus reduxit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam, hæc. n. ei promittit quæ sunt propria solius Dei. s peccata.

Exponit literam. Quæstio. Respondet. Chrysosto.

sequutionum,& tentationum procellas.¶Item idem Apostolicæ sedis priuilegiũ patet ex illa promissione Christi, qua Petro pro sede sua loquens ait Lucæ 22.Ego pro te rogaui Petre,vt non deficiat fides tuas,& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.Quod autem de fide Petri in apostolica sede indefectibiliter semper mãsura intelligendum sit,sancti testantur doctores.In primis beatus Leo papa in sermone secundo ordinationis suæ pertractans prædictũ verbum Christi ita inquit. Specialis cura à domino Petri suscipitur,& ꝓ fide Petri ꝓprie supplicatꝰ tãq aliorũ status certior sit futurus,si mens principis victa nõ fuerit. Item Bernardus domino Innocentio papæ scribẽs,hoc priuilegium apostolicæ sedis ei testatur sic inquiens. oportet ad vestrum referri apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei,ea præsertim quæ de fide contingunt.Dignum namque arbitror ibi potissime resarciri damna fidei,vbi fides defectum sentire non posset.hæc ꝗppe prærogatiua est huius sedis,cui.n.alteri dictũ est, Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua.Idem ostenditur ex capitulo hæc est fides, de hoc breuitatis causa pro nũc satis,quia inferius aliqua dicemus.Et si quis vellet plenius videre videat summam nostram de ecclesia secundo li.s.in c.109.& 110.& 111.& 112.vbi copiose materias istas disputauimus. Sequitur. [Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum.]Qualiter autem Romana ecclesia, dicatur mater ecclesiarum declarauimus d.12.in c.non decet[apostolicæ traditionis].i.doctrinæ[principibus]. s.Petro,& Paulo.

Leo Papa.
Bernar.



Memor sum. Ad idem est hoc c.Sixti papæ.Sũma est in rubro.breue est. Lege.¶[Memor sum sub illius nomine] s.Petri [cuius].s.Petri[confessio.]s.in qua ecclesia est fundata[est à domino glorificata.] Nam postquam Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui,ait Christus ei,Beatus es Simon Bariona quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis &c.quia vt dr in c.se.in sede apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio quæ omnes hæreses destruit.Est.n.illa turris Dauidica à qua pendet omnis armatura fortium, & turris perfectæ fortitudinis,à facie hæreticorũ omnes hæreses interimẽs in vniuerso mũdo.vnde ipsa,vt ait Cyrillus patriarcha,Stabilita regna silentium imponens,& omnium obturans ora Leonum hæreticorum[non literæ aliter].s.præesse H.[conatus].i.vires [ei causæ.]s.destructioni hereticorum Hu.[in qua vniuersalis ecclesiæ salus]Salus.n.ecclesię fides est,iustus.n.ex fide viuit ad Ro.1.vnde Augu.li.de fide ad Petrum. fides est omnium bonorum fundamantum, fides est humanæ salutis initium. Salus ergo vniuersalis ecclesiæ infestatur cum ab hæreticis impugnatur.

Exponit literam;
Cyrillus.
Augu.



In sede. Ad idem est hoc cap. Eusebij papæ.Sũma est in rubro.Breue est, veritas huius capituli patet ex c. à recta,arguendo sic sedes apostolica per oĩpotentis Dei gratiam à tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, ergo extra maculam semper est catholica in ea seruata religio 21.di.quanuis Arch.

1 *Dubia occurrentia de fide determinare pertinet ad solum romanum pontificem.*

Quoties. Ad idem est hoc c.quod est Innocentij papæ.Summa est in rubro.¶Pro pleniori intelligentia huius capi-
1 tulum quæritur.¶†Vtrum ad solũ Romanũ pontificem pertineat sententialiter determinare dubia de fide occurrentia.Et arguitur multipliciter, ꝙ non primo sic ex c.frater noster 16.q.1.vbi dicit papa.[Si quæ causa vel fidei vel criminis vel pecuniaria,per responsales nostros cognoscatur,ergo non solius Romani pontificis est fidei causas determinare.¶Secundo idem arguitur de c.ad abolendam.extra de hæreticis.vbi dr, excommunicamus generaliter quoscunque,quos eadem romana ecclesia vel episcopi per dioceses suas iudicauerunt hæreticos.ergo non tantum Ro.Ponti.sed etiam aliorum episcoporum est iudicare de hæreticis.¶Tertio sic,concilia vniuersalia dubia in fide sententialiter determinarunt,& hæreticos condemnauerunt sicut supra c.maiores & supra d. 16.sancta octo concilia & c.6.¶Quarto sic secundum Philosopum vnusquisq; bene iudicat de his,quæ nouit,& horum est bonus iudex.sed multi in notitia sacræ scripturæ & in his,quæ fidei sunt magis illuminati,& experti,quam summus pontifex ergo ad tales magis pertinet determinare ea,quæ sunt fidei,quam ad summum pontificem minus doctum. ¶In oppositum est c.præsens.¶Respondeo dicẽdum sub ista conclusione,ꝙ & si magistralis declaratio,& determinatio in occurẽtibus dubijs fidei,vel sacræ scripturæ possit pertinere ad alios,declaratio tamen & determinatio authoritatiua cui omnes habent obedire, ad solum Romanum põtificem spectet,siue pertineat.Ista conclusio patet authoritate,& rationibus. authoritate patet ex eo qđ legitur Act.15.vbi orta dissensione vtrum legalia essent obseruanda cum euangelio consultarunt Petrum & alios apostolos,qui erãt Hierosolymis.Et Petrus sicut princeps apostolorum decreuit legalia non esse obseruanda,licet Iacobus pronuntiauerit.Item colligitur ex illo.Exo.18.vbi dictum est Moysi,ꝙ fuit rector populi Israelitici, sicut papa populi Christiani,secundum illud Bernardi ad Eugenium 2.li.c.6.Tu quis es &c.Esto tu in populo in his,quæ ad deũ pertinent,vt ostendas eis ceremonias & ritum colẽdi deũ. Sicut ergo omnes quæstiones emergentes de lege & cultu Dei referebãtur Moysi determinãdæ,sic omnia quæ sunt fidei Christianæ ipsius papæ est ꝓpriæ determinare,& sententialiter diffinire.Consequenter probatur conclusio ratione primo sic.primum quod est in vnoquoq; genere est metrum & regula sequentium 8.physicorum. Cum ergo Petrus in Christi fide solidatus sit factus primus & maximus prælatorum,& caput omnium fidelium, videtur ꝙ in pertinentibus ad fidem sit factus regula ac scia credendorum,ac omnium que ad directionem fidelium in vitam æternam necessaria sunt,vnde dominus Lucę 25.ait Petro Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua.Sed tu aliquando conuersus confirma fratres tuos,à qua Christi promissione deriuatum est hoc priuilegium apostolicę sedi,vt dubia quæ orientur de fide,ei determinanda referantur, propter quod dicebat Cyrillus episcopus Alexandrinus in lib. thesaurorum,vt membra maneamus in capite nostro apostolico throno Romanorum Põtifice, à quo nostrum est quærere, quid credere & qđ tenere debeamus. Quocirca apostolica sedes per sanctos patres magistra ac mater fidei nominatꝛ,vt in c.omnes d.22.vnde & ipse sanctus Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanã profitetur ecclesiam. Hac ratione dicit Stephanus Papa quintus.omne vero quidquid Romana ecclesia ordinat ꝑpetuo irrefragabiliter obseruandum est,hac insuper causa beatus Hieronymus mittit ad Damasum papam professionem fidei suæ examinandam,& corrigendam infra e.hæc est fides. ¶Secundo ratione sic probatur præfata conclusio,vna fides debet esse totius ecclesiæ secũdum illud 1.ad Cor.1.idipsum dicatis omnes,& non sint in vobis scismata,hoc autem seruari non posset nisi quæstio fidei exorta determinaretur per eũ,qui toti ecclesiæ præest,vt sic eius sententia à tota ecclesia firmiter teneatur hinc dixit Maximus in epistola missa orientalibus.Omnes fines terræ qui dominium syncere receperunt,& vbique terrarum catholici veram fidem confitentes in potestatem romanorum pontificum tanquam in solem respiciunt,ex ipso lumẽ catholicæ & apostolicæ fidei recipiunt veritatem,nec immerito,quia Petrus legitur primam perfectam fidem esse confessus domino reuelante,cum dixit Matth.16.Tu es Christus filius Deus viui.hęc ille:de his satis pro isto loco.quia in summa nostra de ecclesia copiosius ista tractauimus. ¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur,ꝙ capitulum illud frater noster non facit ad propositum,quoniam non iniungitur ibi responsalibus papæ,ꝙ ipsi diffiniat aliquod dubium de fide catholica,sed ꝙ si Adrianus Thebanæ ciuitatis accusetur aut de fide,aut de aliquo crimine,cognoscant de illa causa,& si ardua est deducatur ad apostolicam sedem. ¶Ad secundam similiter respondetur,ꝙ ibi episcopis non iniungitur, ꝙ de dubijs fidei habeant se intromittere sñaliter diffiniendo,sed tantum ꝙ illi etiam sunt excommunicati,quos episcopi per suas Dioceses cum consilio peritorum iudicarent esse hæreticos,vnde glo.hic dr ꝙ de c.ad abolendam,intelligẽdum est,quando tale qđ dicunt,quod certum est esse hæresim.hic vero cum in dubium est,dr et Hu.hic, ꝙ episcopi possunt

Questio. Primum ar.
Secũm ar.
Tertium ar.
Quartũ ar.
Oppon.& Respondet
Bernardus.
Chrysost.
Maximus.
Ad primum argu,
Ad secũdũ
Hugu.

pi possunt in concilio quæstionem agitare de fide,& quisque in Diocœsi sua,& si non est dubium diffinire.vt 80.d. in illis vbi dicit glo.possunt agitare causas fidei,sed non ꝓcedere ad sententiam.¶ Ad tertiam dicendum est,ꝙ concilia authoritatem faciunt quæ ab apostolica sede robur habent & autoritatem.sicut patet d.17. per totum. ibi vide, quoniam multa de concilijs ibi disputauimus. Item patet ex c.significasti extra de elect.¶ Ad quartam respōdetur,ꝙ dictum philosophi intelligitur de iudicio discreto siue magistrali,ad quod simplex requiritur notitia.Sed ad iudiciū de alio dubio autoritatiue,de quo loquimur requirit potestas iurisdictionis ad ius dicendum & diffiniendum,cui omnes obedire debeant.vñ sicut dr̃ in c.decretales d.20. ꝙ aliud est terminū causis imponere,& aliud scripturas sanctas diligenter exponere negotijs diffiniendis non solum est necessaria scīa,sed & potestas.bene argumentum illud probat,ꝙ papa in definitione talium dubiorum debet habere apud se doctos viros in sacra pagina,maxime vt eorū studio plene veritas discutiatur,quia nullibi periculosius erratur quam in doctrina fidei,vt dicit August.Lege textū. ¶ [Quoties.fidei rō &c.]i.aliquid dubij de nouo oriat̃ 12.d.præceptis[prodesse certum]quia vnum est tribunal supremum,ad quod solum referenda sunt negotia fidei,& multum prodest ecclesijs omnib.Sic.n.magis seruatur vnitas fidei,& pax ecclesiarum.sic probatum est in quæstione.

Exponit literam.



Fficij. Ad idem principale propositum ēt est hoc c.quod est Iulij papæ. Summa est in rubro.Breue est.Lege.¶ [Officij dissimulare].s.ea quæ pace salua sine scādalo possunt corrigi.alias secus vt supra d.4.denique,& 11.q.3.quando Arch.[non est tacere libertas]bene dicit ꝙ tacendi nō est libertas,quando multi dormiunt in peccatis,multi lupi insidiantur ouibus,vñ opus est clamandi,& contra dormientes,& contra lupos aduersantes.dicit beatus Grego.in pastorali qui proximi mala respiciunt,& cum silentio linguam premunt,hi autem cōspectis vulneribus vsum medicationis subtrahunt, & eo plus mortis authores sunt,quo vulnus quod poterant curare nolūt,vnde taciturnitas est in prælatis damnabilis multomagis in papa 40.si papa[zelus.]Grego.super Ezec.Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum,omnis quippe spirituali zelus doctoris animum stringit, quia valde cruciatur dum infirmos quousque æterna deserere & rebus temporalibus dulcorari conspicit

Exponit literam.

1 *Papa si aliquid diffinit cum cardinalibus in his quæ sunt fidei an possit continere errorem contra fidem.*

2 *Prælatio consistit in tribus.*

3 *Christus ordinauit duas paupertates cōgruentes diuersis exercitijs perfectorum.*



Aec est fides. Ad idem venit hoc c.quod est Hieronymi.Summa est in rubro.vel sic.Qui fidē quā romana ecclesia approbat non sequitur siue amplectitur hæreticus esse cōprobatur. Et potest diuidi in tres parte.In 1. Hieronym. quia cum fuisset in partibus orientalibus ab aliquibus inculpabatur de hæresi.Scribit papę fidem suam,petens si in ea aliquid minus perite aut caute dictum sit pręcipiat emēdari.In secunda confitetur,ꝙ si apostolatus iudicio fuerit comprobata,quicunque eum culpare voluerit se non catholicum sed hæreticum cōprobabit.In 3.assignat causam quare iudicium ap̄licæ sedis in materia fidei sit firmū,certum & infallibile.Secunda ibi,si autem,hæc nostra.Tertia ibi,item sancta romana ecclesia.Lege textum. ¶ [Hæc est fides]hoc respicit ad hoc,quod præcesserat,quod hic non ponitur[emendari cupimus.]Et ita licet quis erret,si tamē paratus est corrigi,non est hæreticus infra e.q.3.dixit apostolus.Et idem dicit August.in epistola ad Glorium & Solentium,& rō est,quia hæreticus non est sine pertinacia[q, Petri sedem & fidem.]vtrunque posuit.quia si Petri sedem teneret & non fidem non esset sequendus,immo esset ei resistendum,sicut Paulus resistit Petro in obseruantia legalium,quia reprehensibilis erat vt patet ad Gala.2.[apostolatus tui iudicio comprobatur.]ar.quod quidquid approbat sedes Romana ab omnibus tenendum est,alioqui hæreticus vt hic Hu.ar.etiam ex consequente quod papa approbat nō licet alteri reprobare.ar.d.50.si ille,& d.12.omnes & 35.q.9.veniam,& d.19.si Romanorum gl.[item sancta]3.pars.[immaculata permansit]supra e.à.recta & c.in sede.[manebit]quia non moritur 12.q.3.liberti[insultatione].s.præualente.alias falsum esset,quia continue ab hæreticis insultatur persistet infra e.pudenda.Verum.¶ Pro pleniori intelligentia huius c.quod est multum prægnans, & ad pleniorem declarationem dandam ad authoritates apostolicæ sedis.Quæritur.¶ †Vtrum quod Romanus pontifex apostolatus sui iudicio siue cum fratribus suis dominis cardinalibus in his quæ fidei diffinierit, aut constituerit,possit errorem continere contra fidē.Et videtur ꝙ sic multipliciter tam rationibus quam exemplis.Ratione primo sic.papa potest errare & hæretica pollui prauitate.hoc patet ex c.si papa.d.40.ergo sequitur ꝙ possit in iudicio errare in his quæ fidei sunt.ergo iudicium papæ non est indefectibile in his quæ fidei sunt.¶ Secundo sic.possibile est, quod Romanus pontifex incidat ad hæresim damnatam, & quod talem hæresim diffiniat in iudicio cum fratribus suis,& videtur quod in tali casu errabit eius iudicium in fide,ergo idem,quod prius.¶ Tertio exemplis primo videtur,ꝙ Petrus errauerit in obseruantia legalium, vt patet ad Ga.2.& Paulus resistit ei,quia reprehēsibilis erat,& non recte ambulabat in vertate euangelij,ergo &c. ¶ Quarto videtur de Anastasio.qui videtur errare in declaratione, quam fecit de qua d.19.c.secundum ecclesiæ consuetudinem,in qua quos Achacius hęreticus post sententiam in se prolatam sacerdotes vel leuitas ordinauerat,Anastasius acceptis beneficijs rite fungi debere decreuit.hæc autem rescripta dr̃ Grat.illicite & non canonice,sed contra decreta prædecessorum suorum esse data.Et ita videtur ꝙ apostolica sedes errauerit. ¶ Quinto idē videt̃ manifestū de historia Stephani papæ,qui collecto concilio Formosum papam condemnauit, & omnes ordinationes eius irritas esse decreuit.Et de Ioanne 9. qui cōfirmauit ordinationem Formosi, & collecta sinodo Rauēnæ sinodum quā fecerat Stephanus contra formosum reprobauit. ¶ Sexto idem videtur ꝓbari de Ioāne 22.qui in declaratione quā fecit quæ incipit,cum inter nonnullos,declarauerit primo, ꝙ pertinaciter asserere Redemptorem nostrum & dominum Iesum Christum eiusque apostolos in speciali non habuisse aliqua,nec in communi sit hæreticum.Hæc declaratio videtur manifeste repugnare declarationi,& determinationi domini Nicolai,qui in decretali sua quæ incipit.Exijt q seminat.quæ declaratio per Bonifacium est inserta in sexto libro decretalium & ab vniuersali ecclesia recepta,ī qua declaratione Nicholaus ita dicit. porro cum ipsa regula expresse contineat,ꝙ fratres nihil sibi approprient &c.Et infra dicimus ꝙ abdicatio proprietatis huius omnium rerū tam in speciali,quam in communi,propter Deum meritoria est, & sancta, quam Christus viam perfectionis ostendens docuit,& exemplo confirmauit, quamque primi fundatores militantis ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserunt in volentes perfecte viuere, per vitæ atque doctrinæ ipsorum alueos deriuauerunt.hæc ibi.In qua declaratione asserere vr̃ Nicolaus,& diffinire,ꝙ Christus & Apostoli perfectionis viam ostendentes non habuerunt aliqua iure proprietatis in sp̄ali,nec in communi cui manifeste videtur repugnare declaratio præfati.Ioan.22.præterea dñs Ioan.vr̃ reuocasse in cōstitutione sua quod determinauit Nicolaus videlicet ꝙ fratres minores in rebus oblatis eis nihil iuris & dñij habent nisi solum vsum facti denudatum ab oī iure & dñio ac proprietate tam in sp̄ali quam in communi.¶ In oppositum est c.præsens B.Hierony.in quo dicit, ꝙ si Damasus papa apostolatus sui iudicio ꝓfessionē fidei suæ approbasset omnem redarguentem aut impugnantem diceret esse hæreticum,hoc autem non esset si iudicium papæ in his quæ fidei sunt posset continere errorem. ergo &c. ¶ Rñdeo dicendum saluo semper meliori iudicio,ꝙ papa q caput est ecclesiæ & magister & dux populi Christiani, non potest errare in his,qui de fide tenenda & credenda apostolatus sui officio publicæ Christiano populo decerneret,siue diffiniret esse credenda,& tenenda,siue ꝙ apostolicæ sedis iudicium in his quę fidei sunt est indefectibile,quod idem est.Ista conclusio probatur multipliciter autoritate,& rōne,autoritatibus primo oībus sitis qbus probaumus

Diuisio. *Exponit literam.* *Quæstio.* *Primū ar.* *Scdm ar.* *Tertiū ar.* *Quartū ar.* *Quintū ar.* *Sextum ar.* *Opponit in contrarium* *Respondet.*

bauimus supra in c.à recta, ꝙ romana ecclesia à recta fide nunquam deuiauerat, nec in futurum esset declinatura. Ratione sic. Primo sedis illius iudicium in his quæ fidei sunt credendum est esse indefectibile, ad cuius autoritatem & magisterium pertinet determinare, & diffinire ea, quæ credenda sunt populo chriano, symbolum edere, fidei dubia quæ in scriptura emergunt declarari, & interpretari: Hoc patet imo videtur esse tanquam primum principium clarissimum, quia alias nihil quod illius sedis autoritate & iudicio esset diffinitum foret firmum, & certum, sed in oĩbus illis dubium & fallibile, sed sedes apostolica est ad quã ptinet determinare ea, quæ sunt fidei. Simbolũ fidei edere, & dubia emergẽtia in fide, aut in sacra scriptura interptari, vt s.in c.quoties, ergo illius iudiciũ in illis quę fidei sunt errare non pót. ¶ Cõfirmatur sic. Si apostolicæ sedis iudiciũ potest in his quæ fidei sunt errare, siue ꝙ nihil habebitur certum in his, quæ apostolica sedes diffiniuit de fide, & de condemnatoine hæreticorum, & de sacramentis, de canonizatione sanctorum, de interpretatione dubiorum, sed omnia essent ambigua, sed hoc est inconuenientissimum, quia fidem ecclesiæ euacuat ait.n. Bernardus. fides non habet ambiguum ergo necesse est dicere, ꝙ apostolicæ sedis iudicium in his quæ fidei sunt errare non possit. ¶ Item ratione confirmatur sic. Ascensus oĩs qui est circa aliquid cũ possibilitate ad oppositũ includit formidinẽ nec ẽ ascẽsus firmus, nec aliquis assentit firmiter per illũ, qa assentit cũ possibilitate ad oppositũ, vñ firmus, & inuariabilis assensus circa aliquid requirit, ꝙ oppositum eius non possit esse verum, sed oĩno falsum, propter quod demonstratio quæ causat assensum inuariabilem est ex necessarijs, & quæ nó possunt aliter se habere. Si ergo sedes apostolica in his quę fidei sunt errare posset in iudicio, tunc credentes illud crederent illud verum esse possibile tamen falsum esse, & non necessario, & infallibiliter verum & per consequens cum formidine & cum dubitatione erroris possibilis. Et ita credentes fluctuarent, & essent dubij in fide & ita infideles, & sic innumerata inconuenientia sequeretur, quæ vnusquisque doctor cognoscere potest, ergo necessarium est dicere, ꝙ apostolicæ sedis iudicium &c. ¶ Quarto sic. Sedes apostolica siue Romana ecclesia nunquam à recta fide deuiauit, nec in futurum est recessura, vt in capitu. à recta, & in c.le.& in c.præsenti c.hæc est fides, ergo apostolicæ sedis iudicium in his, quæ fidei sunt nunquã errabit. consequentia est nota. ¶ Quinto sic. Illius sedis iudicium est cẽsendũ in his quæ fidei sunt indefectibile, ad quod maiores causę, & dubia emergẽtia circa fidem referenda sunt, sed ad apostolicam sedem sunt omnes hmõi fidei causæ deferendæ, vt per illam sedem diffiniatur quid tenendum sit vt s.in ca. quoties.& in c.multis d.17.& ĩ c.præceptis d.12. ergo apostolicæ sedis iudicium in his quæ fidei sunt errare non potest. consequentia patet. quoniam sicut in disciplinabilibus resolutio fit vsque ad prima principia quæ falsa esse nó possunt, ita causæ fidei referendę sunt ad thronum qui in iudicio errare non possit. ¶ Sexto sic, & proponuntur tria. Primo necessitas fidei, quia sine fide impossibile est placere Deo. ad Hæbre.11. ¶ Secundo vnitas fidei, quia prima ad Corin.1. idipsum dicant omnes dicit apostolus. Tertiũ firmitas fidei, vt sic stabilis, & incommutabilis, vt quæ petra est in ædificio ecclesiæ. vnde super petram ædificata dr̃ ecclesia Matth.16. Cum autem diuersæ qõnes insurgant & dubia plerunque emergant circa fidem inter fideles & impugnationes hæreticum necessarium fuit dare vnum tribunal siue vnum supremum iudicium notum, & certum, & infallibile in ecclesia Dei, & duraturum cum ea vsque ad consummationem seculi ad quod iudicium in oĩbus arduis maxime circa fidei doctrinam posset facile haberi recursus, cuius iudicio & determinationi omnes firmiter parere deberent. hoc patet ẽt qa aliter nulli determinationi aut diffinitioni aut declarationi quæ fieret circa ea, quæ fidei sunt firmiter adhæreretur, nec conclusiones & cõtrouersiæ forent sopitæ, & ita non videretur sufficienter ecclesiæ prouisum in his, quæ necessaria sunt ad salutem. contra illud Esa.3. quod est quod debui facere vineæ.i. ecclesiæ, & non feci. ¶ Septimo illius sedis iudicium est dicendum in his quæ sunt fidei indefectibilia, cuius autoritate sacra vniuersalia concilia conuocãtur, celebrãtur, & diffinita in eis roborantur, & confirmantur. sed authoritate apostolicæ sedis congregantur sacra concilia, & quæ in eis diffiniunt confirmantur. vt patet ex d.18. per totum.& ex c. confidimus 25.q.1.& ex.§.ibidem his, & ex.c. significasti de elect. ergo &c. Nunc satis est, q plura de hac materia vult videre legat summam nostram de ecclesia in qua nos plura disputauimus. ¶ His visis dicẽdum est ad rõnes in oppositum. Ad primam in qua arguit ꝙ papa potest errare. Respondetur negando consequentiam qa licet primum sit possibile secundum tamen nõ. Rõ diuersitatis est, quia assistentia spũs sancti permissa à Christo non respicit personam papæ, sed officium seu sedem. Et ideo cum opinari sit personæ iudicare vero sit officij, licet esset possibile, papam male opinari, errare tamen sententiando in iudicio de his quæ sunt fidei non est possibile stãte diuina promissione. Pro quo notandum cum S. Tho. in quolibeto 8. In quo quærens vtrũ omnes qui sunt canonizati per ecclesiam sint in gloria vel aliqui in inferno. dicit ꝙ aliqd potest iudicari possibile, secundum se cõsideratum, quod relatum ad aliquod extrinsecum impossibile inuenitur. dicimus ergo quod iudicium eorum q præsunt ecclesiæ potest errare in quibuslibet, si personæ eorum tantum respiciantur. Si vero consideratur diuina prouidentia, quæ ecclesiam suam spũ sancto dirigit sicut ipse Christus promisit. Io.14. docebit vos omnem veritatem necessariam ad salutem dicimus, ꝙ iudicium Romanæ ecclesiæ pro cuius fidei firmitate Christus in persona Petri orauit. Lucæ 22. In his quæ ad fidem pertinent errare est impossibile, vnde dr̃ S. Th. magis est standum sententiæ papæ, ad quem pertinet determinare de fide quam in iudicio profert, quam quoruncunque hoĩum sapientiũ opinionibus. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. Rõnem assignant qdam dicentes, qa Deus non permitteret eum diffinire hæresim, aut aliqd cõtra fidem, sed prohibet eum aut per mortem, per aliam fideliuni resistentiam, aut per aliorum instructionem, aut per internam inspirationem, aut per alios modos secundum quos Dei ecclesiæ sanctæ, & fidei vnitati multipliciter prouideri pót. sicut dñs prohibuit Balaam ne malediceret populo Israel. numer.22. Nos vero aliam rõnem damus, quare neganda est illa minor. videlicet qa si Romanus pontifex incideret in hæresim damnatam, & ita effectus esset hæreticus, ipso facto quo cadat à fide Petri, cadit a cathedra & sede Petri, & per consequens iudicium quod faceret talis hæreticus, non esset iudicium apostolicæ sedis. Imo nec iudicium alicuius authoritatis esset dicendum, aut momenti, qa cum per hæresim cecidisset à prælatione, per consequens autoritate iudicandi priuatus esset. vt in c. Nouatianus infra e.& in c. factus 7.q.1.& extra de off. vic. c. nos in tex. in gl. †prælatio autem, vt ait in c. quamuis. d.21. consistit in tribus, in iudicijs, vt in c. inferior. In præceptis, in ca. nunc autem. in sententijs, in c. denique c.d. Et ita patet quod obiectio aduersariorum nulla sit. ¶ Ad tertiã de Petro, ꝙ errauerit in obseruantia legaliũ respondetur, ꝙ falsum est ꝙ Petrus errauerit in diffiniendo aliqd erroneum, circa obseruãtiam legalium, imo ipse summus pontifex cum Iacobo, & alijs determinauit, & diffiniuit veritatem. s. ꝙ non oportebat legalia obseruare. vt patet Actuum 15. Et dr̃ Hieronymus in epistola ad August. ꝙ Petrus fuit actor illius decreti. Licet autem post de facto errasset agendo contra suam determinationem, non tamen errauit determinando aliquid contra fidem. Hic autem non quærimus vtrum papa possit agere contra determinata per apostolicam sedem, aut per consilia. Et an possit esse hæreticus. Sed an papa in determinando ea quæ fidei sunt ad credendum populo Christiano possit errare, exempli gratia papa determinat non esse iniustum faciendum, & tamen potest iniustum facere. Et ita ille error Petri non est contra conclusionem nostram. Præterea error ille Petri de quo reprehensus est à Paulo, non fuit error in fide, quia omnis talis est peccatum mortale. Petrus autem post missionem spiritus sancti non peccauit, nec alij apostoli mortaliter. Communiter.n. dr̃ à sanctis, ꝙ fuerunt post receptionem spũs sancti confirmati in grã secundum illud psal.74. Confirmasti columnas eius.i. apostolos, qui fuerunt columnæ, & per consequẽs non potuerunt peccare mortaliter. vnde Nicolaus de lyra super apostolum ad Gal.2. dr̃ ꝙ Petrus non peccauit ex facto, quod erat sibi licitum, sed ex modo faciendi, quia in hoc nimiam diligentiam adhibebat, ne Iudæos offenderet, ita ꝙ ex hoc sequebatur scandalũ gẽtilium, in tantum, quod aliqui inducebantur ad credendum, ꝙ talis abstinentia cibo-

Marginalia: Bernardus. — Ad primum argu. — S. Thom. — Ad secũdũ — 2 — Ad tertiũ — Hierony. — Nic. de lyr.

tia ciborum in lege prohibitorum esset necessaria ad salutem. Et ideo Paulus qui erat gentium, apostolus ipsum publice reprehendit, & Petrus audito periculo gentium, ei acquieuit, propter quod licet peccauerit in obseruando modo, fuit tamen peccatum veniale quod bene fuit post spus sancti in apostolos missionem, vnde dr̄ Io. in canonica sua 1. Io. 1. Si dixerimus ꝙ peccatum non habemus &c.

Ad quartū.

¶ Ad quartum argumentum de Anastasio dicendum est, quam falsum est, ꝙ declaratio præfata non fuit catholica & vera. Et quod dr̄ Grat. non est verum, sicut declarauimus d. 19. in prædicto c.

Ad quintū

¶ Ad quintam de historia Stephani &c. Respondetur ꝙ obiectio illa non militat contra conclusionē. qm̄ altercatio illa inter illos pontifices non fuit in materia fidei, aut circa ea quæ sunt necessaria ad salutem, sed fuit in quibusdam mūdanis processibus, & iudicijs. In illis aūt quæ sunt facti bene possunt errare iudicia pontificum sicut aliorum, vnde oī die quædam hmōi reuocantur, quædam innouantur, quædam corrigūtur. ¶ Ad sextā de declarationibus Io. 22. quæ videntur contrariæ declarationi factæ per dominum Nicolaum. Respondetur primo, ꝙ in veritate non opponuntur præfatæ declarationes sed stāt bene simul. Pro quo notandum ꝙ iuxta euangelium & sanctorum patrum expositione. †Duas paupertates a legim' Christum ordinasse congruentes diuersis exercitijs perfectorum. vnam videlicet & primam pro illis qui prædicaturi erant in Iudæa, quæ est nihil terrenum in proprio habere, nec in communi, de qua dominus mittens discipulos ad prædicandum sic ait Mat. 10. & nolite possidere aurum nec argētum &c. hoc autem Christus præcepit duplici de causa vna est, quam tangit Hieronymus in gl. ne causa lucri, & non causa salutis viderentur pdicare. Alia causa est q̄ tangit super illud dignus est operarius mercede sua, vbi sic dr̄. Ecce quare præcedit nihil ferre, quia oīa debentur eis. Et glo. Luc. 10. d. Ecce qui saccum & perā prohibuit sumptus ex prædicatione concessit. ¶ Secunda paupertas est ꝓ illis, q fixi erant mansuri in congregatione, & ista est nihil habere in proprio, sed bene in communi, de qua Actuum 4. dr̄ multitudinis autem credētium erat cor vnum, & aīa vna, nec quisquam eorum quæ possidebant suum esse dicebat sed erant eis omnia communia, Christus autem volens vtranque paupertatem approbare aliquando tenuit primā nihil pœnitus habens nec in spāli nec in communi viuens tantum ex his quæ deuotæ fœminæ sequentes eum administrabant ei & apostolis, vt habetur Luce 7. ¶ Secundam autem paupertatem approbauit aliquādo & verbo & exēplo. vnde Lucæ 22. inquit apostolis, quādo misi vos sine sacculo & pera & calciamentis, nunquid defuit vobis. At illi dixerunt nihil. dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter & peram &c. vbi gl. interli. dr̄ in hoc quoque nobis datur exemplum, vt nōnunquam causa instāte de nostri ꝓpositi rigore, sine culpa intermittere possimus. Præterea ēt Christus exemplo firmauit prædictam paupertatem habens loculos in quib. seruabantur ea, quæ dabantur ei ad sui & suorum necessitates, de quo Io. 13. & in c. habebat 12. q. 1. & in c. exemplum. nec potest dici, ꝙ hic paupertatis modus perfectis non conueniat tanquam habere aliqua in communi deroget euangelicæ perfectioni, patet. Tum qa Christus perfectissimus & apostoli eius sanctissimi eam obseruarunt, & obseruandam ecclesiæ relinquunt, vt August. dr̄ in c. exemplum 12. q. 1. Tum ex cōmuni obseruātia oīum sanctarum religionum Basilij, August. Benedicti, quæ omnes habent aliqua in communi. Tum ex declaratione quam Gregorius nonus in quadam sua decretali facit. extra de exces. præl. nimis. aliqua in qua expresse asserit fratres prædicatores & minores in altissima paupertate Christo famulari pauperi. Et tamē constat prædicatores habere aliquid in communi, ēt quo ad proprietatem, quod eorum regulę aut statui nō repugnat. hoc ēt Alexander quartus in condemnatione libelli contra statum prædicatorum, & minorum patet, manifeste, in qua sic de præfatis fratribus loquitur. Cum insuper ijdem fratres omnia propter Deum reliquerunt exilia vitę subsidia mēdicantes ipsum Christum imitentur pauperem, perfectionem euangelicam amplexando, propter quod euidenter patet eos, non solum in statu saluandorum existere, sed ēt ad perfectionem, & per suæ religionis obseruantiam, q̄ quidem ipsius perfectionis euangelicæ tenet formam in æternæ retributionis præmio præexcellentem gloriam ꝓ

a ¶ Duas paupertates. Paupertas qd operetur in religiosis vide Pet. de An. in c. sane n. 2. de reg. Et pauperes habēt oīa priuilegia ecclesię Bal. in l. pēn. §. fi. C. ad trebel, idē in. l. illud. C. de sacro. s. eccle. Et gl. in d. l. in ver. ... captiuorū C. eo. ti.

Augu.

mereri. hæc ibi. vbi expresse dr̄ prædicatores qui habēt aliqua in communi, & Christum pauperem imitari ipsiusq; perfectionem euangelicam amplexari, esse in statu perfectorum. Quodque ipsius religionis obseruantia perfectionis euangelicæ tenet formam. Et sic patet, ꝙ habere aliqua in communi non derogat perfectioni euangelicæ, sic nos copiose disputauimus circa c. expedit 12. q. 1. Attento ergo, quod Christus has duas paupertates, & vtrasque euangelicæ perfectionis diuersis temporibus docuit verbo, & firmauit exemplo. patet ꝙ declaratio Io. 22. non contradicit declarationi Nicolai sed stant simul ad diuersa tēpora dicta eorum referendo. vno. n. tempore Christus & apostoli nihil habuerunt in proprio, nec in communi a mulieribus quæ sequebantur Christum sumētes necessaria, sicut dr̄ Nicolaus. Alio vero tempore habuerunt in communi aliqua vt puta loculos, sicut dr̄ dominus Io. 22. Et ita patet quid nobis occurrit dicendum de obiectione præfata de ista materia paupertatis, & vita communi multum disputauimus supra 12. q. 1. per multa capi. Quod vero secundo loco dr̄ ꝙ dominus Io. 22. reuocauerit, quod Nicolaus determinauit dicimus ꝙ non est verum quod ipse Io. non reuocauit, sed declarauit id quod dn̄s Nicolaus dixerat, de simplici vsu facit, quod debet intelligi in rebus, in quibus vsus potest separari à dn̄io & proprietate, sicut sunt res immobiles, & multæ mobiles, non autem in reb. quæ vsu cō sumuntur. hoc autem cōsuetum est, vt vnus papa declaret quod alius instituit, si occurreret dubitatio aliqua. præterea cum hoc non ad fidem pertineat, non facit ad nostrum propositum. de ista materia si vis plenius videre, vide summam nostram de ecclesia, in qua copiose tractauimus illā quia hic breuitatis gratia sufficit nobis illa dixisse.

Nicolaus.

1 *Papa an possit transferre sedem suam in alium locum, quod non num. 2.*

3 *Papa potest residere cum curia sua in alio loco quam Romæ.*

4 *Ecclesia Romana est superior inter omnes.*

5 *Petrus fuit Romanus episcopus.*



Ogamus. Ad idem de primatu Romanę ecclesię sequitur hoc capitulum quod est Marcelli papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In 1. rogat & hortatur prælatos apud Antiochiā constitutos, vt nihil aliud sentiant, aut doceant, quam Romana ecclesia sentit, & docet. In secunda ostendit rōne, quia sedes apostolica translata domino iubēte Romam. In 3. concludit, quod quia Anthiochena cessit Romanæ ecclesiæ, ipsa & cunctæ aliæ ecclesiæ tenentur regulam sequi & dispositionem Romanæ ecclesię. 2. ibi, eius .n. sedes. 2. ibi, si vero vestra. Lege textum. ¶ [Rogamus. nō aliud]. i. contrarium. vbi capitur argumentum ad id. quod in præcedenti cap. hæc est fides. determinauimus, quod iudicium apostolicæ sedis, ex quo ab oībus sequi præcipitur, sit indefectibile bene dr̄ [aliud]. i. cōtrarium, & sic soluitur obiectio de ca. nouit d. 12. inferiores. n. ecclesiæ possunt sequi & obseruare & obseruant multas consuetudines, quas apostolica sedes non seruat vt in c. scit Romana d. 12. [ipse est caput ecclesiæ] d. 12. in c. non decet, & c. in præceptis, &. in c. ita dominus d. 19. ait dn̄s Mat. 16. [Et super hanc petrā & cætera.] Hoc. n. dupliciter exponitur secundum Petrum de Palude. vno modo quia super fidem Petri quam pro oībus respondit dicens. Tu es Christus filius Dei viui [Et super hanc petram]. i. confessionem, quam fecisti. [ædificabo ecclesiam meam.] verum quia omnes apostoli sicut Petrus prædicauerunt fidem, ideo etiam ipsi cum Petro sunt ecclesiæ fundamenta, secundum illud Apocalyp. 21. murus ciuitatis habens fundamēta 12. & in ipso nomina 12. apostolorum. ¶ Secundo dr̄ ecclesia fundata super potestatem Petri. i. potestas ecclesia fundata super Petrum, quia super potestatem Petri. quia totum fundamentum potestatis ecclesiæ est super hoc, quod Petro est promissum & datum pro ecclesia supra c. quodcunque. Et sic non est fundata super alios apostolos. quia tota potestas ecclesiæ fuit collata, nec habet ecclesia aliquam potestatem iurisdictionis, nisi quā Christus Petro concessit d. 19. Ita domus. vnde optime cōcordat cum hoc ca. Gelasius papa in c. basilicas de cons. d. 1. vbi in fi. ita dicit. Satis indignum est quenquam pontificū vel or-

Diuisio.

Exponit literam.

Vide Palu.

vel ordinum subsequentium hanc obseruatiam refutare, quam b.Petri sedem,& sequi videat,& docere satisque cōueniens sit,vt totum corpus ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet,quam illic vigere conspiciat·vbi dñs ecclesiæ totius posuit principatum.[Eius.n.]2.pars[primitus apud vos].i.apud antiochiam fuit d.22.sacrosa ncta[iubente dño.]Cum.n. Petrus vrbem fugiens exiuisset, volens Christū ad bonum quem elegerat reuocare interrogatus ab eo.Dñe quo vadis.Respondit,venio Romam,iterū crucifigi,quod intelligens Petrus pro se dictum ad pristinam locum est reuersus dicit hic Arc.ꝙ ex hoc dicunt quidam ꝙ hodie non posset papa in alium locum sedem suam mutare,siue transferre,faceret.n.contra iussionem diuinam, vt hic dr.¶ Surgit ergo hic quæstio.†Vtrū papa posset trāsferre sedē suā in alium locum. Et videtur ꝙ sic,quia i his quæ sunt iurisdictionis non minus potest nunc papa, quā B.Petrus inquātum papa,sed ille potuit de Antiochia trāsferre Romam.ergo ēt nunc papa potest trāsferre in alium locū.¶ Secundo sic.sicut n.utu Dei factus est serpēs Aeneus qñ populus fuit in deserto num.21.postea vero quando in idolatriā versus est,destructus est iusto iudicio regis Eze. 4.Regum 18.Ita si nunc Roma in rebellione existeret, vel alia ciuitas in mundo appareret melior , & aptior ad vniuersalis ecclesiæ regimen,videtur ꝙ posset papa forte de voluntate Dei interpretatiua,inde sedem suā mutare, eadem rōne qua Petrus eam trāstulit Romam.¶ Tertio sic. Nos legimus ꝙ Constantinus sedem Imperij sui à Roma transtulit Constantinopolim ei Romana priuilegia concedendo,ergo videtur,ꝙ pariter posit facere papa de sede sua.¶ In oppositum videtur tex.præsentis literæ.¶ Rñdeo hic est duplex modus dicendi.Quidam dicunt,ꝙ papa potest sedem in alium locum transferre rōnabili causa rōnibus iam positis.Sed nobis iuxta ēt Petrum de Palude,videtur contrarium.vnde ponemus tres conclusiones.†Prima est, ꝙ papa non pōt mutare sedem suam de Romā ad aliū locum,quæ probatur sic.Seruus non pōt tollere legē aut dispositionem dñi sui,sed iubente dño illa translatio facta est Romam,vt hic dr,ergo papa non potest sine iussu dei hāc translationem mutare. ¶ Secundo sic. Ex dictis habetur, qa non ex electione Petri,sed ex ipsa electione dñi Roma facta est sedes Petri,ergo non pōt à Petro mutari.sicut elegit dñs ex fion in templum,vt esset locus orationis,nec ex tunc pp transmigrationem,nec pp captiuitatem populi Dei licuit alicui alibi templum facere,ēt summo sacerdoti.vñ peccauit Heliachim in olipoleos simile templum faciens illi Hierosolymorum vt refert Iosephus.¶ Secunda conclusio.†Papa residere cum curia sua potest in alio loco,q̄ Romæ, ēt curiam suam transferre in alium locum, sicut fit tempore pestis existentis Romæ,patet ista conclusi. ext.de elect.vbi periculum li.6.& in clem.2.e.ti.patet ēt ex practica quæ obseruat quotidie. Itē quia locus nō sanctificat hoīem,sed hō locum 40.d.nos qui & c.non loca.facit ēt optime 93.dist.legitimus,ibi nec altera Romanæ vrbis &c. ¶Tertia cōclusio.Licet papa de necessitate nō teneat̄ residere semp Romæ,aut ibi tenere curiam,tñ quia eius ptās nec sedes est limitata ad aliquem locum determinatum.In toto.n.orbe christiano principatus ejus habet autoritatem, De cōgruo tñ vbi causa rōnabilis nō obstet , semper debet residere cū curia sua Romæ.Tum primo pp apostolorum Petri & Pauli presentiam,quæ rō tangitur 24.q.7.in c.beati. Tum secundo propter vrbis excellentiam , vt locus sublimis dignitate respondeat suo principatui summæ autoritis. Tum tertio pp libertatem vtendi potestate. Nullibi.n. posset papa ita libere vti potestate sua sicut Romæ,& in pa trimonio sancti Petri propter reges & principes seculares. Tum quarto propter libertatem patriæ, & abūdantiā omnium rerum prouenientibus ad curiam , quæ non reperirentur ita facile alibi.¶His habitis dicendum est ad rōnes in oppositum.Ad primam respondetur negando cōsequētiam.Et rō est,quia in translatione de Anthiochia Romā non solum interuenit autoritas iurisdictionis.sed ēt interuenit iussio domini specialis, contra quam seruus venire non potest. ¶ Ad secundam de serpente respondetur quod non est simile, quia serpentem illum non erexerat dominus ad perpetuitatem , sed ad temporale remedium in deserto. Romanam autem ecclesiam elegit in sedem sui vicarij vsque ad consummationem seculi . ¶ Ad tertiā etiam respondetur negando consequentiam · quoniam

Archi.

Quæstio. 1 Primū ar.

Secūdū ar.

Tertium ar.

Oppon.& Respondet

Pe.de Palu. 2

Prima cō.

Secūda cō. 3

Tertia cō.

Ad primū ar.

Ad secundū

Ad tertiū

autoritas imperialis est à populo Romano , qui ius suum, & potestatem in Imperatorem transtulit.inst.de iure nat. §.quod principi placuit &c.Sic non est in proposito. Tum quia sedis apostolicæ autoritas nō est à populo,sed à Deo· Qui.n.creauit cœlum,& terram,ipse fundauit Romanam ecclesiam in c.omnes d.22.Ideo Summo pontifici nisi haberet reuelationem quod Deo placeret,nullo modo liceret cōtra fundationem factam per Christū aliquid immutare[translata]7.q.1.mutationes,quæ olim dum Petrus ibidem resideret[nulla est quæ eius nō sit subiecta ditioni.]
4 †hic confutatur error dicentium non esse de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam supremam inter oēs, qui error in Const.concilio fuit reprobat. ¶†Secundo confutatur error dicentium beatum Petrum nunquam fuisse Romanum episcopum, quia vt aiunt, vt refert Ocham in dialogo suo,non legitur in sacra scriptura ꝙ Petrus fuerit Romæ.contra quos est primo sacra scriptura.Inquit.n. B. Petrus in fine quinti capituli suæ primæ canonicæ.Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone,vbi iuxta glo. Babylonē. vocat Romam pp cultum idolatriæ.Ad idem est B.Hiero. qui in li.suo de viris illustrib.ita dicit.Petrus in prima epistola sua sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans.Salutat vos inquit quæ est in Babylone ecclesia electa,& Marcus filius meus,istorum errorem confutant testimonia multorum sanctorum,vt in c.dudum 3.q.6.in c.sacrosancta.d.22.ista sufficiant hic.Multa alia diximus in cōfutationem hujus erroris in summa nostra de ecclesia in 2. li.circa c.36.[ad quam cuncta maiora]d.17.in multis.[sum pere principalia.] quo ad dispositionem ne contrarium contrarium ei quod dicitur primitus apud vos. Hug.

Hierony.

CVm beatissimus. Ad idem est hoc c. quod ē Leonis papæ scribentis Dioscoro episcopo Alexandrino, qui in multis diuertebat ab ecclesia Romana. Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In 1. repħendendo præfatum Dioscorum,qui ab ecclesię Romanę deuiauit institutis,dicens,ꝙ sic habuisset à bea.Marco dr, ꝙ Nephas est credere,beatum Marcum alias regulas dedisse Alexandriæ,quam habuerit à B.Petro.In 2. assignat rōnem.2.ibi,cum sine dubio.Leg. ¶[Cum beatissimus accеperit principatum]à suo Christo Io.vl.& d.22.omnes.[& Romanæ ecclesiæ institutis]supra.c.à recta[gubernauit]illic missus à beato Petro,qui eum in episcopum ordinauit vt habetur in chronicis & 66.d.porro Ar.[firmauit]qm regalis Romanæ ecclesiæ[cū fine]2.pars.[de eodē fonte gřę] supple potauerunt,& per consequens vna aqua doctrinæ emanauit ab vtroque[vnus spūs]q est doctor veritatis , & discipuli &c.[nec aliud].i.contrariū[potuit].i.debuit de iure Hu.[quā ab ordinatore].i.Petro,q eū in epm ordinauit.

Diuisio.

Exponit literam.

SI Petrus. Ad idem est hoc c.quod est B.Gregorij in registro.Summa est in rubro,vel vt concordet cum præcedentib. ꝙ fide Petri tanquā gladio præscinditur auris oīs erroris.& diuiditur in tres partes.In 1.assignat rōnem mysticā quare Petrus absciderit auriculā Malchi , quia.s. non vř quis habere aurē exteriorē,q non habet eā in vsu ad audiēdum fidem,quæ ex auditu est,vt dr apostolus,& ea q sunt sibi salutaria.In 2.ostēdit quare magis Petro hoc attribuat q̄ alteri apostolorū.In 3.exhortatur nos ad dictam fidē circa Christū.2.ibi,tollit Petrus.3.ibi,caueamus. Le.¶[Si Petrus volens]quasi diceret ex proposito non ex casu gl.[percussit].i.abscidit.Lucæ 22.Io.18.[docuit].s.significari.[qđ aūt in se specie].i.in supficie corporis,]quasi in ministerio non habent].i.in officio debito ꝙ auris instituta ad audiendum.s. fidei doctrinā[& verbum Dei.]quasi diceret nō debēt hre aurē in re,qui non habent ꝙ auris significat,siue ad ꝙ est instituta.[Auris.n.bona vt dr ecclesia 3.audiet cum oī concupiscentia sapientiam.Sapiens.n.cor & intelligibile abstinebit se à peccatis,& in operib.iustitiæ successus habebit[sed bonus dñs sm prophetica]Ezechie.18.vbi dr cōuertimini,& agite pœnitentiam ab oīb.iniquitatib.vestris & non erit vobis in ruinam iniquitas &c.[demonstrans].i. significans[vulnerati.]peccato occisionis Christi. [in ministerio].i.per ministeriū Hu.[fidei abluatur] Ac.15.fide purificans corda eorū,& ad Ro.5.Iustificati ex fidem pacem habeamus.[Tollit ergo]2.pars.[quare Petrus]quia ipse est [claues]:s.præ omnibus Matthe.16.tibi dabo & cætera[illic.n.condemnat]de pœn.d.1.verbum[tollit aūt &c.]quasi diceret,

Diuisio.

Exponit literam.

diceret, dum Petrus gladio materiali amputauit aurẽ male audientis.i.malo domino suo obedientis.[signo demonstrauit, ꝙ ipse est qui tollit].i.damnat gladio spũali aurem interiorem male intelligentis.i.hæreses & prauas hæreticorum intelligentias, fides.n.Petri nullam hæresim fouet, sed omnes hæreses destruit supra in c.memor.[caueamus] 3.pars.i.cauere debemus ne aliquid faciamus propter, ꝙ auricula nobis abscindi debeat, & maxime[dum legiť passio dñi]s.n.quę passus est Christus referimus ad diuinitatẽ quæ impassibilis est & immortalis[Excidetur].i.excidi debet[à Petro].i.eius authoritate, qui non est passus[Christũ prophetam].s.tantum.i.purum hominem, sicut aliqui esti mabant, dicentes eum esse aut Heliam, aut Hieremiam, aut Ioannem baptistam, aut vnum ex prophetis estimari.[sed Dei filium decuit]dicens, tu es Christus filius Dei viui Mathei decimo sexto.

1 *Ecclesia dicitur vna decem modis*
2 *Ecclesia quare dicatur columba.*


Oquitur. Ad idem principale est hoc c.ꝙ est Cypriani epi. Summa est in rubro, & diuidit in tres partes. In 1.ꝓbat ecclesiam vnam esse ex autoritate multiplici capiẽs capiẽdum. In 2.ostendit, ꝙ licet ecclesia sit vna in multa tñ mẽbra per orbem est diffusa ad ꝙ inducit exẽpla fontis & luminis arboris. In 3.ostendit ꝙ extra vnitatẽ prædictam ecclesiæ existens boni operis fructum germinare non potest. 2.ibi, ẽpatus vnus est. 3.ibi, auelle radium solis. Lege.¶[Loquitur dñs. Mat.16. Prima probatio ex illo verbo Christi, super hanc petram super vnam ædificat ecclesiam, quia vbi pluralitas, ibi discordia. vbi Cyprianus innuit Petrum fundamentũ fuisse ecclesiæ. Quomodo hoc sit verum supra e.in c.rogamus diximus, & plenius super. c.præceptis.d.12. vbi disputauimus vtrum super Petrum Christus fundauerit ecclesiam. Alij exponunt[super vnũ] .i.super fidem, quam vnus apostolorũ ꝓfessus est. s. Petrus. Sed ista expositio nõ vř esse ad propositum Cypriani.[Et quãuis]2.probatio.[ex illa autoritate]Io.vlt.accipite spũm sanctum &c.[parem].i.cõnem vel similem. Sed ista puritas siue similitudo intelligenda est quo ad ꝑtatẽ ordinis, & dignitatem consecrationis, quæ non recipit magis & minus, non aũt quãtum ad ꝑtatem & autoritatem iurisdictionis, & prælationis, qa in hac Petrus fuit princeps & caput aliorũ.d.n.Chrysostomus super illud Ioan.vlt. Pasce oues meas. Eximius apostolorum erat Petrus, & os discipulorũ & vertex collegij,[disposuit]quia dř Petro, tibi dabo claues &c.[hoc vtique].i.eandem ꝑtãtem hñt, non tñ quo ad iurisdictionem, vt dictum est, sed exordium ꝑtãtis ab vnitate &c.vñ primo Petro ait. Tibi dabo claues &c.vbi dř, ꝙ per claues datur intelligi, ꝙ per plenitudinem ei claues ꝓmisit.vñ gl.super hoc verbo ait.quia regem cœlorum maiori præ cæteris deuotione confessus est Petrus, maiori ꝑ cęteris ipse collatis clauib.regni cęlestis donatus est ad vnitatem ecclesiæ ostendendã, vnus constituiť prælatus aliorũ oĩum.[quam vnam]tertia probatio.[autoritate illa]Cant. 6.vna est columba mea.de vnitate ecclesiæ ꝑter ea quæ disputauimus de eius vnitate circa c.quãuis d.21.adducemus
potestas inferior non debet exire in actum, nisi ſm ꝙ mouetur à potestate superiori, inde est ꝙ tales vsum potestatis amittunt, ita. s. ꝙ non licet eis sua potestate vti, si tamen vsi fuerint ptãtis effectum habet in sacramẽtalibus, quia in his hõ non operatur, nisi sicut instrumentum Dei. vñ effectus sacramentales non excluduntur pp culpam conferentis sacramentum, cũ forma ecclesiæ seruata fuerit. Potestas iurisdictionalis est, quæ ex simplici iniunctione hoĩs confertur, & talis potestas non immobiliter adheret, vñ in scismaticis & hæreticis non manet. vnde possunt, nec absolue re, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut aliqd hmõi, ꝙ si fecerint nihil actum est. Cum ergo dr̃ in præsenti c. ꝙ hæretici & scismatici nihil haberent potestatis, intelligẽdum est de potestate iurisdictionali, vel si referatur ad sacramentalem non est referẽdum ad ipsam essentiam potestatis, sed ad legitimũ vsum eius, rõnabile nanq; est, vt q Christi fidem & ecclesiæ à se abijcit, abijciatur à Christi & ecclesiæ potestate, ita, vt quiuis hæreticus & scismaticus intelligit sibi dictum, ꝙ dñs dixit villico iniqtatis, amplius nõ poteris villicare. Lucæ 16. [propter ꝙ nec põt excipi]. i. excusari, hic excludit Nouatianum hæreticũ, qui volebat occupare pontificatus sedem cõtra Cornelium catholicũ, & fidelem, primo quia Nouatianus erat extra ecclesiam, & ꝯtra ptãtem ecclesiæ, & per cõsequẽs nter Antichristos cõputandus. [Et Paulo post] 2. rõ quia nullus põt esse caput ecclesiæ qui non est intra ecclesiam, quia caput non põt esse extra corpus, sed Nouatianus non erat in ecclesia, imo extra ecclesiã ordinatus, nec põt dicere Nouatianus, ꝙ sit intra ecclesiã, qa cum ecclesia sit vna, non põt esse quin sit intus vel ext. sed non intus. ergo ext. ergo non põt esse caput in ecclesia catholica, nec in ea ptãtem habere [nec eps] 3. rõ qa Nouatianus ab aliquo legitime non est ordinatus, imo contra euangelica & apostolica documenta honorẽ epalẽ sibi vsurpauit, non superioris sed propria authoritate, cõtra euangeliũ, qm discipuli non nisi missi à Christo pastorale officium vsurpauerunt, Petrus quoque nõ à se sed à Christo pastor ecclesiæ constitutus est et contra apostolica documẽta inquit apostolus 4. nemo assumit sibi honorẽ, nisi qui vocatus est à Deo, tanꝗ Aarõ, sed Nouatianus cũ nemini succedat à se ortus sit. i. nõ legitima autoritate assumptus [habere nanq;] concludit, ꝙ non põt per consequens tenere ecclesiam [quod vero] 2. pars remouet obiectionẽ. posset dici, ꝙ Nouatianus credit sicut & nos eundem patrem eundem filium &c. Sed hoc remouet Cyprianus, & si in illis articulis non peccabat in alijs tñ peccabat. vñ vt dicit B. Isidorus & habet. j. e. q. 3. quidam aũt Nouatiani à Nouato Romę vrbis presbytero exorti sunt, q aduersus Corneliũ cathedrã sacerdotalem conatus est inuadere, hæresim instituit, voluit apostatas recipi, & rebaptizare baptizatos. Tũ qa & si nõ eẽt auctor hæresis, nihilominus ex eo ꝙ ab ecclę vnitate se separauerit, à cõione ecclesię, & ptãte erat abijciẽdus, &. j. [inuenimus] oñdit ꝙ non solũ autores, sed imitatores, & participes pęnis eisdem inuoluuntur [dicens] Numer. 16. [sicut & per Oseæ] probat idem alia autoritate oĩa ista habentur 1. q. 1. si quis inquit, & ibi sunt exposita. [quæ ergo apud eos &c.] argui. tꝯ aliquis præsumitur
3 malus ex eo ꝙ pœna ei infertur Hu. [Si autem foris] tertia pars. [manus]. s. reconciliatoria, si in forma ecclesiæ prius fuerunt ordinati, in forma ecclesiæ imponitur manus ordinantis, vt de conse. d. 4. ab antiqua manifestum [nec remissionem] supra 1. q. 1. remissionem quia tales claues regni cœlorum non habent supra e. quicunque.

Isidorus.

Quicontra. Ad idẽ est hoc c. quod est, Liberi papę. Sũma est ĩ rubro. Et diuidit̃ in tres partes ſm ꝙ assignat varias pęnas varijs personarum conditionibus qui paci ecclesiæ aduersantur. In 1. ostendit si hmõi qui sunt contra pacẽ ecclesiæ sunt in dignitate constituti denudent̃ illa. In 2. dr̃ ꝙ si hmõi aduersarij pacis ecclesiæ non fuerint in dignitate constituti & tñ sunt nobiles, ꝙ bonorũ suorũ proscriptione denudentur. In 3. dr̃ ꝙ si sint ignobiles corpore verberati exilio relegẽtur. 2. ibi, si aũt priuati &c. 3. ibi, si autem. Leg. ¶ [Qui aũt si aũt] 2. ps. hic habes, ꝙ dñr priuati illi qui non sunt pditi aliqua dignitate [proscriptionẽ]. i. confiscationẽ, & sic patet ꝙ loqtur de dãnatis hæreticis quorũ bona sunt confiscata ex. de hæred, excõicamus, aliorũ vero dãnatorũ nõ cofiscant̃ bona, sed hæredib. restituunt̃. C. de bo. dam. aut. bona dãtorũ Arc. ho

Diuisio.

Exponit literam.

Archi

die tñ non est hmõi differentia inter nobiles & ignobiles de hæresi damnatos. Nã siue sit clericus, siue laicus, vel papa, vel Imperator, vel quicũq; inferior deponi debet ab oĩ dignitate vt hic & 40. d. si papa. & ex. de hær. ad abolẽdã. §. 3. clerici à suis ordinib. prius degradati seculari relinquũtur arbitrio potestatis aĩaduersione debita puniendi. Et sic ecclesia tradit clericũ depositum curiæ seculari. s. relinquẽdo, non tradendo manualiter, & corporaliter, ꝙ dic, vt latis notat Goffr. in summa sua ti. de hære. §. punitur [hæreticus] ad hoc ext. de hære. supra e. li. 6. Arc. [Si autem ignobiles] 3. pars. [exilio]. i. carcere Arch. Goff.

1 *Ex præpositio significat deformitatem.*

Vdenda. Ad idem est hoc c. ꝙ est Pelagij papæ. Summa est in rub. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In 1. exprobat consecrationem, ostendens non debere dici consecrationem, quia facta est in scismate. In 2. ostendit idem, quia facta est ꝯ cosuetudinẽ antiquam. In 3. ostendit, ꝙ facta fuerit ex. eccle ... am, cum ecclesia vna sit & illa sola dicatur ecclesia quę in radice apostolica fundata est. 2. ibi, videamus. 3. ibi, &. n. sicut. Leg. tex. ¶ [Pudẽda.] vt ita dicã improprietatẽ locutionis notauit, & est ibi ephesis, & est ordo talis. Eps in diuisione non consecratus sed execratus est vt dicã [pudenda rapina]. i. pudens raptor Hu. [si. n. ipsum nomen] ar. à nominis interpretatione 12. q. 1. clericus Ber. [detractat]. i. renuit vel contemnit [consecratus dici nulla rõne.] hoc ẽ verũ, si forma ecclesiæ nõ fuit seruata in consecra. Si vero seruata fuerit hoc ꝙ dr̃ hic dr̃ in odiũ eius, quia si forma in cõsecratione seruata fuit consecratio vera fuit, licet turpiter & difformiter facta, quia in diuisione ecclesiæ & ꝯ
1 cõsuetudinem, & ideo dr̃ execratus. † hæc præpositio ex, deformitatem significat sicut dr̃ [expectum]. i. turpiter pactum gl. [videamus] 2. pars. probat ꝙ irritanda sit illa consecratio, quia facta est contra particularem consuetudinem illius prouinciæ. [ita tñ & c. vt ordinandi electio] assignat causam, quare ita seruabatur vt ordinator veniret ad ecclesiam ordinandi, vt probet per cõsensum oĩm, vtrum electio rite fuerit celebrata [vniuersalis]. i. vniuersorũ [nec] iterum assignat aliam causam ne. s. ex eo, ꝙ consecraret eũ in ecclesia sua in ipso iurisdictionem habere præsumeret Arc. [Et. n. cum] 3. pars. [vna est Cant. 4. & supra e. loquitur. [quæ in apostolica] Matt. 16. & d. 11. palam [in qua scisma est] quia ecclesia vna est, & in vnitate scissura esse non põt vt. j. e. scisma. [nulla esse põt] quia duratura est vsq; ad consummationem seculi, dicẽte dño. Ego aũt vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. vñ psal. 47. dr̃. In ciuitate Dei nr̃i Deus fundauit eam in æternum, super quo verbo Aug. ita dt̃, sed forte ista ciuitas quæ mundum tenuit aliqñ euertetur, absit, Deus fundauit in æternũ. Quid times vt cadat firmamentum. Item Lu. 1. dicit Angelus Mariæ. dabit illi Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum gl. in tota ecclesia per fidem. Item Oseæ 2. dr̃ dominus ecclesiæ suæ. Sponsabo te mihi in fide in sempiternum. ergo matrimonium Christi & ecclesiæ in sempiternum durabile [& sic quam in sedis apostolicæ radice constituta nullorũ hoĩm malitia, valeat extinguere. ẽt si nota sit]. i. grauis, q̃ excludi nõ possit [sed pro tpis rõne]. i. conditione [ad tps iudicetur toleranda] ita. n. dominus Petro promiserat dicens, super hanc petram ædificabo ecclesiã meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eã. Et Lucę 22. idẽ dñs pollicitus est Petro in persona vniuersalis ecclesiæ. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Et ideo nullo modo potest ecclesia destrui, vel excludi. [Nam persecutores]. i. tyrãni. s. Nero, Datianus, Diocletianus, & alij persecutores ecclesiam impugnarunt, nec tamen destrui potuit, sed passionibus creuit, iuxta ꝙ dicit Au. inter passiones & inimicos augetur, & persecutionib. crescit, & p attritionum angustias vsq; ad extrema terrarum dilatatur.

Diuisio.

Exponit literam.

Archi

August.

1 *Scisma vnde dicatur, & quare.*
2 *Scismatici qui dicantur magis, & qui minus.*

Scisma. Ad idẽ principale propositũ est hoc c. eiusdẽ papę Pelagij. Summa est in rubro. Pelagius hic loquitur cõtra quosdam qui dicebãt cõicandum esse quibusdam hereticis, & cõicabant, & defendebant se triplici ratione. Tũ primo quia mali tollerãdi sunt. Tũ scd̃o quia illi iã diu fuerant in scismate.

scismate. Tum 3.quia ex ignorantia & simplicitate cecide rant in illam hæresim siue scisma, diuiditur ergo c.hoc in 4.partes.In prima ostendit illos scismaticos esse.In 2.respõ det rationibus illis tribus inductis per illos, qui illis communicabant.In 3.concludit illos esse in scismate, & per cõ sequens cum illis non esse communicandum.In quarta ex hortatur illos episcopos vel illum episcopum vt amplius scismaticis communicare nolint. 2.ibi, nõ autem.3.ibi,ad summam.4.ibi,noli ergo.Lege.¶[Scisma scissuram sonat] vnde Isidorus lib. etymol. dicit scisma scissura animorum vocatur, scismaticus.s. eodem cultu eodem ritu credit vt cæteri solo congregationis excidio delectatur.[Sed in vni tate scissura non potest.]†Scisma dr̃ à scindo scindis,non ꝙ scindat ecclesiam,quia non potest esse,quia vnitas non patitur diuisionẽ.s̃.e.loquitur,sed quia ipsi se scindunt ab ecclesia vt dr̃.j̃.e.c.Io.de Arc.[non ergo.]bene concludit[apo stoli Iude]qui dicit semetipsos congregãtes faciendo partes ab vniuersitate recedentes,& hoc idem quod hic ait Pe lagius[segregãtes animales]qui sine intellectu & rõne[spi ritum non habentes.]spiritum.s.sanctum.j̃.e.q.3.de illis,& .s̃.q.1.perfectionẽ.[illud efficitur]quod sequitur,vt quia sacrificium corporis Christi habere non possunt, vel quia in forma ecclesiæ non consecrati præfati hæretici [vel habere nõ possunt] quo ad effectum gratiæ,quãdiu ex.vnitatem ecclesiæ permaneant. Qui.n.indigne manducat & bibit,iudicium sibi manducat & bibit.1.ad Co.11.[Non autem]2.pars[vtrum tolerare malum sit].s.bonum quia aliud est tolerare malos per patientiam ne deteriores fiant,& ne pax ecclesiæ turbetur,ꝙ licet.s̃.23.q.4.ità plane,& c.tu bonus,& aliud scismaticis communicare, ꝙ non licet vt hic. [sed & si.]remouet instantiam quasi diceret,& si iuxta apostolum.ad Ro.14.vnusquisque in suo sensu abundat,nõ tñ expedit errantibus vel male iudicantibus,ꝙ apostolus ibi reprehendit imo debet quisque sensum suum submittere ecclesiæ disciplinæ,vt qui sapiat in dño sapiat, vt sic abundet sensus in melius, vt dicit gl. [repellendi non erant] dũ .n.aliqui sic errant,ꝙ parati sunt corrigi, & quærunt viã veritatis non sunt vt pertinaces repellendi,nec vt hæretici habendi,vt.j̃.e.q.3.dicit apostolus sed sunt docendi,& ad veritatem reducendi,sed quia sensum iudicio matris submittere noluerunt,sed se ab vniuersali ecclesia diuiserunt, merito veniunt detestandi,quia vt dr̃ Mat.18.Si ecclesiam nõ audierit,sit tibi sicut ethnicus,& publicanus. Et sic est soluta prima ratio, quia aliud est tolerare malos rationibus su pradictis]. Et aliud communicare scismaticis & hæreticis [nec.n.]respondit 2.rationi[leuigat].i.alleuiat, sed magis auget, diuturnitas.n.in peccando non alleuiat, sed aggrauat peccatum extra de simo.non satis,& 32. q. 5. flagitia, & 26.q.3.licet.[dum & illi].s.catholici[talibus].s. scismaticis[voluerunt multomagis tamen illi.s.scismatici & hæretici execrandi &c.[sed nec aliud]respondet tertiæ rationi, & tollit excusationem per ignorantiam[in eisdem literis] .s.vestris,ipsum.n.magis est propter quod scismatici sunt, quam eius contrarium,quia non eos iudicium aliquod discretionis diuisit,sed pessima opinio diuisit eos metuentes quædam apud se delata,sed incognita & contra apostolicã sedem temere credẽtes,ita ꝙ non aliqua ratione ducti sed proprio arbitrio,ad asserendum indiscretum prosilierunt. ar.vt tangitur in gl.†ꝙ magis scismatici sunt illi qui tantũ
2 per simplicitatem suam separantur ab ecclesia, quam sint
a illi qui propter subtilitatem aliquam errant,falsa.n.subtilitas istos compellit,in quam non cadunt volũtarij sed inuiti,illos decipit ignorantia voluntaria possumus etiam dicere ꝙ istorũ simplicitas aut fuit simplicitas asinina, quia doctrina euangelica & fides catholica tam crebro in ecclesia docetur,& prædicatur,ꝙ nulla ignorantia est prætendẽda.Tum primo quia continue adest in ecclesia Christus cuius veritas,& miracula patent vt nemo de peccato hæresis habeat excusationem,vt ipse dicit Ioann.15.secundo quia habent quoque christianos & notos à quibus veritatem fidei exquirere possunt,& errores vitare. Tum tertio quia habent ecclesiam,in qua paratus est Petrus & sui successores reddere rationem de ea,quæ in nobis est fide. & charitate 1.Petri 3.[Augustinus epistolas]comminuẽtes fidem eorum,vel continentes capitula fidei, vel decretales temere credendo,aduersus illas ecclesias credentes[immanissimum &c.ad summam] 3. pars.[ad summum].i.ad vltimũ venio,supple.[communionis].i.communicationis.[communionem esse sublatam]quia simul esse non possunt, vnde sequitur.[Noli ergo]4.pars.[Non enim est corpus christi]loquitur de illo,qui præter formam ecclesiæ sacrificabat 1.q.1.si quis inquit.Hu.& gl.vel non est verum quo ad veritatem & effectum, quia non efficit salutarem effectũ, sed nocet,cum inducat æternam damnationem 1.ad Cor. 11.qui manducat,& bibit indigne &c. [vel non est verum corpus Christi.].s.spirituale.s.congregatio[quam conficit] .i.facit hæreticus,cum illa non habeat spiritum Christi. Et ad hoc videtur referri quod sequitur. Nec.n.diuisum esse Christum,sine apostoli reprobatione.ad Ephe. 4. & iterũ, vna autem &c.

Diuisio.

a¶Scismatici Adde ꝙ tales eligi nõ pñtPe. de An.j̃ c. diligentia num. 2. de ele. & scismatici nõ sunt excõicati.ipso iure, sed excõicandi. idẽ in c. 1. num. 4. de scismaticis


Alt enim. Ad idẽ est hoc c.Nicolai papæ Summa est in rubro.Breue est.hoc c. loquitur de depositione patriarchæ Constantinopolitani,qui fuerat de facto depositus à certis sequacibus Nestorij,probat autem hic Nicolaus autoritate Celestini papæ,ꝙ nec excommunicatio,nec depositio facta à Nestorio,vel eius sequacibus est alicuius momẽti. Et potest diuidi in duas partes.In 1.probat Egnacium nõ esse depositũ quia Nestorius & sequaces sui erant hæretici manifesti.In 2.ꝙ Egnacius semper fuerat & perseuerat in con clusione apostolicæ sedis.2.ibi,in nostra hunc.Lege.¶[Ait ab episcopo Nestorio]postquam fuit de hæresi damnatus, alias secus 8.q.4.nonne.[ex quo talia prædicare ceperunt.] .s.iam damnata prædicare ceperunt, quia per hoc manifeste se comprobauerunt se in nullã hæresim incidisse.Et ita per consequens ostẽderunt se esse excommunicatos, & ita cessant aliqua de Vincentio, quæ dicit hic Arc. iste nobis videtur verus intellectus[in nostra]2.pars.[hunc].s.Egnacium nec concludit[iudicamus &c.remouendum].i.remotum.j̃.ca.proxi. quod de eodem loquitur gl.ponitur tẽpus pro tempore Arc. ex quo.n.in hæresim damnatam inciderat,remotus erat.Hu.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Titubans in fide dicitur hæreticus.*


Aperte. Ad idem est hoc ca.eiusdem ad clerum Constantinopoli. Summa est in rubro.Et diuiditur in 3.partes.In prima ponit ea quæ papa Celestinus scribit clero Constantinopolitano de depositione Egnacij.In 2. assignat rationem quare Egnacius non sit depositus. In 3. concludit.2.ibi, quia neminem.3.ibi,intellexisti.Lege.¶[Aperte inquit Celestinus]& est verbum Gratiani[nostræ sedis]sunt verba Cœlestini[quia]2.pars[quia prædicans.]maxime talia.s.ꝙ beata virgo concepit hominem tantum,& nõ Deum[titubabat
1 in fide]& tamen hæreticus erat.Hug.†Nota titubantem in fide hæreticum esse sicut titubans falsi assertor dicitur. s̃.4. q.4.in testibus,& extra de hære.dubius in fide infidelis est, vnde dominus Thomæ dubitanti de Christi resurrectione ait,noli esse incredulus,sed fidelis,vnde hæreticorum et vocabulo continetur,qui leui etiam argumento à fide deuiat.C.de hæret.l.omnes in fine.gloss.[intellexisti.] imperator,ita loquitur quia cum fauore imperatoris Egnacius à Nestorio, & suis episcopis fuerat depositus [prælatum suum].i. Egnacium patriarcham suum, quem iniuste remouerant, cum essent excommunicati. Hug.[prostrati] id est depositi.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Sententia hæretici non tenet.*


Miramur. Ad idem est hoc c.Nicolai papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima narrat factum de quo admiratur.In 2.ponit causam admirationis.In 3.reprobat illud factum.2.ibi,cum.2.3. ibi,absurdum.n.est.Lege.¶[Miramur]idem dicit quod supra.[excommunicati].i.cõdemnati & excommunicati per sententiam canonis vel hominis[ad iudicandum].i.condemnandum.Ex istis tribus capitulis accipitur
1 ar.†ꝙ sententia hæretici non tenet.[cum sim] 2.pars. [siue commendatitij] cui non licet minus nec maius. Hu.ff.de senato.l.qui indignus.[absurdum]3.pars. [pœne].i.aliquo modo iudicare.

Diuisio.

Exponit literam.

His autoritatibus. §.est in quo magister, quatuor facit. primo concludit ex præcedentibus, ꝙ hæreticus ex quo contra fidẽ prædicare

dicare ceperit, nec deijcere potest aliquem nec deponere 2. obijcit contra 3. soluit 4. mouet vtrum sententia lata per hæreticum in catholicum, aut in hæreticum valeat. 2. ibi, obijcitur. 3. ibi, sed aliud. 4. ibi, ꝙ si. Leg. ¶[His aperit]. s. c. §. ꝙ autem [obijcitur] secunda pars. [illud Aug.] s. 1. q. 1: quod quidam [vtraq; potestas baptizandi] videlicet & excommunicādi hoc non videtur nobis verum, qm̄ licet potestas baptizandi ex officio sequatur vnctionem sacerdotalem, non tn̄ potestas excommunicandi, sed sequitur iurisdictionem, vnde vt dicit S. Tho. in 4. di. 18. licet sacerdotes parochiales habeant iurisdictionē in subditos quantū ad forum conscientiæ, quia tamen non habētquantum ad forum iudiciale, quia non possunt coram eis conueniri in causis contentiosis, ideo excommunicare nō possunt, [sed aliud] 3. pars, aliud verum dicit loquendo de potestate ordinis, quia aliquando accipitur, sed executio non datur vtpote non habentibus populum, aliquando in habentibus curam pastoralem remanēt potestas & executio, non sicut in suspensis. [à fide itaque potestas]. s. ordinis [vnde ab hæreticis &c.] Nota ꝙ loquitur de potestate ordinis, quia illa in hæreticis & scismaticis remanet non de potestate iurisdictionis, quæ omnino tollitur ab illis, cum extra ecclesiā sint sicut per impositionem manus reconciliatio Hu. & gl. [virt⁹ sacramēti]. i. executio officij. s. e. c. didicimus vel gratia spiritus sancti. s. e. vbi sana Ar. [Cum ergo vtraque potestas maneat] non dicit vtrum, qm̄ potestas iurisdictionis quam sequitur potestas excommunicandi non manet in hæreticis, bene autem potestas ordinis, quam potestas baptizandi & ordinandi sequitur [si hæreticus catholicū &c.- quia iniqua &c. idem esset si catholicus excommunicaret, quia continet errorem intolerabilem [sententiā] ex. de sen. exc. per tuas gl. sed videtur nobis alia rōne principaliori, ꝙ sententia non valet quæ est magis ad propositum, quia videlicet cum sit ex. ecclesiam nullam potestatē iurisdictionis in catholicum habet. [ꝙ si] 4. pars. mouet quæstionem incidentem, consequenter soluit ibi, potest autem dici. Et respondet sub duabus conclusionibus. prima est, ꝙ sententia hæretici lata in catholicum nulla est. Et inducit rationē ad hoc dicens [non. n. potest gladio]. i. sententia excommunicationis ecclesiasticæ autoritatis. i. iurisdictionis ecclesiasticæ quam sequitur excommunicandi potestas. 2. conclusio, quæ ponitur dubia est, quod in hæreticum potestatem habere videtur, pro quo sequētia capitula allegat, de qua conclusione videbitur ibidem ꝙ nec proprie hæreticus potest hæreticum excommunicare.



Quisquis. Hoc c. est beati Aug. ad Vinc. Donatistam. Summa est in rubro. Sed melius diceretur condemnatus, q̃ excommunicatus. diuiditur in duas partes. In prima ponitur querela hæreticorum, videlicet ꝙ ita à catholicis recipiebantur condemnati per hæreticos propter sua facinora, sicut per alios qui essent bonæ vitæ. in 2. respondet Aug. dupliciter huic querelę 2. ibi, displicet nobis. Le. ¶[Quisquis. proiectum.] nota, ꝙ non dicit excommunicatum, quia hæretici excōmunicare non possunt, cum sint ext. ecclesiā, vbi claues nō sunt 11. q. 3. illud, &. s. e. didicimus tn̄ bene separare aut ꝓijcere aliquem à communione, sed talis non dr̄ excommunicatur [à vobis] donatistis [displicet] 2. pars. prima responsio. Notanter dicit displicet non aūt ꝙ eorum sententia teneat. Et ideo dicit Hu. ꝙ istud capitulum & sequens nō faciunt ad propositum magistri cum de excommunicatione nihil dicat in eis. dicit aūt Au. displicet, qa displicere dēt ꝙ hæreticus facinorosus ꝑ hęreticos abiectus à catholicis suscipiat, nō pę nitens imo manens in hæresi. Tū quia hæretico non est communicandum. Tum quia vile est, vt abiectus ab hæreticis propter facinora sua sit pollutus impenitens suscipiatur ab ecclesia. Tum quia hæreticus ex. ecclesiam positus non debet in ecclesia poni, sed nec facile, quia non statim qui accusatur reus est sed qui conuincitur criminosus 15. q. vlt. c. vlt. & 2. q. 1. multi. in fi. Arc. [nōnullos] 2. responsio quasi diceret, dato quod hoc esset verūtamen tolerāt catholici, quos corrigere nō possunt [nec propter] ponit exempla ad excusationem ecclesiæ, quæ non omnes malos punit, imo aliquos tolerat propter fidelium pacē, & ne mali in bonos seuientes deteriores fiant, quia superbiæ vel alterius peccati vento, cito mouentur, & nihil habent grauitatis, & ponderis virtutis & tamen in populo graui dicit propheta. laudabo te [arcā] Mat. 3. [pisces.] Io. 21. [hebdos] Matt. 25. [propter vasa] ad Ro. 13. & 2. ad Ti. 2. [de domo]. i. ecclesia.



Subdiaconus Ad idem est hoc c. eius dē August. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat factum. In 2. respondet Augu. quid ipse faceret in tali casu 2. ibi, ego si placet. Le. ¶[Subdiaconus] istud c. exponit male ab Hu. & Arc. & omnib. doctoribus iuristis quia nesciunt casum. Casus est iste, vt capitur ex epistola ista Augu. quam minus plene recitat Gratia. Subdiaconus iste catholicus erat, & pp demerita sua damnatus à clericatu deiectus est, qui ex hoc irritatus transiuit ad hæreticos Donatistas cum duab. monialibus, vt refert Aug. in epistola ad Eusebium in hęc verba. Qui subdiaconus, quia à clericatu remotus est, ipse aduersus disciplinam Dei trāstulit se ad donatistas & rebaptizatus est, & duæ moniales cum eo, quod omisit Gratianus [Ego] 2. pars. [in humiliatione.] pœnitentiæ, nota vt dicit gloss. ad pœnitentiam recipiatur. Non enim dicit sub excommunicatione, vel depositione [quo. i.] ad quam pœnitentiam gloss. &c.


Sed istud. §. est, in quo declarat Gratianus quomodo intelligatur, ꝙ hæreticus in hęreticos nullam habet potestatem, & ꝙ ext. ecclesiam ista potestas non erat. [in detestationem criminum] dicit Hug. ꝙ male soluit, qm̄ melius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare. Cum ergo per sententiā quæ nulla est, vt dicit non cōstet de crimine, quomodo in odium criminis condemnabitur ille. Nihil est ergo quod dicit, & alij sequētes eum. Sed distingue, ꝙ sententia hæretici ligando vel soluendo nihil facit, quia dum soluere vult, ligat, & econuerso. Alia vero sententia tenet dummodo, rite procedat, Hu. [potest tn̄ de potestate baptizandi.] hoc etiam non est bene dictum. Tum quia talis potestas baptizādi non est ex charitate, cum possit baptismus etiam à laico conferri. Tū quia non videtur quod excommunicatio sit sacramentum. Et ideo hæreticus super hæreticum non habet potestatem quo ad vsum clauium & aliorum sacramentorum collationem, sed solum baptismus conferri potest, cum sit sacramentum necessitatis, quod à quocunque siue bono, siue malo conferri potest.

1 *Peccata aggrauantur propter sententiam.*



Si quē. Capitulum est eiusdem August. in lib. de vnico baptismo. Summa nō bene conuenit cum capitulo. ẜm Hug. & ẜm veritatem quia in cap. dr̄ de baptismo in rubro de pœnitētia & est falsum de pœnitētia, quia sępe dictum est, ꝙ hæreticus non habet potestatem ligandi, aut solu di, sed de baptismo est aliud. Et diuiditur in duas partes. In 1. dicit ꝙ si quis tēpore extremæ necessitatis recepit baptismum ab hæretico, non venit propter hæc reprehendendus. In 2. dicit ꝙ qui ex animi peruersitate ab hæretico baptismum suscipit, talis est sicut iniquus, & peruersus damnandus. 2. ibi, si quis. Leg. tex. ¶[Si quem forte.] accipiat baptismum [pacem. i.] vnitatē [per aliquem ex.]. s. hæreticum aut scismaticum, aut excōmunicatum, coactus extrema necessitate potest à talibus suscipi baptismus, non autem alias, quia cum talibus communicandum non est, sed fugiendi sunt, & ad ecclesiā properandum. [Si quis] 2. pars. [in ipsa]. s. ecclesia catholica certum est ibi prodesse. s. in ecclesia catholica] ꝙ alibi accipi potest. s. ex. ecclesiam in hæresi permanenti [prodesse non potest] dico permanenti, quia si pœnitet baptismus efficaciam suā habebit, de conse. di. 4. tunc & tanto pernitiosius quanto scientius ar. † ꝙ peccata propter sententiam aggrauantur, famulus. n. sciens voluntatem domini, & non faciens vapulabit plagis multis. 1

1 *Ignorantia iuris partim excusat, sed non in totum releuat.*



Si quis. Ad idē est hoc c. Luciani papæ. Sūma est in rubr. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit pœnitentiā eius, qui sciēter accipit vel dat eucharistiā de manu hęretici. In 2. ponit pœnitentiam permittētis hæreticū missam celebrare in ecclesia catholica. In 3. ponit pęnitentiā eius, qui ab ecclesia catholica recedit & alias, ad hęresim trahi. 2. ibi

si quis

Marginal notes: Exponit literam. S. Tho. Archi. Diuisio. Exponit literam. Archi. Diuisio. Exponit literam. Casus. Exponit literam. Diuisio. Exponit literam. Diuisio.

si quis 5.ibi, si recesserit &c.Leg.¶[Si quis,& nescit.]ar.[ꝙ ignorantia iuris partim excusat, sed nõ ex toto releuat.gl.
1 †ꝙ cõtradicit ecclesia].i.perhibet dare vel accipere de manu hæretici[postea intelligens] illud per ecclesiá esse prohibitũ,& per cõsequẽs peccatũ peniteat &c.[si aũt stat &c. humanius vt 5.annis.] hæc ergo sententia potior est cæteris præponenda, quæ maiori innititur pietati, vt di.9.sana. [Si quis]2.pars.[& nescit].s.ignorãtia inuincibili, quod ecclesia contradicat[si pro damnatione].i.in cõtemptum ecclesiæ catholicę[si recesserit] 3.pars[inter audiẽtes] supple tantum.Hug.sine oblatione.i.quod eius oblatio non recipiatur.Hug.Archid.



Epit. Hoc c.est Gregorij in registro vbi ponit pulchrum exemplũ ad ostendendum ꝙ de manu hæretici communio non est recipiẽda. Summa est in rubro Et diuiditur in duas partes. In j.narrat deuotionem regis,[de quo loquitur.In 2.narrat etiam constantiam eius, & repulsionem,quam episcopo hæretico offerente sibi communionem fecit 2.ibi, superueniente.Litera patet. — Diuisio.

¶ Quæstio secunda.

1 *Mortuus an possit excommunicari vel absolui ab excommunicatione.*


Quod autem. Hinc incipit 2.qõ, in qua q̃ritur, vtrũ aliquis possit post mortẽ excõicari vel absolui. Et diuiditur ista qõ in duas partes. in quarum prima probat per 5. capitula, ꝙ nullus põt ligari vel absolui post mortem excepto crimine hæresis, & si hæreticos fecit hæredes, vel &c.In 2. probat ꝙ post mortẽ põt aliquis accusari & dãnari in.§.c.his autoritatib.¶ Pro intelligentia primæ partis resumemus hanc qõnẽ & quęritur sic,†vtrum mortuus possit excommunicari vel absolui ab excõicatione.Et videtur ꝙ non autoritatibus allegatis per Gratian.hic, maxime ex illo Mat.17.Quodcunq; ligaueris super terram,super terram inquit nõ sub terra,vnde videtur quod ecclesia non habet iurisdictionem super mortuos cum non sint de foro nostro.¶ Scdo sic, ex c.cum medicinalis,ex.de sen.exc.li.6. Excõmunicatio debet esse medicinalis,sed non potest esse medicinalis mortuis,ergo mortuus non põt excõicari.¶ Tertio sic.j.in.§.his autoritatib.dr̃,his autoritatibus probatur,ꝙ viuentes non mortuos soluere vel ligare possumus.¶ In oppositũ.j.c.c.sane, vbi habetur, ꝙ hæretici & scismatici, & illi quorũ scripta hæresim continent post morte sunt excommunicandi.Respondet. dicendum ꝙ excommunicatione proprie dicta, quæ est à qualibet licita cõione & legitimo actu,vt diffinitur 11.q.3.§.euidenter,siue prout separatio à cõione ecclesiæ quo ad fructum & suffragia ecclesię cõia prout diffinit eam magister sententiarum in 4.dist.18.mortuus non põt excoicari,nec absolui,per consequens,ista conclusio patet ex rationib.factis in principio quæstionis,patet etiã.excõmunicatio.n.sequitur iurisdictionẽ ex.de ele. trãsmissam, sed in mortuos ecclesia militans non habet iurisdictionẽ aliquam,ergo sequitur & loquendo proprie de excommunicatione nullus mortuus põt excommunicari.¶ Scda cõc. capiendo excommunicationem pro denuntiatione excõicationis quia denuntiatur aliquis fuisse excommunicatus ne in ecclesia fiat oratio pro eo, ne etiam habeat cum fidelibus sepulturam communem bene potest mortuus excommunicari.Et dignum est ꝙ fiat patet conclusio, quia si probatur post mortem, quod aliquis fuerit hæreticus dignum est ꝙ à communione ecclesiæ denuntietur separatus.secũdo indignum est, ꝙ ecclesia pro tali oret sicut pro fideli,ne ergo particeps videatur orationum fideliũ,dignũ est vt per sententiam innotescat fidelibus pro tali non esse orandum.¶ His visis dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primam dicendum est, ꝙ rõ illa procedit de excõmunicatione proprie sumpta. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ illud intelligitur de excõicatione, quæ fertur in viuos,qui de morte peccati possunt resurgere ad statum gratiæ,non de illa quæ fertur in mortuos, vnde ꝙ illi mortui excommunicãtur,non est ꝙ illa excommunicatio non sit illis pœna,vel medicina,sed in detestationẽ criminis & ad terrorem aliorum qui hoc terribile iudicium ecclesiæ videntes,in similia cadere perhorrescant.¶ Ad tertiã respondetur ꝙ loquitur de excommunicatione proprie dicta.

Diuisio. — Quæstio.. Primũ ar. — Scdm arg. — Tertiũ ar. — Opponit in contrarium — Respondet — Prima cõ. — Secũda cõ. — Ad primũ arg — Ad secundũ — Ad tertium



De communione. Hic incipit primũ c.de 5.quæ inducuntur pro parte negatiua qõnis.Et est ca.Leonis papæ.Summa est in rubro.Breue est.Lege.¶ [De cõione &c. hoc dicimus ꝙ horum causa non communicauimus].s. in his,in quibus cõio est interdicta Arc.[communicare non possumus] nisi appareat quare in vita eis communicandũ fuisset ex.de sen.exc.à nobis,& ex.de sepul.c.parochianos. — Exponit literam.

1 *Prohibitum intelligitur quod non inuenitur concessum.*



Negatur. Ac idẽ est hoc c.ꝙ est Gelasij papæ.Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In 1.ostendit,ꝙ ecclesia viuos põt ligare,& absoluere,non aũt mortuos, ex eo ꝙ huius rei quod ecclesia mortuos absolucrit nec exemplũ à sanctis patrib.habetur, nec autoritas. In 2.ostendit idẽ esse vi verborũ,quibus clauium ptãs data est Petro.2.ibi,& qui hoc tm̃.Lege.¶[Legat]ordo.s.legatur [veniam fuisse concessam nisi se corrigentib.] supple,vel se corrigere promittenti.bar.17.q.j.§ si igitur Arc.[ex quo est religio christiana &c.auditum aũt &c.]quia iniustũ est qđ dimittatur peccatum ei, qui non vult dimittere peccatum pœnitendo.Eccl.2.si pœnitentiam non egerimus incidemus in manus Dei viuentis [nec] supple auditur vnquã tale[quod ex corum voce depromititur].i.petitur.s.ꝙ existente in errore de contumacia detur venia,loquitur.n.de clericis constantinopolita. qui in malicia sua pertinaciter perdurantes,petebãt ab ecclesiã romana veniã de errorib. suis,in quibus nihilominus persistere volebãt,& ꝙ hæretici illi qui iã defuncti erãt absoluerẽtur[id quoq;]est alia rõ [potiores] merito, non autoritate,vel dignitate,vna.n.& æqualis ptãs autoritas est in oĩbus romanis pontificib.&c. [& qui hoc solus].s.Christus de pœ.di.1.c. verbũ[nunquã dixit &c. arg. quod.n. non inuenitur concessum intelligitur prohibitum.Hug. — Diuisio. — Exponit literam;

1 *Zelus laudatur propter intentionem.*
2 *Argumentandum quod sit a contrario sensu.*

Sane. Ad idẽ est hoc c. quod est Vrbani papæ summa est in rubro. Casus huius c.est ſm Hu.Rich.Burelli filius raptor erat & maleficus,qui dño suo seruiebat in guerra,& multa mala fecerat iniurias inferẽdo,sacrilegia cõmittẽdo pp q̃ forte excõicatus erat, tñ iste cum quibusdã alijs in natali dñi promisit dño papæ stare mãdatis ecclesiæ,& ita sub pmissione emendationis ab eo est absolutus , verum antequã mandatũ ecclesiæ reciperet in bello iusto pro dño suo mortuus est.Eps aũt eius nolebat,ꝙ ecclesia cõicaret ei mortuo,qa nõ debebat ei cõicare in vita . nolebat.n.p eo fieri orões,siue oblationẽ,super quo cõsuluit dñm papã Vrbanũ,papa vero præcipit,ꝙ defuncto nõ negetur cõio ecclesiæ, quia absolutus erat cũ promisisset se satisfacturũ:diuiditur aũt hoc c. in duas partes.In 1.cõmendat pdictũ epm de bono zelo, & mente.In 2.præcipit pdicto Richardo esse cõicandũ:pro quo inducit primo autoritatẽ Leonis papæ.2.ibi,quia ergo Leg. ¶[Sane.pro zelo Dei]† a zelus laudatur pp intẽtionẽ. Hu.sed tñ nõ fuit ſm sententiã sic 15.q.1.§.sic,& de conse.di.3.perlatũ & 3.q.1.ad lumina.Io.de Arc.[ab eius eleemosynis].i. pro eo factis.Hug.[quibus nõ cõicamus,nec cõicare debemus nec mortuos &c.]ext.de sepul.sacris.[opposito].i.cõtrario
1 ar.†ꝙ à contrario sensu est argumentandum.di.9. c.1.& 8. q.1.sciendum,ad idẽ est ex.de reg.c.cum virum,& 2ñ.q.2. puella,cum alijs.[nos oppugnãtia]nos vel inter se.Hu.[impios].i.peccatores,[nõ possumus],s.de iure, ideo sequitur [haud].i.non[licet]dispensatiue in hoc est dispensatio, qa cum nolunt satisfacere à principio possunt de iure cõi cogi ad pœnam,& pp contumaciam excommunicari,vt 22. q.1.pdicandum.Cũ ergo nõ statim cõpellit aliquẽ, sed dat inducias vt puta domũ vendat,vel quia allegãt se non posse statim agere pęnitentiã,quodãmodo dispensat,vt patet in meretricib.& vsurarijs Hu.vel dispensatiue,quia ante actã pœnitentiã eis sacramẽta cõceduntur,quã diceret nõ de rigore,nisi primo satisfecissent.ex.de ver.sig.ex parte. Io. de Arc.[partib.exire].s.2.q.1.multi[absolutionẽ].s.ab excõicatione,

Casus. — Diuisio. — Exponit literam. — Archi. — Hugu — Archi.

catione, vel si non fuit excommunicatus absolutionē.i.remissione[quia ergo]2.pars, cōcludit quod cū Richardo sit cōicandū.Tū quia nominatim excōicatus &c.[seruitio]& creditur, ꝙ iniusto bello[dispensatiue].i.quādiu, quasi diceret quādiu nō patimus siue sustinemus eos, vt antequā satisfecerint, eccl'a cōicet eis in sacramētis[volumus vt eleemosynis eorū].i.pro eis factis cōicare.i.acceptas habere & defuncti &c.[modis omnibus].s.suffragijs omnibus ecclesiæ.

1 *Decedens in heresi siue in scismate non potest post mortem absolutionis beneficium obtinere.*

2 *Excommunicatus iniuste absoluitur et reconciliatur post mortē*

3 *Reconciliare mortuum quid dicatur.*


NEc quisquam. Ad idem est hoc c.Gelasij papæ. Sūma † decedēs in hæresi siue in scismate nō pōt post mortē absolutionis beneficiū obtinere. Et diuiditur in tres par.In 1.dicit, ꝙ Achacio crimē eius nō fuit in vita relaxatū, sed in sua hæresi fuit defunctus.In 2.ostēdit ꝙ post mortē absolui ideo non pōt, quod probat autoritate & rōne.In 3.concludit ꝙ nō est illi cōicādum, nec consortib. sui erroris.2.ibi, si quidē.3 ibi, atque.Leg. ¶[Nec quisquā nec meruit.]hic habes licet sub obscuris verbis.† ꝙ quis post mortē absoluitur & reconciliat̃ iniuste prius excōicatus, ad idē est.j.26.q.6.qui recedunt. ¶ Sed quæritur † quid est defunctum reconciliare.respondetur quod defunctum reconciliare nihil aliud est, nisi eum in orōnes ecclesiæ recipere, & eleemosynas ꝓ eo factas acceptas habere ẜm Gof. Arc. [Si quidem]2.pars.[delegatum est]Matt.18.[ceterum]idē probat rōne quia de tali qui in diuino iudicio est iam constitutus &c.[atq;]3.pars.ordo[iō prorsus cū nullo eorū ꝑticipare debetis nisi.] ꝓ sed. [eius].s. Achacij[noīe refutato, cæterisq; &c.pro participare dico[mensæ dn̄icæ pusitatē] .i.corpus Christi, ꝙ de castis & purissimis virginis Mariæ sanguinibus est formatum, vt ait Damasus li.3.[quam].s. mensam[discretam].i.diuisam.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio Respondet Damasus.

1 *Absolutionem non meretur nisi pœnitens.*



DAmnationis. Ad idē est hoc ca.qđ est Leonis papę.Summa est in rubro.Breue est.Lege.[Damnationis &c.nullus]ēt papa,Hu.ār.† ꝙ non nisi pęnitēs meretur absolutionē quia qui nō vult de peccato suo pœnitere in hac vita, damnabitur in futura. Ezec.18.Si impius non fuerit conuersus ab impietate sua, & non egerit pœnitētiam, ipse in iniquitate sua morietur.

Exponit literam.

His autoritatibus. §.est, in quo incipit 2.pars q̄stionis, vnde dicat Gratianus quod his &c.

1 *Dictice quid dicantur.*

2 *Testator si relinquat excommunicato quid iuris.*


SAne. Inducitur in primis hoc c. pro alia parte affirmatiua qōnis, videlicet, ꝙ possit quis post mortē accusari & dānari. Et est.c.sumptum ex prima actione quintę synodi vlis.Summa est in rubro.Et diuiditur in tres partes.In 1.ostendit ꝙ hæretici post mortē possunt excōicare, & iniuste damnati possunt recōciliari.In 2.ponit ꝙ sicut hæretici, ita q bona sua hereticis reliquerunt, possunt post mortem anathematizari.In 3.multa exēpla ī testimoniū inducta eorū q̄ dicta sunt approbat sancta synodus 2.ibi multi epi. 3.ibi itē sctā synodus.Le.¶[Sane anathematizari].i.anathematizatos denuntiare, sicut dictū est in prin.q̄st. [sicut eos qui iniuste.] hoc fuit rōnabile, & est primo vt infamia falso imposita deleat̃.Tū 2.vt iustitia īnocēti reseruet̃ 3.vt ꝓ eis à fidelib. [oretur]in sacris dictis &c.]† dictice dicunt̃ in romano vulgari vbi vita & gesta romanorū pōtificū cōtinētur.hic aūt ponit̃ ꝓ macula.Hu.[itē in actione.]verba sunt notarij scribētis acta synodi vel verba Gratiani[in actione].i.in tract. q̄ntæ diei supple synodus dixit.Hu.[Aug.]q fuit tpe Damasi papæ longe ante 5. synodū, q̄ tpe Iulij papæ fuit celebrata di.17.[Sexta]Hu.& Arc.[& si forte isti libri] quos dr̄ fecisse Cecilianus expresse designant per inscriptionē librorum suorū[sicut dominus designauit Iudā], i. si ita & certa designatio illa, sicut est designatio illa, qua dn̄s designauit iudā cui dixit.[Cui dedero panē intinctū &c.traditorē].i. actore[legāt]ōndit, ꝙ nō designatur Cecilianus in illis libris autorem fuisse illius dogmatis [traditores].i.actores

Diuisio. Exponit literam. Hugu. Archi.

[anathematizauero].i.anathematizatū ostēdero[ipse]ego [tradidisse].i.cōposuisse, vel edidisse[quæ mō]verba sunt synodi quintæ, q̄ mō recitata sunt.s. hæreticos post mortē anathematizari.[impiū].i.ꝯ pietatē fidei[inculpatū.i.maxime inter oīa crimina culpabile reputatū, & habitū[& cōdēnatū]quia qui non credit iā cōdēnatus est[ecclesię traditio].i.autoritas, vel statutū[iō &c.anathematizo].i.anathematizatū ostēdo, denūtia, & pro tali habēdo ꝑdico.[multi, epi]:.pars [facultates.]hic est 3.crimē pro quo sicut hic dr̄ potest quis post mortem cōdemnari, & excōicari, licet occultum in vita fuerit.primū est hæresis 2.crimen lęsæ meiestatis, vt in e.ti.de crim.le.ma. Alia peccata nō legimus accusari posse quia prout in eodē habetur crimina morte ex-
2 tinguuntur 23.di.quorundā.¶ Surgit hic qō.† quid si relinquat excōicato.Rn̄detur idē vr̄ esse.ar.4.q.1.c.2.quia nō debuit ei cōicare, si tn̄ relinquat ei cuius cōionē vitare nō debuit, secus est 11.q.3.q̄m idē est etiā si extraneo excōicato relinquat qui postea pœnitet & absoluit̃ ar.C.de hære.aut. de Nestorianis Gof. Arc.[sunt]ꝓbat autoritate beati Aug. dicēs, sunt aūt & Aug.licet non condēnati, quia error eorū certus non fuerat ecclesiæ[demonstrato pc̄tō.]per ea, q̄ docuerunt[itē.]sunt verba Aug. [dicis]verba sunt aduersarij hæretici[dicis tu.]o Augu.licere de mortuis iudicare.Rn̄deo licere mihi[q̄m iudiciū nō tm̄ &c.item Rabanus]probat idē autoritate Rabani.[itē Romanorū]probat idē autoritate ecclesiæ cōstātinopolitanæ[romanorū].i.cōstātinopolitanorū[papa].i.patriarcha[cum nec in fide peccasset.] ¶ Surgit hic qō. vtrū hoc sit verū. Et vr̄ q̄ non q̄m.s.di.15. c.1.dr̄, ꝙ ꝑp fidē dānatus fuit.Rn̄det, ꝙ iō dr̄ hic in fide nō peccasse.s.tm̄ in Romanū pontificē sentētiā excōicationis protulit, vt 21.di.in tm̄, vel 2.ideo dr̄ in fide non peccasse.s. principaliter, vt esset inuentor, vel auctor noui erroris, vel hæresis, tm̄.n.erat hæreticorum defensor Hugu.& gl.[hic] Romæ, loquitur de noua Roma.s.de Constantinopoli.Vn̄ inferius dicit]antiquioris Romæ[vbi aperte ostedit duas esse Romas, nouā.s.& veterē.]itē si ad tempora[idē probat autoritate Theophili]quod & in isto fecit[q̄n excōicatus est &]virgilius.[supple fecit de alio Arc.]itē sancta[3.pars sufficiunt &c.traditionem].i.doctrinam[item in actione quarta]idem probat synodus repetendum dicta Augus.& cōsuetudinem ecclesiæ romanæ in fine[anathematizauit] .i.anathematizatos denuntiauit.

Quæstio. Respondet Goffred. Quęstio. Respondet Hugu.

¶ Quæstio tertia.

1 *Excommunicari an possit familia vel extraneus pro peccato alicuius, quod non.nu.2.*


QVod auem. Hic incipit 3.q. qua queritur, vtrum pro peccato alicuius tota familia sit excōicāda.Et diuiditur hæc qō in 6.partes.in 1. probat ꝙ nullus pro peccato dn̄i sui debet excōicari licet qn̄q; puniatur vnus pro alio sine culpa, sed nō sine causa, de quibus multa ponit exempla.In 2.probat, ꝙ plus nocet maledictū maledicenti, q̄ cui maledicitur, & hoc probat per 8.ca.In 3.probat Gratianus, ꝙ nullus debet alij maledicere nisi aliud facere non possit, & tunc amore iustitiæ, non liuore vel vltione debet illū corrigere. In 4.ponit differētiā inter hæresim & scisma.In 5.ponit dr̄ias diuersas hæreticorum.In 6.ostendit, quod ad experientiā hoīum permittit Deus hæreses, & hoc per ca.vl.2.ibi, vt ergo.3.ibi, illicita. 4.ibi, quia vero.5.ibi, qui vero.6.ibi, ideo, ¶ Pro pleniori
1 intelligentia huius partis hic quæritur, † vtrum pro peccato alicuius familia vel aliqui de familia, vel aliquis extraneus possit excōicari.Et vr̄ ꝙ sic 1.Re.2. Heli pro peccato filiorū suorū punitus est: ergo à simili pro peccato patris filij sui possunt puniri, & ita excōicari.¶ Scdo sic tota familia vel pars pōt interdici, vt ex.de spon.non est nobis, ergo à simili excōicari, cum vtraq; pœna sit ecclesiastica.¶ Tertio sic, si vir impignorauerit terrā & insuper debitus obligat⁹ absentet se à terra, & assignata fuerit vxori aliqua portio terræ pro suo victu, poterit vxor conueniri à creditoribus mariti, & nisi pro posse satisfaciat poterit excōicari ꝓ peccato mariti, qui bona sua dissipauit, ergo &c.in opp̄itū est, pars ista prima huius qōnis, vt patet in.§.j.his ita rn̄det. & in c.

Diuisio. Quæstio. Primum ar. Scd̄m ar. Tertium ar. Opponit in cōtrarium.

espondet 2 & in c.seq.si habes. Rñ.dicēdū sub ista cōclusione† pro pctō alicuius hoīs non potest tota familia excōicari, nec pars familiæ, nec filius, nec vxor, nec seruus, nec quicunque alius extraneus, nisi consentiat aliquo mō in crimine illius, ista concl. primo patet ex litera pñsenti, vbi ex autoritate Pauli probatur, rōne vero probatur sic. Nemo debet excōicari nisi ꝑ peccato mortali, & talis qui aliter corrigi non potest 11.q.3.nemo epōrū, quod rōne etiā sic ostēditur, iuxta ecclesiasticus per excōicationem excommunicatos excludit à regno cœlorum quodāmodo, vnde cum non debeat excludere nisi indignos sed nullus redditur indignus, nisi per peccatum mortale charitatem amiserit, quæ est via ducēs ad regnum, sed peccatum dñi non est peccatū familiæ, nec peccatum viri est pctm̄ vxoris, nec pctm̄ patris est pctm̄ filij, nec pctm̄ dñi est pctm̄ serui nec cuiuscunque alterius, ergo concl. vera. ¶ Scđo sic ex contumacia sola infertur excōmunicatio, vt in euangelio, si ecclesiam non audierit, sit tibi &c. ergo vnus pro alio non venit excommunicandus, nisi concurrant in contumacia ambo. His habitis dicendum est ad rōnes in oppositum. Ad primam rñdetur. primo negando consequentiā. Licet.n. aliqui tpaliter puniantur pro culpis aliorum non tñ excommunicantur aliqui pro pctis aliquorū, nisi aliquo modo participes sint peccato illius, & tñ tunc pro peccatis proprijs puniuntur. ¶ Scđo dr̄ negādo assumptum, dicimus.n. ꝙ Heli fuit punitus pro peccato proprio, quia filios suos debito modo non correxerat, vñ in eius redargutionē dixit sibi vir Dei. Ex parte dñi magis honorasti filios tuos q̄ me vt habetur j.Reg.2. ¶ Ad scđam rñdetur negādo consequentiā quia non est simile de interdicto, & excommunicatione. Longe.n. maior pœna est excōicatio, quā interdictum. Excōicatione.n. nulla maior pœna est in ecclesia Dei, vt.j.e.q.c. corripiantur. ¶ Ad tertiā rñdetur, quod in illo casu si vxor monita nollet satisfacere, si talis est consuetudo vt satisfacere debeat iā excōicaretur pro delicto suo. Leg. ¶ [Quod aūt] exempla multa ponit Nicolaus sed per ea nihil probatur ad propositū qōnis, quia vt supradiximus aliud est puniri aliquē pro pctō alterius, & aliud excommunicari, quæ pœna spūalis maxima in ecclesia, Vtrum aūt alia pœna vnus punieī pro pctō alterius patet ꝙ sic, & probatur ex istis exēplis. Et an hoc sit licitū disputauimus superius 1.q.4. [nūc ergo litera] sodomitarū[Gen.19.] itē pro pctō[.1.Ro.15. itē Dathā] numeri.16.in nouo &c. [inuoluit] di.45. sed illud &c.

Ad primū arg.

Ad secundū

Ad tertiūm

Exponit literam.

His ita respondetur.

§. est, in quo rñdet magister in quo facit duo. primo ponit duas conclusiones. scđo concludit ad qōnē. prima concl. est ꝙ pœna corporali bene aliqui flagellabātur pro peccato aliorū, ꝙ ꝑbat autoritate euāgelij Ioā.10. secunda est, ꝙ nullus punitur pro pctō alterius pęna spūali, qua punitur spūs, quā probat autoritate Ezech. prophetę. Scđo cōcludit ex his ꝙ nullus est excommunicationis sententia innodandus pro peccato alterius, ꝙ probat autoritate apostoli 1.ad Cor.5. ¶ [Zelotes].i. ad modum zelātis puniens. Exo.20. [morietur] punietur in æternum vita priuatus gratiæ[Paulus].i.ad Cor.5. [nominatus].i. per sentētiam condemnatus 2.q.1. multi[de crimine,] cum contumacia[in iure].i. coram iudice, &c.

Exponit literam.

SI habes.

Pro confirmanda hac conclusione inducit hoc c. ꝙ est Aug. ad Basiliū epm̄. Summa est ꝙ nec filius pro patris peccato, nec vxor pro peccato mariti, nec seruus pro peccato dñi, nisi sint participes in delicto vel contēnāt pceptū ecclesiæ cum dño conuersando, debet excommunicari. Et diuiditur hoc c. in tres partes. In prima loquēdo pfato epo Basilio qui excommunicauerat filiū cuiusdā qui dicebatur Classianus pp pctm̄ ipsius Classiani, petit velle doceri exēplo aut rōne qua motus fuerat ad excommunicādū totā familiā pro peccato pdicti Classiani. Et rñdet ad qdā exēpla, quæ poterāt allegari ad hoc. In 2. narrat factum, in quo rñdet quid iuris rñsionē probans vna ratione. In 3. concludit. 2. ibi, & si Classiani. 3. ibi, si ergo. Lege. ¶ [Si habes explora tū].i. pbatū[subueniri.] quia excommunicatus non debet baptizari[hoc.n.] hic rñdet exemplis illis. [hoc.n.] supple quod legistis de Dathan & Abiron, & similib. quasi diceret non est ad propositū quia ibi fuit pœna corporalis ꝯm quā bene vnus punitur pro peccato alterius. Non sic est verum de pœna spūali. vnde ait[spiritualis.] scriptū est Mat.16. & de quibus dictū est Eze.18. [audistis &c. idonei.] quia non sufficit dicere, nisi dicti ratio assignetur 2.q.7. criminationes[nisi grauissime cōmouere]. est genus locutionis sicut cum quis dicit, ergo non facere quid tale, nisi essem ex me ipsum vel bene ira aut passione citatus. Non.n. dicit quid fieri debeat, sed quid fieri solet. Solēt quippe hoīes retentio rib. factis turbulentius excitari Hu. & gl. rudimēta].i. principia, siue exordia Hu. [anniculo].i. vnius anni. Nondum .n. per annū fuerat iste eps. [Etenim Classiani filius] 2. pa s. [noxā].i. peccatum originale[vnde & si vnā] assignat rationem ex damno, quod ex illa excommunicatione sequitur s. ꝙ vna aīa sine eius culpa periret, quod malū est maius, q̄ si innumerabiliter &c. [quod tñ fieri non debet. [Si ergo] 3. pars, concludit vt possimus & nos videre eā & ponderare eam si militat. [Si autem non potes commotione].i. ira ex indignatione stomachi 11.q.3. feruetur. [aliquid].i. peccatum mortale vel tantum scandalum. [vnde]. i. maxime cum sit interrogatus &c.

Diuisio.

Exponit literam.

Hugu.

Vt ergo.

§. est, in quo Gratianus concludit ex pdictis, ꝙ non est aliquis excommunicandus pro peccato alterius, nec posset aliqua rōne fieri incipit ēt hic 2. pars qstionis in qua probat p octo capitula, qđ illicita excommunicatio maledicto magis nocet maledicenti, quā illi q iniusto maledicit, & hoc ꝑbat vsq; ad. §. illicita.

1 *Excommunicatus potest exequi officium suum sicut prius vbi excommunicatio est nulla maxime autoritate superioris.*

Omperimus.

Cap. hoc est Greg. in registro: Summa est ista.† vbi excommunicatio est nulla excommunicatus potest exequi officium sicut prius maxime autoritate superioris. Et diuiditur in tres partes. In 1. narrat factū In 2. prouidet 2. ibi, ideoque. Litera est clara, nec est aliqua hic difficultas.

Diuisio.

1 *Maledicere an sit peccatum mortale, & nu.4.*
2 *Maledicere de per se non est licitum potest tamen esse licitum numer.3.*
5 *Maledicere aliquando est peccatum veniale.*
6 *Prælati non debent faciliter ore maledicere.*

QVi negligunt.

3 creator omnium. ¶ Secundo illud est erroneum. quia † cum creare quod est producere aliquid ex nihilo sit virtutis infinitæ, quia creare est proprium solius Dei nec communicari potest alicui creaturę, quod patet sic, potentia facientis pportionatur distantiæ quæ est inter id, quod fit & oppositū ex quo fit. ¶ Quarto enim frigus est vehementius, & sit calor magis distans, tanto maiori virtute caloris opus est, vt ex frigido fiat calidum. Non esse autem simpliciter in infinitum ab esse distant, quod ex hoc constat, quia à quolibet ente determinato plus distat non esse, quam quodlibet ens, quantumcunque ab alio ente distans inueniatur. ergo faciēs & nihilo infinitæ potētię est & virtutis: cum ergo nulla creatura sit infinitę potentiæ aut virtutis, nec potest ei cōmunicari, ergo sequitur quod impossibile sit quod ab aliqua virtute superna quæ sit creatura creetur aliqua creatura, sed a solo Deo, qui solus est infinitæ virtutis solusque omnipotens, & ita ponere aliquam talem virtutem à qua creatus sit mūdus est manifeste non modo hæreticum sed rationi naturali repugnans

Hugo.

Quarta probatio.

Quinta probatio.

repugnans,& tantum dictum sit de confutatione præsentis erroris.

2 *Menandriani qui dicantur & quæ sit eorum heresis.*

1 Menandriani. †Sequitur secunda hæresis posita ab Isidoro,vbi supra isti à Menandro discipulo Simonis magi sic vocati sunt.qui mundũ non à Deo,sed ab angelis factũ asserũt. Pro reprobatione erroris huius Menandri sufficiunt illa quæ dicta sunt in reprobatione erroris ipsius Simonis magistri sui,à quo hunc recepit errorem. Qualis enim magister talis discipulus,vnde nec mirum si magistri erroris existunt qui veritatis discipuli nõ existunt.§.e.quid autem. Præterea cõtra errorem illum expresse est illud Augu.qui ait quod nec boni nec mali angeli possunt esse creatores alicuius rei. Augu.

1 *Basilidiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Basilidiani. †Sequitur tertia hæresis quæ est secũdũ prefatum ordinem. isti à Basilide sunt appellati qui inter reliquas eius blasphemias dixit Christum non passum esse à Iudeis,sed Simonem Cyrenẽsem quẽ angariauerunt,vt tolleret crucem domini. Matt.27.& Marci.15.iste est error pessimus & impijssimus. aufert enim à nobis incarnationis & passionis fructũ, ac omnia redẽptionis nostrę mysteria,falsa.n.dicit,cuius erroris falsitas vna manifesta ẽ, vt nõ sit opus multa huius inducere testimonia.Quẽ errorem luce clarissima ostendit esse falsum hæreticum ipse Christus qui est veritas.Io.4.de seipso non de Simone Cyreneo,nec quocunq; alio,sed de seipso ait.Mat.20.Ecce ascẽdimus Hierosolymam & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & cõdemnabunt eum morte. Tradetur.n.gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum,& tertia die resurget.& hæc omnia vt prædixit cõpleta sunt in eo,& non in Simone Cyreneo.Præterea ille passus de quo ꝓpheta Esaias ait,Esa.53.vere languores nostros ipse tulit,& labores nostros ipse portauit.nisi solum de filio Dei incarnato de quo in symbolo canit ecclesia. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis,& incarnatus est de spiritusancto,natus ex Maria virgine,passus sub Põtio Pilato,crucifixus mortuus &c.Et multis alijs facile est falsitatem prefati erroris confutare. ideo breuitatis causa supersedemus ab alijs testimonijs.

1 *Nicolaitæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Nicolaitæ. †Quarta hæresis quæ est secundum ordinem text. Isti dicti siue appellati sunt sic à Nicolao diacono Hierosolymitarum qui cum Stephano & cæteris constitutus est à Petro ad ministerium,vt Apostoli libere vacarent prædicationi diuini verbi, & non mensis. Act.6.de hoc Nicolao fertur quod habens vxorem pulcherrimam, cum culparetur de nimio studio & cura coniugis ad excusandas excusationes in peccatis permisit vt quicunq; vellet eius coniugi admisceretur in quo iste errauit. primo quia rem illicitam ad excusandas excusationes in peccatis egit.Nam adulter effectus est qui in vxoris adulterium consensit eam voluntarie prostituendo, & qui cum ea vna caro esse debuit.Gen.2.in plures diuisit, quod credendo licitum esse nulli dubium quin sit error pessimus cõtra quem est ꝙ dominus ait Mat.19. quos Deus coniunxit homo non separet &.33.q.2.quos Deus.hic etiam error est contra duo bona matrimonij.s.fidem & sacramentum.i.inseparabilitatem. de quo.27.q.2.omne.¶ Secundo errauit.quia exemplo suo pernicioso suborta est hæresis turpissima quæ concedit indifferenter vsum & copulam quarumlibet fœminarum siue in maritatis adulterando,siue in solutis fornicando,& in proximis incestum committendo, quæ tãquam abominanda tam in lege quam in euangelio nemo vtens ratione dubitat esse damnata,quam sectam dicitur odire Deus. Apoca.2. ibi episcopo ephesi dicitur.hoc habes bonum,quia odisti facta Nicolaitarum quæ & ego odi.& de hoc errore dicta sufficiant.

1 *Gnostici qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*
2 *Anima rationalis est producta de nihilo.*

1 Gnostici. †Sequitur quinta hæresis tex. [Isti propter excellentiam sciẽtiæ se ita appellare voluerunt]quorum hic duo ponuntur errores.vnus est in quo animam naturam esse Dei dicunt.Secundus est in quo bonum, & malum Deum suis dogmatibus fingunt.in primis isti hoc nomine superbe & vane gloriantur. vnde dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.ad Ro.1.primis error eorum in quo dicunt animam naturam Dei esse siue quod sit de natura & substantia Dei est hæreticum, qui error manifeste confunditur & reprobatur non mõ tanq̃ hæreticus, sed etiam tãq̃ stultus primo sic.†Anima rõnalis est ꝓducta de nihilo : ergo nõ 2
de substantia Dei,cõsequẽtia est manifesta,antecedens patet Gene.2. faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. hoc non est dictum secundum corpus. cum Deus sit incorporeus.ergo secundum animam.item dicit Aug.& legitur & no.32.q.2.quod vero, quod anima infundẽdo corpori creatur,& creando infunditur.& in lib.de quãtitate animę dicit.anima est quædam substantia rationis particeps regendo corpori accomodata.¶ Secundo sic.natura diuina est simplicissima in fine simplicitatis,vtpote non composita aliquo modo,nec componibilis nec alicui tanquam pars vnibilis.Est enim purus actus per se subsistens,sed anima rationalis est forma concurrens vt pars ad constitutionem hominis: ergo est impossibile quod sit natura Dei.¶ Tertio sic.natura diuina est incommutabilis.extra de sum.tri.c.1.vtpote apud quam nulla mutatio nec vicissitudinis obũbratio, vt dicitur Iac.1.sed anima rationalis est variabilis & mutabilis multipliciter de statu gratiæ in statum peccati vel econuerso, de gaudio in tristitia & huiusmodi passionibus. vt pote quæ nunquam in eodẽ statu permanet vt dicitur Iob.2. ergo impossibile est quod anima rationalis sit de natura Dei. ¶ Quarto stultitia huius erroris confutatur quia cum quicquid est de natura Dei sit Deus,sequeretur secundum hunc errorem ꝙ tot essent Dij quot homines,quod quam stultum sit non est opus scribere. ¶ Quinto confutatur error prædictus. dicit enim Aug.in lib.de verbis domini.quid est omnipotẽs Deus nisi inestimabilis incomprehensibilis ineffabilis essentia vltra omnia, præter omnia omnem creaturam suam excedit, omnem facturam præterijt vniuersa præcellit. ergo impossibile est quod aliqua siue anima siue angelus sit de natura Dei.¶ Secundus error duo cõtinet. primus est duos Deos esse. Secundus est quod vnus illorum Deorum sit bonus, & aliud sit malus,quos errores esse hæreticos imo stultos cõtra rationem naturalem apertissime ostenditur.primo id qđ dicunt plures esse Deos est cõtra illud Deu 6. audi Israel dominus Deus tuus vnus est.& ibidẽ.33.videte quod ego sum solus & non est alius præter me.&.1.ad Cor.8.vnus est deus a quo omnia.idem habetur extra de summa tri.c.firmiter.& in.c.qui episcopus.di.23.ratione etiam potest ostendi multiplici,sed breuitatis gratia paucis vtemur. primo sic. Si sunt duo Dij vtrunque est necesse esse.ista est proprietas Dei.Si ergo conueniunt isti duo Dij in intẽtione essendi necessitatis, oportet quod distinguantur per aliquod additum vel vni vel ambobus,ergo vnus vel vterq; eorum est compositus, sed nullum compositum est necesse esse quoniam pendet ex partibus componentibus.ergo impossibile est plures esse Deos ¶ Secundo sic. Deus est quo maius cogitari non potest.vt dicit Anselmus.si ergo essent Dij differẽtes necesse est,vt quicquid haberet vnus haberet alter.& si sic,nulla esset differẽtia aut aliquid esset in vno quod non in altero,& de illo quæritur vtrum sit priuatio.si sic,ergo habens illam non esset vniuersaliter perfectus,quod tñ est proprietas esse omni perfectione perfectissimum.Si vero sit perfectio, tunc carens illa vniuersaliter perfectus non esset.ergo impossibile est plures ponere Deos.¶ Tertio sic.sicut diuinitas est maior quã cogitari possit, ita bonitas eius & vnitas maior.vt dicit Auicenna est quę nec actu, nec potentia,nec opinione communicabilis est; talis ergo erit vnitas diuinitatis.ergo sequitur quod ita Deus vnus est quod nec actu nec opinione nec potentia vere plures esse possunt. ¶ Secundus autem error vbi ponunt bonum & malum esse Deum tam stultus est, vt videatur superfluum aliquid contra eum allegare, de essentia enim Dei est esse summũ bonum cuius participatione sunt cetera bona.vnde August.libr.de natura boni. Summum bonum quo superius non est, Deus est, ac per hoc incommutabile bonum est,& ideo vere æternum & incorruptibile, cetera omnia bona non nisi ab illo sunt, vnde de excessu & in effabilitate bonitatis diuinæ propheta Psal. 72. admirans ait. Quam bonus Israel Deus.& Luc.18.nemo bonus nisi solus Deus.s.per essentiam & per plenitudinem bonitatis. implicat ergo contradictionem malum esse Deum.

Augu. Augu. August.

1 *Carpocratiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*
2 *Christus quod conciperetur non vtroque sexu, sed de virgine fuit.*

ne fuit conueniens propter quatuor.

1 **Carpocratiani.** †Est sexta hæresis. hi à Carpocrate quodam sic vocantur cuius assignantur duo errores. vnus est, quod Christum tantum hominem dicunt. secundus est quod ex vtroque sexu dicunt eum progenitum. Contra primũ errorem sunt testimonia vtriusque testamenti quæ demonstrant ipsum esse hæreticum. Inter multa breuitatis gratia adducemus aliqua, de veteri testamento adducemus quatuor prophetarum testimonia, de nouo alia quatuor, de veteri in primis est testimonium prophetæ qui de Christo loquens sic ait Psal. 44. ostendens eũ vtramque naturam diuinam pariter & humanam habere. Sedes tua Deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui. & infra. propterea vnxit te Deus oleo letitiæ præ consortibus tuis: quid hoc euidentius? psalmista. n. de officio loquens ait. sedes tua Deus in seculum seculi, & Deus tuus vnxit te. i. o filii Deus tuus Deus. i. pater vnxit te præ omnibus sanctis. Ecce Deus vnxit Deum. i. pater filium, nõ quod duos dicamus Deos sed vnum in tribus personis patrem & filium & spiritum sanctum, vnam essentiam, & naturam, vnde Aug. super eodem verbo ita inquit. o tu Deus: vnxit te Deus tuus. vnctum vero cum audis Christũ intellige Christus. n. vnctionis est nomen, vt autem Deus vngeret homo erat. sed ita hõ erat vt Deus eēt verus Deus & verus homo, in nullo fallax, in nullo falsus, vbique verax, vbique veritas. Deus ergo hõ, & ideo vnctus, quia homo Deus factus est Christus non potuit apertius dici nomen Christi, quam vt diceretur vnctus Deus. hæc ille. ¶ Secundum testimonium veteris testamenti est illud Esa. 9. vbi incarnationis mysterium referans ita ait. puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. In quibus apertissima luce in Christo describitur natura diuina pariter & humana cum dicitur, paruulus natus est nobis, quia in humanitate in qua paruulus fuit natus, est nobis temporaliter, & loquitur propheta de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. ¶ Secũdo designatur natura diuina, secundum quam non est natus temporaliter, sed datus cum dr̃ & filius naturalis. s. ipsius Dei patris, datus est nobis, secundum quod dr̃. 1. Io. 3. Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. sequitur infra de nominibus eius quibus luce clarius patet quod paruulus ille nobis natus non tm̃ homo, sed etiam verus Deus fuerit, & sic primum est admirabilis. s. in miraculis faciendis, quæ omnem facultatem transcendunt naturæ. secũdum consiliarius, vt doctor perfectionis consilia euangelica præceptis decalogi super addẽdo. tertium est Deus in quo apertissime ostenditur eius diuinitas. Quartum est fortis infernum spoliãdo. Quintum est pater futuri seculi electos ad patriam cœlestẽ admittendo. Sextum est princeps pacis. s. internæ, quantum ad conscientiam, & supernæ quantum ad gloriam propter quod in eius natiuitate angeli decantauerũt, gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Tertium testimonium veteris testamenti est illud Hierem. vigesimo tertio. vbi loquens de incarnationis mysterio, ita ait. Ecce dies veniunt dicit dominus. Et suscitabo Dauid germen iustum, id est Christum qui factus est rex ex semine Dauid secundũ carnem. ad Ro. 1. & .ij. & hoc est nomen quod vocabũt eum Deus iustus noster, per quæ nomina cum nulli conuenire possent nisi Deo vero apertissima luce ostenditur, quod redemptor noster Christus non tantum homo, sed etiã verus Deus sit. ¶ Quartum testimonium veteris testamenti, est illud Baruch prophetæ qui. c. 3. suæ prophetiæ ita de Christo loquens ait. hic est Deus noster, & nõ æstimabitur alius aduersus eum &. .ij. post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, cui Ioannes euangelista consonans ait Io. 1. verbum caro factum est, & habitauit in nobis, de nouo testamento quatuor adducemus testimonia tm̃ breuitatis gratia. primum est testimonium Dei patris, de quo habetur Mat. 3. Et ecce cęli aperti. s. Christo, & vidit spiritũ Dei descendentẽ sicut columbam venientem supra, & ecce vox de cœlis, hic est filius meus. s. naturalis dilectus in quo mihi cõplacui. idem testimonium habetur in transfiguratione Christi Mat. 17. ¶ Secundum testimonium est angelorum. ait. n. in primis Angelus ad virginem Mariã. quod enim nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Luc. 1. item Lucæ. 2. Angelus apparens pastoribus in natiuitate Christi dixit ad illos, annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, natus est vobis saluator mundi qui est Christus dominus. ¶ Tertium testimonium in nouo testamento est testimonium apostolorum. vnde Mat. 16. Christo interroganti discipulos, vos autem quem me esse dici. respondens. Petrus pro se & alijs ait, tu es Christus filius Dei viui naturalis. s. nõ adoptiuus. quam responsionem Christus cõmendans ait. beatus es Simõ Bariona, quia caro & sanguis. i. homo mortalis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. ¶ Quartũ testimonium, est ipsa admiranda opera Christi, ipsa singularia miracula quę operatus est Christus, quæ apertissima luce ostenderunt eum verum esse, propter quod ipse inquit Io. 5. ipsa opera quæ ego feci testimonium perhibent de me, quia pater me misit. & iterum Christus de Iudeis loquẽs. Si opera non fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum. s. infidelitatis nõn haberent. Io. 15. ¶ Secundus error istorum, in quo dicunt quod Christus ex vtroque sexu fuerit progenitus, s. de viro & muliere per concubitũ carnalem. Et ita pessimi hæretici dicunt, quod Christi mater nõ fuerit virgo, clarissima luce patet esse hæreticum cum cõtra illud Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomẽ eius Emanuel. quod interpretatur nobiscum Deus. item est contra illud Luc. 1. vbi cum angelus ad Mariam virginem missus diceret ei. Ecce concipies, & paries filium, & virgini quærenti. quo fiet istud quoniam virum non cognosco, nec supple cognoscere propono. Respondet quod non opere virili conciperet aut pareret, sed opere spiritus sancti, vnde ait spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. hinc in symbolo fidei cantat ecclesia de Christo. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. †Conueniens autẽ quod Christus non vtroque sexu, sed de virgine concipere tur propter quatuor vt S. Tho. ponit in. 3. parte. primo propter mittentis patris dignitatem conseruandam. cum enim Christus sit verus & naturalis Dei filius non fuit conueniens vt alium patrem haberet quam Deũ, ne Dei omnipotentis dignitas transferretur ad alium. ¶ Secundo hoc fuit conueniẽs proprietati ipsius filij qui mittitur, qui quidem est verbum Dei, verbum. n. absq; omni corruptione cordis concipitur, quinimo cordis corruptio perfecti verbi conceptionem non patitur, quia ergo caro sic fuit à verbo Christo assumpta, vt esset caro verbi Dei, conueniens etiam fuit, quod ipsa sine corruptione matris cõciperetur. ¶ Tertio hoc fuit conueniens dignitati humanitatis Christi in qua locum peccatum habere non debuit per quam peccatum mundi tollebatur. secundum illud Io. 1. Ecce agnus Dei. s. innocens, qui tollit peccata mundi. Non poterat autem esse, quod in natura corrupta ad cõcubitu caro nasceretur sine infectione peccati originalis: vt Aug. dicit lib. de nupt. & concupiscentia. & habetur. 27. q. 2. omne solus nuptialis concubitus ibi non fuit. s. in matrimonio Marię & Ioseph, quia in carne peccati fieri non poterat sine pudẽda carnis cõcupiscentia, quæ accidit ex peccato, sine qua cõcipi voluit. quia futurus erat sine peccato. hæc ille. ¶ Quarto cõueniens hoc fuit propter ipsum finem incarnationis Christi quæ ad hoc fuit vt homines renascerentur in filios Dei, non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo. i. Dei virtute cuius rei exemplũ apparere debuit in ipsa conceptione Christi. vnde Augu. in lib. de sancta virginita. vt significet sua membra de virgine ecclesia secundum spiritum nascitura. & tãtum sint dicta de confutatione præfati erroris.

Augu. (margin)

S Tho. (margin)

1 *Cherintiani qui dicantur & quæ sit eorum hæresis.*
2 *Circuncisio erat imperfecta ratione baptismi triplicite.*

1 **Cherintiani.** †Hæc est septima hæresis hi Cherintiani à Cherintho quodam nuncupati sunt, quorum duos tantum errores assignat hic Isidorus. primus est quod circuncisionem obseruant, & obseruandam dicunt. Secundus est quod dicunt mille annos post resurrectionem in uoluptate carnis futuros. dicunt. n. post resurrectionem esse vsum ciborum, & delectationem carnaliũ, quod vero in primo loco circuncisionem seruant, & seruandam esse asserunt, sit erroneum, & hæreticum manifestum est ex multis. primo ex illo Apostoli Pauli. ad Gala. 5. ait. n. Paulus. Ego Paulus dico. Si circuncidimini Christus nihil vobis proderit. ¶ Secundo apparet esse hæreticum. quia est contra determinationem concilij apostolorum. Act. n. 15. congregato concilio & habita quæstione vtrum circuncisio cessare deberet, an obseruãda foret, vnanimi diffinitione cõclusum est non

est non esse obseruandā.¶ Tertio error illorū hæreticus esse cōuincitur.dicit.n.Au.li.quæstionū veteris & noui testamē ti.Circuncisio vsque ad Christum indulta est. Abraham aūt circuncisionem in promisso Christo accepit,vt tandiu circū cisio curreret quādiu Christus nasceretur,permissus Abrahę qui omnes gentes iustificaret per fidem sicut fuerat iustificatus Abraham,ideo ipse debuit circuncidi,vt ipse probaretur esse,qui promissus Abrahę esset, ita vt de cetero circū cisio cessaret impleta promissione. hęc ille.¶ Quarto cum venit quod perfectū est,euacuari oportet quod ex parte est, si ad idem ordinetur,quia gratia non facit per duo,quod per
2 vnum potest facere sicut nec natura. † Circuncisio autem
a imperfecta erat respectu baptismi tripliciter.primo quantū ad significationem,quia non significabat ita expresse emundationem totius hominis ab immunditia culpæ originalis sicut ablutio baptismalis.¶ Secundo quantum ad efficaciam, quia non tam abundans gratia ad operandum & reprimendū fomitem in circuncisione dabatur, sicut in baptismo datur. ¶ Tertio circūcisio erat imperfecta respectu baptismi quātum ad vtilitatē,quia non erat eius vtilitas ita communis,sicut baptismi,cum illa haberet determinatum populum,determinatum sexum, determinatum tempus, quod non accidit in baptismo, & ideo adueniēte tempore plenitudinis debuit cessare circuncisio instituto baptismo.¶ Quod vero secundo loco dicunt post resurrectionem in vsu carnalium voluptatum futuros esse mille annos,non tantum est hæreticum,sed stultum.primo quia contradicit verbo Christi.nā Ma.22.interrogatus Christus à Saduceis de muliere quæ.7. viros habuit successiue,cuius esset in resurrectione respōdit sic dicens.Erratis nesciētes scripturas neque virtutem Dei, in resurrectione enim nec nubent.i.viri non accipiunt vxores quia homines non resurgent in vitam mortalem cibis & venere vtentem, sed erunt sicut Angeli.gl.intelli. sine labe & corruptione,visione diuina fruentes.¶ Secundus error p̄fatus est hereticus cum aperte sit contra Apostolum qui de resurrectione loquens. 1.ad Cor.5. dicit,quod seminatur in corruptione.i.q̄ sepelitur in terra corpus corruptibile surget incorruptibile.i.corpus resurgēs habebit incorruptibilitatē, per dotē impassibilitatis, seminatur in ignobilitate.i.corpus obscurū & vile,surget in gloria.i.corpus habens dotē claritatis seminatur in infirmitate, surget in virtute,seminatur corpus animale surget spirituale. Manifestū est autem quod homines resurgentes habentes corpora tam nobilibus qualitatibus diuina virtute disposita,& formata non vtentur carnalibus quibuscunq; delectamentis.¶ Tertio confutatur præfatus error & hereticus ostenditur ratione sic. resurrectio futura erit ad immortalem vitam.patet Esa.25. præcipitabit dominus mortem in sempiternū.& Apoca.20.dicitur.mors vltra nō erit.cū ergo omnino sublata erit mors, necesse erit à resurgentibus subtrahi q̄ corruptibili vitæ deseruiunt,siue q̄ ad mortalis vitę statum ordinātur. Manifestum est aūt q̄ ciborum vsus corruptibili vitę deseruit.Ad hoc enim cibos assumimus vt corruptio quæ posset accidere ex consumptione naturalis humidi euitetur.Est etiam in pręsenti necessarius vsus ciborum ad augmentum.quod post resurrectionē in hominibus non erit quia omnes in debita quantitate resurgent.Similiter coniunctio maris & fœminę corruptibili vitę deseruit.Ordinatur enim ad generationem, per quā,q̄ perpetuo conseruari nō potest in indiuiduo,conseruetur in specie.Cum autem vt dictū est resurgentium vita sit incorruptibilis,homines idem numero conseruabuntur. ergo fatuum est & irrationabile dicere , quod post resurrectionem sit apud homines vsus ciborum,aut carnalium voluptatum. Ista sufficiant pro errore isto confutando.

a¶ Cirūcisio.adde q̄ circūcisio, permissa ē Iudeis spe. in tit. de iur.calū.§. restat videre. ver. sed pone: Iudeis nō alijs l.circuncidere ff.de sicar.

1 *Nazarei qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 **Nazarei.** †Ista est heresis.8. isti sic dicti sunt Nazarei,quia dei filiū Christum esse confitentur,qui à vico qui dicitur Nazareth Nazareus est appellatus. Error istorū vnus assignatur videlicet, quod omnia veteris legis obseruant & obseruāda credunt. Quod autem hoc sit hæreticum ostendimus multipliciter.& hoc quia multi hęretici hoc errore inuoluuntur.¶Primo error iste ostēditur hæreticus, quia contradicit verbo Christi. dicit enim Christus Mat.11.ex qua autoritate arguit Augu.in quæstionibus noui & veteris testamenti dicens. hanc legem vt dicit saluator vsque ad Ioannem non vltra esse obseruandam.sic enim data est, vt completo tempore cessaret,nec enim fuit ab initio, sed ex causa ad tempus data est vt adueniente saluatore cessaret lex.¶Secundo ostenditur hereticus,quia contrariatur doctrinæ & determinationi factæ per apostolos in concilio.Act.15.vbi beatus Petrus ad conuersos ex Iudeis quæ, quidam dicebat necessario obseruandam legem, sic inquit, vos fratres scitis quoniā ab antiquis diebus elegit dominus per os meum audire gentes, verbum euangelij & credere, dans illi spiritumsanctum sicut & nobis,& nihil diferuit inter nos & illos fide purificans corda eorum. Nunc ergo qd tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorū quod nec nos,nec patres nostri portare potuerunt.& loqtur de onere cerimoniarū legis.¶ Tertio error præfatus ostenditur hæreticus. quoniam est contra doctrinā Apostoli Pauli qui in pluribus locis ostendit legem veterem nō amplius obseruandam esse,ad quod probandum quatuor rōnes pręcipuas inducit.prima est quia lex instituta fuit ad significandam gratiam noui testamenti quæ per Christum facta est.& ideo viuente Christo cessare debuit sicut viuente corpore cessat vmbra.& hanc rōnē tangit apostolus cum ait ad Heb. 11.vmbram habens lex futurorum.vnde Aug.ex hoc sic arguit. Quod enim futurum prænuntiatur aut nondum venit, aut si, iam venit, superflue & fallaciter prænunciatur lex, & prophetę vsq; ad Ioannē. Id enim quod iam venit non debet pronuntiari.Si ergo res pronuntiata figuris iā venit.ergo debent euacuari figurę,& non obseruari.¶ Itē secunda ratio apostoli est quare legalia obseruanda nō sunt est ex imperfectione eorum,quia in legalibus gratia non cōferebatur,qualē oportebat in nouo testamento dari.Sicut.n. virtus naturalis rei naturali proportionatur, ita virtus sacramentalis sacramento, vnde oportuit alia sacramenta institui in quibus amplior gratia conferretur. Et hanc rationem tāgit apostolus,ad Heb.7. vbi ait, reprobatio quidē fit prioris mandati propter infirmitatem & inutilitatem.vnde Aug.cōtra Faustum,ita ad propositum inquit. Sacramenta quæ obseruabant nūtiatiua erāt Christi venturi,q̄ cū suo aduētu impleret ablata sunt & alia instituta virtute maiora vtilitate meliora.¶ Tertia rō apostoli quare legalia cessare debuerūt,est ex parte eorū q̄bus lex data est, q erāt paruuli, & ideo erant paulatim à pristina consuetudine idolatriæ abstrahēdi, vt sic eis concederetur eadem Deo offerre, quæ prius idolis obtulerant vel offerri viderāt,sicut Rabi Moyses ęgyptius dicit, vt dicit S.Tho.sed postmodū q̄n ad perfectam ætatem humanum genus peruenit, debuerunt ab his cerimonijs liberi esse.Et hanc rationem tangit Apostolus,ad Gala.4.ex similitudine ad humanam consuetudinem arguens quanto tempore hæres paruulus est nihil differt à seruo in vita & subiectionis modo,sed sub tutoribus & actoribus est ipsum castigantibus & punientibus sicut serui,vsque ad tempus prædiffinitū à patre.i.vsq; ad ætatē adultam.ita & nos.s. Iudei cum essemus paruuli.i. in statu veteris testamenti sub elementis mundi eramus seruientes.i.sub legalibus obseruantijs, quæ dicuntur elementa.i. literæ. quia in addiscendo puer incipit ab istis elemētis, at vbi venit plenitudo temporis.i.tempus Christi in quo est plenitudo spiritussancti, misit Deus filiū suum factū ex muliere quantum ad corpus,sumptum de virgine factum sub lege. quia voluit legalia obseruare, vt eos qui sub lege erant.i.legalibus obseruantijs redimeret per suā passionem,per quam abstulit dictam obligationem.vnde in morte eius velum templi scissum est.¶ Quarta rō apostoli est ista,quam ad Hebre.7.c.dat dicens.Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Erat enim lex sub administratione sacerdotum,ergo mutato sacerdotio necesse est, q̄ lex mutetur,sed translatū ad sacerdotium Aaron in sacerdotium Christi.patet, dicit enim scriptura, quod sacerdotium Christi debebat surgere secundum ordinem Melchisedech, psal.104.qui est alius à sacerdotio Leuitico,q̄ sacerdotiū Leuiticum fuit imperfectum,aliter non esset necesse,imo superfluum surgere sacerdotium nouum,secundum ordinem aliū & ideo sacerdotium Leuiticum cessit adueniente sacerdotio Christi,sicut vmbra adueniente veritate, & imperfectum adueniente perfecto, & eodem modo lex vetus adueniente noua,quia lex & sacerdotium pari passu currunt.Et hæc sufficiant ad confutationem huius erroris.

Augu.

S.Tho.

1 *Ophitæ qui dicantur & quæ sit eorum heresis.*
2 *Coluber grece dicitur ophis.*

1 **Ophitæ.** †Ista est hæresis noua quæ hic tangitur.Isti à
2 colubro sic nominati sunt. † Coluber grece ophis di-

ophis dr. Error istorum inter alios est, ꝙ serpentem colũt, dicẽtis ipsum in paradiso induxisse virtutis cognitionem, istorum error prouenit ex eo, ꝙ serpens .i. diabolus in eo dixit Gen. 4. Scit Deus, ꝙ quacunque hora comederitis ex ligno quod est in medio paradisi aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum, & malum. Ex hoc .n. dicunt serpentem induxisse virtutis cognitionem. Error istorum est stultus & hæreticus, quod patet multipliciter. primo quia creaturam colunt pro creatore, contra illud Ma. 3. dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. ¶ Secundo stultitia eorum patet, quia sunt de numero idolatrarum de quibus loquitur, ad Ro. 1. vbi ait: errauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ, mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis imaginis hoĩs & volucrum & serpentum. ¶ Tertio ostendit stultitia huius erroris, quia ipsi colũt quẽ deus maledixit, vnde Deus maledicẽs serpenti. Gen. 3. ait. Quia fecisti hoc maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ & infra, inimicitias ponã inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius ipsa conteret caput tuũ &c. Cęterum error eorũ non mõ hereticus sed stultus ostenditur in eo ꝙ dicunt ꝙ serpens induxerat in paradiso virtutis cognitionẽ, quoniam primi parẽtes propter peccatũ inobedientiæ quod commiserunt contra dominum obediendo in serpentina specie non sunt cõsecuti virtutem cognitionis, sed tenebras & caliginem, perdentes verum lumen gratiæ. Præterea ꝙ aperti oculi eorum caliditate diaboli existentis in serpente dicantur, non sunt aperti ad virtutis cognitionem, sed ad cognitionem nuditatis suæ, & miseriæ suæ in quam per peccatum inobedientiæ lapsi erant. vnde Gen. 3. dicitur. cum comedissent de fructu scientię boni & mali, aperti sunt oculi eorum, & viderunt se nudos. quia .s. denudatos gratia & virtutibus dignitate & statu Innocẽ

1 *Valentiniani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Valentiniani. †Ista est decima hæresis. Isti sic appellati à quodam Valẽtiniano platonico, quorum duo sunt execrabiles errores, vnus est bestialis valde. posuit .n. multa secula præcessisse Deum origimem temporalem habere. Alius fuit, ꝙ Christus non assumpsit carnem siue corpus de Virgine Maria, sed per eam quasi per fistulam transiuisse, primus error est ita bestialis, vt non sit opus ad eius confutationem inducere argumenta. Quis .n. tam bestialis fuit, vt Deum factum temporaliter diceret, & secula multa præcessisse. primo iste articulus est contra naturalem rõnem, nam ab oĩbus rõne naturali vigentibus Deus æternus incommutabilis definitur omniũ causa & principium Ipse à nullo ortus. nam si Deus habuit initiũ tẽpore necessario, tẽpus fuit quando non erat, & sic Deus de nõ esse in esse productus esset factus, quod est impossibile, quia à se, & hoc non, quia non capit intellectus, vt Au. dr. 1. de tri. ꝙ aliquis producat aut faciat seipsum. Nõ potest dici ẽt ꝙ ab alio, quia aut ille à quo originem traheret esset Deus, aut nõ. Si Deus ergo plures Dij .s. Deus creator, & Deus creatus, ꝙ est hæreticũ dicere, qa tm̃ vnũ summũ ens est quod nomine Dei intelligitur. Si aũt nõ sit deus sequitur maior bestialitas, ꝙ Deus quo maius cogitari nõ põt esset à non Deo, ergo falsissimum est, & hæreticum, ꝙ Deus habuit originem temporalem, contra illud gene. 1. in principio creauit Deus cœlum & terram. Item contra illud psal. 118. Tu domine in æternum permanes. Item cõtra illud quod sapientia diuina Dei filius dr Pro. 9. antequã quicquam faceret à principio eram cũ eo .s. deo patre cuncta componens. item contra illud, quod sapientia diuina .s. Dei filius de se loquitur. Ab initio & ante secula creata sum .i. producta. Item contra illud quod beatus Ioannes Euangelista de verbo Dei dr, in principio .s. æternitatis erat verbum, & verbum erat apud Deum, quem nulla secula præcesserunt per quem oĩa facta sunt. Io. 1. Præterea stulti hæretici quidam eorum intelligunt per secula præcedentia Deum aut est res increata, aut res creata; non increata nõ potest dici, ꝙ res creata, qa creatura præcederet creatorẽ, quod non capit intellectus. Non potest dici, quod sit res increata, qa talis cõi oĩm philosophantiũ est deus, & sic deus præcederet Deum, vnde dogma istorum non videtur nisi fictio, aut fabula esse de qbus apostolus ait 2. ad Tim. 4. Erit .n. tempus cum sanam doctrinam nõ sustinebunt, & à veritate discedent & ad fabulas conuertentur. ¶ In secundo ẽt puncto grauiter errãt & dogma eorum est falsum & hæreticum cum dicunt Christum nihil carnis vel corporis traxisse de beata virgine. sed de cœlo corpus portasse, & per Mariam Virginem, sicut per fistulam transiuisse. hoc patet multipliciter. ¶ Primo .n. hic error cõtradicit veritati naturæ humanę, qm̃ cũ forma hoĩs sit res naturalis requirit determinatam naturam, .s. carnes & ossa, quæ in hoĩs diffinitione poni oportet, vt patet per philosophũ 7. Meta. dicere ergo ꝙ corpus Christi fuit cęleste est negare eũ verũ hominem fuisse, quod est hæreticum contra sacram scripturam & symbolum fidei. ¶ Secundo error præfatus hæreticus esse monstratur, qm̃ derogat veritati eorum quæ Christus in corpore gessit. Cum .n. corpus cœleste sit impassibile, & incorruptibile, vt probatur in primo de cœlo. Si filius corpus cœleste assumpsisset non vere esuriuisset nec sitisset, nec ẽt passionem & mortem sustinuisset, quod est hæreticum contra scripturam nostram & vtrunque simbolum. ¶ Tertio error ille est hæreticus quoniam derogat veritati diuinæ. Cum .n. filius Dei se ostenderet hoĩbus, quasi corpus carneum, & terrenum habens, fuisset falsa demonstratio, si corpus cœleste habuisset. Et ideo dr in libro de ecclesiasticis dogmatibus, natus est filius Dei carnem ex virgine copore trahens, & non de cœlo secum afferẽs. ¶ Quarto error pręfatus est hæreticus, qa derogat veritati maternitatis in virgine, & dignitati eius, qm̃ si Xps nil carnis aut corporis assumpsisset ex virgine, nõ posset in veritate dici conceptus & natus ex virgine, quod est hæreticum contra illud Esa 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. item contra euangelium dr .n. Matth. 1. Ioseph virum Mariæ de qua natus est Christus. & Lucæ 1. dr Angelus ad Mariã virginem. Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Item est contra vtrunque simbolum vbi Christus conceptus, natus ex Maria virgine apertissime in ecclesia prædicatur, & ista sufficiant pro confutatione huius erroris.

1 *Appellitæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Apellitæ. †Ista est hæresis 11. Isti sic appellati sunt à quodam Apela, q eorum princeps fuit, quorum errores quatuor fuerunt vt apparet, primus qa dicunt duos Deos esse, vnum bonum & alium malum. Scdo dicunt à malo Deo, quem dicunt Angelum creatũ esse mũdum. & dedisse in monte Sinai legem Moysi. Tertio dicũt Christum non fuisse verum Deum. Quarto asserunt Christum nõ fuisse verum hoĩem, sed in fantasia apparuisse hominem. Isti errores sunt pessimi, omnes hæretici. Primus in quo ponunt duos esse Deos hæreticum est cum sic, constet ẽt rõne naturali vnum principium & causam oĩm quẽ Deum dominum, & principem concludit Aristote. 12. Metaphy. de quo Moyses Gen. 1. in principio creauit cœlum & terram, & Deut. 6. Audi Israel dñs Deus tuus vnus est cõtra hunc errorem satis dictum est in confutatione hæresis simoniacorum. ¶ Secundus vero error in quo dicunt ab Angelo quem Deum malũ dicunt creatũ esse mundũ satis improbatus est supra in confutatione errorum Gnosticorum. Quod vero dicunt fuisse legislatorem pariter hæreticum est, cum sit expresse contra sacram scripturam, quę dr Deum verum legem Moysi dedisse, dr .n. Exo. c. 3. apparuit Deus in flamma ignis, & de medio rubri. Item Mat. 5. Christus ait Iudæis dimittis legem Dei propter traditiones hominum. Item patet ex illo Iaco. 4. vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. item ex illo Mat. vbi inquit Saluator. Non veni legem soluere, sed adimplere, manifestũ est, ꝙ si malus Angelus fuisset illius legislator Christus non adimpleuisset eam. sed omnino destruxisset. ¶ Tertius error in quo dixit Christum non fuisse verum Deum hæreticus est contra illud apostoli de ipso scribentis ad Philipen. 2. qui cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est se esse æqualem deo seipum exinaniuit formam serui accipiẽs in similitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo, & ad Rom. 5. dr de patribus veteris testamenti, cum patres sunt ex quibus est Christus secundum carnẽ qui est deus benedictus in secula. Ad confutationem huius erroris sufficiant illa quæ supra diximus in confutatione errorum carpocratianorũ. ¶ Quartus in quo dicũt Christum non fuisse verum hominem hæreticus est, & perniciosus.

Augus

ciosus.cum repugnet veritati incarnationis.Si.n. non fuit verus homo,sed fantasma sequitur ꝙ incarnatio non fuit facta in veritate contra illud Io.1.verbum caro factum est & habitauit in nobis,& in Symbolo vtroque, qui conceptus est de spū sancto,natus ex Maria virgine,quæ nō possunt esse vera,nisi verum corpus, & rationalem animā haberet,quare in simbolo Athanasij dr̄.perfectus Deus,perfectus homo,ex aīa rationali, & humana carne subsistens. ¶ Secundo est hæreticus,& perniciosus valde,quia derogat veritati eorum quæ Christus gessit in mysterio nostræ redemptionis.Si.n.non fuit verus homo non sustinuit passionem nec veram mortem, nec aliquid eorum, quæ de eo euangelistæ narrant secundum veritatem,sed solum secundum apparentiam quandam,& sic sequitur ꝙ non fuit vera salus hoīs subsecuta,quo nihil impius potest dici. ¶ Tertio error est hæreticus quia repugnat dignitati personæ assumentis.s.filij Dei,quæ cum sit veritas Io.4.non decuit vt in opere eius aliqua fictio esset:vnde,& dominus hunc errorem per se excludere dignatus est.Luc.vlt. Cum discipuli conturbati & cōterriti putabant se spiritum videre,& non verum corpus,& ideo seipsum eis palpandū præbuit dicens,palpate,& videte, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere,& hæc pro nūc sufficiāt de hac materia.

1 *Archonciati qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*

1 Archonciati. †Ista est hæresis 12.Isti dicti sunt à principib.ab Archos quod est prīceps.Error istorum vnus assignatur.s.ꝙ vniuersitatem, q̄ Deus concludit opera esse Archangelorum dicunt Error iste manifeste est hæreticus,quia Archangeli cum sint creaturæ creatores esse non possunt.sed deus increatus virtutis infinite vniuersitatem omnium rerum condidit, secundū illud Sapien.1.Creauit deus vt essent omnia,& Ioan.1. mūdus per ipsum.s.verbum diuinum factus est. Iste error sufficiēter est cōfutatus in cōfutatione hæresis simoniacorū.

1 *Adamiani qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*
Adam in paradiso non fuit nudus,nisi quandiu fuit vestitus veste Innocentiæ.

1 Adamiani. †Sequitur 13.hæresis.sic isti ab adam appellati sunt, quia nuditatem eius imitantur. Isti in primis magis iudicādi sunt stulti quam hæretici, nisi stultitiam,quam operantur credant esse licitam. Errāt ergo in primis.
2 †quia Adam in paradiso nō fuit nudus,nisi quandiu fuit indutus veste Innocentiæ.Isti vero nudi ab omni virtute volunt imitari nuditatem illius, in quo ostendunt se stultos.¶ Secundo errant,quia licet in statu Innocentię non esset pudor nuditatis post peccatum tamē nuditas est opprobrij & confusionis,vt homo erubescat apparere nudus,vnde Adam statim post peccatum abscondit se eo,ꝙ nudus esset Gen.3.¶ Tertio errant isti insensati,quia imitantur Adam in turpitudinis confusione non in cooperimento honestatis contra illud Apoc.4.Suadeo tibi,vt vestimentis albis.i. mundis induaris,vt nō appareat confusio nuditatis tuæ.¶ Quarto errant, quia ambulantes nudi cum fœminis concupiscentia fouent,& nutriuntur,contra illud Matth.5.qui viderit mulierem ad cōcupiscendam eam,iam mechatus est in corde & 32.qō.5. qui viderit,&c.

1 *Cainiani qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*

1 Cainiani. †Ista est hæresis 14.Isti proinde sic appellati sunt,quia Cain adorāt,quorum vnus tantum error hic describitur.s.ꝙ Cain adorant in quo non modo hæretici,quia creaturam & damnatam adorant ꝓ creatore cōtra illud:dominum deum tuum adorabis Mat.4.sed etiam stulti nimia mentis caligine excæcati sunt, ꝙ hoīem miserum inuidum iniustum,fratricidam,quē deus maledixit ipsi adorēt de quo Io.Apostolus 1.Io.3.ita loquitur diligite alterutrum non sicut Cain qui ex maligno orat qui occidit fratrem suum,& propter quod occidit illum, quoniam opera eius maligna erant fratris autem iusta.Ista sufficiant ad confutationem huius stultitiæ.

1 *Sethiani qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*

1 Sethiani. †Ista est 15.secta siue hæresis.Isti sunt sic dicti à Seth filio adę.Error istorum est ꝙ dicunt Seth filium Adę esse Christum,qui error hæreticus, & stultus est,ꝙ colligitur ex multis.¶ Primo quia Seth genitus est ab Adam de vxore sua Eua Gen.4.Cognouit quoque adhuc Adam vxorem & peperit filium & vocauit nomen eius Seth.Christus autem secundum humanitatem filius est virginis non ex viri semine,sed mystico spiramine Lu.1.quoniam virum non cognosco. Item spūs sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi sicut fuit Christus in cœlis.s.sine matre in natura diuina..Ita in terris.s.in natura humana sine patre.¶ Secundo quia Seth natus in originali peccato,cum natus fuerit ex concubitu maris,& fœminę quod transiuit in omnes sic conceptos,Christus autem non,sed sine oī peccato Lucę 2.Quod.n.nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. ¶ Tertio quia Seth fuit purus homo.Christus Deus verus,& verus homo perfectus Deus,& perfectus homo Dei filius formam serui accipiens factus homo ad Phil.2.¶ Quarto quia Seth genuit eos.Gen.4.Seth natus est filius,quem vocauit Enos,Christus autem non habuit filios naturales,sed semp virgo manens ecclesiā virginem sibi desposuit 2.ad Cor.11.despondi.n.vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Ista sufficiant pro confutatione huius erroris.

1 *Melchisedechiani qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*

1 Melchisedechiani. †Ista est 16. secta isti sic vocati pro eo quod Melchisedech sacerdotem domini non hominem sed virtutē Dei esse arbitrantur.sed iste error faciliter confutatur. primo quia Melchisedech.vt dicunt Hæbrei vt testatur Hieronym.fuit filius Noe primo genitus qui tempore Abrahę erat.309.annorum hic cum esset primo genitus sacerdos erat.Nec obuiat huic,quod ad Hæbr.8.scribit Apostolus,ꝙ dr̄ esse sine patre,sine matre,sine genealogia,nec initium dierum nec finem vitæ habens,quoniam vt dicit Nico.de lyra licet ista non legātur de eo sub nomine melchisedech,non propter hoc sequitur ꝙ istis caruerit. s. patre & matre &c.ergo sequitur ꝙ Melchisedech homo purus fuerit non aliqua virtus diuina.¶ Secundo sic esse sacerdotem non conuenit Deo nec angelo,sed hoī & filio Dei secundum humanam naturam quam assumpsit de virgine, vnde Au.de Ciu.Dei c.20.de Christo dr̄,ꝙ Christus in forma serui secundum quam inuentus est homo est sacerdos ipse offerens ipse est oblatio cuius rei esse voluit ecclesiæ sacrificiū,sed Melchisedech fuit sacerdos,ergo homo fuit non Deus,aut diuina virtus.¶ Tertio sic Melchisedech fuit rex Salem,quæ secundum quosdam idem est Hierusalem, qa illam ciuitatem ipse Sem primo ædificauit,& in ea regnauit,vt dr̄ Isido.15.Etymo.secundum alios idem est, ꝙ Salim vbi baptizabat Ioānes, vt habetur Io.3.manifestum est autem hoīem fuisse q in ciuitate terrena determinata tanquam rex habitabat & regnabat,ergo manifestum est erroneum ac hæreticum regem Melchisedech dicere hominem non fuisse,sed virtutem Dei.¶ Quarto sic si Melchisedech fuit non homo,sed virtus quæ est Deus,& hoc quidem non cum dicatur sacerdos altissimi,ergo non fuit ipse Deus altissimus,aut dr̄ fuisse virtus Dei. i. aliqua creatura nobilis,& hoc nisi dicatur esse,aut homo,aut Angelus, qa solum istę creaturæ cum sint rōnis capaces & intelligētiæ sunt oībus præexcellentes non potest dici ꝙ fuerit angelus, tum quia angelicæ naturæ non conuenit sacerdotem esse, tum qa nec angelo conuenit regem & habitatorem esse, terrenæ ciuitatis,sicut de Mechisedech, qui rex Salem dr̄ fuisse,ergo necesse est dicere illum fuisse hoīem hereticū: ergo est dicere illum non hominem,sed virtutem dei fuisse,cum hoc manifeste repugnet sacræ scripturæ.

Hierony.

Ni.de lyra.

Augu.

1 *Angelici qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*

1 Angelici. †Ista est.17.secta,sic autem isti appellati sunt,qa angelos colunt.Iste autem solus error eorum describitur,ꝙ angelos colunt.s.cultu latriæ.Iste error cito ostenditur ꝙ sit hæreticus, & hoc ex sex.¶ Tum primo qa nulla creatura est adoranda cultu latrię.vnde Deut.6. dominū deū tuū adorabis,& illi soli seruies.¶ Tum secundo ex illo quod Christus angelo Satanæ expetenti vt se adoraret, respondet dicens,vade retro satana,scriptum est.n.dominum deum tuum adorabis illi soli seruies.¶ Tertio idem patet ex eo,quod angelus bonus cultum sibi exhiberi prohibuit, nam cum apostolus Ioannes venisset vt adorasset angelum sibi dixit:vide ne feceris cō seruus tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium

nium Iesu Christi. hic Deum adorat. Apocal. 22. ¶ Quarto nullus est colendus cultu latriæ qui habet superiorem quẽ adorat cultu latriæ sed angeli adorabant Deum cultu latriæ. dicente apostolo, ad Hæbr. 1. quem adorant omnes angeli, ergo error ille est hæreticus. ¶ Quinto confirmatur ista rõ, cultus latriæ debetur ratione dignitatis excellentis: vnde nunquam superiora adorant inferiora. sed econuerso, & hoc est quia superiora habent excellentiam dignitatis, sed angeli non habent simpliciter super omnia alia excellentiam dignitatis, immo sunt inferiores Deo cui seruiunt milia milium angelorum, & decies centena milia ad ministrant ei. Dan. 7. ¶ Sexto error iste hæreticus ostenditur, quia cultus latriæ soli creatori debetur. sed angeli non sunt hominum creatores, vt ostensum est, contra errorem apellitarum, ergo &c.

1 *Apostolici qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Apostolici. †Hæc est 18. secta. isti sibi hoc nomen ideo assumpserunt, ꝙ nihil possideant proprium, quasi apostolos imitantes. Error istorum est ꝙ condemnãt omnes qui proprio in hoc mundo vtũtur. Iste error est hæreticus. vnde Aug. li. de hæresibus de istis sic loquitur. apostolici dicuntur, qui se hoc nomine arrogantissime vocauerunt, eo ꝙ in suam communionem non acciperent, vtentes coniugibus, & res proprias possidentes quas habet catholica ecclesia, & monachos plurimos. sed ideo isti hæretici sunt quoniam se ab ecclesia separantes nullam spem putant eos habere qui vtuntur his rebus, qui bus ipsi carent. Est ergo erroneum dicere, ꝙ non licet hoĩ propria possidere. ¶ Secundo error iste confunditur, & hæreticus ostenditur, quoniam isti excludunt à spe salutis & vitæ eos qui possident in proprio vel in communi, quod est hæreticum manifeste, cum hoc modo esset dãnari vniuersam multitudinem christianorum. ¶ Tertio hunc errorem damnat euangelium Matt. 20. vbi Christus non negauit diuiti ad vitam ingredi dum seruaret mãdata. vnde cũ habens diuitias posset iuste vti eis & seruare mãdata, vt fecit Iob, secundum Augu. de moribus ecclesiæ non est dubium, quin talis diues in spe salutis sit vitæ æternæ. ¶ Quarto hunc errorem hæreticum demonstrant omnes autoritates tam veteris quam noui testamenti, in quibus præceptũ dare eleemosinam indigentibus, quod præceptum frustra daretur, si non liceret alicui aliquid tanquam propriũ possidere. ¶ Quinto hunc errorem damnat euangelium Mat. 27. vbi ait. cum sero factum esset venit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu &c. Si vero non liceret propria possidere, vt isti hæretici dicunt diues ille non fuisset discipulus Iesu. ¶ Sexto arguitur. Si isti credunt, ꝙ ipsi soli vitam apostolorum seruent nihil habentes in proprio nec in communi asserentes & tenentes pertinaciter ꝙ talis fuit semper Christi, & apostolorum vita, ꝙ nihil vnquam habuerunt in proprio nec in communi. Ista est hæresis condemnata per Io. 22. qa Christus pro se, & suorum discipulorum collegio ad emẽdum vitæ necessaria habuit vt patet Io. 4. & 13. Christus ẽt dedit apostolis potestatem, & ius in bonis eorum quibus euangelizabant, vt de eis necessaria haberent, & viuerent. hoc dominus ordinauit 1. ad Cor. 9. quia dignus est operarius cibo suo. Mat. 10. apostoli etiam cum illa credentium multitudine habebant omnia communia, vt dicit Clemẽs in epistola sua ad Iacobum apostolum episcopum Hierosolymorum, & ponitur 12. q. 1. dilectissimus. præterea fatuæ præsumptionis est dicere, ꝙ habere in communi tollat perfectionem. tum quia tunc in habendo in communi Christus non esset imitandus contra Aug. super Ioan. homilia 48. qui ait exemplum domini accipite &c. & ponitur 12. q. 1. exemplum domini. tum secundo quia nec expediret ꝙ ecclesia haberet in communi, quia non expedit cadere à perfectione. cum tamen Prosper 2. lib. de vita contemplatiua & ponitur 7. q. 1. expedit facultates ecclesiæ in communi possideri. Cæterum si habere possessiones & hæreditates in communi esset contra vitam Christi, & perfectionem non esset vtile eas habere, quod est contra decretum Vrbani 12. q. 1. videntes & c. habebat dominus. Summæ quoque insaniæ est dicere solam perfectionem seruari ab his qui dicunt se nihil habere nec in proprio, nec in cõmuni, & ꝙ in tota ecclesia quæ habet in communi nõ sit status perfectionis. hic igitur error qui statũ episcoporum sacerdotum monachorum canonicorum deijcit à statu perfectionis pestifera hæresis est, & merito condemnata, & ista sufficiant pro reprobatione huius erroris.

August.

Augu.

Prosper.

1 *Cerdoniani qui dicantur, et quæ sit eorum hæresis.*

1 Cerdoniani. †Ista est secta 19. isti à Cerdone quodam sic sunt nominati, quorum error est, quod duo asserunt contraria. s. Deum bonũ & deũ malum, iste hæreticus error est, quoniam tã philosophia, quam scriptura sancta profitetur vnum esse vniuersorum principium, & causam omnium, & ita confitetur ecclesia ext. de sum. tri. & fi. ca. c. 1. quia supra tam in cõfutatione simoniacorum quam appellitarum sufficienter hunc errorem confutauimus breuitatis causa non extendimus calamum vltra.

1 *Marcionistæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Marcionistæ †Ista est 20. secta. Isti à Marcionistico Philosopho sic appellati sunt qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis, & bonitatis, ista hæresis quia coincidit cum hæresi proxima Cerdonianorum sufficiẽter reprobata est cum illa. Cæterũ id quod dicere videtur Deum. s. legis, & prophetarum nõ esse Deum bonum, sed iustum ideo erroneum & hæreticum, quoniam idem Deus bonus est & iustus, Deus. n. qui bonus non est Deus non est, vnde de Deo, qui est legis, & prophetarum propheta ait. O quam bonus Israel Deus, & idem propheta psal. 1 6. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, & idẽ deus est iustus, vnde idem propheta iustus es domine & rectum iudicium tuum. itẽ iustus dominus, & iustitias dilexit æquitatem vidit vultus eius.

1 *Artateritæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Artateritæ. †Ista est secta 21. isti ab oblatione sic vocati sunt. panem. n. & caseum offerunt dicentes à primis hoĩbus oblationem à fructibus terræ, & à fructibus ouium fuisse celebratum. isti vel loquuntur de oblatione offerenda ad altare, & in hoc non sunt hæretici, quia cum potest decima dari potest etiã deo oblatio fieri, vndẽ notandum est quod isti inter hæreticos connumerentur, quia sic oblationem dei offerendam de pane & caseo sic limitabant, ꝙ alia oblatio non deberet licite fieri deo. hoc. n. est contra scripturam sanctam. nam Genesi. 14. Melchisedech obtulit deo panem, & vinum, non autem caseum. Et iterum in veteri testamento fiebãt oblationes de pecoribus, de ouibus, de agnis, & vitulis, & capris Exo. 30. Leui. 1. 2. & 3. Non legitur autem, ꝙ caseus offerretur, nec Abel obtulit caseum, sed obtulit primogenita gregis sui. Gene. 4. Si vero isti hæretici referant hoc ad oblationem sacramenti manifestè sunt hæretici. Contra eum testantur omnes euangelistæ qui asserunt in sacrificio sancto Christum panem & vinum non caseum in suum corpus & sanguinem conuertisse. vnde hæc hæresis confutatur, de consecrat. d. 2. per multa capitula in quibus non aliquid offerẽdum in sacrificio altaris. præter panẽ & vinũ aqua mistum.

1 *Aquarij, qui dicantur, & quæ sint eorum hæresis.*

1 Aquarij †Ista est 22. secta. isti sic sunt appellati eo, ꝙ aquam solam offerunt in calice sacramẽti, istorum error, in quo dicunt ꝙ sola aqua in calice ponẽda sit pro materia sanguinis Christi & sacramento altaris est manifeste hæreticus, cũ apertissime institutioni Christi aduersetur. Nam Christus instituens hoc sacramentum sub specie panis, & vini instituit sicut patet Matt. 26. Contra hunc errorem est quod iam diximus in cõfutatione ꝓximi erroris. habetur etiam contra præfatum errorem. extra de celebra. missa. cum Marthæ & c. in quadam, & extra in cle. de sum. trin. quia Calix Dominicus.

1 *Seueriani qui dicantur, et quæ fuerit eorum hæresis.*

1 Seueriani. †Ista est secta 23. isti verò à se exorti sunt. istorum errores sunt tres. Primus ꝙ vinum non bibunt tanquam immundum. dicunt. n. vitẽ ex Satana & terra germinasse. Secundus error eorum est ꝙ vetus

vetus testamentum non recipiunt. Tertius error est, ꝙ resurrectionem futuram negat. primus.n.error in quo dicūt vitem ex virtute Satanæ germinasse, ꝙ sit hæreticus & dānatus patet, ex multis. ¶ Primo.n.quia Deus omnia nisi vel in suis causis & rationibus seminalibus creauit Ge.1.nō autem Satanas. ¶ Secundo quia Noe vir sanctus & iustus plātauit vineam, & bibit ex ea, quod non fecisset si vitis opus Satanæ fuisset Gen.9. ¶ Tertio idem patet, quia Christus assimilauit se viti Io.15. quod non fecisset si vitis opus fuisset diaboli. ¶ Quarto sancti patres in vtroque testamento leguntur vinum bibisse, ꝙ nō fecissent si opus satanę fuisset. ¶ Quinto contra hunc errorem est, quod Ioann.2. legitur ꝙ ad præces virginis Mariæ Christus aquam conuertit in vinum. ¶ Sexto hunc errorem maxime conuincit, ꝙ in sacramento altaris vinum elegit Christus, vt conuerteretur in eius sanguinem Mat.26. Merito ergo Seueriani inimici humanæ naturæ & diuinę scripturæ sunt damnati. ¶ Secūdus error eorum in quo vetus testamentum respuunt manifeste est hæreticus. Licet.n.testamentum non sit quo ad legalia, quæ vmbrā futurorum habebat seruandum literam, sicut ad longum ostendimus supra in reprobationem sectę Nazareorum nihilominus est honorandum quo ad omnia cōtenta, in eo quantum ad authoritatē veritatis, vnde Christus in Euangelio, & Apostolis in epistolis vsi sunt frequēter testimonijs, & authoritatibus legis & ꝓphetarū ad suam confirmandam veritatem, vt patuit cuilibet eorū dicta intuenti, quæ per singula narrare nimis lōgum esset, vnde isti respuentes authoritatē & veritatem veteris testamenti Christo & apostolis qui vetus testamentum induxerunt in testimonium veritatis, quam prædicabāt plene aduersantur & calumniari videtur de falsis testimonijs, quod impium est. Eorum error ostenditur impius vt scripturā quam Christus, qui veritas est acceptat inducit testimoniū illi stulti, & hæretici respuunt nunquid Christus dixit Ioā. 5. Si crederidis Moysi credetis vtique & mihi. Ille.n.de me scripsit. Item resurrectionis suæ veritatem probauit per ꝓphetarum verba & apertionem scripturarū dicens, necesse est implere quæ scripta sunt in lege, & prophetis & psal. de me. vnde Act.10.dr. Huic omnes prophetæ testimoniū perhibent. plura alia possunt induci in constitutionem huius erroris. sed ista sufficiant. merito ergo isti mali hæretici damnati sunt. ¶ Tertius error eorum, in quo negāt resurrectionem futuram hæreticus est, cum manifeste sit contra testimonium Christi & apostolorum, & prophetarū, & contra Symbolum fidei, & contra rationem. Testimonium Iesu Christi de resurrectione habetur Io.5 vbi Christus ait sic omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionē vitæ qui vero mala in resurrectionem iudicij. vbi dicit Augu. per verbum Dei fit resurrectio animarum. per verbum caro factum resurrectio corporum. ¶ Item Matth. 22. inquit in resurrectione nec nubēt, nec nubentur. Item Io.11.cap. inquit fidelis Martha. Scio quod resurget frater meus in nouissimo die. Apostolorum testimonia sunt multa. ait.n.Paulus apostolus 1.ad Thessa. 4. Ipse dominus in tuba Dei descendet & mortui qui in Christo sunt resurgent item 1.ad Corint 5. Omnes quidem resurgemus. ¶ Tertio testimonia prophetarum aliqua propheramus. Dr.n.Iob.19. Credo ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Item Ezec. 37. Et dixit dominus ad me, vaticinare de ossibus istis, & dices eis. Ossa arida. Audite verbum domini. hæc dixit dominus Deus ossibus istis. Ecce ego intromittam in vos spūm & viuetis, & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & super extendam in vobis spūm veritatis &c. ¶ Itē Danie.12. Multi qui in puluere terræ dormiunt .s.mortui euigilabunt .i.resurgent. ¶ Quarto præfatus error, est contra Symbolum fidei. In vtroque.n.confitemur futuram carnis resurrectionem. ¶ Quinto præfatus error est contra rationem. primo sic membra debent esse capiti conformia. sed caput nostrum viuit, & in ęternum viuet in corpore & in anima, quia resurgens ex mortuis iam nō moritur vt patet ad Ro.6. ergo, & homines qui sunt eius membra viuēt in corpore & in anima, & sic oportet carnis resurrectionē esse. Hanc rationem facit apostolus 1.ad Cor.15. dicens. Si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Qđ si Christus nō resurrexit, vana est fides nostra. & infra. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores omnibus hoībus sumus. ¶ Secunda ratio propter quam error præfatus sit hæreticus est, quia videtur repugnare diuinæ iustitiæ, quod patet sic. Ex diuina prouidentia peccantibus pœna debetur, & præmium bene agentibus. In hac autem vita hoīes ex anima & corpore compositi peccant, vel recte agunt. Manifestum est autem quod in hac vita prēmiū vltimæ fœlicitatis consequi non possunt: multoties etiam peccata in hac vita non puniuntur, vt patet ergo necessaria est iterata animæ & corporis coniunctio. vt homo in corpore & in anima præmiari aut puniri possit. Hanc resurrectionem tangit apostolus 2.ad Cor.6. dicens. Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, quæ gessit siue bona siue mala. ¶ Tertia ratio est. Donum Christi est maius quam peccatū Adæ, vt patet ad Roma.5. sed mors est per peccatum introducta, quia si peccatum non fuisset, mors nulla esset, ergo per donum Christi reparabitur homo ad vitam, ergo resurrectio erit. Hāc rationem tangit apostolus prima ad Cor.15. dicens. Christus resurrexit à mortuis primitię dormientium quoniam quidem per hominem mors, & per hominem .s.Christum resurrectio mortuorum. Et sicut omnes in Adā morimur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Cæterum hoc requirit vniuersi perfectio. Est.n.triplex substātia .s.pure corporalis, & pure spūalis, & ex spūali & corporali composita. vnde hac parte suæ perfectionis careret perpetuo, si animę à corporibus separatæ nunquam corporibus iterū vnirentur, sed nō possunt vniri alijs corporibus, quam humanis, ergo resurrectio erit carnis. Ex quibus omnibus patet luce clarius error & cæcitas horum hæreticorum negātiū futuram resurrectionem.

2 *Tatiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 **Tatiani.** †Ista ē secta 24. Isti à Tatiano vocati. Istorū error dr̄ fuisse, ꝙ carnem abominātur, sed si hoc facerent propter abstinentiam, vt propria corpora macerarent, non esset error, aut peccatum sed potius mererentur secundum apostolum ad Rom. 14. bonum est non comedere carnē, & ecclesia catholica in ieiunijs à carnibus abstinet, & ab aliis, quæ ducunt carnis originem sementinam d.4.c.denique. & de cōse.d.3. de esu carnium. & c. sabbato. Multi etiam religiosorum perpetuam obseruant carnis abstinentiam sicut monachi sancti Benedicti de conse. d.5. carnem. & fratres prædicatores, vt patet ex constitutionibus suis. Sed isti non hac rōne car nes abominātur sed ideo quia carnes comedere etiam tempore licito sit peccatum. Et in hoc error eorum, ꝙ sit hæreticus & stultus manifeste ostenditur, tam ex veteri testamento, quam ex nouo. Ex veteri patet in quo sancti viri leguntur comedisse carnes. Nam Abraham nuntijs Dei quos homines putauit parauit vitulum optimum Gen.18. Isaac præcepit filio suo Esau vt afferret sibi de venatione, vt comederet Gene.28. Moyses quoque ex præcepto domini mādauit filijs Israel vt comederent agnum, & celebrarent Pascha Exo.12. Itē sanctus propheta Helias comedit carnes, quas sibi corui deferebant, & multa alia possent adduci. de nouo testamēto etiam testimonia plura, quæ præfatum errorem hæreticum ostendunt. primo nam Christus Pascha legale obseruans agnum comedit cum discipulis suis Mat.26. Itē Christus Lucæ 10. discipulis suis ait. Inquācumq; domum intraueritis primum dicite: pax huic domui: & infra. in eadem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt. Cęterum apostolus prima ad Cor.10. apertissime cōfutat hūc errorum dicens. Omne quod in Macellum venit manducate nihil interrogantes propter conscientiam. item prima ad Ti.4. Omnis creatura bona nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Ista sufficiant pro confutatione huius erroris.

1 *Alogij qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 **Alogij.** †Ista est secta 25. Isti sic vocati sunt tanquam sine verbo. Istorum sunt duo errores. primus est, ꝙ Deum negant verbum. secundus est ꝙ respuunt euāgelium & Apocalypsim bea. Ioannis Apostoli. primus error hæreticus est cum manifeste sit contra sacram scripturam. processit autem iste error ex grossicie intellectus. nescierunt autem cognoscere conditionem naturæ intellectualis. pro cuius erroris confutatione est primo notandū quòd

ꝙ emanatio à fonte dignitatis non potest esse prima, sed necessario videtur præsupponere aliam quæ non sit creatura à creatore. sed sit veri Dei de Deo vero, & luminis de lumine, patet quia prius est vnicuiq; ꝙ est ſm ſe, ꝙ ꝙ est ſm aliud. prius ergo ē primo fonti emanatio ſm ſe, ſm copiositatē suam quam ſm aliquid sed emanatio ſm copiositatē fontalem est emanatio ſm eandem naturam eandemque nobilitatis plenitudinem. ergo à fonte diuinitatis emanat aliquid eiusdem naturæ, & æqualis in omnibus nobilitatis cum fonte à quo emanat. ¶ Secundo notandum, ꝙ cum Deus sit intellectualis naturæ, quæ immaterialis est necesse sit hanc emanationem intelligere prout competet naturæ intellectuali. Emanatio autem in intellectuali non potest intelligi nisi verbi à memoria & amoris ab vtroque, vidēmus. n. in intellectu nostro secundum, quem sumus ad imaginem Dei, quod quando est actu intelligens quoddā intelligibile format, quod est quasi proles ipsius, vnde & mentis conceptus nominatur, & hoc quidem est quod voce exteriori significatur. Et sicut vox significans mentis cōceptum verbum exterius dr̄ verbum mentis ita oportet intelligere in intellectu diuino, qui cū semper sit in actu intelligendi procedat ab eo verbum intellectuale ab æterno quod cum accidens esse non possit, quia in Deo accidens locum non habet, necesse est ꝙ verbum illud consubstantiale & eiusdem naturæ sit cum eo a quo procedit & ꝙ habeat rationem procedentis ab alio sicut conceptus à concipiente. necesse est vt sola relatione distinguant adijciente. vnde psal. 44. ex persona patris dr̄. Eructauit cor meum verbum bonum. vbi Augu. sic loquitur dicit hoc Deus pater de verbo suo bono. Et ne putares aliquod assumptum, vnde filium generaret Deus quemadmodum assumit sibi homo coniugium, sine quo prolem creare non potest. Eructauit inquit cor meum verbum bonum vt ex ipsa patris substantia genitus impassibiliter filius demonstretur. De hoc verbo sub nomine sapientiæ dr̄ ecclesiast. 2. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Et patet ꝙ error præfatus hæreticus sit. ¶ Secundo idem ꝓbatur ex illo Io. 1. vbi in principio cap. ita inquit. In principio. i. in patre erat verbum, verbum erat apud Deum, & deus erat verbum, & hoc erat in principio apud deum. in quibus verbis beatus Ioannes plene explicat nobis emanationem verbi in diuinis, & eius conditionem, cum ait: in principio. i. in Deo patre erat verbum ab eo. s. emanās, siue procedens in similitudinem eius naturæ, & verbum apud Deū, vbi explicat distinctionem personalem eius à patre dicente & producente ipsum. Consequenter. ostendēs eius consubstantialitatem cū dicente subiungitur, & Deus erat verbum. i. verbum erat Deus. Cæterum explicans eius coæternitatem cū patre ait, & hoc erat in principio apud Deū. i. coæterno ipsi Deo patri. ¶ Tertio confunditur præfatus error ex illo psal. 23. vbi propheta de omnipotentia verbi diuini loquens ait, verbo domini cœli firmati sunt, & spū oris eius omnis virtus eorum. vbi glo. Aug. verbum certe filius est, & spūs oris eius spūs sanctus. Concordat cū propheta Ioannes Euangelista dicens. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & Apostolus dicens. ad Hæbr. 11. fide credimus aptata secula verbo Dei. ¶ Quarto confunditur ille error ex sapientis ecclesia. i. fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. ¶ Secundus error præfatorum hæreticorum in quo respuunt Euāgelium Ioannis & Apocalypsim manifesta luce est hæresi damnatissima. Tum primo quia respuunt euangelium discipuli quem spāli dilectione diligebat Iesus summa veritas, cui matrem in cruce commendauit Io. 19. ¶ Secundo ostenditur hæreticus qa est contra euangelium Io. 22. hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his, quæ scripsit, & scimus, quia verum est testimonium eius. ¶ Tertio ostenditur hæreticus ex illo Ezech. 1. vbi describens euangelistam Ioannem in figura Aquilæ, ita dicit, facies Aquilæ desuper ipsorū quatuor,

2 †vbi designatur euangelium Ioannis cæteris excellentius, vt dr̄ Nicolaus de lyra in tribus. primo quia scripsit cæteris sublimius. secundo quia scripsit subtilius. tertio quia scripsit plenius. ¶ Quarto ostenditur hæreticus quia sacrā scripturam quam vniuersalis ecclesia acceptat & amplectitur & veneratur isti stulte repudiant cum tamen de ea nulli omnino liceat dubitare & deceptare, vt dici Augu. libr. de vnico baptismo & habet in c. quanuis nesciat dis. 9. Ista sufficiant pro confutatione errorum prædictorum.

Augu. | Augu. | Augu. | Ni. de lyra. | Augu.

1 *Cataphrygij qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Cataphrygij. †Ista est. 26. secta. Nomen istis prouincia dedit istorum error fuit qa dixerunt aduentū spūs sancti non in apostolos sed in se traditum asserunt. Istorum error non solū hæreticus est, sed stultissimus, & temerarius valde, verum in primis nominantꝰ tres autores istius sectæ. s. Montanum, quem dicunt fuisse spūm sanctum vt dr̄ Augu. lib. de hæresibus in quo hæreticos esse se comprobant, quoniam spūs sanctus est verus Deus vna in trinitate persona secundum illud 1. Io. 2. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, filius, & spiritus sanctus. & hi tres vnum sunt. Alij duo auctores præfatæ sectæ sunt Prisca, & Maximilla, quas dicunt prophetissas, tanquam sanctas Venerandas, quod hæreticum est. Dicere. n. mulieres plene spū diabolico infideles & maleficijs plenas esse spiritu sancto plenas, & Venerandas esse est hæreticum. quia sap. 1. spūs sanctus effugiet fatuum. Error autem eorum in quo præsumptuose dicunt in se spūm sanctū plenum descendisse quam in apostolos. In primis istud est contra sacram scripturam Act. 2. In quo dr̄ dum complerē tur dies Pentecostes erant omnes pariter in eodem loco. Et factus repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis & repleuit totam domum vbi erant apostoli sedentes. Et sequitur infra. repleti sunt spū sancto & ceperunt loqui & c. Ecce ꝙ apostoli repleti legūtur spū sancto, non autem Cataphrygij viri iniqui, qui spū diabolico sunt repletissimi. Præterea errant grauiter cum apostolis Christi damnatissima temeritate se præferant quibus apostolis dominus ait, vos estis lux mundi qui ecclesiæ sanctæ Dei fundamenta & colonas esse voluit quosque principes constituit super omnem terram. vnde merito isti tanquā damnatissimi hæretici ab ecclesia sunt reiecti.

1 *Catharoæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Catharoæ. †Ista est secta. 27. Isti sic appellati sunt ꝓpter munditiam. præsumētes. n. de suis meritis se mundos nominant. Isti Nouatum hæreticum secuti sunt, vt dr̄ Augu. Vnde ēt Nouatiani appellantur. Istorum errores tres hic ponuntur, vnus est, ꝙ negant pœnitētibus veniam peccatorum. Alius est, ꝙ viduas si nupserint tanquam adulteras damnant. tertius error est, ꝙ se mūdos præ cæteris præsumptuosissimè dicūt. Primus eorū error ꝙ hereticus sit manifestum est, cum sit cōtra sacram vtriusq; testamenti paginam. Dr̄. n. Iudith. 8. ꝙ patiens est Deus pœniteamus & indulgentiam eius cum lacrimis postulemus. ¶ Secundo est contra illud ecclesia. 12. Dominus misertus est pœnitentibus, & pœnitentibus dat viam iustitiæ. ¶ Tertio est contra illud, nolo mortem peccatoris & c. ¶ Quarto est contra illud Ezec. 18. Si impius egerit pœnitentiā de impietate sua oīm iniquitatū suarū non recordabor. ¶ Quinto est contra illud in nouo testamento vbi Christus ait Matt. 10. pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. Item contra illud Luc. 15. gaudium est angelis desuper vno peccatore pœnitentiam agente & c. quod nō facerent, si peccator per pœnitentiam consequeretur veniā peccatorum. multa alia testimonia contra prædictum errorem pertransiuimus, quia cum manifeste sit contra simbolum fidei, non est opus pluribus testimonijs. ¶ Secundo est etiam hæreticus. Tum primo quia damnat multos sanctos viros, & sanctas mulieres quæ ad secundas nuptias trāsierunt, sic Abraham post mortem Saræ duxit secundā vxorem Cæturam nomine Gen. 25. quod non fecisset sanctus Patriarcha, iustus & timens Deum, si non fuisset licitumꝰ. Præterea Anna mater gloriosissimæ virginis legitur tres viros successiue habuisse. Item dominus in euangelio. non dānauit mulierem quæ dr̄ septem viros habuisse. Matthe. 12. nec illam quæ. 5. Io. 4. vltimo est contra apostolū 1. ad Co. 5. Dico autem non nuptis & viduis bonum est illis, si sic ꝑmaneant sicut ego. Quod si non se cōtinent nubāt. melius est. n. nubere, quam vri. ¶ Tertius error eorum est hæreticus, & valde præsumptuosus. Tum primo. quia secuti fuerint hæreticum Donatum, & tam stultos errores dogmatizauerint, manifestum est illo lepra hæreticali immūdos esse ac sordidos, & tanquam leprosos merito eiectus esse de castris ecclesiæ catholicæ. Præterea si nemo mundus à peccatis nec infans vnius diei, quomodo isti ꝑsumptuosi mundos se nominare præsumunt? Quis. n. gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidet se mundum esse à peccatis, cū

dicat

dicat Apostolus Iacobi 3.in multis offendimus omnes, & prima Ioan.1.Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos seducimus &c.

1 *Pauliani qui dicantur, & quæ eorum hæresis.*

1 **Pauliani.** †Ista est vigesima octaua secta. Isti à Paulino Samositano exorti sunt, quorum error iste hic describitur, quòd Christum dixerunt non semper fuisse, sed à Maria suscepisse initium. Istorum error vnus est in aperto, sed duplex est implicitè in aperto siue explicite, quòd Christus non semper fuerit, sed initium suscepisset à beata virgine. Iste error est hæreticus & blasphemus, quia licet Christus secũdum quòd homo fuit ex tempore natus de virgine, prout apostolus dicit ad Galat. quarto: ac vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiũ suum factum ex muliere tamen secundum quod est Dei filius fuit in principio æternitatis. vnde Ioann. primo. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, per quod omnia facta sunt. Est ergo hæreticus. Tum primo quia est contra scripturam sanctam vtriusque testamenti de antiquo testamento inter alia habemus testimonia quæ sequuntur. Prouerbiorum octauo dicitur increata sapientia, quæ est Christus Dei. dominus possidebit me ab initio viarum suarum, & cætera. ¶ Secundo dicitur Micheæ quinto & exponitur Matthe. secundo. Et tu bethleem effratra paruulus es in millibus iuda. Ex te enim egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis, dicit enim Christus Ioan. octauo. Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum, cum verbo præteriti antequam fieret, quia æternitas assistit omni tempori. Item Ioann. decimo septimo. Clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui antequam mundus fieret. Item ostenditur præfatus error hæreticus, quia est contra symbolum fidei vbi dicitur, ex patre natum ante omnia secula. Item contra symbolũ Athanasij, æternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus. Quod vero dicunt initium habuisse à Virgine Maria loquendo secundum diuinitatem falsum est, & hæreticum. Ipsa enim sicut & omnis creatura ab ipso suscepit esse. Omnia enim per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil Ioann. primo. vnde de ipsa beatissima legitur illud ecclesiastici vigesimo quarto qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. ¶ Secundus error qui implicitè videtur esse istorum hæreticorum est, quòd Christus tantum fuerit homo, ita quòd non Deus. Iste error est hæreticus, & supra improbatus in reprobatione heresis Carpocratianorum & licet quę ibi dicta sunt sufficiant ad improbatione huius hæresis, est contra illud Ioann. tertio, sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum suum nobis daret. Item contra illud ad Hebreos. quinto pater clarificauit Christum verum Deum, & contra illud Hebreos. primo. Cui enim dixit filius meus es, ego hodie genui te, quod nulli Angelorum dixit. Item contra illud Ioann. quarto. In hoc apparuit caritas Dei in nobis quoniam vnigenitum suum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. Et ita patet manifeste stultitia huius erroris cum tam aperte contra sacram scripturam sit.

1 *Hermogeniani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 **Hermogeniani.** Ista est vigesima nona secta. Isti dicti sunt ab Hermogene mago, quem sanctus Iacobus Apostolus per Philetum à suis præstigijs repressit. Errores istorum describuntur hic quatuor. Primus est, quòd videntur negare naturam. Secundus est quòd comparant materiam primam Deo. Tertius quòd dicunt materiam increatam esse. Quarto quòd dicunt esse Deum elementorum, omnes isti hæretici sunt, & stulti. Quod enim in primis naturam negant errant grauissime, & maxima videntur cœcitate laborare. Est enim natura naturans omnium naturarum creatrix, quæ est diuina natura. Hanc autem negare, est negare deum esse. Est insuper natura creata quæ in creaturis est, quæ à sapientibus communiter diffinitur quòd sit vis insita rebus ex similibus similia procreans. Negare etiam istam naturam in rebus est negare totum cursum naturalem generationis & corruptionis rerum materialium. ¶ Secundus error eorum est hæreticus, & stultus comparant enim materiam quæ est in genere entium, & imperfectissimum ens potentiale, componibile cum forma, ad constitutionem compositi dei, qui in omni genere perfectionis est summum, est actus purus & simplicissimus nulli cõponibilis. vnde Augustinus in libr. de confes. Domine duo fecisti, vnum prope. s. naturam angelicam, & aliud prope nihil. s. materiam quæ sine forma nihil existit. Magna fuit certe cecitas horum hæreticorum, vt vellent comparare materiam deo. Tertius error eorum in quo materiam dicunt increatam est hæreticus. Licet enim materia sit ingenerabilis & incorruptibilis vt Aristoteles probat primo phy. est tamen creatura dei. nihil enim increatum nisi solus deus, qui tantum vnus est, à quo omnia alia dependent, vnde Gen. primo. dicitur. In principio creauit deum cœlum & terram. Per terrã enim Augustinus intelligit materiam informẽ, quæ est inanis & vacua, quia nihil est sine forma, vnde creata est sub formis elemẽtorũ, & matr ẽ elemẽtorum. De ista parte hæc sufficiant. ¶ Quartus vero error eorum est, quòd dicunt materiam esse deam elementorũ, licet autem possint supportari si materiam dicerent solum matrem elementorum, sed dicere esse deam, hoc est hæreticum, quia nomine deæ aliquid superioritatis & præeminentiæ intelligitur, cui honor diuinitatis impenditur ab idolatris qui deas colunt, vt salomon, de quo dicitur, quòd amore mulierum deprauatum est cor eius, quòd colebat Asterchem deam sydoniorum. Cum autem nomine dei importetur id quo maius cogitari non potest, non nisi sensu carens poterit ignorare, quòd materiæ quæ in genere entium est, quid imperfectissimum attribuere nomine deitatis sit stultissimum, vnde istos colentes & venerantes elementa tanquam deos, apostolus improbat tanquam stultus, ad Galat. quarto loquendo gentibus quæ primo erant idolatræ, dicens, quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa quibus denuo seruire vultis, & ad coloss. secundo nos hortatur dicens, videte ne quis vos decipiat, videte ne sequamini traditiones hominum secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Ista sufficiant pro nunc, quia cum simus in fuga pestis non habemus libros nobis necessarios quod est nobis gratissimum.

Augu.

Augu.

1 *Manichei qui dicantur, & quæ sit eorum hęresis.*

1 **Manichei.** †Ista est secta trigesima. Isti à quodam Persa vocato Manes dicti sunt. Errores istorum Manicheorum multi sunt. Vnde nos in anno præterito ad mandatum domini nostri Pij secundi collegimus tractatum quendam quinquaginta veritatum, contra quinquaginta errores Manicheorum, ad informationem trium Manicheorum, quos rex Bosne miserat sanctissimo domino nostro, qui tandem illustrante eos saluatore nostro conuersi sunt ad fidem catholicam, hic tamen describuntur quatuor. In primo ponunt duas naturas, duas substantias, scilicet bonam & malam siue duo principia contraria. scilicet bonũ & malum In secundo asserũt animam ex deo, quasi ex aliquo fonte manare. In tertio respuũt vet' testamentum. In quarto non recipiunt totum nouum. Primus error in quo ponunt duo principia contraria, vnum principium inuisibilium, & aliud principium visibilium, scilicet bonum & malum hæreticus est & pessimus. Ad cuius damnationem sufficerent quæ supradiximus in reprobatione Simoniacorum, & appellitarum, tamen repetemus aliqua contra eũ. Error præfatus hæreticus ostenditur ex tribus. primo, quia repugnat sacræ scripturæ veteris & noui testamenti. Secundo symbolo fidei catholicę. Tertio rationi naturali. Quod in primis repugnet sacræ scripturæ veteris testamenti, patet Gen. 1. In principio creauit Deus Cœlum & terram, ecce visibilis creatura. Item psalmus de Deo loquens ait. Qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Item Esaiæ. quadragesimo quinto. Ego Deus, & non est alter deus formãs lucẽ, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. De nouo testamento dicit Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt, &

sine ipo factũ est nihil. Et infra mũdus per ipm. factus est. Item apostolus ad Colos. primo loquens de filio Dei Deo bono inquit in ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Item Apostolus ad Hebreor. 11. dixit fide credimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent, vbi dicit Aug. in gloss. vt ex inuisibilibus significatur inuisibilis mundus qui erat in Dei sapientia, ad cuius similitudinem factus est hic visibilis mundus, iuxta illud Boethij. Mundum mente gerens similique imagine formans. ¶ Secundo error præfatus est hæreticus, quia repugnat symbolo fidei, vbi dicitur. Credo in vnum Deũ factorem cœli & terræ, visibilium &c. repugnat determinationi ecclesiast. extra de summa. trin. & fid. cad. firmiter. ¶ Tertio error præfatus repugnat rationi naturali in multis. primo arguitur sic. pro vnitate principij impossibile est plura prima principia esse, ergo ponens plura prima principia est falsus: probatur antecedens sic. Quæcunque conueniunt in aliquo & in aliquo differunt, oportet esse composita, sed sint plura principia prima in aliquo conuenient, quia in ratione primi & in ratione principij, & ita aliquo different, eo quod sunt plura. Quod autem talia oportet esse composita. patet. Nihil idem est principiũ conuenientiæ & differentiæ ab eodem. Aliud ergo est quo differunt, & aliud quo conueniunt. ¶ Secundo sic. ante omnem similitudinem est vnitas. secundum Aristotel. Multitudo autem est in principiatis siue procedentib', sed in procedentibus vt dicit Dionysius de di. no. capit. tertio quæ sunt multa processibus sunt vnum principio, ergo omnia ab vno principio processerunt, & eorum est vnum principium. ¶ Secundo sic. Nullum summe malum esse potest quod ab omni bono sit sequestratum: patet, quia hoc implicat contradictionem. ergo error ille est hæreticus, probatur añs sic. Si detur summe malum existere quod nihil habet de bono, sed esse & existere aliquod bonum est ergo tunc est ponere summe malum esse, & non habere esse, sed hæc duo sunt incompassibilia, ergo illud ex quo sequitur. ergo sequitur quòd nullum tale principium, scilicet summe malum est possibile. Confirmatur ratio sic. Ens & bonum conuertuntur, secundum philosophum quarta Metap. si ergo malum est existens de necessitate bonum inquantum ens: non ergo erit aliquod malum, quod essentialiter sit malum, siue summe malum, quod idem est. ergo positio illa est falsissima. ¶ Quarto ostenditur idem sic ostendendo, quòd ratio principij est impossibile conueniri malo, implicat contradictionem sic. Si summe malum est principium, oportet quòd ratio principij cõueniat ei, sed ratio principij in eo in quo arguit potentiam & virtutem operandi, sed potentia & virtus operandi, sunt de gñe bonorũ. Si ergo aliquid est summe malũ, cũ careat virtute & potẽtia operãdi, ĩpossibile est ꝙ sit principiũ aliquorũ. ¶ Vltimo sic. Omne bonum & malum pulchrum est à Deo bono, qui non potest esse nisi bonus, sed omnia visibilia siue parua siue magna, sunt bona, & pulchra. ergo omnium talium Deus bonus est principium: minor patet. Tum quia Genes. primo enumeratis rebus visibilibus factis à Deo dicitur, vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona, quia ens & bonum conuertuntur. quarto meta. vnde Augustin. libr. de natura boni, contra Manicheos inquit. Omnis natura inquantum natura est bonum. Bonum autem siue paruum siue magnum non nisi à Deo bono est, non à malo. Omnis ergo natura siue spiritus siue corpus est à summo & vero Deo. Et de ista sufficiant pro confutatione primi erroris. ¶ Secundus error in quo dicunt animam ex Deo, quasi ex quodam fonte emanare, hæreticus est. Nam anima cuiuscunque nouiter creatur cum corpori infunditur, vt 32. quæst. secunda quod vero. Et quia supra ostendimus multa circa hoc in reprobatione sectæ Gnosticorum non inducimus plura. ¶ Tertius error in quo non recipiũt vetus testamentum est hæreticus, & reprobatur. 23. distin. cap. qui episcopos patet etiam quia vt dicit apostolus: ad Roman. septimo. lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum, ergo lex vetus non debet respui tanquam lex mala. De ista materia & confutatione huius plura diximus in confutatione sectæ Seuerianorum, ibi vide. ¶ Quartus error eorum in quo non recipiunt totum nouum testamentum tanquam in aliqua sui parte falsum continens, hæreticus est, cum tota sacra scriptura verum contineat &, in nulla sui parte aliquid falsitatis contineat. Candor. n. est lucis æternæ, speculum sine macula. s. erroris, aut falsitatis. contra hunc errorem secundo quod August. contra Manicheos lib. de moribus ecclesiæ ait dicere in sacra scriptura aliquod falsum contineri, quid hac voce impudentius, quid sceleratius, hi simulacrorũ cultores Christi nomen odientes ista dixerunt, & ausi sunt dicere. ¶ Tertio contra hunc errorem arguitur in nouo testamento aut loquitur Christus aut Apostoli Christus cum sit veritas. Ioann. quarto falsum dicere non potuit, apostoli etiam non, cum spiritu sancto loquuti fuerint ẜm illud Matt. 10. non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis, & Ioan. 16. cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, hinc beatus Aug. ad Hier. scribens ait. Ecce solis libris scriptorum qui canonici appellantur didici hunc timorem. s. reuerentialem honoremq; deferre, vt nullum eorum scribendo errare audeam credere. ¶ Quarto si nouum testamentum in aliqua sui parte falsitatem contineret, non maneret in aliqua sui parte stabilis autoritas, vt in c. si ad scripturas dis. 9. sicut si aliquid falsitatis reperiatur in instrumento totũ redditur suspectum nec ei creditur. vt ff. de fide inst. l. 2. in fin. ista sufficiant pro reprobatione huius erroris.

Augu. — Boethius. — Dionysius. — August. (left margin); Augu. — Augu. (right margin)

1 *Anthropomorphitæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Anthropomorphitæ. †ista secta est 31. Isti sic dicti sunt pro eo simplicitate rusticana Deum habere humana mẽbra quæ in diuinis libris scripta sunt arbitrantur. Istorũ error præfatus cito ostenditur fallus & hæreticus. Tum primo quia contra sacram scripturam. Secundo quia contra determinationem ecclesiæ, Tertio contra rationem. ¶ Quod sit contra sacram scripturam patet Ion. 4. Spiritus est Deus, & per consequens non corporeus, quoniam vt dicitur Lucæ, vlt. spiritus carnem & ossa non habet. ¶ Secundo est cõtra determinationẽ ecclesiæ, ex. de sum. tri. c. 1. Quia Deus sit æternus, immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis, & simplex omnino, & idem 23. dist. qui episcopus. Si simplex omnino impossibile est esse corporeum rationibus idem ostenditur. Et vt breuibus nos absoluamus, quia erroris istius falsitas est manifesta, tantum inducemus, quatuor rõnes sumptas ex quatuor proprietatib. Dei, prima proprietas est quòd sit primum ens, vnde apo. 22. Ego alpha & o. Et Io. 8. Ego principium qui loquor vobis. Ex hoc arguitur sic. Onne compositum corporeum est posterius suis componentibus, sed Deus est primum ens re & intellectu, ergo est impossibile, ꝙ sit compositus ex aliquibus componentibus, ergo impossibile est per consequens ꝙ sit corporeus. ¶ Secunda proprietas est ꝙ sit ens simplicissimum quod sequitur ex eo, ꝙ est primum ens. tunc arguitur sic. Deus est simplicissimus per abnegationẽ omnis compositionis, & componibilitatis vt tota philosophia clamat, ergo est impossibile ꝙ Deus sit res corporea, quia omnis talis res habet partes componentes. ¶ Tertia proprietas est ꝙ sit ens, necesse esse omnino independẽs. Exod. 3. Ego sum qui sum. Ex hac arguitur sic. Omne compositum est potentia dissolubile, quantum est de ratione compositionis licet in quodam sit aliquid ad dissolutionẽ repugnans. Quòd aũt dissolubile est in potentia est ad non esse, sed hoc est esse impossibile Deo conuenire, qui est necesse esse, ergo impossibile est ꝙ in Deo sit aliqua compositio. ¶ Quarta proprietas Dei, ꝙ sit ens nobilissimum in fine nobilitatis, vt pote quo maius cogitari non potest ẜm Anselmum. vnde psal. 114. *Qm̃ Deus magnus dñs, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Ex hoc arguitur sic. Nulla res corporea pôt esse ens oĩm entiũ. patet, quia spũs nobilioris & sublimioris naturæ est, quã corpus. Dum ergo Deus sit ens nobilissimum manifeste apparet, ꝙ sit impossibile ꝙ sit corpus, aut res corporea. Et ita patet ꝙ error præfatus stultissimus est. Oportet ergo ea membra corporea sicut manus, oculus, aures, quæ in scriptura attribuuntur Deo, spiritualiter intelligere, ratione suorum actuum non corporaliter, vt per os locutionem qua in prophetis & sanctis viris loquutus est, per oculos

Anselmus (right margin)

oculos immensitatem intelligentiæ, qua vniuersa perlustrat & prospicit, per manus prouidentiam & operationem, qua ipse omnia condidit & gubernat per brachia, virtutem, qua cuncta sustentat, & moderatur, & sic de alijs. Sed quia hic dicitur quòd isti Anthropomorphitę rustica simplicitate talia membra attribuant Deo, †Est vidédum vtrũ inter hæreticos sint cõnumerandi. Et videtur ꝙ sic. Tum primo quia non videtur verosimile, ꝙ tanto tpe. isti conuersati fuerint inter catholicos, & nõ audierint de simplicitate diuina. Item ꝙ spiritus est Deus. Io.4. ꝙ spiritus carnem & ossa nõ habet. Et ꝙ res corporea non potest esse nobilissima res in rebus. ¶ Tum secundo quia Epiphanius clarissimus doctor eos pro suis erroribus à communione fidelium separauit, quod non est verosimile eum fecisse nisi incorrigibiles & pertinaces inuẽti fuissent. Quod autem dicitur ignorantes vocem domini, qui ait spiritus est Deus. Ista ignorantia cum fuerit crassa & supina, vt videtur, non excusat eos.

1 *Eraclitæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Eraclitæ. †Ista est secta 32. Isti ab Eraclio auctore exorti sunt. Istorum error est triplex. Primus est ꝙ monachos tantum recipiunt. Secundus ꝙ coniugia spernunt. Tertius est ꝙ paruulos à regno cœlorum excludunt. Primus error hæreticus est contra scripturam sanctam & sacros canones. Contra scripturam est primo. Dicitur.n. act. 1. In veritate comperi, ꝙ non sit acceptor personarum Deus, sed in omni gente, quæ timet Deum & operatur iustitiam acceptus est illi, de quo habetur 23.q.4. §.his ita, & ext.de præben.c.vlt.& de insti.ca.ad decorem. ¶ Secundo est contra sacram scripturam, patet quia Christus & apostoli nunquam leguntur fecisse talem distinctionem inter monachos & laicos, vt tantum monachos recepissent, cum nec tunc fuissent monachi. Apostoli.n. discipuli & multi credentes, non loquuntur fuisse monachi. Tertio est cõtra illud quod de Christo dicit. Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Scđo est cõtra canones sacros. Dicitur.n. in c.duo.12.q.j.duo sunt genera Christianorum .s. clericorũ quod mancipatum est diuino officio, & genus laicorum quibus licet temporalia possidere & vxorem ducere & terram colere. ¶ Secundus error eorum in quo cõiugia tanquam illicita spernunt & condemnant est hæreticus, & hoc propter septem. Primo quia isti stulti damnant ꝙ est iuris naturalis. Nã in principio digestorum dicitur. Ius naturale est maris & fœminę coniunctio, quã nos matrimonium appellamus, & s.di.1.c. ius aũt naturale dr. ius naturale est viri & fœminæ coniunctio, liberorum successio, puerorũ educatio. Secundo est hæreticus, qm̃ damnãt institutionem diuinam, quæ instituit coniugium, vnde Ge.2. vbi formata muliere in adiutorium Adæ dixit Adã, quamobrem relinquet homo patrem suum aut matrẽ, & adhærebit vxori suæ & erunt duo in carne vna. ¶ Tertio errant quia damnant quod dominus commendauit Mat. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet. ¶ Quarto errant, quia condemnant id quod Christus sua præsentia voluit honorare, & miraculo insigniuit, vnde Iõ.2. dicitur, ꝙ Iesus vocatus fuit ad nuptias. ¶ Quinto errant, quia damnant sanctos patres, qui vxores habuerunt tam in veteri testamento quam in nouo, quorum multos enumerat apostolus inter sanctos, ad hebre.11. ¶ Sexto errant, quia contra apostolum Paulũ loquuntur. ait.n. apostolus 1. ad Cor. 7. virgo non peccat si nubat, & 1. ad Tim.3. volo iuuenculas nubere, & filios procreare. ¶ Septimo errant, quia loquuntur contra determinationem ecclesiæ, quæ iam hunc errorem damnauit vt patet dis.30.c.si quis nuptias, & de istis satis. ¶ Tertius error istorum in quo paruulos regna cœlorum habere non credunt est pessimus, & hæreticus, quod ex tribus colligitur. ¶ Primo quia est contra scripturam sacram. dicitur.n. Mar.vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Paruuli autem & si per se credere nõ possint credunt tamen per alios, & hoc prodest eis cum baptismo ad salutem æternam, vt de consec.dist.4. paruuli & c. mater ecclesia. Os maternum paruulis præbet & c. Item dicitur Matt.19. Sinite paruulos venire ad me, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. ¶ Secundo præfatus error est hæreticus, quia diuinæ contradicit prouidentiæ. pro quo notandum, ꝙ diuersi status mundi comparantur diuersis ætatib. vnius hominis, sicut dicit Augustinus lib.83. quæstionum. vnde sicut nullus status mũdi fuit in quo esset humano generi præclusa via salutis. Ita nulla ætas hominis vnius est, in quo via salutis sibi præcludatur, vnde cum in pueris sit peccatum originale per quod à consuetudine æternæ salutis impediunt, oportet ꝙ eis adhiberi possit aliquod remedium ad remouendum omne impedimentum. Hoc autẽ nunc est baptismus. ¶ Tertio præfatus error est hæreticus, quia repugnat plenitudini gratiæ Christi. Et arguitur sic. maius est donum gratiæ, quam fuit delictum, vnde ad Romano. quinto dicit apostolus. Non sicut delictum ita & donum, sed vt idem apostolus dicit. ad Roman. sexto. Si vnius delicto mors regnauit, per vnum scilicet Adam, multomagis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Pueri autem ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt, ꝙ patet, quia mortalitati sunt subiecti, quę per peccatum primi hominis in omnes pertransiuit, vt ibidem dicit apostolus, vnde multo magis pueri possunt per Christum gratiam suscipere, vt regnent in vitam æternam. Ipse autem dicit Ioann. tertio nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei. ergo hæreticum est dicere pueros non posse regnum cœleste adipisci. ¶ Quarto prædictus error est hæreticus, quia contradicit determinationi sanctæ matris ecclesiæ. extra. de sum.trin.cap.primo.§.sacramentum, & extra de baptismo cap.maiores. Augu.

1 *Nouatiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Nouatiani. †Ista est secta 33. à Nouato Romanæ vrbis presbytero exorti sunt, qui dictus Nouatus dum nequiter aduersus Cornelium sacerdotalem cathedram conatus inuadere habere non potuit, ab ecclesia catholica se diuisit, de isto dicitur septima quæst. prima. Nouatianus, & capit. factus, & vigesima quarta q. prima didicimus, istius duo errores tanguntur in litera. primus est, quòd nolebat apostatas ad pœnitentiam recipere. Secundus est ꝙ rebaptizabat baptizatos. ¶ Primus error est hæreticus cum sit contra sacram scripturam, dicitur enim Lucæ decimo septimo. Si peccauerit frater tuus increpa illum, & si pœnituerit dimitte illi, id est toties quoties pœnituerit. Matth. decimo octauo, vnde iste errauit, quoniam omnis apostata siue fidei, siue religionis, siue clericatus, si ad ecclesiam redire voluerit suscipiendus est ab ecclesia quæ pia mater est, & imitatrix sponsi sui Iesu Christi qui non venit vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam. ¶ Secundo præfatus error est hæreticus, quia improbat pia opera Christi. Nam Petrum negantẽ Christum Matth. 26., & per cõsequens apostatantem à fide pœnitentem & lacrymantem recepit Christus. In quo exemplum nobis dedit, vt apostatas pœnitentes recipere debeamus. Quia autem error iste conuenit cũ errore Catharreorum qui pœnitentibus negant veniam peccatorum, qui iam improbatus est supra. in secta secunda. ista hic sufficiant. ¶ Secundus error, in quo rebaptizant & c. est hæreticus, quod patet ex multis. ¶ Primo quia est contra scripturam sanctam. Dicit enim apostolus ad Ephesios quarto. vna fides, vnum baptisma, ergo baptisma non est reiterandum. ¶ Secundo patet eius falsitas ex multiplici ratione, quarum prima sumitur ex parte morbi, quia morbus scilicet peccatum originale, contra quod ordinatur: baptismus, non est reiterabilis, ergo nec medicina debet reiterari. ¶ Secunda sumitur ex parte rei sacramenti, quia in baptismo deletur culpa, & pœna totaliter, vnde si frequenter liceret homini baptismum suscipere, esset quædam prouocatio ad peccandum, quia facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi, vt dicit Greg. ¶ Tertia sumitur ex sua significatione, quia configuratur morti Christi, qui semel tantum mortuus est. Et ideo nec baptismus iterari debet propter quod ad Hebreor. sexto contra quosdam rebaptizari volentes dicit Apostolus. rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei & c. vbi Chrisostomus dicit, quòd qui rebaptizantur. iterum crucifigunt Christum, & derident. ¶ Quarta sumitur ex parte characteris, quem baptismus imprimit qui est indelebilis, vnde fieret iniuria sacramento, si baptismus reiteraretur, quasi prima satisfactio non suffecisset. ¶ Quinta sumitur, quia ipse baptismus est spiritua- Gregor. Chrysosto

lis quædam regeneratio secundum illud Ioann.tertio nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non pôt videre regnū Dei, vnius aūt non est nisi vna gñatio, & ideo non potest baptismus reiterari, sicut nec carnalis gñatio. ¶ Tertio principalis error præfatus est hæreticus, quia est contra determinationem sanctæ vniuersalis ecclesiæ, vt patet extra de sum.trin.& fi.c.§.ad hoc.in cle.& de conse. di.4.non licet, cum duobus cap. seq. vnde rebaptizare immanissimum scelus à sanctis patribus iudicatur, de conse. di.4.rebaptizare.

1 *Montani qui dicantur, & quæ sit eorum hęresis.*

Montani. †Ista est secta 34. Isti tempore persecutionis in montibus latuerūt, qua occasione se à corpore ecclesię diuiserūt, & sic scismatici facti sunt. Contra istos sunt omnia illa capitula 24.q.1.loquitur.cum multis capitulis sequentibus. De istis non ponit hic Isidorus in quo specialiter errauerūt. Sed Hyeronimus videtur tangere errorem eorum. Non.n.admittebant peccatores ad pœnitētiam, sicut Nouatiani, & Catharrei, in quorum erroris confutatione est confutatus iste, & confutat eum Hieronymus contra Iouinianum. Et habetur de pe.dis.2. si.n.in ver.verum, vbi inquit. Verum ne Montanus & Nouatus hoc derideant &c.

1 *Ebionitæ qui dicantur, & quæ sit eorum heresis.*

Ebionitæ. †Ista est secta 35. Ebionitæ dicti sunt ab Ebione siue à paupertate.s. intelligentię. Istorum errores tanguntur duo, primus est Christum per solum prouectum siue profectum virum iustum effectum. Secundus est ꝙ ita euangelium tenent, vt legem veterem carnaliter seruent primus error est hæreticus, quia Christus ab instanti conceptionis gratia & omnibus donis spiritus sancti plenus fuit, & iustissimus. vnde Io. 1. vidimus eum plenum gratię & veritatis, & Io.3.datus est ei spiritus sanctus, non ad mensuram. Non ergo profectibus iustus est, sed ab ipso instanti conceptionis sanctus & iustus fuit, habuitque gratiam in tanta plenitudine ꝙ maior esse non potuerit. Quod autem dr̃ Luc.2.ꝙ proficiebat sapientia & gratia non intelligas ſm habitus ipsos sapiētię & gratiæ augmentatos, quia sic Christus in eis non proficiebat, sed ſm effectus, inquantum.s.sapientiora & virtuosiora & opera faciebat, vt se verum hominem demonstraret, & in his quæ sunt ad Deū, & in his quæ sunt ad homines. ¶ Secundus eorum error etiam est hæreticus, qui quia sufficiēter est cōsutatus.s. in secta Nazareorum nō diximus plus.

Diuiso.

1 *Photiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

Photiani. †Ista est secta.36. isti à Photino gallogreco Smyrne episcopo nuncupati. Cuius error est, ꝙ Christū ex Maria ꝑ Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum tenent, hic est manifestus hæreticus & perniciosissimus, contra sacram scripturam & contra symbolū fidei, ibi qui conceptus est de spiritu sancto ex Maria virgine, & 23.di.qui episcopus, & extra de sum.trin.c.1.& extra de verb.si.c.quod dicitur, & ca.Ioseph, quem errorem quia sufficienter confutauimus supra in errore Carpocratianorum super sedemus pro nunc.

1 *Aeriani qui dicantur, & quæ eorum hæresis.*

Aeriani. Ista est secta 37. Isti ab Aerio quodam sic nominato appellati sunt, quorum error est ꝙ sacrificium offerre pro mortuis spernunt. Iste error est hæreticus & crudelissimus. Hæreticus quidem est quoniā contra scripturam sanctam 2.Mach.duodecimo. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt à peccatis soluantur. Cum ergo hoc sic sanctum salutare valde impiū est illud negare defunctis. ¶ Secundo est contra illud eccl. 7.mortuo nō prohibeas gratiam. ¶ Tertio est contra euāgelium Mat.12.vbi veritas ait. Si quis in spiritum sanctū blasphemiam dixerit, nec in hoc seculo remittetur, nec in alio. In qua sententia dicit Greg. datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo remitti, & quasdam in futuro posse relaxari. Quod.n.de vno negatur consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur, habetur in capitu. qualis. distinctio. vigesima quinta. Error ille hæreticus ostenditur, & merito damnatus, quia est contra laudabilē consuetudinem vniuersalis ecclesiæ, quę orat, & sacrificiū offert pro defunctis, quę pro lege obseruanda est di.11.ecclesiasticarum, & ca.in his, & 12.di.ca. illa, & cap. omnia. Istam autem consuetudinem pro defunctis orandi ab apostolis ecclesia suscepit, vt dicit Damascenus in quodam sermone de suffragijs mortuorum. ¶ Quarto error ille aperte confutatur per dicta sanctorum, & sacros canones, vt in c.pro obeūtibus, & c.animæ defunctorum, & c.tempus 13.q.2.est de cons.di.1.c. visum multa alia possent dici sed ista sufficiant.

Grego,

1 *Aetiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Aetiani. †Ista est secta 38. Isti dicti sunt ab Aetio: dicti etiam Eunominiani ab Eunomio quodam dialectico & hæretico. Errores istorum duo describunt. Primus ē ꝙ dicūt filiū dissimilē pr̃i & filio dissimilē esse spiritū sanctū. Secundus error est, ꝙ dicunt nullū imputari peccatum in fide manentium. primus error est hęreticus. ¶ Primo quia videtur innuere, ꝙ pater & filius & spiritus sanctus non sint vnius naturæ, formæ, & substātiæ contra illud primę Io.5.tres sunt qui testimonium dant in cœlo & c.& est contra illud ex.de sum.tri.& fi.ca.firmiter credimus. ¶ Secundo sic. illa quæ cōmunicant in vna forma siue natura sunt similia, hoc patet, sed filius communicat in vna & eadem forma diuinitatis cū patre, & spiritus sanctus cū patre & filio: à q̃bus procedit, ergo filius est similis pr̃i & sp̃us sanct' & filio. ¶ Tertio arguit̃, de rōne filij est esse similē patri, vnde filius patri qa fit vt ille.s.pater, & ecc.30.dicitur. Mortuus est pater illius, & nō est mortuus, similē.n. relinquit post se. ergo filius Dei cum sit maxime perfectus, dicendus est similis patri. ¶ Quarto dr̃ hæreticus. Nam ē si angelus quia est ad imaginē Dei factus dr̃ signaculum similitudinis Dei. Ezech.28.multo magis filius qui est imago patris est similis patri. imago.n. ſm Augustinum est expressa similitudo eius, cuius est imago. ¶ Quinto ostenditur hæreticus, quia est contra illud apostoli ad Colossen. prima. qui de filio Dei loquens ait, quod est imago inuisibilis Dei primogenitus omnis creaturæ. Itē est contra illud apostoli ad hebr.1.vbi de filio dei loquens ait. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.s. patris &c. ¶ Sexto est hereticus, quia contra symbolum Athanasij dicentis, qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. ¶ Secundus error istorum in quo dicunt non deputari peccata his qui manent in fide, est hæreticus, quod patet multipliciter. ¶ Primo contra scripturam sanctam. Est.n. contra illud Matthæi.22. Multi sunt vocati ad fidem, pauci vero electi.s. ad vitam ęternam. ergo multis in fide manentibus imputantur in morte peccata. ¶ Secundo est contra illud Matth. 25. immisericordibus dicturus est Christus Esuriui & non dedistis mihi mādu care &c. Ite maledicti in ignem æternum. ergo multis manentibus in fide, vsque ad mortem imputabuntur peccata. ¶ Tertio est contra illud Matth.24.vbi loquens de iudicio futuro. erunt duo in lecto vno, vnus assumetur ad gloriam, alius relinquetur.s. ad pęnam, & sic sequitur quod prius. ¶ Quarto heresis confutatur per hoc quod Petrus ad quem dictum fuerat qui lotus est non est necesse vt iterum lauet: Et ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tamen ab ancilla perterritus negauit Christum Matth. 26. ¶ Quinto arguitur sic. ille dignus est beatitudine cui peccatum non imputatur secundum illud psal. 31. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum sed sola fide nō est quis dignus beatitudine dicente apostolo prima ad Cor.13. Si habuero omnē fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem nō habuero, nihil sum. ergo habentes fidem non excusantur si peccent, imo imputatur magis pro quanto maiorem notitiam habent, & retrocedunt à mandatis Dei per peccatū 2.Petri 2.melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, q̃ post agnitam retrorsum conuerti. ¶ Sexto isti hæretici videntur fundari in vna hæresi videlicet quod charitas semel habita nunquam amittitur, quæ hæresis confutatur sufficienter de pœn.di.3.per totum, & apoc.2.vbi Ioannes apostolus imo saluator in Ioanne scribens angelo ecclesię Ephesior. dicit sic. Scio opera tua, & infra. sed habeo aduersum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam. Ista hæresis

Augu.

resis sufficienter improbatur.de pœn.d. 2.§. scio inquit, & sunt verba Hierony.contra Iouinianum hæreticum. Et ideo ista pro nunc sufficiant.

1 *Origeniani qui dicantur, et quæ sit eorum hæresis:*

1 **Origeniani.** †Ista est secta trigesima nona.Isti ab Origine autore exorti sunt.Istorum errores tres assignantur. Primus est quod filius non possit videre patrē,nec spiritus sanctus filium. Secūdus est ꝙ dicunt aīas in mundi principio peccasse,& pro diuersitate pc̄tōrū de cęlis vsq; ad terrā diuersa corpora quasi vincula meruisse.Tertius error est,ꝙ ea causa factus sit mundus scilicet ad puniendum peccata illarum animarum.¶ Primus error in quo dicunt, quòd filius non videt patrem & cætera est hæresis manifesta,& non tantum hæresis, sed absque ratione,& hoc ostenditur multipliciter.¶Primo quia iste error videtur innuere,ꝙ diuinæ personæ nō sunt eiusdem naturæ,& essentiæ,quod manifeste est hæreticum.extra de summa trinitate & fid.ca.cap.primo vbi consubstantiales esse dicūtur.& primo Ioannes quinto.Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spūs sanctus. ¶ Secundo tres personę sunt vna,& eadem natura & essentia.vt in cap. damnamus . de summa trinitate : ergo quæ ibet persona videns se videt & aliam, vnde Ioannes decimo quarto dicebat Christus Philippo. Philippe qui videt me, videt & patrem meum, quia ego in patre, & pater in me est. ¶ Tertio manifeste confutatur error iste. Ioannis octauo vbi Christus sic ait Iudæis. Est pater meus, qui glorificat me,quem vos dicitis,quia Deus vester est,& non cognouistis eum.Ego autem noui eum . Et si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax.¶ Quarto sic. irrationabile est,quod angeli semper dicantur videre faciem patris Matthei decimo octauo. & hoc negetur filio suo naturali.¶ Quinto ostenditur huius erroris stultitia. beatitudo promissa creaturæ rationali consistit in visione ipsius trinitatis increatæ.secūdū illud Ioannis decimo.hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.sed indicibilis insania est, quod summa beatitudo & summum bonum promittatur creaturæ, ad quam filius Dei non possit attingere, ergo præfatus error non modo est hæreticus,sed insanus est.Itē quod filius non possit videre patrem est contra alia plura loca sacræ scripturæ . Est primo contra illud Matthæi vndecimo . Nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare . ¶ Secundo est contra illud Ioannes decimo . Sicut nouit me pater, & ego cognosco patrem . ¶ Tertio contra illud Matthe.vltimo . postquam dominus locutus est eis ascendit in cœlum,& sedet ad dexterā Dei, quomodo sedet ad dexteram Dei patris,si eum videre non potest. hoc nō esset sedere ad æqualitatem patris gloriæ. ¶ Quarto est contra illud primo Ioannis secundo.Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christū quomodo aduocatū, apud patrem habemus, si videre nō potest patrem.de spiritu sancto,quod videre non possit filium à quo procedit & mittitur,est etiam insania quædam dicere.dicit enim Ioannis secundo .Accipite spiritum sanctum & quorum & cætera. Item Ioannis decimo quinto dicitur.Cum autem venerit paracletus,quem ego mittam vobis à patre meo spiritum veritatis,qui à patre procedit ille testimoniū perhibebit de me.Quomodo spiritus sanctus testimonium perhibebit de filio Dei.si illum nunquā vidit,nec videre potest:vnde relinquitur quod error ille sit insania quædam. ¶ Secundus error,in quo dicunt animas in principio mundi peccasse falsus est,& hæreticus.pro cuius intellectu est sciendū,quod Origenes dixit hunc errorem.s.quod animæ omnium hominum simul fuerūt creatæ cum angelis,quia credidit animas rationales & angelos æquales esse secundum suæ naturę conditionem , in quibus primo exorta est inæqualitas ex libero arbitrio , quibusdam conuersis in Deum secūdum magis & minus,ille ergo rōnales naturæ quæ ad Deū ꝑ liberū arbitriū cōuersæ sunt ꝓmotæ sunt ad diuersos ordines angelorum ꝓ diuersitate meritorum,illę autem quæ aduersæ sunt à Deo, sunt corporibus alligatæ . secundum diuersitatem peccati.Hoc habito probatur quod error est hæreticus.¶ Primo quia dicere quod animæ rationales sint æquales angelis secundum conditionē suæ naturæ solum meritis distincta est,falsum quoniam angelus est per se existens completum esse habens suæ speciei.anima autem rationalis non habet esse completum speciei,sed est pars speciei humanæ,quod etiam patet ex ipsarum operationum naturaliū distinctione.anima enim rationalis colligit notitiam à rebus ipsis sensibilibus.angeli autem non.vnde Dio.libro de diuino.no. mentes angelicæ simplices & beatos intellectus habent,non à diuisibilibus congregantes diuinam cognitionem,cuiusmodi est anima.vnde in libro de causis dicitur propter hanc differentiam , quod anima rationalis est creata in vmbra intelligentiæ.Ex istis patet falsitas sui erroris:primo in illa parte in qua dicit animas præcessisse corpora, quoniam proprius actus non fit nisi in propria materia.sed anima est actus proprius corporis physici, vt dicitur secundo de anima,ergo non fit nisi in proprio corpore.¶ Secundo sic.ex illo Gen. 1.formauit Deus hominē de limo terræ & inspirauit in faciem eius.i.spiritum fecit & infundit corpori, & factus est in animam viuentem , quod etiam probatur in capitulo , quod vero trigesima secunda quæstione secūda. ¶ Tertio sic anima rationalis est forma corporis, & est naturalis pars humanæ naturæ.tunc arguitur sic, Deus instituit res in suo perfecto statu suæ naturæ secundum quod vniuscuiusque rei species exigebat,sed anima rationalis cum sit dictum est pars humanæ naturæ,non habet naturalem perfectionem , nisi secundum quod est corpori vnita, ergo manifeste sequitur, ꝙ animæ rationales non sunt creatæ ante corpora.Ex isto sequitur falsitas secundæ partis in qua dicunt quod peccauerunt ante corpora,& pro demeritis earum sint corporibus alligatæ,quia quod non fuit peccare non potuit. Et ita falsa est illa fantasia. Præterea anima cum sit pars humanæ naturæ infunditur ad complementum speciei humanæ,& ad perfectum esse humanum,& non ad pœnam. ¶ Tertius error in quo dicunt mundum esse causatum propter hanc differentiam pœnarum, quas animæ in corporibus erant passurę secundum diuersitatem suorum peccatorum, est falsus,& hæreticus,quoniam secundum hoc vniuersitas creaturarum corporalium non esset propter bonitatem,Dei contra illud Prouerbiorum decimo sexto vniuersa propter semetipsum operatus est Deus.sed ad puniendum peccatum,quod est cōtra illud Gen. 1.vidit deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona.Et Augu. vndecimo de ciuitate Dei.Quid stultius dici potest.quam istum solem in vno mundo,vnum esse non decori pulchritudinis vel saluti rerum corporalium cōstituisse artificē Deū, sed hoc potius euenisse,quia vna anima sic peccauerat : ac per hoc si centum animæ peccassent: centum soles haberet hic mundus . Augu.

1 *Noetiani qui dicantur et quę sit eorum hæresis.*

1 **Noetiani.** †Ista est secta.40.Isti dicti sunt à quodam Noeto,& quoniam istorum errores sunt idem cum erroribus Sabellianorum, simul cum illis reprobantur.

1 *Sabelliani qui dicantur, et quæ sit eorum hęresis.*

1 **Sabelliani.** †Ista est secta.41.Isti dicti sunt ab eodem Noeto pullulasse dicuntur cuius discipulus perhibetur fuisse Sabellius,ex cuius nomine innotuerunt.vnde Sabelliani vocati sunt errores istorum Noetianorum describuntur duo,primus est,quod vnam personam patris & filij & spiritus sancti esse astruūt. Ita quod ipsam trinitatem in officiorum nominibus non personis accipiunt.Secundus error eorum est quod patrem dicunt passum.vnde Patripassiani vocantur,quia patrem passum dicunt.primus error istorum est hæreticus& perniciosissimus,quod deducemus ex multis.primo ex auctoritatibus veteris testamenti. 2. ex auctoritatibus noui testamenti. tertio ex determinatione ecclesiæ catholicæ,quarto ex repugnatione simboli fidei, & Athanasij . ¶ Primo est hæreticus,quia contradicit sacræ scripturæ veteris testamenti.Dicitur enim Genesi.primo . In principio creauit Deus cœlum & terram,& infra spiritus domini ferebatur super aquas.Deus est pater principium,filius spiritus, Dei spiritus sanctus. hac ratione vtitur Augustinus ad Orosium ita dicens.In principio fecit Deus cœlum & terram, quod aliud Augu.

aliud principium intelligendum putamus nisi filium. Ipse enim de se interrogantibus Iudæis quis esset, respondit, Principium, qui loquor vobis. ergo principium filius. per filium fecit Deus cœlum, & terram, per ipsum omnia facta sunt, vt Ioannes Euangelista narrat, & sine ipso factum est nihil. Nam proculdubio in nomine Dei pater principij nomine filius intelligendus est profecto cum dixit. In principio creauit Deus cœlum & terram, subsequenter adiunxit, spiritus domini ferebatur super aquas, qui tertia est in trinitate persona. Item error præfatus est contra illud psalmi sexagesimo sexto. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos Deus, metuant eum omnes fines terræ. Trina enim cõfessio Dei trinitatem exprimit personarum, vnitatem vero essentiæ aperit, cum singulariter subiungit, & metuant eum & cætera, vnde Augustinus super hunc locum dicit sic. Animaduertendum etiam in eo, quod ait, benedicat nos Deus, diligenter his insinuatam trinitatem in discretione personarum, & vnitatem deitatis. ¶ Tertio error præfatus confutatur ex illo Esaiæ sexto vbi propheta egregius Esaia. sic dicit vidisse Seraphin clamantia, Sanctus sanctus & cætera. vbi prorsus in eo quod dicit tripliciter sanctus, & personarum trinitatem. In eo vero quod dicit dominus Deus Sabaoth, diuinæ essentiæ cognoscimus vnitatem, vt disputat Augustinus libro de fide sanctæ trinitatis, de veteri testamento ista sufficiant in tractatu nostro contra Machometum qui secutus fuit hunc errorem, plures auctoritates induximus. ¶ De nouo testamẽto plura testimonia apertissime hunc errorem confutantia habemus. primo patet ex illo Ioannis 5. vbi Christus ait Iudeis. non possum ego à me ipso quidq̃ facere, sed sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me patris. Ecce apertissimum testimonium de persona patris & filij. ¶ Secundo ad idem quod Christus Ioannis octauo ad probãdum testimonium eius verum esse dixit Iudæis. Testimonium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater, & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ecce manifestum de duabus personis patris & filij. ¶ Tertio idem patet ex illo Ioannis octauo, vbi Christus ait Iudæis. Si Deus pater vester esset diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi, & veni. nec enim à meipso veni, sed ille me misit. Ecce apertissimum testimonium duarum personarum patris & filij. ¶ Quarto error ille confutatur clarissime ex illo Ioannes decimo quarto. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Ecce clarissimum testimonium trium personarum patris, & filij, & spiritus sancti, qui nomine paracleti designatur. ¶ Quinto idem ex illo Ioannis decimo quinto. Spiritus sanctus qui à patre procedit testimoniũ perhibebit de me. Ecce tres personæ designantur. ¶ Sexto idem patet ex illo Matth. vltimo. Euntes docete omnes gentes baptizãtes eos, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. ¶ Septimo idem patet ex illo primo Ioannis quinto. tres sunt qui testimonium dant in cœlo & cętera multa alia possent adduci, sed ista sufficiant breuitatis causa. Quibus visis certe mirum est, quod tanta infamia fuerit istorum hæreticorum. ¶ Tertio principaliter error est hæreticus, quia est contra determinationem vniuersalis ecclesiæ. extra de summa trinitate, & fid. ca. capit. primo. ¶ Quarto error præfatus ostenditur hæreticus & deprauatus, quia contra symbolum Dei vbi dicitur. Credo in vnum Deum patrem & infra. Et in Iesum Christum filium eius. & infra, & in spiritum sctm. Item in Symbolo Athanasij habetur. alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus, & tantum de primo errore. ¶ Secundus error in quo dicunt patrem esse passum est falsus & hæreticus, est contra sacrã scripturã & contra simbolum fidei. Contra sacram scripturam. ¶ Primo sic. Pater nõ fuit incarnatus, sed solus filius. antecedens patet. primo ex illo Io. 1. verbum caro factum est. non autem pater. Secundo ex illo apostoli ad Galat. quarto. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere & cætera. Tertio patet idem ex illo Lucæ primo. vbi angelus ait ad Mariam. Ecce virgo concipies, & paries filium, & filius altissimi vocabitur. Quarto idem apertissime colligitur ex illo Matthei vigesimo sexto vbi Chistus passurus inquit ad patrem. Pater si possibile est transeat à me calix iste & cæt. ¶ Secundo principaliter ostenditur hæreticus error præfatus, quia contra Symbolum vtrunque in vtroque dicitur de filio, qui conceptus est. & infra, & passus & c. Et idem extra de summa trin. & fi. ca. ca. 1. & in c. qui episcopus 23. d. vbi sic inquit. Si incarnationem diuinitatis nõ in patre, nec in spiritu sancto factam sed in filio tantum credat. Ista sufficiant.

1 *Arriani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Arriani. ¶Ista est secta quadragesima secunda. Isti ab Arrio Alexandrino episcopo orti sunt, cuius tantum vnus error describitur scilicet, quòd dixit diuersas in trinitate substantias. Ita quod negat patrem & filium & spiritum sanctum vnius esse substãtiæ, & essentiæ, & ex consequenti posuit inæqualitatem in personis. Nam tres gradus, asserebat in trinitate patrẽ, scilicet maiorem filium minorem, & esse creaturam, & spiritum sanctum creaturam filij, vel seruum. Iste error quod sit hæreticus in omnibus partibus suis manifestum est, quoniam est cõtra sacram scripturam, & determinationem vniuersalis ecclesiæ. ¶Quod vero dicit in primis. quod tres personæ non sint vnius substantiæ siue essentiæ contradicit sacræ scripturæ in multis passibus. Primo ibi, vbi ipsa veritas ait Ioannis decimo. Ego & pater vnum sumus. ¶Secundo contra illlud Ioannis decimo sexto. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt. Omnia enim quæ sunt patris filio communicantur excepta proprietate paterna. In qua à filio distinguitur. Ioannis decimo septimo dicit omnia mea tua sunt. & tua mea sunt. ¶ Tertio est contra illud Ioannis decimo quarto vbi Christus inquit. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est, scilicet per vnitatem esse diuinitatis. ¶Quarto est contra illud apostoli Ioannis primo. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, pater verbum & spiritus sanctus. ¶Secundo iste error tanquam hæreticus condemnatus fuit in concilio Nicen. sicut patet distinctio. decima quinta in capitu. sicut, & in. §. prima autẽ Synodus. ¶Tertio iste error est contra Symbolum fidei in quo tam filius, quam spiritus sanctus dicuntur consubstantiales patri. ¶Quarto damnatur etiam extra de summa trinitate & fide catolica damnamus & distinctione vigesimo tertio capitulo, qui episcopus. ¶Quod vero cõsequenter Arriani dicunt ponentes inæqualitatem in diuinis personis, quod filius sit minor patre, & sic eius creatura, manifeste est hæreticum, cum non solum contradicat omnibus autoritatibus allegatis, sed etiam multis alijs, quas supra posuimus contra errorem Carpocratianorum. ¶Ratione arguitur sic. Nulla creatura recipit totam plenitudinem diuinæ bonitatis, Christus autem totam in se habet plenitudinem diuinæ bonitatis dicente apostolo ad Colossen. secũdo: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. ergo Christus non est creatura. ¶Secundo sic, intellectus Christi non deficit ab intellectu diuino in cognitione, dicit enim apostolus, quod in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Non est, ergo Christus filius Dei creatura. ¶Tertio sic, apostolus dicit ad Philippen. secundo. Cum in forma Dei esset, non rapinam est se arbitratus esse æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit formam serui accipiens & cętera, sed forma Dei est natura diuina, ergo filius dei anteq̃ formã serui acciperet in natura diuina erat non est ergo cratura. ¶Quarto sic, filius est Deus, ergo nihil maius eo. consequentia patet, quia Deus est quo maius cogitari non potest: antecedens patet Ioannis primo. deus erat verbum, & verbum erat apud deum. Item quærentibus Iudæis, quis esset, respondit, ego principium qui loquor vobis. Si principium ergo non creatura. Item Petrus Matthei decimo sexto ait. Tu es Christus filius dei viui & cætera. ¶Quinto sic, nulla creatura, substantia potest creare, sed solus deus, sed dei filius est causa angelorum eos in esse producens. Dicit enim apostolus ad Colossen. primo de filio Dei loquens ait, qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omni creaturæ, id est genitus ante omnem creaturam. quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra visibilia, & inuisibilia, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõsistunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ. Ecce

Ecce manifestum testimonium contra insensatum Arrium, quod si Deus æqualis patri, creator omnium, æternus, non creatura. Item est contra illud Ioannis Apostoli. prima Ioannis vltimo, qui de Christo loquens ait. hic est verus Deus, & vita æterna. vnde si Deus verus, fatuus fuit Arrius dicens eum creaturam, & minorem patre, vnde Athanasius in symbolo. Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. ¶ Quod vero dicit Arrius de spiritu sancto, quod sit creatura filij Dei falsissimum est & hæreticum, & pessima blasphemia. Ipse enim vnus Deus est cum patre & filio, æqualis patri & filio, non creatus à filio, sed à patre & filio tamquã ab vno principio æternalier procedens, sicut habetur extra de summa trinitate capitulo primo, & vigesima tertia distinctione capitulo, qui episcopus, & in Symbolo à patre filioque procedens. Et in Symbolo Athanasij. Spiritus sanctus non factus, nec genitus sed procedens. De eius diuinitate satis aperte scriptura sancta clamat. vnde Ioannis quarto spiritus sanctus est Deus, & Ioannis decimo sexto vbi filius Dei de spiritu sancto loquens dicit. Ille me clarificabit, quia de meo accipite scilicet à me procedendo. Item prima Ioannis quinto tres sunt qui testimonium dant in cœlo & cætera. Contra omnes istos error dicitur in Symbolo. Credo in vnum Deum patrem, & in filium eius genitum, non factum, consubstantialem patri, & in spiritum sanctum dominum viuificãtem qui ex patre, filioque procedit. Et Symbolo Athanasij. Alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Sed patris & filij & spiritus sancti vna est diuinitas, equalis gloria, coæterna maiestas. Qualis pater, talis spiritus sanctus. Aeternus pater, æternus filius etern⁹ spiritus, sanctus & cætera. Error iste de spiritu sancto confutatur adhuc plenius in errore sequenti Macedonianorum.

1 *Macedoniani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Macodoniani. † Ista est secta quadragesima tertia. Isti sunt à Macedonio episcopo hæretico dicti. Istorum erro pessimus quod dicunt Deum non esse spiritum sanctum, sed puram creaturam esse. Iste error quod hereticus sit & pernitiosissimus ex multis colligitur. Repugnat enim auctoritati sacræ scripturæ tam veteris, quam noui testamenti. Secundo contra Symbolum fidei. Tertio contra determinationem vniuersalis ecclesiæ. Quarto rationi theologicæ. Quod vero error iste pernitiosus aduersetur auctoritati sacræ scripturæ veteris testamenti, patet primo, quoniam illi scripturæ Genesis: primo spirit⁹ aũt domini ferebatur sup aquas. clarum debet esse omni bene intelligenti, quod hoc non potest de spiritu qui sit creatura. Tum quia tunc in principio creationis nulla erat creatura. Tum quia operatio talis non poterat competere creaturæ, sed vero Deo. vnde necesse intelligendus spiritus qui est, Deus. ¶ Secundo contradicit scripturæ. psalmos trigesimo secundo vbi dicit propheta. verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Cum autem solidare virtutes cœlorum, supergrediatur omnem virtutem creaturarum, necessario autoritas intelligenda est de spiritu, qui Deus sit. ¶ Tertio idem patet ex illo Iob trigesimo tertio. Spiritus domini fecit me, & spiraculum omnipotentis Dei viuificauit me. Cum autem constet manifeste, quod ista non possunt conuenire creaturæ necessario confitendum est, quod spiritus ille domini sit Deus. ¶ Quod autem error præfatus contradicat scræ scripturæ noui testamenti patet primo, quia illi Ioannis quarto spiritus: est Deus: & secundo ad Corintios tertio: dominus autem spiritus est. Secundo illi prima Ioannis quinto. Tres sunt qui testimonium & cætera. Tertio illi Ioannis decimo quarto vbi Christus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis id est qui est ipsa veritas. quẽ mundus, id est mundani affectum in terrenis habentes non potest capere, quia non vidit eum, nec scit eum, quia mundanis hominibus sola sensibilia sunt nota, & amata. Quarto repugnat illi scripturæ Lucæ primo vbi angelus inquit Beatæ Materiæ. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. non dubium, quod spiritus sanctus de quo conceptura erat beatissima virgo non erat creatura, sed Deus. Item repugnat scripturæ. Actuum quinto vbi Petrus Ananię loquens ait. Cur tentauit satanas cor tuum mentiri spiritui sancto. & infra non es mentitus hominibus, sed Deo. Ecce manifestum luce clarius testimonium. Ista testimonia sufficiant, licet plura alia facile inducere possemus.

¶ Secundo error ille est contra symbolum fidei in quo confitetur ecclesia sancta Dei eum dominum & viuificantem à patre, & filio simul vnus dominus adoratur, & glorificatur. ¶ Tertio error est contra determinationem ecclesiæ in vniuersali concilio Constantinopolitano, de quo in capitulo sicut. distinctione quinta & in capitulo sexta Synodus. distinctione decima sexta. Item eadem determinatio habetur vigesima tertia distinctione capitulo qui episcopus, & extra de summa trinitate capitulo primo. ¶ Quarto error præfatus est damnatissimus rationibus theologicis. Primo sic. esse vbique est proprium sollius Dei: sed de spiritu sancto dicitur sapient. primo. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, ergo necessario confitendum & spiritum sanctum esse Deum. Istam consequentiam ita validam reputat Ambrosius vt dicat in libro de spiritu sancto. Quis audeat creaturam dicere spiritum sanctum, qui in omnibus & vbique semper est, quod vtique diuinitatis est proprium. ¶ Secundo sic. Spiritus sanctus vt ex scripturis sanctis docemur est causa omnium perfectionum humanæ mentis. Dicit enim Apostolus ad Romanorum quinto, Charitas dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, & prima ad Corinthio duodecimo. alij per spiritum sanctum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ & cætera. Sed hoc creaturæ non potest conuenire, ergo necesse est dicere spiritum sanctum deum esse. ¶ Tertio sic. In scriptura sacra fit de spiritu sancto mentio tanquam de persona subsistente. Dicitur enim Actuum decimo tertio ministrantibus illis domino, & ieiunantibus dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Barnabam sed ista non conueniunt nisi deo, ergo & cætera. ¶ Quarto sic. Corda iustorum hominum non dedicantur in templum alicui creaturæ, sed soli deo, qui solus illabitur menti, & cui latriæ cultus est exhibendus, sed corda iustorum sunt templa spiritus sancti, dicente Apostolo primo ad Corinthios tertio Nescitis, quod templum Dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis, ergo necessario confitendum est, quod spiritus sit Deus. ¶ Quinto sic. Recreatio animarum ad esse gratiæ, & innouatio ad nouitatem vitæ est proprium Deo vt patet. Sed in psalmo centesimo tertio oratur sic. Emitte domine spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, vbi dicit Augustinus in glossa. A spiritu Christi accepimus spiritum gratiam, vt iuste viuamus, & exuentes veterem hominem cum actibus suis induimus nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis: ergo necessario est confitendum spiritum sanctum esse Deum. ¶ Sexto sanctificatio animarum non potest competere creaturæ, sed soli creatori. Ipse enim ait Exodi trigesimo primo. Ego dominus qui sanctifico vos. Et Ioannis decimo septimo pro discipulis suis ad patrem orans dicebat. pater sanctifica eos. sed spiritus sanctus animarum dicitur sanctificator, & est. ergo. vnde Apostolus ad Romanos primo vocat eum spiritum sanctificationis & secundo ad Thessalonicenses primo. Elegit vos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus, ergo necessario spiritus sanctus dicendus est Deus. Item

reuelatio

reuelatio misteriorum proprium opus est Dei. Dicitur enim Danielis secundo. Est Deus in cœlo reuelans mysteria. Item mysteriorum reuelatio est opus spiritus: primo ad Corinthiorum secundo. nobis reuelabit Deus per spiritum suum. & decimo quarto. spiritus loquitur misteria. Item arguitur ex docere interius sed ista sufficiant pro nunc.

Apollinaristæ qui dicantur & quæ sit eorum hæresis.

3 APollinaristæ. † Ista est secta quadragesima quarta. isti dicti sunt ab Apollinari hæretico. error istorum vnus describitur, videlicet, dicunt enim CHRISTVM Corpus tantum sine anima sumpsisse, ponentes quod verbum Dei fuerit carni loco animæ.

Iste error est hæreticus, quod colligitur ex quatuor. primo quia contradicit sacræ scripturæ, in qua dominus de sua anima mentionem fecit. primo Matthæi vigesimo sexto. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Secundo scripturæ illi Ioannes decimo Animam meam pono pro ouibus meis. Item tertio illi scripturæ in eodem capitulo potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam: quarto illi scripturæ Ioannes decimo nono, inclinato capite emisit spiritum.

¶ Secundo error præfatus est hæreticus, & merito damnatus, quia est contra incarnationis veritatem. Caro enim & cæteræ partes hominis per animam speciem sortiuntur humanæ naturæ. Vnde recedente anima non est os aut caro nisi æquiuoce, vt patet per philosophum secundo de anima, & septimo Metaphysicę. Si ergo filius non assumpsit nisi corpus, ipse non fuisset homo, quia homo est quoddam compositum ex corpore & anima rationali, sequeretur etiam quod non fuissent in Christo duæ naturæ, sed vna tantum, quia ex anima & corpore natura humana constituitur. Præterea sic. Subtracto eo quod est de ratione hominis verus homo esse potest, manifestum est autem animam principaliter esse de ratione hominis cum sit eius forma. Si ergo Christus animam non habuit verus homo fuit, cum tamen Apostolus eum hominem asserat dicens primo Timothei. primo vnus est mediator Dei & hominum. Homo Christus Iesus. Item Ioannis octauo. Quæritis me interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis. Multa alia sunt quæ superfluum est inducere.

¶ Tertio error ille merito damnatus est qui derogat vtilitati incarnationes, quæ est liberatio hominis, quod sic ostenditur. Natura humana fuit lapsa secundum animam in appetitu sciendi sicut Deus. Lapsa etiam secundum carnem in gustando de pomo: Genesis tertio. Si ergo totum quod est lapsum per peccatum debebat reparari per Christum, sequitur quod ad reparationem pertinebat assumptio vtriusque scilicet animæ & corporis. Et confirmatur. non conuenit summo medico currare naturam secundum partem & secundum partem incurratam dimittere, quia sicut Ioannes Damascenus dicit, quod inassumptibile est incurabile est. ergo relinquitur, quod natura humana assumpta est in toto & non in parte. Et ideo sicut dicit Augustinus in libro de Agone Christiano. Non eos audiamus, qui solum corpus humanum dicunt esse susceptum à verbo Dei, & sic audiunt quod dictum est. verbum caro factum est, vt negent illum hominem vel animam vel aliquid illius hominis habuisse nisi carnem solam.

Damascen.

Augu.

¶ Quarto error iste merito tanquam hæreticus est damnatus, quia est contra Symbolum Athanasij, vbi dicitur de Christo. perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens. Item extra de summa trinitate & fide catholica capitulo primo & distinctione 23. cap. qui episcopus.

1 *Anticomaritæ qui dicantur et quæ sit eorum hæresis.*

1  Nticomaritæ. † Ista est secta quadragesima quinta. error istorum describitur vnus. videlicet quod virginitati beatæ Mariæ contra dicentes dicunt eam post Christum natum Ioseph viro suo coniunctam fuisse. Iste error qui fuit Heluidij hæretici, est hæreticus, & blasphemus, & merito damnatus, quod ex tribus colligitur. primo quia contradicit sacræ scripturæ. Secundo rationi. Tertio determinationi sanctæ ecclesię Dei.

¶ Primo repugnat sacræ scripturæ. primo illi quę habetur Ezechielis quadragesimo quarto. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non pertransibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, quod exponens Augustinus in quodam sermone. ita dicit. Quid est porta in domo domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta, & quid est quod homo non pertransibit per eam, nisi quod Ioseph non cognosceret eam. Et quid est, quod dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quod Spiritus Sanctus impregnabit eam, & angelorum dominus nascetur per eam, & quid est quod domus clausa erit in æternum, nisi quod Maria Virgo est ante partum, virgo in partu, & virgo post partum. Augu.

¶ Secundo ostenditur rationibus error ille detestandus. Primo quia derogat Christi perfectioni, qui secundum diuinam naturam vnigenitus est patris tanquam perfectus per omnia filius eius. Ita decuit etiam vt esset vnigenitus matris, tanquam perfectissimum germen eius. Secundo iste error est detestandus, quia iniuriam facit spiritui sancto, cuius sacrarium fuit, vterus virginis, in quo carnem Christus formauit. vnde non decebat vt de cætero violaretur per commistionem virilem.

¶ Tertio error iste est detestandus, quia derogat dignitati, & sanctitati matris Dei, quæ ingratissima videretur, si tanto filio contenta non esset, & si virginitatem quę in ea miraculosè conseruata fuerat sponte perdere vellet per carnis concubitum.

¶ Quarto error præfatus detestandus est, quoniam repugnat voto quod beata virgo virginitatis emisit. Augu.
de quo beatus Augustinus libro de sancta virginitate sic testatur. Anuntianti Angelo Maria respondit, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, quod profecto non diceret, nisi se virginem Deo ante voluisset. Et Bernardus super missus est Angelus ad Virginem. Virginem carne, virginem mente, virginem professione. Bernar.

¶ Quinto error prǽfatus est detestandus, quia multum derogat honori Beatissimæ virginis. Nam cum teste beato Cypriano virginitas sit ornamentum & decus gratiæ spiritualis, & illustrior portio Grægis Christi, & debeatur sibi Aureola, manifestum est, quod per hunc errorem multo detrahitur honor Beatæ virginis, dicendo eam post Christum viro suo carnaliter coniunctam

ter coniunctam fuisse.¶ Sexto error ille apparet falsissimus quia ipsi Ioseph esset ad magnam præsumptionem imputandum, si eam quam reuelante angelo de spiritu sancto Deum concepisse cognouerat, polluere attētasset. Et ideo merito error præfatus est damnatus. ¶ Tertio eius condēnatio apparet, quia contradicit simbolo fidei. vbi dicitur. ex Maria semper Virgine. Et idem habetur extra de sum. tri.& fi. ca. c. i.

1 *Metangi qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Metangi. †Ista est secta. 46. Isti sic nominati sunt quia tāgios dicitur vas. Et error eorū est, quia dicunt filium esse in patre tanquam vas minus in vas maius. Error iste est insanus, & debuit esse aliquorū ebriorum hominum, qui de diuinis loquuntur ad formam vasorum. Error iste in primis conuenit cum errore Arrianorū qui per essentiam distinguunt personas inæqualitatem ponentes inter eas sufficit improbatio facta contra Arrianos. Nihilominus error iste est hæreticus, & sicut diximus stultus. primo, quia pater & filius sunt incorporei, quia Deus spūs est. Io.4 Spūs autem carnem & ossa non habet. Lucæ. vlt. vnde falsissimum est, ꝙ filius sit in patre, sicut vas in vase, sed dicitur esse in patre, & pater in filio secundum illud Io.14. Ego in patre, & pater in me est propter vnitatem essentiæ, quæ est in patre, & filio, & propter relationes quibus distinguuntur. manifestum est autem, ꝙ vnum oppositorum relatiue est in in altero secundum intellectum. pater dicitur filij patre, filius patris filius.

1 *Patriciani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Patriciniani. †Ista est secta.47. Isti à quodā Patricio sic nūcupati sūt. Error eorū est, quod dicunt substantiam humanæ carnis à diabolo conditam esse iste error est hæreticus manifeste. Primo quia est contra scripturam sanctam. Secūdo quia angelo malo nec bono adest facultas aut potestas aliquid creandi. Tertio ꝗa repugnat veritati, & dignitati incarnationis, & sacramenti altaris, quarto quia contra articulum fidei, & contra determinationem ecclesiæ. ¶ Est primo contra scripturam sacram. s. Gen. 1. in prin. creauit Deus cœlū, & terram, in qua creauit animalia habentia carnem formauit etiam hominem perfectum, qui ex humana carne & anima rationali resultat. vnde etiam Adā videns mulierē quā Deus formauerat de costa eius ait Gen. 2. hoc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Cōtra hunc errorem plura sunt posita supra in confutatione errorum Caecianorum, & in confutatione errorum Manichæorum vbi probatum est vnum esse principium omnium rerum tam visibilium quam inuisibilium. s. Deum verum, & per consequens carnem non à Diabolo conditam, sed à Deo. ¶ Secundo præfatus error est detestandus quia vt in confutatione erorum tam Simoniacorum quam Menandrianorum ostēsum est apertis rationibus, quod nec angeli boni nec mali potestatem creandi minimam rem mundi habere possunt. ¶ Tertio error præfatus merito detestandus est quia repugnat veritati, & honori incarnationis diuinæ, & sacramenti, quoniam si caro esset opus conditum à Diabolo nunquam filius assumpsisset carnē humanā cōtra illud Io. 1. verbum carum factū est. Quæ enim, iuxta apostolum secundo ad Cor.6. societas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Christi ad Belial? vtique nulla. ceterum quomodo si caro humana esset opus diaboli carnem suam poneret in sacramento adorando, sumendo pro habenda vita gratiæ secundum illud Io. sexto: panis quem ego dabo caro mea pro mundi vita. vtique non fecisset. vnde error ille tanquam detestandus merito est habitus. ¶ Quarto error iste est contra articulum fidei. vbi dicitur creatorem visibilium, & extra de summa trin. cap. 1.

1 *Colitiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Colitiani. †Ista est secta.48. Isti nominati sūt à quodam Colicio heretico. Error istorum est quod dicunt Deum non facere mala. Verum istud qd dicunt isti est de malo culpæ, sed non de malo pœnæ, & de malis quæ dicuntur defectus naturales, vt corruptiones aliquorum, imo est falsus & hereticus, tum primo quia est cōtra sacram scripturam. secundo contra bonum vniuersi. tertio contra iustitiam. ¶ Contra scripturam sanctam est in primis. scribit. n. Esa. 45. Ego dominus & non est alter deus feciens lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Item scribitur Amos. 3. si erit malum in ciuitate, quod Deus non fecerit, quasi diceret nullum. ¶ Secūdo est Erroneus, quia est contra bonum vniuersi, quod sic. patet forma quam principaliter Deus intendit in bonis creatis est bonum ordinis vniuersi: ordo aūt vniuersi requirit inæqualitatē esse in rebus, vt omnes gradus bonitatis impleantur. Est autem vnus gradus bonitatis, vt aliquid ita bonum sit, ꝙ nunquam deficere possit. Alius gradus bonitatis est, vt aliquid ita bonum sit, quod à bono deficere possit. qui etiam gradus in ipso esse reperiuntur, nam quædam sunt, quæ suum esse amittere non possunt, vt incorruptibilia. quædam sunt quæ amittere possunt: vt corruptibilia. Sicut ergo perfectio vniuersitatis rerum requirit, vt non solum sint entia corruptibilia, sed etiam incorruptibilia. Ita perfectio vniuersi requirit, vt sint quædam, quæ à bonitate deficere possint & interdum deficiāt. In hoc autem consistit ratio mali, vt. s. aliquid deficiat à bono, patet ergo qd negare huiusmodi mala non esse à Deo est loqui cōtra bonum vniuersi. ¶ Tertio error ille est hæreticus, quia tollit ordinem iustitiæ, patet quia ad ordinem iustitiæ pertinet vt pœna peccatoribus inferatur, ergo dicere mala pœnæ non esse à Deo, est negare ordinē iustitiæ in deo. vnde mala pœnæ à Deo iustissimo sunt, sicut patet de plagis Aegypti. de punitionibus factis in vetere testamento, & quæ fiūt omni die, & de hoc satis.

1 *Floriani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Floriani. †Ista est secta 49. Isti dicti sunt à quodam Floriano. Istorum error est contrarius errori proximo suprapposito. dicunt. n. Deum creasse mala. Si loquantur de malis culpæ est falsus & hæreticus, tum primo quoniam Deus summe bonus nō potest esse causa mali culpæ, quod est auersio ab incommutabili bono. ¶ Secūdo Deus qui est sapientissimus non facit aliquid, quod priuet ordinem ad seipsum quod est summum bonū ad quē rationalis creatura semper est ordinata, sed malum culpæ est homini: ergo &c. ¶ Tertio malum quod cōtingit ex defectu actionis sæpe redūdat ex defectu alicuius principiorum actionis, siue principalis siue instrumētalis, vt claudicatio est: vel ex defectu virtutis motiuæ, aut defectu rectitudinis tibiæ, sed in deo nulla potest cadere imperfectio: ergo malum culpæ quod ex defectu actionis cōtingit non à Deo est causaliter. Et ita dicit Augu. quod Deus non est autor mali, & hoc sufficit.

1 *Donatistæ qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Donatistæ. †Ista est. 50. secta, isti dicti sunt à Donato quodam Afro, contra quem Augu. plura scripsit, eius errorem confutando. Istorū errores sunt tres, primus quod ex inuidia motus, quia non præualuit contra Cecilianum, quasi totam Africam suis dogmatibus & deceptionibus separauit ab vnitate ecclesiæ catholicæ. secūdus error fuit, quod filium dixit minorem patre, & minorē filio spiritum sanctum. tertius error est, quod rebaptizabat catholicos. ¶ Circa primum errorem notandū, ꝙ vt dicit beatus Aug. li. de hæresibus, isti errauerūt in malo suo princ. Nam ex ambitione & inuidia & odio, insurgētes contra Cœcilianum contra Donati voluntatem Carthaginen. ecclesiæ ordinatum scisma fuerunt, & mendose sibi crimē imposuerunt, quæ probare nequeuntes à iudicibus falsarijs reꝓbati scisma in hæresim pertinaciter verterūt ꝗa vt dicit Hie. & supra. e. inter scisma. Scisma cito vertit in hæresim. vnde venerunt in hanc hæresim, vt dicit S. Th. in tractatu de articulis fidei, ecclesiam Christi solā in Africa remansisse, quia. s. totus mundus communicabat Cœciliano Carthaginen. episcopo, quem ipsi damnauerant. ¶ Secundus error eorum impugnatus est in errore Arrianorū. ibi vide. ¶ Tertius error eorum confutatus est supra in errore Nouatianorum. ibi vide.

Augu.

Hieron. S. Tho.

1 *Bonosiani qui dicantur, & quæ sit eorum hæresis.*

1 Bonosiani. †Ista est secta. 51. Isti dicti sunt à Bonoso quodā hæretico. Istorū error vnus

describitur.s.ꝙ dicunt Xp̄m filium adoptiuum nō ꝓpriū, hic error est hr̄ticus primo quia ɔ̄dicit sacræ scipturæ.scd̄o qa conuincitur rōnib.tertio qa est contra determinationē vr̄is ecclesiæ.primo quia cōtradr̄ sacræ scripturæ, vbi de cō substātialitate sit sermo sicut est illud Io.ego& pater vnū su mus.s.in natura substantia,& essentia.Itē illi Io.1.vidimus gloriā eius,gloriā quasi vnigeniti à patre. Itē illi ad Ro.8. vbi ait apostolus.Qui proprio filio nō pepercit,sed pro no bis oībus tradidit illū,item illi Io.5.vt sumus in vero filio eius Iesu Xp̄o.s.naturali,& consubstantiali.vn̄ subdit ꝙ filius Dei est, verus Deus,& vita æterna,igit est naturalis,& ꝓprius filius, ac cōsubstantialis.Itē illi ad Phil.2.dn̄s Iesus in gloria est Dei pr̄is gl inquātū hō assumpsit nomen Dei nō p grā adoptionis,sed p grā vnionis,vt nō sit adoptio ne Deus,sed verus Deus cui flectitur oē genu. Et Amb.sup illud ad Ro.1.qui p̄destinatus est in virtute.ait volui & reuolui scripturas Iesum filium adoptiuū nunq̄ inueni.¶Secundo conuincitur rōne error præfatus,filiatio ꝓpriē cōuenit hypostasi,vel ꝑsonæ,non aūt naturæ,sed in Xp̄o non est alia ꝑsona vel hypostasis,quam in creata,cui cōpetit eē filium ꝑ naturā,filiatio adoptionis est q̄dā ꝑticipata simili tudo filiationis naturalis,sed sic est ꝙ nō dr̄ aliquid participatiue ꝙ per se dr̄.ergo sequitur ꝙ Xp̄s qui est filius dei naturalis nullo mō pōt dici adoptiuus.¶ Scd̄o sic.adoptio est extraneæ ꝑsonæ in filiū vel nepotē &c.assumptio leg.ti ma qa per assumptionem q filius non est ꝓ filio hr̄ sed per sona filij Dei nunquā fuit extranea Deo patri.imo est con substātialis ei:ergo sequit̄ ꝙ nullo modo pōt Xp̄s filius ado ptiu' dici.¶ Tertio sic.adoptio vt dictū est fit vt quis de nō filio,fiat filius,sed nō est dicendū ꝙ Christus ēt ꝺm ꝙ hō vnquā fuerit nō filius.ergo ꝺm ꝙ hō nō pōt filius adoptiu' dici.¶ Tertio ostendit hæreticus error p̄fatus,quia est cō tra simbolum fidei,vbi dr̄ cōsubstantialem patri.Itē ex.de sum.tri.& fi.ca.c.1.& in c.qui eps d.23.& de cōs.d.2.c.sicut vbi aīt B.Ambro.verus est filius Dei De' noster Iesus Xp̄s, non quemadmodū hoīes per grām,sed quasi filius ex sub stantia patris.ly quam est expressiuum veritatis.Quia autē error iste ab Arianis emanauit omnes improbationes Arianæ hæresis militant contra istum. *Ambrosi.*

1 *Circumcelliones qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*

1 Circumcelliones. †Ista est secta.52.Isti sic nominati sunt, eo, ꝙ agrestes sunt istorū errores duo exprimunt̄.vnus est ꝙ dicunt,sicut p̄cedētes hr̄tici Xp̄m esse filiū adoptiuū nō ꝓpriū & naturalē.scd̄s error est,ꝙ interimunt se violenter vt sic decedentes martyres noīent̄.primus error reprobatus est in superiori ca.& illa sufficiāt ꝓ isto loco ēt.scd̄s error erroneus est & hr̄ticus.primo quia credunt esse licitum seipsos occidere,ꝙ est hr̄ticū: tum quia est ɔ̄ inclinationē naturalē,qua naturaliter q̄libet res seipsam amat,& naturaliter nitit̄ cō seruare se in esse,& corrūpētib.resistere quantū pōt.¶Scd̄o quia contradr̄ euangelio Xp̄i.nō occides.s.hoīem Ma.5.& Exo.2.¶ Tertio qa est ɔ̄ charitatem,qa quilibet tenet̄ diligere seipsum,cōdemnat̄ iste error 23.q.5.c.si non licet & c. non est nr̄m,& c.placuit,p̄terea isti stulti pleni vēto gloriæ errant,credentes ꝙ ideo vt martyres habeant̄ & venerent̄, ꝙ est falsum vt dr̄ Aug.contra Petilianū & habet̄ 23.q.5.tu dixisti.q̄m vt aliquis dicatur martyr cōiter quator videntur necessaria.s.voluntaria sustinētia passionis pro Xp̄i noīe suscepta.puritas conscientiæ.bonitas causę & tempus gratię.

1 *Priscillianistæ qui dicantur,& quæ sit eorum hæresis.*

1 Priscillianistæ. †Ista est secta.54.Isti dicti sunt à Priscilliano hæretico,q in Hispania ex errore Gnosticorū & Manicheorū p mistū dogma cōposuit.de errorib.aūt istis.s. satis disputauimus. vn̄ in cōfutatiōe errorū Gnosticorū & Manicheorū ɔfutata est hr̄sis istorū.vn̄ de condēnatione istorum habet̄ d.55.c. vlt.

1 *Luciferiani qui dicantur,et quę fuerit eorum hæresis.*

1 Luciferiani. †Ista est secta.54.Isti sic noīati sunt à Lucifero hæretico. Error istorū dr̄ esse triplici rōne hæreticus,primo quia est cōtra sacrā scri pturam.secundo quia est contra doctrinam Xp̄i,tertio qa est contra doctrinam ecclesiæ catholicæ.¶ Primo est con tra scripturam sacram.patet dr̄ Eze.18.nolo mortem pec catoris,sed magis vt conuertatur & viuat.Itē ibidem.cum auerterit se impius ab impietate sua quā operatus est.& fe cerit iudicium,& iustitiā,vita viuet,& non moriet̄.Itē ibidem ait dn̄s Deus.Conuertimini,agite pn̄iam ab oīb.iniquitatib.vestris & non erit vobis in ruinā iniqtatis.¶Secundo error ille est contra doctrinā Xp̄i.Legimus.n.ꝙ vocabat peccatores ad se & recipiebat pęnitentes.vn̄ Luc.15. de eo dr̄.hic peccatores recipit,& manducat cum illis. Itē Xp̄s suscepit Petrum post pc̄m negationis Ma.26.& 50.d. fidelior & c.considerandum,& de pę.d.1.Petrus,& contra illud de pę.d.3.si.n.¶ Tertio est hæreticus,quia est cōtra legem.vr̄is ecclesiæ quæ pie recipit oēs reuertētes.vn̄ isti gra uiter errāt cōtra illud Pro.1.Nō dimittas legē matris.Quali ter autem ipsa eos recipiat habetur 1.q.7.quoties,& de cōse.d.2.ego Berengarius,& extra.de hær.ad abolendā, quia error iste concordat cum errore Nouatianorum,quem supra improbauimus:ista sufficiant.

1 *Iouenianistæ qui dicantur,et quæ sit eorum hæresis.*

Deo diuina. Sequitur septima pars qōnis p̄satæ, ī qua declaratur quare diuina ꝓuidentia permittat esse hæreses. Summa est in rubro. ¶ Pro intellectu capituli. Quærit† vtrum sit vtile hæreses esse. Et vr̄ ꝙ nō, qa hæreses maxime nocent cum subuertāt fundamentum oīm bonorum. s. fidē catholicā, sine qua impossibile est placere Deo. ad Hæb. 11. ¶ In opposi. est te. pñs & illud apostoli 1. ad Co. 11. dicētis oportet hæreses esse. ¶ Rñdeo dicendum sub ista conclusione† hæreses esse est vtile ecclesiæ non ꝑ se, sed s̄m accñs, qa Deus cum sit bonus hæreses & multa mala non ꝑmiteret, nisi ad nr̄am cederent vtilitatem, qm̄ vt dr̄ Au. in Enchiridion, deus cum summe sit bonus & iustus & sapiens non sineret mala fieri, nisi inde eliceret bona† spāliter ex hæresib. diuina ꝓuidētia multiplex vtilitas cōsurgit in ecclesia, dicemus de aliquib. primo qa veritas fidei magis elucidat̄, dr̄. n. Prou. 27. ferrū ferrō acuitur. Et Aug. in gl. Ab aduersario mota q. discēdi extitit occasio, multa qdē ad fidē ꝑtinētia, dum hæreticorum callida ingetatione exagitant̄ vt aduersus eos defendi possint, & cōsiderant̄ diligentius, & intelligunt̄ clarius, & ꝑdicant̄ instātius. ¶ Scd̄a vtilitas est catholicorū doctorū pigritiæ excitatio, vt vigilent, & doctrinæ insistāt contra versutias hæreticorū, ne simplices decipiant̄, vñ Aug. sup Gen. ꝯ Manicheos dr̄, ideo diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permisit, vt cū insultant nobis, aut interrogant nos, ea q̄ nescimus, vel sic excutiamus pigritiam vel diuinas scripturas nosse cupiamus, ꝓpterea ait apostolus oportet hæreses esse, hæc Au. ¶ Tertia vtilitas q̄ ex hæresib. in ecclesia resultat est augmētū sciē, & sapiētiæ in doctorib. catholicis vñ Au. sup Io. Ad hoc Deus abūdare ꝑmisit hæreticos ne semp lacte nutriamur & in bruta maneamꝰ īfantia. ¶ Quartū bonū siue vtilitas q̄ cōsurgit est, q̄ tangit̄ hic in litera videlicet vt manifestetur veritas fidei in his, qui recte credunt. Et hoc est quod subdit apostolus [vt qui probati sunt]. i. approbati à Deo [manifesti fiant in vobis]. i. inter vos. Et tantum dictum sit de vtilitatibus resultantibus ex hæresibus. Quod vero arguebatur in oppositū. Respondetur quod argumentum bene concludit, ꝙ per se nō est vtilitas ex hæresib. sed damnum, sed secundum accidēs bene sicut dictum est. Et tantum sit dictum de hac causa.

Quęstio. 1

Opponit & Respondet. 2

Augu.

3

Augu.

Augu.

Augu.

Ad argu.

¶ Causa Vigesima quinta.



Ancta romana ecclesia & cætera. His incipit 25. causa quæ iuxta Hu. & Arch. sic continuatur ad præcedentia. romana ecclesia duabus prærogatiuis inter alias gaudet. s. potestate ligādi & absoluēdi. Alia est pōstas disponēdi de oīb. ecclesijs, de 1. egit Gratiā. in supiori causa. nūc de secunda agit in pn̄ti causa, oñdēs Romanā ecclesiam posse quamlibet ecclesiam episcopali dignitate priuare, & derogare, & omnia iura ecclesiarum & institutiones earum immutare. Et ad hæc oīa præmittit thema, de quo elicit duas quæstiones. 1. est inter episcopum & clericos vtrum clerici baptismalis ecclesiæ possint decimationes totius episcopatus sibi vendicare autoritate priuilegij apostolicæ sedis. secunda est quæ est inter clericos & monachos, vtrū subsequenti priuilegio monachorum derogetur antiquioribus priuilegijs baptismalium ecclesiarum.

Continua.

¶ Quæstio prima.

1 *Decimæ diuiduntur in quatuor partes iuxta decreta sanctorum patrum.*

2 *Clerici baptismalis ecclesiæ possunt ex integro vendicare sibi omnes decimas totius episcopatus ex priuilegio apostolicæ sedis.*



Vod vero. Hic magister Gratian. prosequitur 1. quęstionem, videlicet vtrum clerici baptismalis ecclesiæ possint decimas totius ēpatus ex integro autoritate priuilegij apostolicæ sedis sibi vendicare. Et diuiditur in tres partes. In 1. ponit autoritates ꝓ parte negatiua. In 2. concludit ex illis negatiuam partē. In 3. respondet. Secunda ibi: si ergo. Tertia ibi: his ita respondetur. Circa primam partem inducit autoritates ad probandum qd̄ nō, ab hoc loco, vsque ad. §. his ita. †vis autem rōnis cōsistit in hoc ꝙ decimæ iuxta decreta sanctorum patrum in quatuor partes diuiduntur, quarum vna pars epis. secunda clericis. tertia fabricis restaurādis, quarta vero pauperib. est assignata, sed decreta sanctorū patrū nec papa potuit aut debuit infringere, qd̄ probat per 15. capitula. ergo videtur pars quæstionis negatiua vera. videlicet, quod clerici baptismalis ecclesiæ nō possint ēt priuilegio apostolicę sedis ex integro decimas totius ēpatus sibi vendicare. Ad istā q̄stionem rñdet Gratianus & bene infra in. §. his ita sub ista cōclusione videlicet† ꝙ clerici baptismalis ecclesiæ possūt ex integro vendicare sibi oēs decimas totius ēpatus ex priuilegio apostolicæ sedis. patet conclusio. qm̄ papa pōt dare priuilegium, cum ipse possit oē institutum ecclesiasticum immutare, dummodo non faciat contra fidem, vel nō obuiet his, quæ pertinent ad salutē, institutio aūt de diuisione decimarum in 4. partes, nec pertinent ad fidem, nec est de his quæ petinent ad salutem, vnde tale statutum nō obstat quin papa possit tale priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ concedere, præterea ergo etiam ex eo patet. quoniam apostolica sedes cum ad eam pertineat de bonis ecclesiæ ordinare, potest vni ecclesię subtrahere, & alteri per priuilegium suum conferre. Ad autoritates vero quæ inducuntur contrarium respondebitur communiter.

Diuisio.

1

2

1 *Papa an teneatur magis custodire decreta vniuersalis ecclesiæ quam vllus alius.*

2 *Oportet verbum aliquando notat necessitatem.*

Aliquando honestatem, & æquitatem nu. 3.

4 *Synodus quælibet congregata est autoritate vniuersalis ecclesiæ.*

Onsidimus. Hoc. c. est Gelasij papæ. Et est prima autoritas quæ inducitur ad probationem, quod papa non debeat infringere statuta sanctorū patrum. Summa est quod nullus magis tenetur custodire decretū vniuersalis ecclesiæ quam papa. Et pōt diuidi in duas partes. In 1. ponit ꝙ dictum est. In 2. ponit ꝙ Synodus vniuersalis ecclesiæ autoritate apostolicę sedis congregat̄ & confirmat̄. 2. ibi, quæ & vnaquæque. ¶ Circa primam partem quæritur † vtrum sit verum ꝙ nullꝰ magis teneatur custodire decreta vl̄is ecclesiæ q̄ papa. Et vr̄ ꝙ sic ex p̄senti c. vbi hr̄ optet, ꝙ vr̄ importare necessitatē. ¶ In oppo. est ꝙ princeps solutus est legib. 2. est c. significasti ex. de ele. ¶ Rñdeo dicēdū, ꝙ vt tāgitur in gl. † verbū oportet qnq; notat necessitatem, vt extra, vt ecclesiastica beneficia c. 1. ver. Et ideo ex. de appella. ꝓposuit. Et hoc modo loquendo de oportet, est conclusio, ꝙ papa nō tenet̄ aliqua necessitate custodire decreta ꝑdecessorū suorū, aut ꝯciliorū vl̄iū, q̄ sunt iuris positiui, patet

Diuisio.

1 Quæstio

Opponit & Respondet

2

patet concl.qm papa est princeps hmõi canonũ,quib.cũ sit superior nulla eis necessitate ligat,& hoc est qđ infra dicit Gratianus in §.his ita,quod sacrosancta Ro. ecclesia ius & autoritatem sacris canonibus præstat, non autem eis alligatur:habet.n.ius cõdendi canones,vtpote qui caput est & cardo omnium ecclesiarũ, à cuius regula nemini dissentire licet,ita ergo canonibus autoritatem præstat, vt seipsam non subijciat eis†aliquãdo vero verbum oportet desi
3 gnat honestatem & æquitatem & sic ponitur 19.q.1.c.1.& 64.di.episcopum.in prin.sicut hæc dictio debet quandoq; honestatem designat,vt extra de despon.impun.tua, & sic est conclusio,quod papa debet debito honestatis & æquitatis custodire & seruare decreta & canones sanctorũ. ista conclusio patet,quia summus pontifex tanquam dominus sit in obseruatione canonum exceptus,nihilominus honestum & æquum est,vt præstet alijs exemplum obseruandi, ꝙ ipse sanctorum patrum canones & decreta seruet.Nam digna vox maiestate regnantis se principem legis obligatũ profiteri,vt,C. de le.l.digna vox,& 9.di.iustum, vbi Isido. ita dicit,iustum est principem legibus obtemperare suis, tunc.n. sua iura ab omnibus custodienda æstimet quando & ipse illis reuerentiam præbet.¶ Ad rationem in oppositum, respondetur quod verbum oportet in hoc capitulo non designat necessitatem,sed tantum honestatẽ, siue æquitatem,& hoc bene conceditur summum pontificem teneri maxime ad custodiam canonum vniuersalis ecclesiæ.Lege.¶ [Cõfidimus quod nullus Christianus veraciter ignoret constitutum]promulgatum,& vsu vtentium approbatum 4.dist.leges.Arc.[quoniam primam].s.Romanam primam quidem.s.dignitate non autem tempore.24.q.1.rogamus.Arch.[oportere] non quod alligata fuit quoquo modo ipsis constitutis,sed vt exemplum præstet ceteris similiter obseruandi Hu. Et quia honestum est vt ẽm leges viuat,quas alijs obseruandas imponit:C.de testa.ex imperfe
4 cto,& de le.3.ex imperfecto[que]secũda pars ar.†manifestum quod quælibet synodus congregata est autoritate Romanæ ecclesiæ.Hu.

Isido. — Ad ar. — Exponit literam. — Archi.

Quæstio.



Diuinis. Sequitur secunda autoritas, & est Leonis papæ.Summa est in rubro. diuiditur in tres partes.In 1.dicit quod apostolicus vigilãs debet esse in oĩbus,vt ea quę male acta sunt aut vsurpata sunt eius autoritate reuocentur.In secunda assignat rationem huius ex interrogatione, quam Christus de dilectione fecit Petro cũ gregem sibi committeret dicens.si diligis me pasce oues meas.In tertia concludit, quod papa debet desidiæ periculum circa regimen commissi sibi gregis euitare, ne inueniatur Christum non amare.secunda ibi,ammonente.n.3. ibi,& ipsius sedis Leg.¶[Diuinis]sicut patet Ezech.33. vbi dominus ait. Si speculator viderit gladium venientem,& non insonnuerit buccina,& populus se nõ custodierit &c. sequitur,sanguinem autem eius de manu speculatoris requirã, & c.34.ad pastores negligentes ait dominus, viuo ego dicit dominus Deus,quia pro eo quod facti sunt greges in rapinam & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, nec.n.quæsierunt pastores gregem meũ, sed pascebant pastores semetipsos, & gregem meum non pascebãt.Propterea super pastores requiram gregem meũ de manu eorum &c.item etiam Ioan. 10. dr̃,bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis[& apostolicis monitis] 1.Petri 5.pascite.s.verbo doctrinæ & conuersationis exemplo,qui in vobis est gregem Dei[impigro].i.instantia quotidiana.ext.de censib.cum instantia.Arc.[obnoxium]supple commissum.Hu.[aut ignorantiæ &c.].i.ab ignorãtib. & imperitis Lauren. Arch.[aut à præsumptionis vsurpatione]quando certa scientia.Hu præsumptuose vsurpantibus.Laurẽt.[ammonente]secunda pars[diuinæ vocis imperio beatissimus apostolus].s.Petrus.Ioan.21.[trina repetitione [quia ter quæsiuit ab eo dominus. Simon Ioannis diligis me vt misticis].i. figuratiuis significationib.imbueretur, ꝙ oues suas pascendas suscipere non debet, nisi qui Christum diligit ore,corde,& opere[& ipsius sedis] tertia pars[pro reuerentia coarctamur ne periculum].i.peccatũ, quoniam negligentia prælatorum circa gregem peccatum;magni periculi est. quoniam mortale est,vt in c.si papa.distinct.40.[ne professio].i.ne inueniamur non amare Christum.Arc.Et sic patet quòd ista autoritas in nullo militat pro parte aduersa.

Exponit literam. — Lauren. — Archi.



Quæ ad perpetuam. Ista est tertia autoritas quæ inducitur & est eiusdem Leonis papæ. summa est in rubro.Et diuidi potest c.in tres partes.In prima ponit ꝙ ea quæ ad communem vtilitatem sunt nulla ratione sunt commutanda siue varianda.In secunda ponit,& ea quę ad commune bonum sunt præfixa ad priuatum modum non sunt contrahenda.In tertia ponit,ꝙ nemo audeat vsurpare alienum,sed sit contentus terminis suis.secunda ibi,nec ad priuatum.tertia ibi,sed manentibus.Lege.¶ [Quæ ad perpetuam].i.generalem. Arch.tex.iste intelligi potest dupliciter,vno modo de his,quę pertinent ad articulos fidei,& ad salutem fidelium generaliter, & de talibus est conclusio, quod summus pontifex nõ potest talia aliqua ratione mutare:patet quia talia sunt de iure diuino & sunt fidei fundamenta super quæ papa nihil potest,vt dist.15.sicut.¶Secundo potest intelligi de alijs statutis quæ sancti patres instituerunt,quę nec ad fidei articulos,nec ad ecclesiæ sacramẽta pertinent, nec eorum obseruantia ad animarum salutẽ sunt necessaria, &,de talibus est conclusio quæ in primo c. .s.confidimus est posita,ꝙ licet nõ sit alligatus talib.nihilominus de honestate & æquitate tenetur sine causa rationabili illa non mutare, patet conclusio quoniam sicut supra dictum est honestum est quam summus pontifex generalia statuta & generalia cõcilia obseruet, ne parũ ꝑ ipsũ fracta vilescãt qa ẽm philosophũ secũdo poli.facilis mutatio, legum contemptibiles eas facit, & inducit subditos ad leges non seruandas, & ad rebellandum suis superiorib. vnde Aug.li.1.ad inquisitiones Ianuarij dicit, ꝙ antiqua non sunt faciliter mutanda,quia ipsa mutatio consuetudinis & quę vtilitate adiuuat nouitate perturbat[nec ad priuatum] .i.proprium:secunda pars[trahantur] in præiudicium publicæ vtilitatis communis.n. vtilitas præiudicat priuatæ
3 7.q.1.scias,& 8.q.1.in scripturis gl.ar.†pactis priuatorũ iura publica non debere solui.ff. de pactis.i. ius publicum, vbi aũt summus pontifex generalia concilia mutaret propter priuatum commodum, non video ꝙ excusaretur à peccato præferens contra ius naturale & diuinum bonum priuatum suum,vel suorum,bono communi,nec hoc esset iuris dispensatio, quæ communem vtilitatem nõ concerneret, sed priuatam , sed esset crudelis dissipatio vt dicit Bernar. ad Eugenium papam[sed manentibus]3.pars.prouerb.22. non transgrediaris terminos antiquos,& 24.q.3. trãsferũt in latitudinem se exerceat charitatis,quod fit plurib. modis.s.dando eleemosynam indigentib.dist.42.quiescamus miseris & afflictis compatiendo di.50.ponderet,indoctos, & errantes admonitionib. vel penis corrigendo,vt 23.q.4. duo ista retentis apicibus nostris cum quibusdam dispensa ndo,vt hic.Laurent.


Diuisio. — Exponit literam. — Augu. — Bernardus.

Nulli fas. Ista est 4. autoritas, & est beati Hilarij papæ.Sũma est in rubro. Et diuiditur capitulum in quatuor partes. In prima ponit ꝙ nullus debet temere venire cõtra diuinas constitutiones , & sanctorum patrum decreta.In secunda ostendit papa se peccare grauiter & esse puniendum à se si negligat corrigere tales trãsgressores decretorũ . In tertia assignat causam huius ex comminatione qua Deus comminatur negligentiæ sacerdotum.In quarta ostendit ꝙ maiori reatu delinquit, qui potiori honore fungitur. secunda ibi, quia nos. tertia ibi,quia meminimus.quarta ibi,si quidem maiori . Lege. ¶[Nulli fas diuinas].i.sacras[sine causa]quantum ad papã, sed quantum ad alios verum est quod hic dicitur [sine status sui periculo].i.nisi velit deponi.Hug.[temerarie]negligentia aut præsumptione infra e.q.2.igitur in fi.[quia nos] secunda pars.[quia meminimus]tertia pars[comminetur] comminatur.n.eis dominus & ve maledictionis pastorib. infert,qui oues negligunt,& seipsos pascunt Ezech.34.[si quidem] 4.pars[maiori reatu]quia status & dignitas superior aggrauat culpam,tum quia quanto status altior,tanto casus grauior,tum quia plures scandalizat,& offendit, qui occasionem ruinæ ab eo accipiunt, tum quia in suo officio plus delinquit, quanto magis qui obligatur ad magisterium veritatis fit magister iniquitatis[delinquit].i.præsumitur delinquere Hug.

Diuisio. — Exponit literam


1 *Violatores canonum an peccant in spiritum sanctum, quòd non omnes.*

omnes numer. 2.
3 *Faciens contra canones non semper peccat mortaliter.*
Et quando peccet mortaliter. nu. 4.
Et quando contra spiritum sanctum. nu. 5.
6 *Peccare potest aliquis ex electione dupliciter.*
7 *Peccati in spiritum sanctum sex sunt species.*



Violatores. Ista est quinta autoritas & est Damasi papæ. Sũma est in rubro. potest autem diuidi in duas partes. In 1. parte dicit ꝙ violatores ex certa scientia siue causa, sine aliqua necessitate grauiter puniuntur, & damnantur à sanctis patrib. In secundo assignat ratioñe huius, quia talis præsumptio videtur esse genus blasphemantium spiritum sanctum. secunda ibi, quoniam blasphemare. ¶ Pro pleniori intellectu
1 huius literæ. ¶ Quæritur, † vtrum sit quod violatores canonum peccent in spiritum sanctum blasphemantes. Et videtur ꝙ non, primo sic. Quicunque non obseruat canones violator videtur esse canonum, sed non omnis talis faciens contra canones peccat in spiritum sanctum, vt est manifestũ, ergo & c. ¶ Secundo si dicat ꝙ textus intelligitur de eo, qui ex electione aut certa malitia violat canones. Contra, peccare ex electione non dicit determinatum genus peccati, quia respectu omnis peccati potest quis habere habitũ electiuum. Non ergo violator canonum ex electione siue ex certa malitia dicẽdus est peccare in spiritum sanctũ, alias omnis peccans ex electione peccaret in spiritum sanctum, quod non est verum. ¶ In oppositum ar. ex præsenti c. Respondeo dicendum sub aliquibus conclusionib. pri
2 ma. † Non omnis qui facit contra canones, aut non obseruat eos, dicendus est peccare in spiritum sanctum. Ista conclusio patet rationibus factis in prin. ¶ Secunda conclusio
3 est. † Non omnis faciẽs contra omnes canones peccat mortaliter, sed quãdoque facere contra aliquos est tantum veniale, vt colligitur. d. 25. §. nunc autem ad fi. ¶ Tertia con
4 clusione, † faciens siue veniens contra canones sine causa ꝓpria temeritate siue in casu non cõcesso, peccat mortaliter patet conclusio. Tum ex c. statuimus dist. 61. vbi ait Leo papa. Statuimus ne in aliquo apostolica & canonica decreta violentur. Tum patet quia talis potest excommunicari 1. q. 7. si quis omnem, in prin. & infra e. generali, & infra e. q. si quis dogmata, & hoc intellige quo ad statuta præceptoria, & in eo casu quo obediendum est secundum Host. qui hoc negat extra de maio. & obed. c. 2. ¶ Quarta conclusio
5 est, † facies contra canones non ex ignorantia, non ex infirmitate, aut necessitate, sed ex certa malitia, & industria, & ex electiua voluntate contemnẽdi canones peccat in spiritum sanctum, & ipsum blasphemare dicendus est, patet cõclusio. Tum primo ex præsentatio. Tum quia peccatum in spiritum sanctum dr, quod ex certa malitia & industria fit. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ non procedit quia capitulum intelligitur de violatoribus ex certa malitia & industria, cuiusmodi non est omnis faciens contra canones. potest. n. aut ex necessitate, aut ignorantia, aut infirmitate talis peccare. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ non dicitur peccatũ in spiritum sanctum esse peccatum, quod procedit ex electione siue ex certa malitia, pro quo notandum iuxta San.
6 Tho. in 2. sent. di. 43 & in 2. 2. dist. 14. ar. 1. † ꝙ aliquis ex electione peccare potest dici dupliciter, vno modo per positionem alicuius in eligente, per quod inclinatur in talem actum, sicut in sibi similem. Sic. n. omnis habens habitum vitij vel virtutis inclinatur in actus similes suis habitibus. Et hoc modo quicunque habet habitum intemperantiæ eligit actum intemperantiæ, & sic de alijs peccatis, & sic peccare ex inclinatione habitus vitiosi qui malitia dicitur, non est idem, ꝙ peccare in spiritum sanctum, nec est determinatum genus peccati, sed est quædam peccati circunstantia, quę in omnibus generibus peccatorum contingit. Alio modo dicitur quis peccare ex electione, siue ex certa deliberatione, quando voluntas reijcit siue contemnit id, quod electionem peccati poterat impedire, vt cum spes futuri pręmij quę impedit ne quis peccet, allicitur per desperationem, & timor futuri iudicij per præsumptionem, & quædam alia, hæc autem omnia quæ peccati electionem impediunt, sunt effectus spiritus sancti in nobis. Et ideo sic ex electione, & ex malitia peccare est peccare in spiritum sanctum. Et ita patet ꝙ violatores sacrorum canonum ex contemptu impugnantes eorum veritatem, vt libentius peccent, dicuntur peccare in spiritum sanctum, & blasphemare ipsum, cuius instinctu conditi sunt. Lege. ¶ [Violatores voluntarie.] qui. s. non ex ignorantia, aut infirmitate, sed ex certa scientia & malitia nulla passione impulsi [grauiter] & merito, quia grauissimum est peccatum & à spiritu sancto, instinctu cuius ipse. n. magister est, & doctor veritatis. Ioan. 16. à quo omnis veritas, vt ait Ambrosius, deriuatur. [quoniam] secũda pars [blasphemare] quia cũ sacros canones contemnunt, ipsum eorum inspiratorẽ & doctorem blasphemare videntur [libenter] sicut dictum est abijciendo, & contemnendo ea, quæ electionem peccati impedire poterant [aut proterue agunt] canones contemnendo aut loqui impugnando eorum veritatem, & iustitiam pręsumunt aut facere volentibus hmõi contra canones spõte consentiunt, talis. n. præsumptio manifesta est [vnũ genus]
7 .i. vna species peccati in spiritum sanctum, † cuius sex assignantur species à Magistro sent. 43. dist. quæ sunt desperatio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio veritatis, agnitæ, inuidentia fraternæ gratiæ.

1 *Papa an possit vniuersaliter in omnibus nouas leges condere, etiam in his in quibus dominus vel apostoli aliquid diffinierunt.*
2 *Papa non potest condere leges, seu canones, vel aliquid statuere quod sit contra diuinam scripturam, siue doctrinam euangelicam.*
Nec contra determinata per quatuor concilia de fide catholica, & de condemnatione hæreticorum nu. 3.
Nec contra determinata de fide per sanctos doctores quæ sunt accepta, & approbata per concilia nu. 4.
5 *Papa non potest aliquid immutare de his quæ per prædecessores suos de fide diffinita sunt, & determinata.*
6 *Papa potest condere leges, & canones, & facere dispensationes contra ea quæ per apostolos consultiue dicta sunt aut ordinata ad bene viuendũ, quorum contrarium fidei non repugnat, nec sunt de iure diuino.*
7 *Papa potest condere canones, & dispensare contra ea quæ per prędecessores suos condita sunt aut disposita, aut etiam per seipsum, quæ ad fidem catholicam non pertinent, nec ad salutem necessaria sunt.*
Et contra determinationem per quoscunque doctores quantumcunque sanctos, exceptis his quæ de fide catholica, & de condemnatione hæreticorum per eos determinata sunt et ab vniuersali ecclesia iam recepta, & approbata nu. 8.
9 *Præceptorum triplex fuit genus in lege veteri.*
10 *Ecclesiam dare autoritatem sacræ scripturæ intelligitur dupliciter.*



Sunt quidam Sequitur 6. autoritas, & est Vrbani papæ. Sũma est in rubro. Diuiditur autẽ hoc c. in tres partes. In 1. ponit, ꝙ liceat summo pontifici nouas condere leges. In 2. excipit ea in quibus non potest leges nouas contrarias condere. s. vbi dñs vel apostoli aliquid aperte diffinierunt esse obseruandum, vel credẽdum, vel reijciendum. In tertia assignat rationem quia. s. hoc esset errare, nõ sententiam dare. secũda ibi, sciendum vere. tertia ibi, si. n. quod docuerunt. ¶ Pro
1 pleniori intelligentia huius capituli quæritur, † vtrũ summus pontifex vniuersaliter in omnibus possit nouas leges condere etiam in his, in quibus dominus vel apostoli aliquid diffinierunt. Et videtur quod sic, primo præceptum est datum. de solutione decimarum habetur Leuiti. 26. & Malachiæ 3. sed papa potest legem condere, quod illa quota non debeatur sed duodecima, vel vicesima ergo & c. ¶ Secundo sic, in sacra scriptura dr, vouete & reddite domino Deo vestro, sed papa potest absoluere à iuramento & à voto 15. q. 6. iuratos: & extra de voto. per totum. ¶ Tertio dispensat in euangelio interpretando ipsum. extra de testi. c. licet in fi. ¶ Quarto sic, apostolus dicit bigamum non esse promouendum. ait. n. prima ad Ti. 3. oportet. n. episcopum esse vnius vxoris virum, sed papa dispensat cum bigamo, vt promoueatur, & ita contra apostolum, vt distinctio. 34. lector. ¶ Quinto contra illud potest papa instituere, quod habet autoritatem ab eo, sed scriptura sacra habet autorita

autoritatem ab eo seu à sede apostolica, dicente Augu. contra epistolam Firmiani. Non crederem euangelio, nisi ad hoc me ecclesię autoritas commoueret, ergo contra ea, q̃ in sacra scriptura continẽtur, potest papa canones condere. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. Respondeo di

Opponit & Respondet. Prima cõcl.

2 cendum sub diuersis conclusionibus. prima est † ꝙ papa non potest cõdere leges, siue canones, vel aliquid statuere, quod sit contra diuinam scripturam, siue doctrinam euangelicam: patet conclusio, primo ex præsenti ca. ¶ Secundo ex cap. omne quod. j. e. ¶ Tertio patet ex Aug. 4 de tri. c. 6. Contra sacram scripturam nemo catholicus sensit. Item dicit primo de doctrina christiana, titubat fides si diuinarum scripturarum vacillat autoritas, & eadem sentẽtia habetur supra distinctione nona capitu. si ad scripturas sanctas. ¶ Quarto ratione sic probatur illud non est licitum Romano pontifici in quo conuincitur non sententiam dare, sed magis errare, sed condendo aliquid quod sit contra scripturam diuinam papa cõuinceretur errare, vt habetur in præsenti capit. ergo &c. ¶ Quinto sic. impossibile est veritatem veritati contrariari, verum. n. omni vero cõsonat. ergo omne determinatum contra scripturam sanctam esset falsum. ¶ Sexto sic, inferior non potest aliquid cõstituere contra determinata per superiorem c. inferior. dist. vigesima prima, sed sacra scriptura est inspirata à spiritu sancto loquuti sunt sancti homines Dei, ergo papa qui inferior est, non potest aliquid condere contra diuinam scripturã, nec valet nec est verum qđ hic gl. inducit, ꝙ summus pontifex dispensat in euangelio interpretando ipsum, quia interpretatio obsequetur & obsequi debet euangelio, alias non esset interpretatio, sed corruptio, interpretari quippe euangelium ad sensum bonum & catholicum non contradicendo veritati fidei, & scripturæ sanctæ, hoc licet summo pontifici, sed per hoc non dispensat in euangelio, vt aliud dicat, quam quod dominus & euangelium dicit. ¶ Se

Augu.

Cõtra glo.

Secũda cõ.

3 cunda conclusio † papa non potest leges nouas condere cõtra determinata per 4. concilia de fide catholica, & de condemnatione hęreticorum: patet cõclusio. primo de primis quatuor principalibus ex c. sicut sancti euangelij 4. li. d. 15. de omnibus octo simul patet conclusio ex ca. sancta 8. vniuersalia concilia. dist. 16. vbi profitetur summus pontifex ea vsque ad vnum apicem immutilata seruare, & pari honore & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt, & statuerunt omnibus modis sequi, & prædicare. ¶ Ratione patet conclusio sic. Summus pontifex non potest contra veritatem fidei sed pręd

icta concilia non videntur quasi aliud continere, nisi declarationem veritatis fidei, & explicationem articulorum eius, vt patet intuenti: ergo &c. ¶ Secundo sic, ecclesia semper fuit sine macula erroris, & ruga duplicitatis, sed si papa posset aliquid statuere contra determinata in his, quæ sunt fidei per vniuersalia cõcilia, & quæ iam per vniuersalem ecclesiam fuerunt accepta, & approbata, fides ecclesiæ videretur aliquando defecisse contra Christi pollicitationem, de qua Lucæ 22. inquit Christus Petro. Ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Et esset contra multorum sanctorum patrum decreta, vt contra c. à recta, & c. memor, & c. in sede & c. hæc est fides, & c. loquitur, & plura alia. s. 24. q. 1. Sed arguitur contra dictam conclusionem sic. Concilia vniuersalia sumunt autoritatem, & robur à summo pontifice, vt extra de elect. significasti, &. s. di. 17. per totum. ergo summus pontifex potest reuocare, & mutare omnia, quæ per vniuersalia concilia sunt determinata. ¶ Ad hoc respondetur iuxta S. Tho. in tractatu contra impugnantes religionem, negando consequentiam. quia ꝙ summus pontifex non possit mutare ea quæ de fide determinata sunt in prædictis concilijs, nõ est, quia concilia sunt, quia si sic, tunc nihil in concilijs, vniuersalibus constitutum aut ordinatum posset reuocare, & mutare, quod manifeste falsum est, sed inquãtũ concilia de tali materia sunt. s. de veritate fidei, vna. n. est fides ecclesiæ semper, vna est columba, vna est ecclesia electa Dei. ¶ Ter

Opponit in contrarium

Respondet. S. Thomas.

Tertia cõ.

4 tia conclusio. † papa non potest condere aliud contra determinata de fide per sanctos doctores, quæ sunt accepta & approbata per cõcilia. Ista conclusio patet ex prædictis, quoniam talia iam paria sunt his, quæ in talibus concilijs diffinita sunt, vt in c. sancta ro. ecclesia. di. 15. ¶ Quarta con

Quarta cõ.

5 clusio. † papa nõ põt aliq̃d immutare de his, q̃ p predecessores suos de fide diffinita sunt, & determinata, patet cõclusio ex superioribus, maxime ex c. à recta, & c. memor. & c.

6 in sede, & c. hæc est fides 24. q. 1. ¶ Quĩta cõcl. † papa põt cõdere leges, & canones, & facere dispensationes contra ea, quæ per apostolos consultiue dicta sunt, aut ordinata ad bene viuendum, quorum contrarium fidei non repugnat, nec sunt de iure diuino. Ista conclusio patet quia dispensat cum bigamo, vt dictum est iuxta c. lector dist. 34. cum tamen apostolus prohibuerit bigamos ordinari, vt patet 1. ad Ti. 3. & ad Ti. 1. de quo non legitur ꝙ apostolus præceptiue mandauerit, sed potius hoc statuit ex se pp sacramenti ordinis honestatem. Item canon apostolotum dicit presbyter si fornicatus fuerit deponatur, vt dist. 82. ca. presbyter, concilium Grandense dispensat, vt in prædicto c. itẽ Paulus apostolus inquit 1. ad Cor. 7. de virginibus præceptum domini, non habeo, sed cõsilium do. Contra tñ eius consilium potest summus pontifex dispensare, imo præcipere, ꝙ virgo contrahat propter salutem multorum, & pp pacem ecclesiæ habendã. Ista cõclusio patet: quia summus pontifex in talibus quæ apostolus ex se disposuit superior est Paulo sicut Petrus cuius successor est. Et ideo in talibus dispensare potest quæ sunt iuris positiui. ¶ Sexta conclusio.

Quinta cõ.

Sexta conc.

7 † papa potest condere canones & dispensare cõtra ea quę p suos prædecessores condita sunt, aut disposita, aut etiam se ipsum quæ ad fidem catholicam non pertinent, nec ad salutem necessaria sunt. Ista conclusio patet extra de consang. & affinit. vbi dicitur non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietates temporum statuta varientur humana, & extra de senten. exc. alma lib. 6. & §. verum dist. 63. ¶ Ratione probatur dicta conclusio par in parem non habet imperium, sed æqualis potestatis est vnus summus potifex sicut alius. ergo cõstitutio vnius nõ arctat aliũ, qn possit si voluerint reuocare. Contingit autem rationabiliter in rebus positiuis, siue agibilibus humanis, quę non habent absolutam immutabilitatem, sed eius rectitudo per tempora variatur, quoniam quod vno tempore expedit, alio tempore minime conuenit. Et ideo recte & rationabiliter regulę sanctorum patrum pro tẽpore & loco & personarum qualitate mutantur. vnde Augus. lib. 1. de libero ar. quod lex temporalis quamuis iusta sit commutari non po

Augu.

Septima cõ.

8 test, per tempora iuste potest. ¶ Septima conclusio. † papa potest condere canones, & statuere contra determinationem per quoscunque doctores quantumcunque sanctos, exceptis his quę de fide catholica & condemnatione hæreticorum per eos determinata sunt, & ab vniuersali ecclesia iam recepta sunt & approbata. Ista conclusio satis aperte colligitur ex c. decretales epistolæ, & c. se dist. 20. Ratione probatur sic, potestas, & autoritas summi pontificis est super omni alia potestate prædictorum doctorum, quãtum cumque sanctorum. ergo per eos determinata subijciuntur ita summo pontifici, ꝙ potest ea mutare & repellere, consequentia patet probatur etiam ex eo, ꝙ omnes doctores submittunt dicta sua correctioni & emendationi summi pontificis. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequen

Ad primã argu.

9 tiam pro quo notãdum † quod in lege veteri fuit triplex genus præceptorum, quoddam est præceptum cerimonialium, & illa in morte Christi fuerunt mortua, & publicato euangelio facta sunt mortifera. Aliud est genus præceptorum iudicialium, & illa fuerunt mortua, sic tamen ꝙ per ecclesiam possunt reuiuiscere per nouam institutionẽ. Quoddam est genus preceptorum moraliũ, quæ quia sunt de iure naturali & immulabilia perseuerant. ¶ Scđo notandũ ꝙ circa præceptum solutionis decimarũ erat aliquid morale inditum rationi naturali. s. sustentatio ministrorum. ratio. n. naturalis dictat, ꝙ his qui communi vtilitate vigilant, stipendia victus debeantur sicut apostolus probat prima ad Corin. 9. Aliquid est iudiciale. s. determinatio certæ partis, siue quotæ exhibendæ ministris ecclesiæ, hæc. n. nõ est de iure naturali, sed est introducta institutione diuina ẽm conditionem illius populi, cui lex dabatur. Quantum ad primum quod est morale ꝙ debeatur sustentatio ministris ecclesiæ præceptum illud semper manet, nec contra hoc papa potest aliquid in oppositum condere. Quantum vero ad secundum quod est iudiciale in nullo ligat iam, nisi autoritate ecclesiæ reuiuiscat per institutionem, ecclesia ergo potest sua autoritate ponere quotam, siue partem ad sustentationem ministrorum, qualem voluerit. Statuendo ergo ꝙ soluatur 12. vel 20. non facit contra scripturam sanctam. cum illud præceptum fuerit iudiciale, quod tempore gratiæ

re gratiæ non obligat, nisi per ecclesiam statueretur de nouo. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ non procedit, quia papa non dispensat in voto, aut iuramento vt aliquid contra votum aut iuramentum fiat, hoc.n. est impossibile, cum obseruatio voti aut iuramenti cadat sub præcepto diuino, quod est indispensabile, sed ad hoc se extendit dispensatio voti aut iuramenti, vt quod sub voto aut iuramento cadebat, sub voto aut iuramento non cadat, quasi non existens debita materia voti aut iuramenti. Et ideo cum papa vel alius prælatus ecclesiæ dispensat in voto, non dispensat in præcepto iuris naturalis, vel diuini, sed determinat id qđ cadebat sub obligatione deliberationis humanæ, quæ nõ potuit omnia circunspicere non esse cõgruam materiam voti aut iuramenti. ¶ Ad tertiam respondetur, quod non procedit, quia dare sanum & catholicum intellectum euangelij, non est dispensare contra euangelium, vnde nõ est ad propositum. ¶ Ad quartam responsum est iam, papa .n. dispensando cum bigamo non dispensat contra aliquid ꝙ præceptiue ordinauerit apostolus tanquã de necessitate sacramenti, sed tantum contra aliquid, ꝙ statuit ex se propter ordinis honestatem, & in talibus potest cum eandem potestatem nunc habeat ecclesia statuendi, & destituendi, quam tunc habuit. ¶ Ad quintam respõdetur negando minorem. Et ad probationem respondetur, ꝙ ecclesia dare autoritatem scripturę potest intelligi dupliciter, vno modo, quod scriptura sacra habeat suam autoritatem ab ecclesia, & sic non est vera, illa minor, nec Aug. hoc dicit, qm̄ scriptura sacra autoritatem habet ab ipso spiritu sancto quo sancti homines loquuti sunt. Alio modo potest intelligi dare autoritatem ostensiue, quia declarat fidelibus hanc esse sacram scripturam, & sic dicitur sibi dare autoritatem declaratiue diffiniendo, hoc libros vel illos pertinere ad sacram scripturam. s. quatuor euangelia, & non euangeliũ Nazareorum, vel Nichodemi, sicut si aliquis ignorat vtrũ iste lapis sit Saphirus & aliquis diceret ei, ꝙ sic, non propter hoc ꝙ iste dicit sibi lapidem illum esse Saphirum, diceretur dare virtutẽ q̃ Saphirus habet. Ita recte declarat ecclesia edocta à spiritu sancto, ꝙ isti libri sunt de canone, & isti non, nihilominus non propter hoc habent illi libri autoritatem ab ecclesia, sed à Deo, à quo editi sunt. Et ideo beatus Aug. dicit quod non crederem euãgelio &c. hoc dicit pro tanto, non quod euangelium habeat autoritatem ab ecclesia, sed quia sibi ignotum esset, vtrum istud euangelium pertineret ad scripturam sanctam, vel non, nisi ecclesia instinctu spiritus sancti hoc declarasset. Et tantum pro nunc de ista quæstione. Leg. tex. ¶ [Sunt quædam leges.] i. canones. dis. 31. nicena. Arch. [sciendum.] secunda pars. vbi vera dominus in euangelio, vel eius apostoli, & eos sequẽtes sancti patres sentẽtialiter aliquid diffinierunt de articulis fidei, illos.n. non oportet tangere, nisi credendo, sicut dictum est, distin. 15. sicut, vel diffinierunt præcipiendo, vel prohibendo, siue in his, quæ pertinent ad salutem secundum Hug. ibi nouam legem contrariam huiusmodi contẽtio in sacra scriptura [sed potius vsq; ad sanguinem]. i. vsq; ad omnes conatus corporeos Arch. sed melius est vsque ad sanguinem effundẽdum pro defensionẽ veritatis [si.n.] tertia pars [errare.] Ex hoc datur intelligi ꝙ loquatur de illis, quæ pertinent ad articulos fidei, vel generaliter ad vniuersalis ecclesiæ statum, vt de sacramentis & alijs pertinentibus ad salutẽ animarum [luporum]. i. hæreticorum. [insidias]. i. calliditates & versutias. Hu.

Marginalia: Ad secundum. — Ad tertium. — Ad quartū. — Ad quintū. — Exponit literam. — Archi.



Contra statuta. Ista est 7. autoritas, & est Zozoni papæ. Summa est in rubro. Intellectus huius literę satis patet ex dictis in superiori capitulo. Lege. ¶ [Contra statuta]. s. conciliorum generalium, quãtum ad ea quæ ad fidem pertinent, & ad articulorum explanationem, cõtra talia Romanus pontifex siue sedes apostolica non potest, vt in secunda conclusione ostensum est in c. præcedenti. in alijs vero quæ ad fidem non concernunt siue bonos mores bene potest, sicut ostensum est. s. in 6. conclusione, & septima: vtrum autem papa possit dispensare in voto cõtinentiæ, de quo aliqui doctores loquuntur hic & glos. & Arch. in c. superiori disputauimus. s. in ca. de illo dist. 32. & de dispensatione multa notauimus 1. q. 7. in. §. nisi rigor. ibi vide. [patrum] antiquorum Hu. [in conuulsis radicibus] di. 12. ridiculum [viuit antiquitas]. i. statuta patrum circa articulos fidei [reuerentiam]. 9. q. 3. conquestus. Archid.

Marginalia: Exponit literam.



Omne. Ista est. 8. autoritas, & est Marcelli papæ. Summa est in rubro. Diuiditur autem in quatuor partes: in prima ponit ꝙ catholica ecclesia debet defendere q̃ sunt iuste statuta. In secunda ponit quòd iniusta diffinitio regio metu vel cuiuscunque iudicis iussu composita valere non debet, in tertia assignat rationem dicens, ꝙ nihil contra euangelicam aut propheticam doctrinam, seu patrum instituta erit validũ. In quarta concludit, ꝙ per consequens quod ab infidelibus aut hæreticis fit, cassabitur. 2. ibi, iniustum iudicium. 3. ibi. nequaquam. 4. ibi, & quod Lege. ¶ [Omne. irreprehensibile] hoc põt allegari contra priuilegia alicui indulta, vel quia falsa, vel quia per surreptionem videantur impetrata. Non tantum est verosimile Romanum pontificem qui iura tuetur contra rationem ius suum alicui auferre, quia omne &c. [irreprehensibile]. i. iustum statutum vel priuilegium defendit. dist. 24. c. vltim. [iniustum] 2. pars. iniustum. iure vt no. s. 11. q. 3. iniustum. Lauren. & Arc. [regio metu.] si quis iniuste sit condemnatus valeret quidem sententia, sed datur ei exceptio, ꝙ vi metusve causa si. Hug. Et ideo cum dr̄ non valeat dicit Archi. per exceptionem, non ipso iure, vt no. 11. q. 3. iniustum [nequaquam] 3. pars. [factum fuerit] in ecclesiasticis rebus. Hug. [& quod] 4. pars. [in fidelibus cassabitur] quia hæretici, veritatis fundamentum non habẽt, & ideo factum eorum in ecclesiasticis rebus firmum non stabit sed cassabitur.


Marginalia: Diuisio. — Exponit literam. — Lauren. Archi.



Prima. Ista est 9. autoritas, & est Hormisdæ papæ. Summa est in rubro. Non diuiditur &c. Leg. ¶ [Prima.] recta quidem fides prima inter virtutes theologicas est, per quam accessum habemus ad Deum, vnde ad Hebre. 11. Accedentem ad Deum oportet primo credere. s. per rectam fidem. Vnde fides est fundamentum Christianæ religionis, vt ait Chrysostomus.

Marginalia: Exponit literam.

1 *Verbum præceptiuum sæpe ponitur admonitiue, & econuerso.*



Satagendum. Ista est 10. autoritas, & est Pelagij papę. Casus est. Ad relationem aliquorum cum rex Gilbertus suspicaretur ꝙ Pelagius papa erraret in fide misit legatum suum Rufinũ ad eum, vt postularet ab eo, ꝙ vel significaret sibi qualiter fidem & chartam Leonis papæ in qua fides catholica inscripta erat conseruabat, vel professionem suæ fidei verbis proprijs illi destinaret. Pelagius autem vtrunque fecit propter vitandum scandalum, insinuauit quidem ei, quòd chartam Leonis papæ seruabat, & ei suæ fidei professionẽ proprijs verbis destinauit, vt nulla posset de cetero de eo suspicionis occasio apud eum residere. Et ita est summa capituli, & diuiditur in tres partes. In prima dicit, ꝙ pro vitãdo suspitionis scandalo fatendum est aperte quid credat. in 2. ponit quid legatus ex parte regis petierit à Pelagio papa. In tertia ostendit qualiter Pelagius petitioni regis satisfecerit. 2. ibi, veniens. 3. ibi, & primam. Lege. ¶ [Satagendũ est]. i. intendendum est pro auferendo scandalo. in hoc casu videbatur teneri ad hanc professionem faciendam [regibus quibus nos subditos]. s. quo ad temporalia, quæ ecclesia tenet ditione & tributo imperatoris, & quo ad hoc intelligitur sacra scriptura Matt. 20. dicens, reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari, & qui sunt Dei, Deo, & illud Petri 2. subditi æstote regi tanquam præexcellenti, sed quantum ad spiritualia imperator est subditus papæ, vel dicendum ꝙ ly
1 præcipiunt, exponendum est. i. admonent, & suadent sæpe verbum præceptiuum ponitur admonitiue, & econuerso, vt consueuit dici. 11. q. 3. rogo. Arc. vel dicendum, ꝙ papa hic loquitur ex humilitate, siue ≠m præceptum humilitatis, ꝙ dr̄ qui maior est inter vos sit sicut minimus, sicut vocat se seruum seruorum Dei 1. q. 1. saluator. Arch. [veniẽs] 2. pars [thomum] chartam continentem scripturam fidei. Hu. & Arc. [& primã] 3. pars. [primã]. s. vt confiteretur, quia facilior. facilius.n. erat confiteri q̃ chartam suæ professionis facere Hu. [significauimus] ad hoc tenebatur papa cum suspectus esset de hæresi. Nam & hoc casu posset accusari 40. di si papa. Lau. & Arc.

Marginalia: Casus. — Diuisio. — Exponit literam. — Archi. — Hugu. — Lauren.

2 *Violatores decretorum summorum pontificum sunt anathematizandi.*

2 *Iudices seculares possunt compelli iudicare secundum canones vbi legibus contradicunt.*



Enerali Ista ē 10. autoritas, & est Adriani papæ. Summa est† ꝙ anathe
1 matizandi sunt violatores decretorū summorum pontificum: non diuiditur. Lege.
Exponit literam; ¶ [Generali] quia generale est cōtra omnes contrauenire contemnentes decreta romanorum pōtificū [anathema sit]. j. e. q. si quis dogmata. [præuaricator fidei] tum primo quia talis non videtur credere Romanorū pontificum esse statuere canones, siue decreta ꝙ est hereticum. secundo quia non tenet eum caput omnium fidelium pontificem, rectorem, & pastorem, contra euangelium. Matth. 16. & Ioā. 21. Tum etiam quia crimen Ariolandi committit cum patrem contemnit [potentū] ar.
2 † quòd iudices seculares possunt compelli iudicare secundum canones, vbi legibus contradicunt arg. distinct. 20. de libellis. Cætera patent.

Omnia. Ista est 12. autoritas, & est Damasi papæ. Summa est in rubro. Lege. [Commiserit]. s. ex contemptu Arch.

Hac consona. Ista est autoritas 13. & est beati Gregorij papæ. Summa est in rubro non diuiditur. Lege. ¶ [Hac consona: nescit]. s. vltio, quia non vult & contemnit Amos 3. nescierunt facere rectum [sit pignus] imo tales dānantur à spiritu sancto. s. e. c. violatores.
Exponit literam.

A Sanctis 14. autoritas, & est sumpta ex concilio calcedonen. Summa est in rubro non diuiditur. litera patet [regulas] quibus in fide & moribus instruantur fideles.

Iustitiæ. Autoritas 15. & est beati Grego. papæ. Summa est in rubro. patet totum. Leg. ¶ [Iustitiæ] iusta admonitio, vt in se velit quis agere, ꝙ sibi per alios fieri cupit. hæc. n. est regula euangelica, de qua. s. di. 1. c. 1. omnia quæcunque vultis faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. hec. n. lex & prophetę [voluntatem] legitimam 16. q. 1. illud [& statuta] legitima, & recta à sacris canonibus non aliena.
Exponit literam.

Diuisio. Ideo, Hæc est autoritas 16. & est Leonis papæ. Summa est in rub. Et diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, ꝙ successores pastores domino vocante aut permittēte constituti sunt, vt maiorum decreta & constituta seruent. In secunda dicit ꝙ contra saluberrima maiorum instituta agimus si ea per omnia intacta non seruamus, 2. ibi contra eorum. Leg. ¶ [Ideo permittentem] prudenter loquitur, quia multi sunt pastores, & prælati, potius Deo permittente quam vocante soli illa expositio cū Petro vocantur, qui secure possunt respondere: domine tu scis quia amo te. Et ei dominus ait, pasce oues meas. Sed qs hic sit nemo scit, nisi cui Deus reuelat quia nemo scit vtrū sit dignus odio, vel amore Eccle. 9.
Exponit literam.

Si ergo. Secunda pars est, in quo ex prædictis concludit, ꝙ papa priuilegia clericis baptismalis ecclesiæ concedere non potuit, cum videatur facere cōtra statuta sanctorum patrum, quę inuiolabiliter obseruari oportet. Non. n. debet priuilegia concedere, quibus ecclesiarum status turbatur, & confunditur. Et hoc verum est quantum ad statuta, quæ in veritate fidei fundantur, in alijs vero quæ fidem non concernunt, non obligatur. [nesciunt]. i. nolunt.

His ita. §. est, & 3. pars, in qua præsupponendo, quod clerici baptismalis ecclesiæ eo priuilegio fedis possent ex integro decimas totius episcopatus sibi vendicare. Respondet autoritatibus superius allegatis pro parte contraria. Et ponit duas solutiones. 2. ibi. quamquā. Prima responsio est, ꝙ Romana ecclesia cum ius & autoritatē canonibus pstet nō alligat eis. nec obseruare obligat de necessitate, quis ipsā deceat quādoq; obseruare [sicut Christ⁹] hic ostēdit Gratianus, ꝙ summ⁹ pōtifex in qbusdā se exhibet obseruatorem canonum, & in quibusdam dominum, & superiorem, & hoc exemplo Christi probat primo quia Christus se ostendit obseruatorem legis, cum voluit carnaliter circuncidi. Luc. 1. & 2. Et similiter cum 40. die, dignatus est cum hostijs in templo præsentari. Lucæ 2. Dominū
Exponit literam.

quoque legis se ostendit, quando contra literam legis dicē tis. Leuiti. 22. qui tetigerit quodlibet immundus erit, & sicut dominus legis leprosos, ad se admisit, quos curabat. Matthei. 8. Extendens Iesus manū supra leprosum, tetigit eum dicens, volo mundare. Et confestim mundata est lepra eius, & sicut dominus legis comedit cum Simone leproso. Mat. 16. & tanquam dominus legis apostolos ambulātes per sata sabbato & euellentes spicas confricātes excusauit exemplo Dauid, qui panes propositionis, quos solis sacerdotibus licebat comedere, comedit, vt patet 1. Reg. 21. Et tanquam dominus legis legem interpretabatur. s. ꝙ facere opus spirituale vel charitatis in sabbato, non violat sabbatum, probans suam interpretationem iudeorum facto quibus ait Io. 7. in sabbato circunciditis hominem. Itē probat de oblationibus dicens [iuge] hoc iuge sacrificium precipitur. nume. 28. [masculus] hoc præcipitur. Leuit. 12.
a [sabbati a] sic literam sabbati interpretabantur & male sacerdotes legis. Nam sabbato bene facere licet, vt docet Christus, qui est dominus sabbati. Matt. 12. vnde de eo dr. Matth. 7. ꝙ docebat sicut potestatem habens [sic & summę sedis] aptat similitudinem, videlicet, ꝙ quemadmodum Christus aliquando obseruabat legem, aliquādo dominū legis se ostendebat, sic & summi pontifices in obseruantia statutorum [in præmissis ergo] hic dat intellectū præmissorum capitulorum, vt intelligātur alijs imponere necessitatem Summis vero pontificibus libertatem, quia ea non ex necessitate, sed ex decentia summi pontifices obseruāt, vt alijs exemplum præbeāt obseruandi exemplo Christi, qui & c. [licet igitur] concludit ex dictis, ꝙ licet summo pōtifici contra generalia statuta specialia priuilegia cōcedere, quod generali prohibetur decreto. [quamquam] secunda responsio est, videlicet quod papa concedēdo aliquod priuilegium alicui non facit contra canones, vel sanctorū patrum statuta, quia cum in concilijs aliquid statuitur, obseruādū dicitur, nisi romana ecclesia aliud statuerit, vel salua eius autoritate aliter priuilegia concedi non possunt nisi contra legem concedatur [communem] vt probat autoritate Gregorij & Hiero. [valet ergo] concludit ꝙ romana ecclesia potest talia priuilegia concedere, aut causa religionis, aut necessitatis, vel seruitij exhibiti, dūmodo alij enormiter non lædātur, & ad hoc inducit autoritatem apostoli 2. ad Cor. 8. & ad dictum apostoli inducit legem concordātem, & constitutionem aliam imperatoris [clerici ergo] cōcludit intentum. s. quòd debetur decima baptismali ecclesiæ [accipiendā] & hoc cum autoritate papæ proposita quæstione contra iniquum priuilegium. Lau. Hu. & Arc.

a ¶ Sabbati Sabb... vnde dica... ur vide Pe. An. in c... uon. ā nu, ... de fer.

¶ *Quæstio secunda.*

1 *Priuilegium quid dicatur.*
2 *Priuilegium potest concedere quicunque potest facere legem.*
3 *Papa potest dare priuilegium in spiritualibus & in temporalibus.*
4 *Imperator & reges possunt dare priuilegium in temporalibus, sed non in spiritualibus.*
5 *Episcopus potest dare priuilegium. Etiam quod præiudicat alij numer. 6.*
7 *Verba dubia quis debeat impetrari.*



Vod autem. Hic intitulatur 2. qō. s. an sequentia priuilegia derogent prioribus. Et diuiditur in tres partes. In prima parte probat magister per multas autoritates & per leges ꝙ nulla priuilegia contra alia priuilegia vel contra ius debeant dari, & si obtenta sunt non valent, nisi essent sine præiudicio aliorū. In secunda ponit aliquos casus quibus perditur priuilegiū. In 3. soluit Gratianus, & bene. 2. ibi, his ita respondetur. 3. ibi, hostilitatis & c. Lege. ¶ Consuetum hic notari primo quid sit priuilegium. secundo quis possit priuilegium concedere. tertio quis potest interpretari. ¶ Ad primum dr̄
Diuisio.
1 † ꝙ priuilegium est priuatum ius contra ius commune indultum. Nam nisi aliquid indulgeat non diceretur priuilegium. extra de verborum significationibus. abbate, & extra. e. in his vel sic, priuilegium est concessio iuris singularis facta alicui præter ius commune. ¶ Ad secundam respō-

detur sic


2 detur sub certis cõclusionibus. prima est† ꝙ concedere po- *Prima cõcl.* test priuilegium quicunque potest facere legem, & in qui bus potest & priuilegium indulgere, cuiusmodi & perso- *Secũda cõ* 3 na publica, qui curam habet multitudinis. ¶ Secunda† pa pa potest dare priuilegium in spiritualibus, & in tempora libus, vt in terris suę iurisdictionis tẽporalis, vel quando ẽt *Tertia cõ.* 4 iurisdictio ad eum deriuaretur. ¶ Tertia† imperator & re ges possunt dare priuilegium in temporalibus sed nunquã in spiritualibus quia de eis nihil possunt statuere 96. di. be *Quarta cõ.* 5 ne quidem. ¶ Quarta conclusio† Episcopus potest dare pri uilegium, patet extra de rel. do. constitutus, & ex. de celib. *Quinta cõ.* 6 cum venerabilis 16. q. 2. visis. ¶ Quinta conclusio. † Non tã tum papa sed etiam episcopus potest dare priuilegium qđ præiudicat alij, patet quia potest dare decimas ext. baptis- malem ecclesiam, contra ius commune, vt 16. q. 1. statui- mus, & multa alia sicut tangitur in gl. ¶ Ad tertiam respon *Ostiensis.* 7 detur ſm Host. † ꝙ si verba sunt obscura & ambigua tunc est eius interpretari, qui condidit, & interim negotium su spendetur extra de sent. excom. inter alia. Si vero non sunt verba obscura, vel ambigua tunc diligenter debet tenor considerari extra. e. corro, & c. recipimus & potius insisten dum est intentioni priuilegij, quam verbis ex. de verb. sig. intelligentia, & c. in his.



PRiuilegia. Quod vero prioribus priui legijs per sequentia non de rogetur primo probatur per hãc autoritatẽ, quæ est Anacleti papæ. Summa est in rubro non diuiditur. Leg. ¶ [Priuilegia] .s. generalia, *Exponit literam.* siue vniuersalia, per quæ firmatur salus & sta tus vniuersalis ecclesiæ, non autem intelligitur de spiritua libus. s. 1. q. 7. & si illa [sacerdotum] .i. omnium clericorum 17. q. 4. si quis suadente [inuiolata] vt præter autoritatem papæ nulli liceat contrauenire [leges] .i. canones. distinct. 31. nicena. [peregrina] vt ferri candentis. gl. 2. q. 5. consului sti, vel ea quæ non sunt a suis iudicib. vt 3. q. 6. peregrina.


PRiuilegia. Ad idẽ est ista 2. autoritas Leo nis papæ. Summa est in rubro. *Diuisio.* Et potest diuidi in tres partes. In 1. dicit ꝙ priui legia sanctorum patrũ autoritate instituta non debent conuelli. In secunda ponit, quod papa debet esse talium defensor. In tertia ponit, quod si secus fecerit rea tum incurrit. secunda ibi, in quo opere. tertia ibi, dispensa *Exponit literam.* tio. Lege tex. ¶ [Priuilegia] de generalibus loquitur quan do perpetuo conceduntur. Hug. [nulla nouitate] infra de consec. dist. 3. celebritatem in si quantum ad subditos, vel quantum ad dominum papam, sine ratione & causa non *Hug.* debent mutari Hug. [in quo opere] 2. pars [dispensatio] 3. pars. [tendit] .i. spectat. Hug.

1 *Legatus non potest excedere fines mandati.*



IN galliarum. Ad idem est ista 3. autoritas beat. Gre gorij. Summa est in rubro. Diuiditur autẽ *Diuisio* in tres partes. In 1. beatus Greg. scribit Au. monacho quem archiepiscopum consti tuit Britonum. i. Anglicorum ꝙ nullam si bi tribuit autoritatem super episcopos galliarum, quos cõ stat ab antiquo tempore subiectos esse archiepiscopo Are laten. quem sua dignitate non vult priuare. In secunda par te ponit, ꝙ ideo si contingat eum ad galliarum prouincias tra nsire, nihil ibi autoritatis exerceat sine prædicto archi episcopo Arelaten. In tertia assignat rationem huius. s. ne violetur antiqua patrum institutio britones vero sibi com mittit. 2. ibi, si ergo. 3. ibi, ne prætermitti possit &c. Lege. *Exponit literam.* ¶ [In Galliarum nulla tibi tanquam metropolitano] licet eis tunc prædicatorem te constituimus. Hu. [pallium] qua 1 si diceret ipse est archiepiscopus. Hu. ar. † ꝙ legatus non po test excedere fines mãdati vt de causis cognoscere nisi per appellationem deferatur ad ipsum quod non potest fieri *Hug.* prætermisso metropolitano simile infra eod. igitur. Hug. [si ergo] 2. pars. [ad galliarum prouincias] hoc dicit, quia multæ sunt Galliæ & prouinciæ in Gallijs, vt in gl. [ne præ termitti] 3. pars. [indocti] in lege Deo, infirmi in fide. Hu.

Diuisio. SI ea. Ad idem est hæc autoritas eiusdem Gre gorij. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit ꝙ si ea destrueret, quæ prædecessores statuerunt non constructor, sed euersor dicendus esset. In 2. parte inducit ad hoc autorita- tem duplicem. 2. ibi, testante. Lege. ¶ [Si ea.] quæ aut de fi- *Exponit literam.* dei articulis, aut sacramentis, aut ad salutem pertinẽt de- struere contraria docendo &c. [testantem] 2. pars. [verita- tis] .i. Christi. [omne regnum non stabit.] Mat. 12. & Lu. 11. vbi non est vnitas ibi non est veritas.




IGitur. Ad idem est ista quinta autoritas Hor misdæ papæ. Summa est in rubro. igi tur spiritu Dei cõditos, di. 50. si quis diaconus, & supra. eo. q. 1. violatores [a regulis] .i. à canonibus 3. dist. canon. Hug.



SEruatis. Ad idem est ista 6. autoritas. Hor misdæ papæ. Summa est in rubro. *Exponit literam.* Et est eadem cum præcedenti patet. Leg. ¶ [Ser uatis.] semper rescriptum sic est interpretandũ, vt nulli faciat præiudicium 9. qõ. 3. nunc vero vbi de hoc. Ad idem est. extra de off. or. graue, & de rest. spo. audito, & de rescr. ad aures [inspectis istis] .i. priuilegij. cum. n. quis si bi aliquid ex priuilegijs vendicat inspiciendum est priuile gium, vt c. di. 100. contra morem, & extra de priui. recepi- mus, & secundum ꝙ tenor priuilegij continet iudicãdum est, vt extra de priui. porro. [per mandata] .i. statuta [pãdan tur] ad nos referendo, quæ parte non potuerunt diffiniri, vel propter appellationem, vel propter negotij difficulta- tem vel formam commissionis 7. q. 1. peruenit. Hu. [cuius *Hugo.* curam] .i. beati Petri, vel nostri. Hu.

1 *Papa potest dare priuilegium & ferre sententiam cum scripto & sine scripto.*

2 *Sententia principis facit ius, licet non redigatur in scriptis.*



INstitutionis. Ad idem est ista 7. auto ritas. Gregorij papę Sũ- *Diuisio.* ma est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit ꝙ in rub. In secunda exprobat hoc tanquam graue præsumptionem, ꝙ quis q̃ bene ordinata sunt audeat præscindere, & *Exponit literam.* alios docere similia facere. 2. ibi. Nam nimis. Leg. ¶ [Insti 1 tutionis nostræ, siue quæ scripto] arg. † ꝙ dominus papa & cum scripto & sine scripto potest dare priuilegium & fer- re sententiam 11. q. 1. si quis cum clerico. Hu. & in gloss. ar. 2 † ꝙ sententia principis facit ius, licet non redigatur in scri ptis. vt extra de translac. c. 1. & C. de testa. omnium dicit ta- *Archi.* men Arc. ꝙ hoc est verum. si præcessit sententia diffinitiua partibus præsentibus. C. de leg. si imperialis, alias non fit ius ex sententia. ff. de inoff. testa. qui repudiantur Lau. [Nã] secunda pars patet.



DE priuilegis. Ad idem est ista autori- tas 8. eiusdem Gregorij. *Casus.* Summa est in rubro. Casus fuit Domini- cus Carthaginensi. episcopus quæsiuit à Gre gorio, vtrum priuilegia ecclesiastica ecclesia- rum papa debeat seruare. Gregorius respon- *Diuisio.* det ꝙ sic. Et diuiditur in duas partes. In prima respondet ꝙ sic, in secunda specificat modum, quo vnumquemque epi scoporum honorare vult, quia sine præiudicio alterius. se- *Exponit literam.* cunda ibi, sitque honore. Leg. ¶ [De priuilegijs, ꝙ] .i. quia hoc seruamus. Arch. quia & sicut seruamus & non infringi mus. Arch. [gratia fauente] ar. ꝓ ex gratia hoc debet facere & potest aliter facere, ꝙ papa potest facere quæcunq; vult *Hugo.* 9. q. 3. nũc vero & 1. q. 1. per principalem. Hug. [ambitu] .i. ambitione [sitque honore] 2. pars. possit opponi ex honore plus delato alteri impenso 17. q. 7. c. 1. Arch. arg. ad multa quæ iniuste obtinentur. Hug.



CVm piæ. Ad idem est hæc autoritas 9. Vigilij papæ. Summa est in ru- *Diuisio.* bro. Et diuiditur in duas partes. In prima po- nit, ꝙ priuilegia disposita pro quiete religio- nis nullo modo sunt violanda. In 2. assignat ra *Exponit literam.* tionem. secunda ibi, sed sicut patet. Lege. ¶ [Cum piæ. desyderium] id est propositum [dissimula- tio] prælatorum negligentia [præsumptio] subditorum, [sed sicut] tertia pars.



QVod vera. Ad idem est hęc autoritas 10. eiusdem. Summa est in *Exponit literam* rubro. Leg. ¶ [Quod vero infringam] sine iu sta causa [iniuriam] .i. confusionem [pertur- bo] sine iusta causa.

AMputato. Ad idem est hæc 11. autoritas Iulij pa pæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas

in duas partes. In prima ponit, ꝙ nullus vsurpet ea, quę sibi non sunt aliquo modo concessa. In secunda præcipit, vt ea quæ apostoli eorumq; successores, instituerunt non violentur. 2. ibi, ea quę sunt. Lege tex. ¶ [Amputatio concessa.] de iure communi. ar. contra præsumptuosos, vnde omnia sunt prohibita, quæ non inueniuntur concessa 10. q. 1. hác consuetudinem, & extra de offi. or. duo. Et no. ꝙ eis quibus aliquid non conuenit de iure communi nihil attribuitur, nisi ostendatur vel probetur. extra de priuil. porro. Ex eo .n. ꝙ non est incertum præsumitur abrogatum inst. de suc. subl. in fi. & ex. de decimis ad audientiam. Arch. [ex quæ] 2. pars. [concertatione]. i. contentione iniuriosa.

Exponit literam.

APostolicæ. Ad idem est hæc autoritas 12. Gregor. papæ summa est in rubro. Breue est non diuiditur. patet. Lege. ¶ [Apostolicę]. i. ecclesiasticę refragatione.] nisi casus intercidat, vt si contra ius constitutionis lata fuerit vel à iudice non suo, vel non obseruato ordine iudiciario. Hu. [turbari] tunc turbantur, cũ sine ratione soluentur. s. di. 12. ridiculum, & 25. q. 8. c. 1.

Exponit literam. Hugo.

IMperiali. Ad idem est hæc 13. autoritas eiusdem Gregorij. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Imperiali.] contra leges habentes, perpetuam prohibitionẽ, & quę de iure effectum sortiuntur, vt est consecratio altaris, & matrimonium supra dist. 10. vides, ibi vide, vbi plene hanc materiam declarauimus.

Exponit literam.

1 *Ius est triplex.*
2 *Imperator si contulit possessionem priuatæ personę alicui, illa priuata persona habet actionem aduersus fiscum intra quadriennium*
3 *Rescriptum impetratum contra ius publicum non valet.*

NE damnosa. Ad idem est ista autoritas 14. imperatoris Constantini. Summa est. Damnosa fisco & contraria iuri non sunt postulanda, rationabiliter loquitur imperator. quia ipsius est vtilia
1 procurare, & damnosa vitare. † Distinguitur hic triplex ius. s. ius fiscale, publicum, & commune, ius fiscale est quod
2 est imperatoris, ꝙ si imperator possessionem † priuatæ personæ alicui contulit, illa priuata persona habet actionem aduersus fiscum infra quadriennium. Sed pone ꝙ quadriẽnio elapso concederet ei vt ageret aduersus fiscum non valeret, quia damnosa esset fisco talis concessio, vel si venderet vel donaret ioculatori, vel alij cuicunque, vt inst. de vsucap. §. res fisci. ius publicum exigit, ꝙ in loco publico
3 non fiat ædificium contra tale ius si fuerit impetratum † rescriptum non valet, vt. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. si quis ius commune vt valeat autoritas rei iudicatæ, si contra hoc rescriptum fuerit impetratum non valet. C. de resc. l. sub spec. & C. de transf. l. lites, & hoc verum est, nisi in rescripto ponatur non obstanti tali lege, vel canone.

1 *Rescripto papæ an sit parendum.*

REscripta. Ad idem est hæc. 15. autoritas & est imperatoris Theodosij & Valeriani. Summa est, quæsitum fuit à dictis imperatoribus, vtrum rescripta cõtra ius impetrata sint à iudicibus recipienda. Et respõdetur ꝙ non, nisi tale rescriptum, sit quod alium non lædat, & prosit petenti, vel crimen indulgeat supplicanti. Lege. ¶ [Rescripta]. i. priuilegia Arc. [contra ius] nec ratione rescripti iudex recedet à iustitia, vt extra de æta. & quali. eam te. Vnde si rescriptum est penitus contra ius reijciet illud, vt hic dr̃. Queritur hic † vtrum rescri-
1 pto papæ parendum sit. Respondetur, aut princeps aut papa mandauit contrarium iuri naturali aut iuri positiuo. Si iuri naturali siue diuino tunc est cõclusio, ꝙ tali rescripto non est parendum. patet conclusio dist. 10. non licet, &. s. e. q. 1. sunt quidã. Si vero iuri positiuo, siue consuetudinario siue iuri scripto subdistingue, aut obest alicui, aut nulli, si nulli tunc est conclusio, ꝙ parendum est illi arg. ff. ne quid in loco pu. l. 2. §. sed quid à principe. Si alicui obest, aut multum obest aut parum. Si parum est conclusio, ꝙ obtemperandum est. C. de præci. impe. off. quoties si multum lædit aut expressum continetur in rescripto non obstante canone mandatum valere, aut non. Si expressum est conclusio,

Exponit literam. Quæstio. Respondet.

ꝙ parendum est, quia videtur papa ex certa scientia canonem abrogare, quo ad illud mandatum ex. de offi. dele. ex parte. Si autem non continetur expresse est conclusio, ꝙ differendum est & expectandum ſm rescriptum, vt ex. de offi. dele. si quando, & in aut. nulli iudic. §. si vero. ſm Arc. non lædat, tale debet esse omne rescriptum vt neminem lędat. s. e. de ecclesiastici. q. in gl.

Archi.

1 *Surreptio quid dicatur.*
2 *Annotatio quid dicatur.*
3 *Pragmatica sanctio quid dicatur.*

DIcenti. Ad idẽ est hæc 16. autoritas, quæ est Pelagij papę. Summa est in rubro. Casus est, quidam conueniebat aduersarium suum coram comite Ioanne, per rescriptum surreptione impetratum, vel per falsas præces impetratum, quare super hoc consuluit Pelagiũ papam, qui respondet hic. Lege. ¶ [Dicenti sacras iussiones]. i. rescripta. Hug. [illa sacra]. i. rescripta. [concordant] vel saltem non discordent Ber. [ea vero, quæ surreptione.]
1 surreptio est deceptoria & festinata alicuius falsitatis suggestio. Hu. componitur. n. ex sub. & repo. i. latenter subintrat, vt facit callidus serpẽs, si quis ergo tali modo latenter vel deceptorie impetrat non valet. extra de confir. vti ad nostram. & de capel. mo. ex parte. Arc. Lege. ¶ [Rescripta,
2 siue sit annotatio] † annotatio dicitur scriptura quam imperator proprio animi motu de aliquo negotio nemine ro-
3 gante. i. solus sine causæ cognitione facit † pragmatica sanctio dicitur quæ ventilata est coram principe, & de hoc facta est scriptura [conditione.] extra de rescript. cap. secundo mendax, enim &c.

Casus. Exponit literam. Archi.

Et quibus. §. est. Sequuntur leges quæ iudices puniendos instituunt, quibus rescripta sur reptitia aut falsa suspiciunt. [vnde imperator] lex prima. [si præscriptione]. i. narratione [iuris scripti] ab aduersario [opposita] vt quia dicit seruitutem se habere in prædio alicuius vel iuris consuetudinarij, vt quia dicit esse consuetudinem terræ suæ, ꝙ infra 11. dies poterat appellari, siue in narratione facit, dicebat. n. se infra 10. dies appellasse cum postea appellasset [siue in tacendo] vt quia dicebat se appellasse & in veritate appellauerat, sed non exprimebat cãm super quam, cum talis erat super qua non poterat appellare q̃ sunt multę. C. quorũ appella. nõ reci. p totũ. [datũ]. i. delegatũ [debere]. i. statuimus [ferre sentẽtiã]. i. fert sentẽtiam super hoc, vtrum si fuerit impetratum per mẽdacium aut non, vel dic, quod ferret sententiam super causa principali & illud quod erat per mendacium dictum illi. l. dicenti nõ proderit ſm Azo. [Item imperator Constantinus] secunda lex. [puniri iudices, qui vetuerunt argui] aduersario nolente opponere rescriptum imperatum tacita veritate [Imperator Theodosius &c.] tertia lex. [& si legibus consentaneum]. i. conueniens [oraculum]. i. rescriptum, vt si aliquis dixerit se expoliatum, & princeps iussit in rescripto ipsum restitui, hoc consonat legibus, & tamen carebit impetratis .i. commodo rescripti. s. eadem. vniuersa. C. si nuptiæ ex rescripto petantur. l. prima [subiaceat] pro motu iudicis. [Itẽ imperator Constantinus.] quarta lex. & [si nõ cognitio causæ principalis]. s. executio. i. executio cognitionis, mandatur alicui iudici inquiri à iudice, vt si fraus, puta quia dixit latam sententiam cum non esset, vel lata erat, sed per falsos testes, vel falsa instrumenta de negotio principali. [Item imperator Anastasius] quinta lex. [omnes cuiuscunque administrationis] patet lex. C. de diuer. resc. &c. sexta lex. [Sancimus vt originalia.] non transcripta. [autentica]. s. per manum imperatoris, aut. s. tabellionis publici signata [insinuẽtur] proferantur in iudicium, ac probationem faciendam [si quę beneficia personalia]. i. priuilegia, quæ continent gratiam personalem [& de consule.] hoc non seruatur hodie, quia ponitur ibi nomen imperatoris [zeno] 7. lex [vniuersa rescripta siue in personam]. i. ad personã. i. quæ personę conceduntur [annotatio] quæ fit spontaneo motu [pragmaticaª] quæ facta est causa vẽtilata corã imperatore [oraculi]. i. rescripti. [si præces veritati nitantur]. i. si per veritatem sunt impetratæ. s. e. & si non cognitio [oraculs]. i. rescripti [nisi quo fidei]. i. veritatis si præces veritati innitantur [imperiali beneficio] i. beneficio concesso rescripto. [quæstor]. i. cancellarius [& viri magistri scriniorum]. i. domini notariorũ [sine adiectione]. i. si præces veritati innitantur. [reprehensionem]

Ar.

a ¶ Pragmatica. Pragmatica sanctio qd dicatur vide gl in c pue nit 101. di


[reprehensionem].i.tantum reprehendantur.[Et qui &c: scrinij memoriales].i.notarij[pragmaticarij].i.qui scribũt pragmaticas sanctiones[cinguli].i.honoris, si ex certa sciẽtia & per corruptelam hoc fecerint.

Exponit literam.




PRiuilegia. Ad idem principale propositum est 17.autoritas,& est Leonis papę.Summa c.est in rubro.Breue est & non diuiditur.Leg.¶[Priuilegia.] quæ sunt de generali statu ecclesię 1.q.7.[& si illa nouitate]de conse.di.3.celebritatem.[non possunt mutari].i.non debent sine causa.

Exponit literam. Archi.



SI quis. Ad idem est autoritas 18.Gelasij papę Summa est in rubro.Lege. ¶[Si quis dogmata.]de fide catholica[mandata]de ecclesiastica disciplina.[interdicta] de correctione redde singula singulis. Hu. & Archid.[anathema sit].i.fiat sic supra eod.quæst.1.generali.gloss.Anathema sit,quia incidit in scisma. Hug.

Exponit literam.



DEcessorum. Ad idem est hæc autoritas 19.Gelasij papę.Summa est in rubro.Leg.¶[Decessorum malefacia].i.statuta malefacta corrigere,& nisi hoc fiat debet deponi,vt 35.q.9.quod quis Hug.

Exponit literam.




QVæcunque. In confirmationem huius inducit tres leges.Prima est Archadij & Honorij,patet.Lege.¶Quęcunque à parentibus nostris].i.prædecessoribus[à priuilegijs].i.de priuilegijs. Hug.

Non tam nouum. Ad idem sequitur 2.autoritas.plana est.

Si ecclesiæ. Ad idem 3.autoritas sequitur.totum patet,& est planum de se.ergo &c.

Exponit literam.



POstea. Ad idem est hæc autoritas Pelagij papæ.Summa est in rubro.Lege.¶[Postea ecclesiæ iura].i. priuilegia documentorum quia in eis continetur eorum probatio.[intercedentium].i.petitione & autoritate superioris[nullatenus] nisi inspecta causa vel in his quæ spectant ad generalem statum ecclesiæ.[vel pro & si vult,quia non potest renunciare his,quæ pro communi vtilitate introducta sunt extr. de foro comp.si diligenti.

Si ergo. §.est.Ex prædictis concludit Gratianus epilogando ea quæ superius allegata sunt,ostẽdens quod per posteriora priuilegia non potest antiquis derogari,cum etiam si contra illa specialiter aliqua priuilegia fierent,essent pro infectis habenda.

His itaque. §.est,& 2.pars quæstionis in qua Gratianus soluit quæstionem, & bene dicens ꝙ ecclesia romana potest sua autoritate priuilegia à se concessa pietatis vel necessitatis intuitu in totum vel in parte commutare.Nam imminente necessitate propter vitia corrigenda multarum ecclesiarum priuilegia vel diminuuntur,vel penitus immutantur, siue particulariter fiat, siue generaliter,ꝙ probat per tria sequentia capitula.Leg. ¶[Congregata].i.de vna facere duas[& disiuncta].i.de duabus facere vnam.[æquitate]ne deforment multum statum vniuarsalis ecclesiæ.[commutare] facta mentione de primo,aut in genere,aut in specie, Hu.[generaliter].i.realiter.

Exponit literam.



SIc decet. Hoc est primũ c.ꝙ inducitur à Gratiano pro solutione sua,& est Syluestri papæ.Summa est in rub.breue est & non diuiditur.Lege.¶[Sic decet fidem].i. optimam fidem[amittat].i.puniatur in hoc ꝙ præsumpsit,ꝙ ei non licebat.Hu.vnde iste incidit in constitutionem.C.vnde vi.l. si quis in tãtam 16. q.6.placuit,&,s.1.q.4.§.notandum.in fi. Nam talis est vsurpator,vt patet.s.amputato.Arc.


Exponit literam. Hug.



DEnunciamus. Ad idem est hoc cap. Simplicij papæ. istud c.& sequens habentur 74.dis. vbi in fi.& ideo hic non solet legi. Si qui episcopi cap. est ꝙ sequitur, sed non legitur hic &c.

1 *Dignitas subtrahitur ciuitati quæ suos episcopos interemit.*
2 *Iteratio grauat peccatum.*

Diuisio.



1 ITa nos. Ad idem sequitur hoc c. Gelasij papæ.Summa.†dignitas ciuitati subtrahitur quæ suos episcopos interemit. Et diuiditur in duas partes.In 1.punit ciues Syllanæ ciuitatis dignitate episcopali. In secunda ne propter malos videantur deseri boni, committit duobus episcopis,vt simul vel alternatim præfatæ ciuitati prębeant ministeriũ visitationis.2.ibi,prębeat ergo.Leg.¶[Ita nos.Syllanorum
2 cedes geminata[ar.†ꝙ iteratio peccatum grauat 1.q.7.saluberrimum.Hu.[horrendi criminis].i. mortis quæ horribilis est Arc.[à Deo].i.ex toto[vsum].i.actum iteratum.[religioni].i.ecclesiæ.[parochiæ vice]& non episcopalis ad tẽpus suspendit dignitatem episcopalem huius ecclesiæ, nõ abstulit.Hu. quia factum est castrum de ciuitate, & hoc castrum Syllanorum est in Apulia.ꝯm Io.de.[ab extrinsecis] .i.non proprijs.[prosterneret].i.nisi esset ecclesiæ persecutor, cessatione propriorum subsequentium pontificum, ita ꝙ non sint ibi de cetero pontifices[materia].i.occasio. [subtrahatur]si ibidem persona defuerit[alium de pensandis].i.quærendis[quæ in vtroque] episcopo interfecto gl. [siue instinctu, domestico].i. suggestione domestica ciuiũ, vel furijs incitata[hoc scelus &c.prębeat]2.pars[diuina].i. episcopalia [zizania].i.malos [frumenta].i. bonos aliqui erant boni inter eos.

Hostilitatis. §.est. Et tertia pars q̃stionis, in qua magister soluit & bene. Et diuiditur in tres partes.In prima dicitur,ꝙ papa non solum propter crimen sua autoritate priuilegia potest auferre,vel diminuere, sed etiam propter hostilitatem, vel paupertatem, episcopalis ecclesiæ sedes mutare,vel duas in vnam redigere exemplo beati Gregorij.Non ergo intelliguntur priuilegia ecclesiarum permanere inuiolata, vt apostolicus eisdem derogare non possit,sed sic debent intelligi permanere inuiolata,vt præter autoritatem summi pontificis nõ liceat cuiquam illis contraire.In secũda parte obijcit huic conclusione per c.Symmachi papæ,vbi innuitur,ꝙ possessiones ecclesiæ quæ dantur clericis vel peregrinis causa necessitatis,vel religionis pietatis intuitu,non possunt ab eis possideri perpetuo,sed ad tempus.Sed huic obiectioni duplicem adhibet Gratianus solutionem.prima est,vt clerici vel peregrini illas possessiones ad tempus debeant possidere,monasteria vero perpetuo.¶Secunda ꝙ sicut clerici vel peregrini cessante necessitate coguntur dimittere possessiones misericorditer eis concessas, sic monachi si à religione cessauerint priuilegijs exuuntur, quæ religionis intuitu eis concessa videntur.In tertia parte dicitur,ꝙ priuilegia monachorum in eo casu intelliguntur concessa esse, quod alijs ecclesijs non derogetur, videlicet vt decimationes noualium nulli quondam assignatas autoritate priuilegiorum sibi retineant,vel si propter paupertatem vel instãtem necessitatem monachis consuli non potest,nisi derogetur priuilegijs aliorum, ita eorum subueniatur inopiæ, vt ipsi ratione priuilegiorum fiant diuites, & baptismales ecclesiæ defruantur.2.pars incipit ibi, sed obijcitur.3. ibi, priuilegia vero,& in hoc finitur causa 25. Diuisio.


¶ *Causa vigesima sexta.*



QVidam sacerdos. Hic intitulatur 26. causa quæ sic continuatur ad superiora, superius magister tractauit de hæretic. nunc autem tractat de sortilegijs, & diuinationib.& de reconciliatione excommunicatorum, & de pęna morientium, sine pœnitentia,quæ vt melius pateant more solito proponit thema de quo 7.quæstiones surgunt. prima est in qua quæritur, qui sint sortilegi, quæ quæstio soluitur in primo cap.quod sequitur quod est Isidor.libr.primo etymologiarum cap.8. Cõtinuatio.

¶ *Quæstio prima.*

1 *Sortes propriè quid dicatur.*
2 *Sors est triplex.*
3 *Sors consultoria quæ dicatur.*
4 *Sors diuinatoria quid dicatur.*
5 *Sortilegi qui dicantur.*
6 *Sortilegium vnde dicatur.*



S.Tho. 1 Ortilegi sunt. &c.pro intelligẽtia istius diffinitionis est notandum iuxta S.Tho.in 2.2. q.95.arg.de.†quod sortes proprie dicun tur cum aliquid fit vt eius euentu consyderato aliquid occultum innotescat.†& 2 est triplex sors,quedam dr̃ diuisoria, q̃dam cõsultoria,quædam diuinatoria, diuisoria siue dimissoria dr̃ quando iudicio sortium requiritur,cui sit exhibẽdum,siue illud sit res possessa,siue sit honor, siue dignitas, 3 siue pœna,siue actio.† Sors vero consultoria dr̃ quando iu 4 dicio sortium requiritur quid agere oporteat.† Sors vero diuinatoria dr̃,quando iudicio sortium quæritur, quid sit futurum. Et secundum hanc rationem beatus Isidorus, vbi.s̃.videtur diffinire sortilegos dicens sortilegi.[sortilegi sunt qui sub nomine fictæ religionis].i. superstitionis [per quasdam quas sanctorum seu apostolorum vocãt sortes].s.quidam qui sub nomine apostolorum fecerunt librũ quem dixerunt librum apostolorum, volentes commendare sortilegia, pro eo q apostoli vsi sunt sortibus in electione Matthiæ [diuinationis sententias profitentur] aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promit- 5 tunt†vnde sortilegi dicuntur quasi sorte legentes,vel sorte 6 loquentes.†vnde sortilegium dr̃ à sorte & legium, quasi p sortes legentes,& manifestare se promittentes occulta, & futura, quæ longe sunt, imo nec subsunt humanæ cognitioni, sed tantum diuinæ iuxta illud Esa. 41. annuntiate quæ ventura sunt, & dicemus quod dij estis. vnde sortilegi diuini dicuntur, & vna species diuinationis sortilegium assignatur.

Exponit literam.

1 Exquirere aliquid per sortes an sit licitum, quod sic sortibus dimissorijs.nu.2.non sortibus consultorijs.nu 3.
4 Sorte consultoria potest quis vti in necessitate.
5 Sors diuinatoria est illicita omnino, & peccatum.
6 Peccatum quadruplex incurritur in vsu sortium.

¶ Quæstio secunda.



Vod autem. Sequitur 2.q. vtrũ sit peccatũ esse sortilegũ. Et an sit peccatum sortes exquirere,licet apud me magna videatur differentia, inter vnum titulum & alium licet Gratianus pro eodem habeat. Diuiditur autem hæc quæstio in tres partes. In prima probat, q nullum peccatum sit sortes exquirere tpe necessitatis.In 2.parte inducit in contrarium plures autoritates sanctorũ.In 3.parte quæritur,si possumus manducare idolatica.2.ibi,his itaque. 3.ibi,hoc autẽ.¶ Pro pleniori intelligentia huius quæstionis.Quæritur, † vtrum sit licitum per sortes aliquid exquirere.Et arguitur ad partes. Primo autoritate multiplici in litera posita.Et formaliter sic ratio pro omnibus.Ea quæ in scripturis à sanctis obseruata leguntur non videntur esse illicita,sed sancti viri tam in veteri quam in nouo testamento inueniuntur sortibus vsi esse,sicut patet de Iosue.Ios.7.& Iona, & de apostolis in electione Matthię.ergo &c.¶ Secundo dicit Aug.& habetur.j̃.in c.seq.Sors non est aliquid mali.¶ Tertio arguitur, dr̃ prouerb.18.contradictiones comprimit sors.ergo sortes exquirere non est peccatum.¶ In oppositũ est.j̃.q.5.ca. sortes,vbi Leo papa 4.damnat eos, & anathematis interdicto prohibet. Respondeo dicendum sub certis conclusio- 2 nibus prima.†Sortes exquirere dimissorias est licitum. Patet ista conclusio.Tum cũ est cõtentio in diuisione rerum quid cui dandum sit.Tum cum esset contentio in electione dignitatum secularium, vt quis esset potestas in aliqua communitate, & essent plures eiusdem meriti & idoneitatis,tunc licitum esset sorte absoluere hanc contentionem. Tum tertio cum esset contentio de aliqua pœna soluenda, quis eam deberet pati, sicut de pœna dr̃ Ionæ. 1. posset licite sorte vti,ad dirimendam contentionem, Tum quarto, cum esset contentio agendi aliquid vel peregrinandi, posset sorte licite dirimi,sicut fit apud nautas promittẽtes tempore periculi tempestatis peregrinationem ad sanctũ Iacobum,mittunt sortes quis eorum ibit,sicut me præsente semel in vna galea vidi.Tum quinto in casu in quo inter diuinos ministros fit disceptatio quis eorum persecutionis tẽpore maneat in ciuitate, ne fuga omnium deseratur ecclesia,potest licite sorte dirimi talis disceptatio, vt dicit Aug.in epistola ad Honoratum.¶ Sexto in casu in quo duo occurrerent cibi famem patiẽtes æqualiter, & essent paris meriti,& ęqualis necessitatis,& non haberent nisi tantum quantum vni sufficeret licite sorte vtendum esset, cui dandum esset q dari vtrique non posset vt dicit Aug.1.de do- 3 ctrina christiana.¶Secunda conclusio.†non est licitum vti sortibus consultorijs, in quibus consilium siue iudicium à demonibus sit expetendum.Ista conclusio patet, quoniã tales sortes sunt per scripturam sanctam reprobatæ, sicut legitur Ezech.21.q rex Babylonis stetit in biuio in capite duarum viarum commiscens sagittas, & interrogauit idola & ea cõsuluit.Sunt etiam sortes reprobatæ per canones, vt patet.j̃.e.qui sine.¶ Tertia conclusio†in necessitate põt 4 quis vti sorte consultoria ad consulendum Deum patet ex illo prou.16.Sortes mittunt̃ in signo,sed à domino recipe rantur.Et de tali sorte loquens Aug.dicit, q s̃m se non est malum.vnde S.Thom.vbi supra si necessitas immineat, licitum est cum reuerentia debita, præcibus ad Deum fusis diuinum iudicium implorare.Et gl.hic dicit sic. Si contentio esset de electione aliquorum, & est paritas vtrique in omnibus exemplo Matthiæ possunt fieri sortes, vt.j̃.e.ca. non exemplo,& q.5.non licet. Cum.n.non superest humanum consilium,tunc possumus recurrere ad diuinum, vt 22.q.2.quæritur,& 24.q.vlt.si nulla.vnde Parali.2.dr̃. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum,vt oculos ad te domine leuemus.¶ Quarta concl. 5 †Sors diuinatoria omnino est illicita & peccatum.ista conclusio patet.Tum ex c.sortes.j̃.e.q.5.Tum ratione sic.Accipere aliquam rem pro causa alicuius effectus, & euentus eiusdem quæ secundum naturam non est causa,nec efficacia super effectum,nec ad hoc talis res est ordinata à Deo, vt talem effectum efficiat, nec sit signum significans occultum,vt futurum inueniat,est superstitiosum vti tali &c.ad hoc quia ex quo non est causa, nec signum ex natura, nec ex diuina ordinatione respectu talis effectus assumitur res talis ex pacto,vel fallacia dæmonũ, aut hominum demoniaca sequentium instituta.Hoc.n.est superstitiosum,vt dicit Aug.sed vsus sortium est vsus rei, quæ ex natura nõ est causa talis effectus, nec signum efficax talis euentus rei, q̃ per sortes exquiritur,& hoc patet. Nam proiectio lapidis, vel taxillorũ,siue inspectio scripturæ,vel alterius quę sorte assumitur,nõ habet ex sui natura efficaciam eius, quod ex sortibus expectatur.s. an sit expediens exire domum, vel non exire,vel non ire ad forum,vel ire ad bellum,& sic de consimilibus.ergo tale ex sortibus exquirere est vanũ, & superstitiosum,& per consequens illicitum.¶ Secundo patet conclusio,quia vanum est,& superstitiosum expetere ex sortibus, quod est proprium Deo, patet quia in hoc subtrahitur diuino honori,& diuinę potestati,cuius solius est cognitio occultorum futurorum. ¶ De hac sorte diuinatoria est diffinitio Isidori in c.præcedenti,& de qua maxime canones loquuntur,vt inquit gl.in hoc loco inducẽs c.1.hi qui.Et tantum de hac questione vt occurrerit in his locis montanis.¶ His habitis dicendum venit ad rationes in oppositum.Et primo ad id quod August. dicit in sequẽti c.sors nõ est aliquid mali, hoc c.intelligitur de sortibus licitis quæ expectantur à Deo.¶ Et notandum iuxta San. 6 Thom.vbi.s̃.†q in vsu harum sortium potest quadruplex peccatum incidere, primo quidem si absque nulla necessitate ad sortes recurratur. hoc.n. videtur ad Dei tentationẽ pertinere.vnde Ambrosi.super Lucã,qui sorte eligitur humano iudicio non comprehenditur.Secundo si quis etiam in necessitate absque reuerentia sortibus vtatur. vnde Beda super actus apostolorum dicit, si qui &c.infra in capit. non exemplo.Tertio si diuina oracula ad terrena negotia conuertantur,vnde Augu.dicit hi &c.j̃.e.c.hi.Quarto si in electionibus ecclesiasticis quæ ex spiritus sancti inspiratione fieri debent aliqui sortibus vtantur.Vnde sicut Beda dicit super actus apostolorum, Matthias ante pẽtecosten ordinatus est sorte, quia.s. nondum erat plenitudo spiritus sancti effusa. Septem autem diaconi postea non sorte,sed electione discipulorum sunt ordinati. Secus autem est in dignitatibus temporalibus, quæ ad terrena disponenda ordinantur, in quarum electione plerunque homines sortibus vtuntur, sicut & in temporalium rerum diuisione.

Diuisio. Quæstio. 1 Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit in contrarium. Respondet. Prima cõc. Augu. Scda concl. Tertia cõ. Augu. S.Thom. Quarta. Augu. Augu. S.Thomas. Ambrosius.

1 *Sortis permissio quare fuit in lege veteri & non in noua.*

His itaque. Secunda pars. §. est, in qua Gratianus respōdet ad autoritates inductas ꝙ licitè sortibus vti possit. Et primo dat vnam responsionem cōem, ꝙ exemplis veteris legis non oportet semper arguere ad nouum, qm̄ multa permittebātur in lege veteri, quæ elimata sunt in nouo prohibitione ecclesiastica, licet nec euangelica, nec apostolica autoritate prohibeantur, sicut patet in exemplis positis in litera. vnde licet permitterentur sortes in veteri lege, & in eis nihil mali inesse monstretur, prohibētur tñ per canones fidelibus, vt sub hac specie diuinationis ad antiquos idolatriæ cultus redirēt, sicut de nimia curiositate circa artē astrologiæ exemplificat. ¶ Sed surgit qōt quare permissio sortis fuit in lege veteri & non in noua. ¶ Ad hoc respondetur iuxta Alex. de Hal. in 2. li. Lex erat vmbra futurorum, vt dicit apostolus ad Heb. 10. quamdiu ergo fuit vmbra, potuerunt durare signa, & non amplius. Sors autem signum erat indicens diuinam voluntatem, donec ergo veritas veneritin publico, concessæ fuerunt sortes in electionib. & in his quę ordinabantur tāquā vmbra ad veritatem. vnde dicit Beda hic. s. Matthias sorte eligitur, ne à lege discrepet, in qua summi sacerdotes sorte quærebātur, quia qrēdus erat verus sacerdótes, donec veniret ille, qui per ꝓpriū sanguinem introiuit semel in sancta sanctorū, cuius hostia immolata in die pentecostes spiritu sancto apparente est consummata. Donec ergo veniret veritas figuram licuit exerceri, & propter hoc electio Matthię facta est sorte ante pentecosten, in qua dabatur spiritus sanctus, nondum .n. facta erat publicatio veritatis, discipuli autem in ministerium post pentecosten electi sunt, vt ostēderetur ꝙ deinceps per electionem omnes prælati eligendi sunt non sorte. ¶ Secundo ad idem potest responderi ꝙ per autoritates illas nō est probatum quod sors diuinatoria quam canones tanta seueritate prohibent, & damnant, fuerit permissa aut concessa tanquam licita in lege veteri, vnde si aliquando factæ sunt ad cognoscendum aliquod occultum, factum est inspiratione diuina, & mandato Dei, sicut fuit de Iosue, & de Saule nec affuit in eis inuocatio dæmonum. Sed Dei. ¶ Tertio potest responderi, quòd sors a aliter sæpe accipitur in sacra scriptura, & aliter accipitur prout venit in vsus hominum. Nā aliquando sors accipitur pro certa & determinata parte temporis, & sic accipitur. Lucę 1. cum dicitur ꝙ Zacharias exijt sorte ad deponendum incensum. i. determinata hebdomada sibi assignata in qua inter sacerdotes intrabat deseruire in templo, & ponere incensum, & ita communiter dicitur. Ego in throno meo dicam missam .i. hebdomada vel die mihi assignata. Aliquando accipitur pro parte hæreditatis, siue temporalis, siue spiritualis. Hieremiæ 13. dicitur hæc est sors tua, parsque mensuræ. Aliquando pro electione gratuita, vt ibi, in manibus meis fortes meæ, & ad Ephesi. 1. dicitur, in quo etiam nos sorte vocati sumus. Aliquando accipitur sors quasi quoddam signum iudicans diuinā voluntatem non casu, nec fortuna, sed à Deo ordinatum, quomodo accipitur illud Actuum. 1. sors cecidit super Matthiam. vnde Dionysius libr. de diuin. nom. dicit ꝙ sors quæ cecidit super Matthiam fuit quidam radius de cœlo descendens, per quem diuina electio præmonstrata est apostolis, quòd Matthiam volebat in apostolum sublimari. Sortes autem de quibus nos loquimur sicut de rebus prohibitis, quæ permittunt diuinationem occultorum & actuum humanorum, qui non subduntur aut demonibus, aut astris, aut quibuscunque creaturis sed tantum soli Deo. Et ideo communiter sacrilegium ad superstitionem pertinet, quæ est illicita, & non potest fieri sine peccato, vt docet Augustinus libro secundo de doctrina Christiana capitul. sexto. Ad solutiones alias descendit Gratianus.

Quæstio. 1 Respondet Ale. de Ha.

Beda.

a ¶ Qđ sors a Sortis iudicium an admittatur de iure ciuili vide Petr de An. in c. [illegible] cle. nu. 4. de sorti.

Diony.

Augu.

Quod autem. Tertia pars. §. est, in quo incipit inducere autoritates ad probandum, quòd sortibus non sit credendum, nec vtendum. Et primo inducit capitulum hoc quod est Hieronym. Lege. ¶ [Non statim] quod non est statim id est differenter exēplis positis Ionæ, & Matthiæ arguendum, quoniam vt Hieronym. dicit speciale fuit in istis, & ideo non sunt trahenda in consequentiam. argu. 2. q. 1. monomachiam, &. j. ca. non exemplo patet.

Exponit literam.

HI qui. Sequitur ad idem c. hōc quod est Augu. ad inquisitiones Ianuarij. Summa est in rubro. Breue est & patet &c. Lege. ¶ [Hi de paginis euangelicis]. i. chartis & libris [sortes] futura Hu. [legunt]. i. colligunt. Hu. sicut cum aliquis aperit euangeliū, vt per illud quod primo occurreret præterita sciant, vel futura, & si optandum est vt id potius faciant est comparatiua permissio, quia permittitur minus malum, vt vitetur maius malum, vt 33. q. 2. si quod verius & c. in gl. quam ad dæmonia consulenda concurrant tamen mihi ista displicet consuetudo ad negotia secularia diuina oracula, id est diuini libri.

Augu.

NOn exemplo. Sequitur ad idem ca. hoc quod est Bedæ sup actus Apostolorum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. ostendit ꝙ exemplo Matthię & Ionæ, non est credendum sortibus. In 2. dicit ꝙ in casu in quo de necessitate oporteret vti sortibus in electionib. aliquorum seruanda est illa apostolorum cerimonia. s. fratribus collectis & præcibus fusis ad dominum. 2. ibi, sed qui Leg. ¶ [Non exemplo & c. tum priuilegia]. s. dist. 3. priuilegia. [sed qui] 2. pars.

Diuisio.

Exponit literam.

INtelligi. Sequitur hoc c. Au. in quodam sermone ad idem. Sūma est in rubro Lege. ¶ [Intelligi. non secundum Deū] per hoc discernit malos diuinos, qui arte & dolo dęmonum prædicant futura, & qui dæmones colunt à veris prophetis, qui spiritu Dei inspirati prædicunt futura, malos enim diuinos iubet occidi dicens, vir vel mulier in quibus phytonicus vel diuinationis inuentus fuerit morte morietur [non sic accipienda] quamuis vera sint.

Exponit literam

2 *Ad cultum diuinum pertinet aliquid dupliciter.*
4 *Demones expresse inuocati solent futura prenuntiare multipliciter.*
5 *Præstigium quid dicatur.*
6 *Necromantia quid dicatur.*
7 *Diuinatio per phytones quæ dicatur.*
8 *Geomantia quid dicatur.*
9 *Hydromantia quid dicatur.*
10 *Pyromantia quid dicatur.*
11 *Augurium quid dicatur.*
12 *Omen quid dicatur.*
13 *Chiromantia quid dicatur.*
14 *Diuinationis triplex est genus.*
16 *Diuinatio quid dicatur.*
17 *Futura possunt cognosci dupliciter.*
18 *Genethliaci qui dicantur.*



Llud. Ad idem est hoc c. Augus. li. 2. de doctrina Christiana c. 6. Summa est in rubro. Capitulum diuiditur in duas partes. In prima ostendit quæ facta hoīm sunt superstitiosa, & quę non, assignās multas species diuinationis. In secūda parte dicit quod diuinatio est fornicatio quædā spiritualis animæ. secunda ibi, hoc autem genus. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum diuinatio sit species superstitionis.
3 ¶ Secundum est vtrum sint plures species diuinationis.
15 ¶ Tertium est vtrum generaliter omnis diuinatio sit peccatum.

1 **Ad primum** sic proceditur. † Et videt̄ ꝙ diuinatio non sit species superstitionis: primo sic. Item non potest esse species diuersorum generum, sed diuinatio videtur esse species curiositatis vt dicit Aug. lib. de vera religione. ergo non est species superstitionis. ¶ Secundo sic, sicut religio est cultus debitus, ita superstitio cultus indebitus, sed diuinatio non videtur ad aliquem cultū pertinere, ergo diuinatio non pertinet ad superstitionem. ¶ In oppositum est capitulum præsens vbi omnia genera diuinationis ponit ad superstitionem pertinere. Respōdeo dicendum ꝙ diuinatio quæ demonum ministerio fit, species est superstitionis. Ista conclusio colligitur primo ex illo. Augu. 2. de doctrina Christiana dicentis, quòd quodcunque procedit ex societate dęmonum & hominum superstitiosum est, pro cuius intelligentia maiori est notādū iuxta

Primū ar.

Scđum ar.

Opponit & Respondet

iuxta S.Thom.in 2.2.q.95.ꝙ superstitio importat indebi-
S.Tho. 2 tum cultum diuinitatis.† Ad cultum.n. diuinū pertinet aliquid dupliciter. Vno modo cum aliquid Deo offertur, vel sacrificium, vel oblatio, vel aliquid hmõi. Alio modo cum aliquid diuinum assumitur, sicut reuerentia diuini nominis ad promissi confirmationem seu certificationem dicti, sicut dr̄ de iuramento. Et ideo ad superstitionem pertinet non solum cum sacrificium demonibus offertur per idolatriam, sed etiam cum aliquis assumit auxilium dæmonum, ad aliquid faciendum vel cognoscendum. Omnis autem diuinatio ex operatione dæmonum procedit, vel quia expresse dæmones se ingerunt vanis inquisitionibus futurorum, vt mētes hominum implicent vanitati, de qua vanitate in psalm.39.dicitur. Non respexit in vanitates & insanias falsas. Vana autem inquisitio futurorum est, quando aliquis aliquod futurum præcognoscere tentat, vnde præcognosci non potest. Vnde manifestum ꝙ diuinatio est species superstitionis.¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū arg. Ad primam respondetur negādo assumptum, quoniam aliquid secundum varias considerationes eius, aut conditiones potest pertinere ad diuersas species, & etiam diuersa genera, vt patet de pomo, quoniam pertinet secundum quantitatem ad genus quantitatis, secundū colorem ad genus qualitatis, & ſm saporē ad aliam spēm, & secundum odorem ad aliam. Diuinatio pertinet ad speciem curiositatis quantum ad finem intentum, quæ est præcognitio futurorum, sed pertinet ad superstitionem quantum ad modum operis, vt dicit S.Tho.vbi.s.¶

Ad secundū Ad secundam rationem respondetur negando minorem, dicimus .n. quod diuinatio pertinet ad cultum dæmonum inquantum aliquis vtitur quodam pacto tacito vel expresso cum dæmonibus.

3 Ad secundam quæstionē in qua quæritur, †vtrū sint plures species diuinationis, &

Primū ar. videtur ꝙ non.¶ Primo sic, vbi est vna ratio peccandi non videntur esse plures peccati species, sed in omni diuinatione est vna ratio peccandi.s. quia vtitur quis pacto dæmonum ad cognoscendum futura, ergo diuinationis nō sunt plures species.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic actus humanus speciem sortitur ex fine, sed omnis diuinatio ordinatur ad vnum finem .s.ad prænuntiationem futurorum. ergo omnis diuinatio

Primū ar. est vnius speciei.¶ Tertio sic, signa non diuersificant speciem peccati.patet.Siue.n. aliquis detrahit verbis vel scripto vel nutu est eadem species peccati, sed diuinationes non videntur differre nisi ſm diuersa signa, ex quibus accipitur præcognitio futurorum, ergo non sunt diuersæ species diuinationis.

Opponit in contrarium Respondet ¶ In oppositum est Isidorus in libr.Ety. vbi enumerat species diuinationis. Respondeo dicendum ꝙ plures sunt species siue genera diuinationis, patet ista conc.ex præsenti c.beati Aug. lib. de doctrina christiana,

S.Thom. Ale de Hal. pro quo notandum iuxta S.Tho.in 2.2.vbi.s.& concordat Alex.de Hal.in 2.Omnis diuinatio vtitur ad præcognitionem futuri euentus aliquo demonum consilio, & auxilio, quod quidem vel expresse imploratur. Vel præter petitionem hominis se occulte dæmon ingerit ad prænuntiandū quædam futura, quæ hominibus sunt ignota, eis autem co-

4 gnita†demones autem expresse inuocati solent futura prænuntiare multipliciter, quandoque præstigiosis quibusdā apparitionib. se aspectui, & auditui hominum ingerentes

5 ad prænuntiandum futura. Alexander† quandoque fuit in fantasijs rerum, vel illudificatione exterioris sensus, & hæc species vocatur præstigium, ex eo ꝙ oculi hominum præstringuntur ne possint cernere quod verum est. Quandoq; autem per somnia quæ ad vim imaginatiuam pertinet, &

6 hæc vocatur diuinatio somniorum.†Quandoque vero per mortuorum aliquorum fictam apparitionem, vel locutionem, & hæc species vocatur Necromantia, quia vt Isidorus dicit libr. etymologiarum, necros græce mortuus latinæ, mātia dinination nuncupatur, quia quibusdam incantationibus adhibito sanguine videntur resuscitati mortui diuinare, & ad interrogata respōdere.:Dicunt n. demones sanguinem amare, & ideo quoties necromātia fit cruor aquæ

7 miscetur, vt facilius demones prouocentur.† Quandoque vero demones prenūtiāt futura per homines viuos sicut in arreptitijs patet, & hæc est diuinatio p phytones. Et vt Isidorus dicit phytones à Phyton Apolline sunt dicti, qui

8 dicebatur author diuinandi.†Quandoque vero futura prenuntiant per aliquas figuras vel signa, quæ in rebus inanimatis apparent, quæ quidem si appareant in aliquo corpore terrestri puta virga vel in ferro, vel in aliquo lapide

9 polito, & talis vocatur geomantia.†Si autē in aqua hydromantia. Si autem in aere vocatur aeromantia. Si autem in

10 igne vocatur pyromantia.†Quandoque per figuras q̄ apparent in visceribus aīalium immolatorum in aris demonum, & ista vocatur aruspicium quasi inspectio aris. Diuinatio autem quæ fit absque expressa demonum inuocatione in duo genera diuiditur. quorum primum est cum ad præcognoscendum futura aliquid consideramus in dispositione aliarū rerum, & si aliquis conetur futura præcognoscere ex consideratione situs & motus siderum, hoc pertinet ad astrologos, qui & genethliaci dicuntur pp natalium

11 cōsiderationes dierum.†Si vero per motus seu voces auiū, seu quorumcunque aīalium, vel per sternutationes hominum, vel membrorum saltus hoc pertinet ḡnaliter per augurium quod dr̄ à gestu vel garritu auium, sicut auspicium ab inspectione auium primum pertinet ad aures. Secundū

12 ad oculos. In quibus.n.hmõi p̄cipue considerari solent †Si vero hmõi consideratio fiat circa verba hoīm alia intentione dicta quæ quis retorquet a futura, quę vult p̄cognoscere, hoc vocatur omē. Si vero considerētur aliquę dispositiones figurarū in aliquibus corporib. visui occurrentes

13 erit alia diuinationis species.†Nam ex liniamentis manus consideratio diuinatio sumpta, vocatur chiromātia quasi diuinatio manus. Diuinatio vero ex quibusdam figuris in spatula alicuius aīalis apparentis spatulantia vocatur. Ad scd̄m aūt genus diuinationis quę est sine expressa inuocatione dęmonū pertinet diuinatio, q̄ ex consideratione eorum q̄ veniūt ex quibusdā quæ ab hoībus serie fiunt ad aliquid occultum inquirendum, siue per protractionem punctorum, quod pertinet ad artē geomantię, siue per considerationem figurarum, quę proueniunt ex plūbo figurato in aqua proiecto, siue ex quibusdā schedulis scriptis, vel non scriptis in occulto repositis, dum cōsideratur quisquam accipiat vel etiam ex festucis inæqualib. propositis quis maiorem vel minorem accipiat, vel ex taxillorum proiectione quis plura puncta proijciat, vel etiam dum consideratur quid aperienti librum occurrat, quæ omnia sortium nomē habēt.†Sic patet ꝙ triplex est diuinationis genus, quo

14 rum primum est per manifestā dæmonum inuocationē, quod pertinet ad Necromanticos. Secundum autem est p solam considerationem dispositionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad Augures. Tertium est cum facimus aliquid, vt nobis manifestetur aliquod occultum, quod ptinet ad sortes. Sub quolibet autem horum multa continētur, vt patet ex iam dictis: his habitis dicendum est ad rōnes in oppositum.

Ad primū arg. ¶ Ad primā respondetur iuxta S. Th. ꝙ in omnibus speciebus prædictis diuinationis est eadē ḡnalis ratio peccandi sed non est eadē specialis. Multo.n. grauius est demones inuocare, quam aliqua facere quibus dignum sit, vt se demones ingerāt, & ideo ratio nō procedit.

Ad secundū ¶ Ad scd̄am r̄ndetur, ꝙ cognitio futurorum, vel occultorū est vltimus finis ex quo sumitur ḡnalis rō diuinationis, distinguuntur aūt diuersæ spēs, ſm propria obiecta siue materias prout.s.in diuersis rebus occultorum cognitio consideratur vt visum est. Nam quæ queritur in corpore terrestri dr̄ geomantia, quæ in aqua hydromantia &c. & ideo rō nō procedit.

Ad tertium ¶ Ad tertiam r̄ndetur negando minorē, quia res quas diuinantes attendunt considerātur ab eis nō sicut signa, quibus exprimāt quod iam sciunt, sicut accidit in detractione de qua arguebaī, sed sicut principia cognoscendi. Manifestum est autem, ꝙ diuersitas principiorum diuersificat speciem etiam in scientijs demonstratis.

15 Ad tertiam sic proceditur.† Et vr̄ ꝙ diuinatio nō sit semper illicita siue pc̄m̄.

Primū ar. Primo sic Gen.44. dr̄ de schypho in quo solebat Ioseph augurari sicut dicit famulus eius. Et postea subdiī ab ipso Ioseph. An ignoratis ꝙ non sit similis mei in augurandi scientia, ergo cum Ioseph vteretur augurio, & augurium sit species diuinationis, sequitur ꝙ omnis diuinatio nō sit illicita.

Secundū ar. ¶ Scd̄o sic, diuinatio ab aliquo diuino nominatur, sed ea quę sunt diuina magis ad sanctitatem pertinēt quam ad peccatum. ergo videtur ꝙ diuinatio non sit peccatum.

Tertiū ar. ¶ Tertio sic. Augu. dicit de lib.arb. Quis audeat dicere disciplinam esse malam, sed aliquę artes sunt diuinatiuæ vt patet per philosophū li.de memoria, ergo videtur ꝙ diuinatio nō sit peccatum.

Opponit & Respondet. ¶ In oppositum est illud Deuter.18.nō sit qui consulat

Respondet. sulat phytones,nec diuinos.¶Rñdeo dicendū ꝙ diuinatio est illicita & pctm̄. Quæ conc.patet in præsenti c. Itē patet ex illo Nu. 23. Non est augurium in Iacob,†nec diuinatio in Israel.in quo innuitur ꝙ non fuit licita.Pro cuius qōnis pleniori intelligentia , vt sciatur quid sit diuinatio quæ dr̄ illicita,sciendum ꝙ in nomine diuinationis intelligitur q̄dam prænuntiatio futurorum,nō quæcunque,sed supersti
16 tiosa.vnde diuinatio diffinitur.†diuinatio est superstitiosa
17 inuestigatio præscientiæ.Pro quo notandum† ꝙ futura dupliciter cognosci possunt.vno modo in seipsis. Causæ autē futurorum tripliciter se habent. Quædā.n.producūt ex necessitate,& semper suos effectus,'& hmōi effectus futuri p certitudinē præcognosci possunt,& prænuntiari ex cōsideratione suarum causarum.sicut astrologi prænuntiāt eclypses futuras.Et de tali precognitione futurorū ponitur cōc.
¶ Diuinatio. Adde ꝙ diuinatio regulariter sonat i malū. Pe.de An.in c.1.nu.2.de sortil.
a ꝙ talis non dr̄ diuinatio,ª nec talis præcognitor dr̄ diuinator. ¶ Quædā vero cāæ producunt suos effectus non ex necessitate,vt semper,sed vt in plurib. Raro tñ deficiunt, per huius cās possunt præcognosci futuri euentus, non quidē per certitudinem,sed per quandā coniecturā,sicut astrologi per considerationem stellarum quædā præcognoscere possunt,& ꝑnuntiare de pluuijs, & siccitatib.& medici de sanitate & morte,de qua præcognitione est concl. alia.s.ꝙ talis non dr̄ diuinatio,nec ꝑcognitor diuinator.¶ Quædā vero causæ sunt q̄ si s̄m se considerentur se habent ad vtrūlibet ꝙ præcipue videtur de potentijs irrationabilib. quæ se habent ad opposita s̄m philosophū,& tales effectus vel etiā si qui effectus vt in pauciorib.casu accidunt ex natura lib.causis per considerationem causarum,prænosci nō possunt,quia eorum causæ non habēt inclinationem determinatā ad hmōi effectus. Et ideo effectus hmōi prænosci nō possunt , nisi in seipsis considerentur . hoīes aūt in se ipsis hmōi effectus cōsiderare possunt solum dum sunt præsentes,sicut est cum hō videt fortē currere vel ambulare , sed consideratio hmōi antequā fiat est Dei proprium , qui solus in sua æternitate videt ea,quæ futura sunt quasi præsentia.vnde dr̄ Es.46.annuntiate quæ futura sunt in futurū,& sciemus quia dij estis vos. Si quis ergo hmōi futura prænoscere aut prænuntiare quocunq; modo præsumpserit, nisi Deo reuelāte vsurpat sibi ꝙ Dei est,& ex hoc aliqui diuini dicūtur,vnde dicit Isidorus.li.Etym.diuini dicti quasi deo pleni.diuinitate.n.plenos se simulant,& astutia quadā fraudulentia hoībus futura cōiectant , patet ergo ꝙ diuinatio non dr̄ si quis prænuntiet ea,quæ necessario eueniunt , vel vt in plurib.quæ humana rōne prænosci possunt,nec etiā si quis futura alia contingētia Deo reuelante cognoscat,tūc .n.non diuinat.i.quod diuinum est facit, sed magis ꝙ diuinum est suscipit,tunc autem solum dr̄ diuinare qñ sibi indebito modo vsurpat prenuntiationem futurorum euentuum.hoc aūt cōstat esse peccatum . vnde diuinatio semp est pctm̄,pp hoc Hier.dicit super Mattheū,ꝙ diuinatio sp in malam partē accipitur.¶ His habitis dicēdum est ad opposita.Ad primum dicendum iuxta S. Th.& Alex. de Hal. in 2.ꝙ Ioseph non est vsus augurandi scientia , sed habuit spiritum prouidendi aliqua futura à Deo.Quod autem dicit neminem ei similē in augurandi scientia.Respondetur ꝙ hoc loco dixit , non seriose ferens forte hoc ad id quod vulgus de eo opinabatur,& sic etiā dispensator eius loquutus est.vnde non est habendum mendosūm quia mēdaciū à mendacib.serie agitur non casu. ¶ Ad secundam rñdetur iuxta S.Th.ꝙ ratio non procedit,quia diuinatio non dr̄ ordinata participatione alicuius diuini , sed ab indebita vsurpatione,vt dictum est.¶ Ad tertiam rñdetur,ꝙ artes quædam sunt ad præcognoscendum futuros euētus,qui ex necessitate vel frequenter proueniunt & tales ad diuinationē non pertinent sicut dictum est,& de talib.disciplinis loquitur Aug.ad cognoscendum vero alios futuros euentus nō sunt aliquæ veræ artes seu disciplinæ, sed fallaces & vanæ ex deceptione dæmonum introductæ vt dicit Aug. in 21. de ciuit.Dei.Nunc veniendum est ad literā.Lege.¶ [Illud superstitiosum. quicquid &c.] habeatur regula generalis, omnia hæc quæ ad faciendum aliqd vel præcognoscendū quæ nec ex se,nec ex diuina ordinatione efficaciā habent, nec ad hoc instituta sunt,signa superstitiosa sunt dæmonū arte inuenta ad homines seducendos , & decipiendos s̄m Aug.in eodem lib.de doctrina christiana.[quicquid]institutum est ab hominib.deceptis à diabolo[volumina].i. li. de quo genere sunt aruspicium , quod dr̄ ab inspectione

Isido. — Hierony. — Ap primū argu. — Ad scdm. — Ad tertium — Exponit literam. — Augu.

auium[& auguriū]quod dicitur à gestu, vel garritu auiū. [ligaturæ ac remedia.] quæ medicorū disciplina condemnat,quia talia nec ex se,nec ex diuina ordinatione causalitatem siue virtutem sanandi habent [siue impræcationib. notis &c saltandis.]cum aliquod membrum salit,vel vena in membro,vel aliquod animal ante eum saltat. Hug. non ad temperationem corporum,quia non obtēperatur corpus hmōi physicum causa excussionis.Arc.[in aures]quas portant matronæ in summitate aurium, hic nō dr̄ ꝙ in aurib.sit superstitio quo ad mulieres, sed quo ad hoīes. Archid.[ansulæ].i. annuli facti de ossibus struthionum causa lucri,dicunt magis lucrari qui tales portant. vnde mercatores & bancharij portant annulos vt plus lucrentur,& est fatuum Arch.[medius interuenit]hoc non officit,quia verus amor spatio terrarum non minuitur,nec liquoris aquę interiacentis.24.q.1.c.qm̄ vetus Arc.[genethliaci]†.i.astro
18 nomi,qui generationes hominum per cursus stellarū inuestigant,& inde conantur actiones & euentus hominum ꝑcognoscere.[mathematici].i.diuinatores.[hoc aūt genus] 2.pars fornicatio dr̄,'quia relicto sponso vero. s. Christo , copulantur per infidelitatem diabolo etiam si dixerint vera , [non minus] execranda sunt sacrilegia illa ponit duo exempla.Primum cum ait[non.n.imago].i.diabolus[in figura Samuelis pronuntiauit]1.Re.28.[aut quia.] Secundū exemplum[fœminam].s. puellam quādam habentem spiritum phytonicum[ventriloquam].i.loquentem per spiritum quem habebat in ventre quæ testimonium perhibuit apostolis,ꝙ essent serui Dei. [ideo Paulus pepercit] quasi diceret non , sed potius fœminam mundauit mandando spiritui malo , vt exiret ab ea.[omnes igitur.]concludit ex dictis omnia talia esse fugienda à christiano.

Hugu. — Archi.

6 *Illicitum esse aliquid dicitur dupliciter.*
7 *Ars notoria quod sit prohibita propter multas causas.*
9 *Scientia ex se est bona.*



Vi sine. Ad idē sequitur hoc c.B. Aug. li.de ciuit.Dei.Summa est, qđ non est expetenda sanitas nec scientia per magicas artes.Et diuidit̄ hoc c.in tres partes.In 1.dicit qui non a Deo sed aliunde q̄rit salutem,aut prudentiam.s.per magicas artes,tales nec sunt sani,sed ęgri,non prudentes,sed stulti. In 2.dicit ꝙ tales prædicta inquirentes à dæmonibus si nō se correxerint,æternam damnationē acquirunt.In 3.ostēdit ꝙ omnes magicę artes per dęmones introductæ sunt. 2.ibi,proinde omnis.3.ibi,itaque. ¶ Pro pleniori intelligentia quæruntur sex: Diuisio

1 ¶ Primum est vtrum obseruationes quæ fiunt ad immutationem corporum vt ad sanitatem vel aliquid huiusmodi sint licitæ.
2 ¶Secundum est vtrum suspendere diuina verba ad collū pro sanitate sit peccatum.
3 ¶Tertium est vtrum portare reliquias ad collum vel secū sit licitum.
4 ¶Quartum est vtrum carminationes quibus carminantur infirmi siue pueri sint licitæ.
5 ¶ Quintum est vtrum inquirere scientiam vtendo obseruationibus artis notoriæ sit licitum.
8 ¶Sextum est vtrum huiusmodi artes magicæ sint à Deo.
1 **Ad primum** sic proceditur.† Et videt̄ ꝙ tales obseruationes sint licitæ.Primo sic.Licitū est vti naturalibus virtutibus corporum ad proprios effectus inducendos. Res autem naturales habent aliquas occultas virtutes , quarum ratio ab homine assignare,non potest,sicut quōd adamas trahit ferrum,& multa alia,quæ Augustinus numerat 21. de ciuitate Dei. ergo videtur ꝙ vti huiusmodi rebus ad corpora immunda non sit illicitum.¶ Secundo sic,demones multipliciter possunt corpora transmutare,vt dicit August.3.de trin.sed eorum virtus à Deo est.ergo eorum virtute ad aliquas huiusmodi mutationes faciendas vti eis simpliciter non est illicitum. ¶ In oppositum est tex.præsentis c.vbi dicit August.qui sine saluatore salutem vult habere,non sanus sed ęger est.¶Respōdeo dicendum, ꝙ obseruationes siue vsus quarumcunque rerum ad corpora immutanda vel ad salutem querendam per ea quæ ex natura sua , nec ex ordinatione diuina habent ordinem ad productionem talis effectus siue salutis siue

Primū a — Scdum a — Opposit contrariu — Augu.

huc alicuius alterius sunt licitæ.patet ista concl.ex illo Au. 2.de doctrina christiana,& est habitum in c.præcedenti il lud.vbi dicit ad superstitionem pertinent oēs ligaturæ, ac remedia,quæ medicorum quoque disciplina damnat,siue imprecationib.siue in quibusdam votis characteres vocāt siue in quibuscunque suspendendis ac ligandis vel etiā saltandis,pro cuius conclusionis plena intelligentia est notan dum iuxta S.Tho.vbi.s.ꝙ in his quæ fiunt ad aliquos effectus corporales inducendos considerandum est vtrum naturaliter possent tales effectus causare,& tunc est cōclusio, ꝙ talib.rebus vti non est illicitum,sicut cum vtimur rebus medicinalibus,quæ naturaliter ad sanitatem inducendam habent efficaciā,sicut vtimur reubarbaro ad cholerā purgandā,& sic de alijs. Si aūt non videatur talia tales effectus causare,tunc est concl. quod talium rerum obseruationes ad corporum immutationē non sunt licitæ,patet cōcl.qm̄ cum tales res naturalem nō habeāt virtutem ad tales effectus inducendos: consequens est, ꝙ non adhibeātur tāquā causæ sed solum quasi signa,& sic pertinēt ad pacta significationum cum dęmonib. inita.vnde Aug.dicit 20.de ciui. Dei.Alliciuntur demones pro creaturas quas non ipsi sed Deus condidit delectabilib.per sua diuersitate diuersis,nō vt aīalia cibis,sed vt ipūs signis quæ cuiuscunq; delectationi congruunt per varia gnā lapidū, herbarum, lignorum, aīalium,carminū,rituū.¶ His habitis dicēdū est ad rōnes in oppositum.Ad primam rn̄detur iuxta S.Th.ꝙ si simpliciter adhibeantur res naturales ad aliquos effectus producendos,ad quos putantur naturalē habere virtutem,vti eis non est superstitiosum,nec illicitum.Si vero adiungantur vel characteres aliqui,vel aliqua numina,vel aliæ quæcunque variæ obseruationes quas manifestum est non habere naturaliter efficaciā superstitiosum est & illicitū.¶ Ad secundam respondetur negando consequentiā.Et rō est iuxta S.Th.quia ad dn̄m pertinet diuinæ potestatis cui dæmones subsunt,vt eis vtatur Deus ad quęcunque voluerit,sed hmōi nō est potestas super dæmones commissa, vt eis vti possit ad quodcunque voluerit,sed est eis contra dæmones bellum inditum,vnde nullo modo licet homini dæmonū auxilio vti per pacta tacita vel expressa,& hoc sufficit.

S. Tho. — Augu. — Ad primū arg. — Ad secundū

2 Ad secundum sic proceditur.†Et vr̄ ꝙ licitū sit portare ad collum suspensa diuina verba in remediū sanitatis sic.Non.n.diuina verba sunt minoris efficaciæ, cum scribuntur,quam cum proferūtur. Sed aliqua verba dicere ad aliquos effectus puta ad sanandum infirmos,sicut pater noster,& aue maria,vel qualitercunque nomē domini inuocetur ₰m illud Marci vlt.In nomine meo dæmonia eijcient linguis loquentur nouis,serpētes tollent.ergo vr̄,ꝙ licitum sit aliqua sacra scripta collo suspendere in remedium infirmitatis vel cuiuscunq; nocumenti.¶ In oppositum vr̄ esse c.præsens quia tales cū cōiter seruent aliqua superstitiosa in prædictis scriptis,vel in modo scribendi,vel in tpe,vel huiusmodi, vidētur sine saluatore quærere salutē.Itē Chrisost.super Matt.dicit quidā aliquā partē euangelij scriptam circa collum portant. Sed nonne cotidie euangelium legitur & auditur ab oīb. Cui ergo in aurib. posita euangelia nihil ꝓsunt,quomodo possunt circa collum suspensa saluare.¶ Respondeo dicēdum iuxta S.Tho.ꝙ in hmōi oībus scripturis suspensis plura veniunt cōsiderāda. primo quidem quid sit quod profertur, vel scribitur,quia si est ibi aliquid ad inuocationes dęmonum pertinēs,tunc est concl.1.ꝙ talia scripta non sunt portāda, patet quia tale scriptum manifeste est superstitiosum & illicitum.¶ Similiter secundo vr̄ considerandum si cōtinet ignota nomina,si sic, tunc est cōcl.ꝙ tale scriptum nō est portandum ne sub illis noībus aliquid illicitū lateat.vn̄ Chrys.dicit super Mattheum, ꝙ non phariseorū fimbrias suas exemplum magnificantium nunc multi aliqua noīa hebraica angelorum cōfingunt, & scribunt,& alligant, q̄ non intelligentib.metuenda videntur.¶ Tertio est etiam considerandum,ne aliquid falsitatis contineat, & si sic,est concl.ꝙ tale scriptum non est portandū patet,quia sic eius effectus non posset expectari à Deo qui non est testis falsitatis.¶ Quarto cōsiderandum est,si cum verbis sacris continentur ibi aliqua vana, puta aliqui characteres inscripti præter signum crucis,aut si spes habeatur in modo scribendi,aut ligādi,aut in hmōi vanitate quæ ad diuinā reuerentiam non pertineat,& tunc est concl.quarta,ꝙ tale scriptum non est portandum,patet,quia hoc iudicaretur superstitiosum rōne illarum vanitatum.¶ Quinta conc.istis nō interuenientib.portare talia scripta ad collum infirmitatis causa est licitum.¶ Ad rationem in oppositum respōdetur. ꝙ etiam proferre diuina verba aut inuocare nomen dn̄i si est respectus ad solā reuerentiā Dei, à quo expectatur effectus licitum erit.Si vero habeatur respectus ad aliquid vane obseruatum erit illicitum. Et ita dicendum est de scriptis quæ portantur vt dictum est.

Primū ar. — Opponit in contrarium — Secūda opi — Respondet. S Thomas. — Prima cōc. — Secda conc. — Chrysosto. — Tertia cō. — Quarta cō. — Quinta cō. — Ad arg.

3 Ad tertiam †patet responsio quodam modo, qm̄ vt dicit S.Th.vbi.s.si portētur ex fiducia Dei & sanctorum,quorum sunt reliquiæ,non est illicitum portare.Si aūt attenderetur aliquid aliud vanum,puta ꝙ vas esset triangulare,vel aliquid huiusmodi,quod nō pertineret ad reuerētiam Dei,& sanctorum,esset superstitiosum & per consequens illicitum.

Respondet. S. Thom.

4 Ad quartam †Rn̄detur,sic ₰m Guilielmum.Si nihil superstitiosum dicunt,vel faciūt vel mandant fieri,vel dici, sed tm̄ vtuntur præcibus licitis & adiurationib.sicut per passionem,& crucem, & similia, non peccant nisi talia fecerint post prohibitionem ab ecclesia sibi factam,& rationabiliter essent prohibendi à talibus viri & mulieres, quæ multa superstitiosa & inutilia solent immisceri,nisi fierent per aliquem discretum & deuotum virum,qui funderet præcem nō super pomum,& cingulum,sed super infirmum manum imponens,iuxta illud Mat.vlt.Super ægros manus imponent,& bene habebunt.

Respondet Guilie.

5 Ad quintam sic proceditur.†Et videtur ꝙ inquirere scientiā vtendo obseruationib. artis notoriæ sit licitū.† Dupliciter.n. dr̄ aliquid esse illici-
6 tum.vno modo ₰m genus operis, sicut homicidiū vel furtum. Alio modo ex eo ꝙ ordinātur ad malum finem,sicut quis dat eleemosynam ꝑꝑ vanam gloriā, sed ea quæ obseruantur in arte notoria ₰m genus opis nō sunt illicita.Sunt .n.quædā ieiunia & orationes quæ ad deū ordinantur. Etiā ad bonum finem,quia.s.ad scientiā acquirendam:ergo vti hmōi obseruationib.artis notoriæ non est illicitum .¶ In oppositum videtur esse ca.præsens, quia tales qui vtuntur hmōi obseruationib.quæ sunt superstitiosæ videntur velle sine diuina sapientia esse sapientes. ¶ Rn̄sio.dicendum ꝙ inquirere scientiā vtendo obseruationib.artis notoriæ nō est licitum, ista concl.patet.dr̄.n.Deut.18.non inueniatur in te qui quærat à mortuis veritatem,quæ quidem inquisitio innititur auxilio dæmonum,sed per obseruātiam artis notoriæ inquiritur cognitio veritatis per quædā significātia pacta cum demonib.inita.ergo vti arte notoria non est licitum.ergo ars illa,si ars sit dicenda prohibita est,nec est licitū fidem adhibere,licet ponātur aliqua quæ à fide christiana non discrepēt.Apponuntur.n.vt facilius alijs credat.
7 †prohibita.n.est multis de causis vt dicit Alexā. de Hal.primo quia ponuntur ibi nomina plura,quæ ignorant intellecta.Secundo quia attenditur ibi inspectio horarum, quasi virtute astrorum illa fierent. Tertio quia fiunt protractiones quædam & lineationes hac intentione vt earum inspectione acquirantur diuersæ scientiæ,& artes,vt sic falsa credulitas in cordib.hoīm gn̄etur.iuxta S. Th.probatur eadē conc.sic.talis ars vtitur ad sciētiā acquirēdā quibusdā,q̄ nō habēt ₰m se virtutē cāndi sciētiā,sicut inspectione quarūdā figurarū, & ꝓbatione quorūdā ignotorū verborū, & alijs hmōi.Et iō huiusmodi ars non pōt vti hmōi vt causis,sed vt signis.nō aūt signis diuinitus institutis sicut sunt sacramētalia signa.vn̄ relinquit ꝙ sūt vana,& supuacua signa,& ꝑ cōsequēs ꝑtinētia ad pacta q̄dā significationū cū demonib.placita,atq; fęderata,& iō ars notoria penitus est repudienda,& fugienda christiano,sicut alię artes mitigatoriæ, vel noxię supstitionis vt dicit Aug.2.de doctrina xpiana.

Primū arg — Opponit in contrarium — Respondet — A.deHal. — Respondet

8 Ad sextam quæstionem. Respondet.† ꝙ hmōi artes magicæ nō sunt à Deo sed sunt à dæmonib.vt dicit Augu. hic in litera huius c.ibi itaque &c. nec dicenda est ars magica vera ars,q̄a non ex ordinatis principijs,sed ex illusionibus diabolicis.Cum autem falsa prædicet modo diuinationis totum est à demonib.vel ex humanis inuentionib.& ideo damnatæ sunt.Leg.¶ [Qui sine saluatore salutē corporalē & sine diuina sapientia prudentem fieri posse insanus] mēte est[sed bene eger est.]nesciens quōd à solo Deo pendet salus tam aīæ q̄ corporis,& ab ipso solo petenda est, sicut à datore eius[& non prudens sed stultus] & vere stultus, nesciēs ꝙ oīs sapientia & prudētia à Deo est. vn̄ psalmista ait

Exponit literam. — Psal. 26.

Dñs illuminatio mea & salus mea quem timebo, & hono rabo, sicut fontem luminis sapientiæ,& oīs salutis[ac proinde]2.pars.[oīs inquisitio.]Nota ꝙ non dicit scientia, sed
9 inquisitio.†Sciētia.n.bona est, sed inquisitio illius per mo dum nō debitum sicut quæ per artē notoriā fit est illicita, & mala.[& oīscuratio quæ à diuinis &c.mors potius dicē da est quā vita]voluntas.n.demonis non est curare, sed ad interitū aīæ & corporis hoīem deducere. vnde qui ad demones pro salute currunt mortē incurrūt.vnde rex Ozias infirmus xepetiuit salutē à Beelzebub falsum deum acharon sententia dñi mortuus est 4.Reg.1.[itaque]3.pars.[humanitas].i.inuentiones[infernorum]alias inferiorum[au rispicia &c.]de omnibus dictum est.s.c.illud.

2 *Inquisitio per astra effectum contingentium per accidens siue in rebus humanis siue in rebus naturalibus est illicita,& num.3.*

7 *Mores hominum & euentus futurorum causantur a syderibus dupliciter.*

9 *Astrologiæ duæ sunt partes.*

LLos. Ad idem est hoc c.in lib.4.confess.Summa est, ꝙ christiana pietas planetarios damnat.Et diuiditur in duas partes.In 1.dicit,ꝙ Aug.quondā.s.cum adhuc Manicheorum teneretur errore consulebat astrologos, quos planetarios vocant,& credebant ꝙ licite ex quo ibi nullū sacrificium aut preces dirigerentur ad aliquem spiritum.In 2.parte dicit, ꝙ illos christiana & vera pietas expellit, & damnat.2. ibi, quod tamen.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur quinque. Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum diuinatio per astra & planetas sit licita.

4 ¶Secundum est vtrum ex impressione cœlestium corporum causetur hominibus diuersitas morum.

6 ¶Tertium est vtrum imagines quas faciunt astronomi sint virtutis alicuius ad efficiendum aliquos effectus.

7 ¶Quartum est vtrum sit licitum per inspectionem astrolabij inquirere aliqua occulta.s.furta.

8 ¶Quintum est vtrum scientia astrologiæ sit reprobanda siue abijcienda à fidelibus.

1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur ꝙ diuinatio p astra sit licita.Primo sic.Licitū est diuersa luminaria corporum celestium hr̄e diuersas impressiones in inferiora ista.dicit.n.Au.de ciui.Dei.Nū vsq; quā absurde pōt dici ad corporum drīas afflatus valere sydereos, sicut in solarib.accessibus videmus ipsius anni tempora variari,& luminarib. incremētis & decremētis augeri, & minui quædam genera rerum, sicut mirabiles estus oceani.ergo vr̄ ꝙ cum licite potest quis cognoscere ex inspectione astrorū multos effectus futuros, ita diuinatio p astra erit licita.¶ Secundo sic confirmando rōnem factam Licitum est ex inspectione causarum prænuntiare effectus, sed corpora cœlestia sunt cā eorum,quæ sunt in hoc mundo,vt dicit Diony.4.de di.no.ergo diuinatio q̄ fit per astra est licita. ¶Tertio diuinatio videtur illicita inquantū innititur pacto cum demonib.inito, sed hoc nō est in diuinatione,quæ fit per astra, sed solum consideratur dispositio causarum ergo idem quod prius.¶ In oppositum est ca. præsens.¶ Respondeo dicendum iuxta S.Tho.ꝙ cum non quæcunq; præcognitio futurorum effectuum, vel euētuū dicatur diuinatio,sed superstitiosa inuestigatio præsciētiæ futurorum, est dicēda diuinatio, cum quis ex inspectione astrorum siue cœlestium corporū de futuris aliqua cognoscit,& prænuntiat, vt de his quæ ex necessitate eueniunt, quo modo astrologi prænunciant eclipses futuras in quo casu, nec isti dicuntur diuinare, nec eorum prænuntiatio dicitur diuinatio, sed tunc superstitione vtuntur, vanitate, qui ex inspectione stellarum volunt cognoscere ea, quæ per ea cognosci non possunt. Cum autem ex inspectione stellarum non possit accipi cognitio futurorum, nisi sicut ex causis præcognoscuntur effectus:sit ista prima
2 concl.†ꝙ inquisitio per astra effectuum contingentiū per accidens,siue in rebus humanis,siue in rebus naturalib.est illicita,patet ista concl.Illa quæ subtrahuntur à causalitate cælestium corporū subtrahuntur à cognoscibilitate per celestia corpora,patet ex dictis. Sed hmōi effectus p accidēs sunt hmōi,patet quia vt ait philosophus 6.Met.Ens per accidens non habent causam & pcipue naturale cuiusmodi est virtus cœlestium corporum,quia quod per accidēs est, nec est ens proprie nec vnum, sicut ꝙ lapide cadente fiat terræ motus,vel hoīe fodiente sepulchrū inueniatur thesaurus.Si quis ergo vtatur consideratione astrorum ad p̄cognoscendos futuros cāles vel fortuitos euentus,erit diuinatio superstitiosa Si vero aliquis vtat̄ cōsideratione astrorum ad præcognoscēda futura quæ ex cœlestib. causantur corporib.puta siccitate,& pluuia,& hmōi,non erit illicitū nec superstitiosum vt dictum est.
3 ¶ Scđa concl.† Si quis cōsideratione astrorum vtatur ad p̄cognoscendum per certitudinē futura opera hominum erit inquisitio illicita, & diuinatio illicita, probat̄ conclu.quia actus liberi arbitrij ꝙ est facultas voluntatis & rōnis,non subdunt̄ cālitati corporum cœlestiū,cum intellectus siue rō nec sit corpus,nec actus organi corporei,vt patet 3.de aīa. Nullū aūt corpus pōt imprimere in rē incorporeā,vñ impoſſe est ꝙ corpora celestia directe imprimant̄ in intellectū & voluntatē,vñ celestia corpora nō pn̄t esse per se cā operum liberi arbitrij, possunt tn̄ ad hoc dispositiue inclinare inquātū imprimūt in corpus humanum & per consequēs in vires sensitiuas q̄ sunt actus corporalium organorum,qua inclināt ad humanos actus,vt dr̄ plenius in sequenti qōne.verum quia vires sensitiue nō obediunt rōni sp, vt patet per phūm 2.de aīa, & in 1.eth.nulla necessitas ex hoc li.ar.imponit̄ sed ꝙ ordinationē celestium corporum hō pōt per rōnē opari,patet ergo,ꝙ inquisitio per certitudinē per astra actuum humanorum p̄cedit ex operatione falsa, & sic opatio dæmonis se immiscet,vñ erit diuinatio superstitiosa & illicita.Quib. habitis dicēdum est ad rōnes in oppositum.¶Ad primā & scđam rn̄det̄,ꝙ vti inspectione astrorum ad p̄gnoscēdum futura,q̄ ex celestib. causantur corporib.nō est illicitum. ¶Ad tertiā dicēdum negādo minorē,vnde licet qn̄q; sacrificium nullum fiat, ibi tn̄ dæmones se immiscent, vñ hoc decepit Au.existēte manicheum sicut dr̄ in c.isto Au.2.li.sup Gē.ad literā dicit.fatēdum est qn̄ à mathematicis vera dicunt̄ instinctu quodā occultissimo dici, q̄ nesciētes humanæ mētes patiant̄, qđ tn̄ ad decipiēdos hoīes fit p spiritum immundorum & seductorum operatio est,quib.q̄dā vera de tpalib.rebus nosse permittunt. vnde cōcludit. Quapp bone xpiane, siue mathematici siue quilibet impie diuinātium, & dicētes vera cauēdi sunt. ne cōsortio demoniorū animam] deceptam pacto quodam societatis irretiant.

4 Ad secundum sic proceditur.†Et vr̄ ꝙ ex imp̄ssione celestium corporum causetur in hoīb.diuersitas morum.Primo sic,p̄cognitio aliquo rum futurorum nō pōt accipi,nisi ex illis,in quib. illa futura sunt aliquo mō sicut in causis, sed p̄cognitiones operū humanorum ex libe.arb.pēdētium accipiunt̄ ex morib.celestium, sicut patet astrologicis, q multa de his diuinādo p̄dicunt.ergo vr̄,qđ corpora celestia habent causalitatē super ea,q̄ ex libe.arb.pendēt. ¶ Scđo cōfirmando arguitur sic,dicit philosophus in li.de proprietatib.elemētorum,ꝙ regna vacua facta sunt apud cōiunctionē duorum magnorum planetarū.s.Iouis & Saturni,sed hoc nō esset,nisi bella & lites ex astris penderēt. ¶ Tertio sic,ad vniuersitatis ordinē spectat, vt oē qđ non eodē mō se habet reducat̄ ad cām sp eodē mō se habētē,sed actus ex libe.arb.depēdētes maxime sunt variabiles,ergo oportet eos reducere in motus celestes sicut in cās vniformes.¶ In oppositum arguit̄ sic,dicit philosophus 3.ethic.In nobis est bonos vel malos esse,sed boni vel mali efficimur p actus nr̄os.ergo in nobis est ꝙ nos actus nr̄os faciam⁹ bonos vel malos. nō ergo cāntur ex aliqua impressione virtutis celestis.¶Rn̄deo dicendum iuxta S.Th.& do.Bonauē.in 2.di.15.†ꝙ mores hoīm
5 & euētus futurorum à syderib.cāri dupl̄r pōt intelligi.aut necessario & sufficiēter aut dispositiuè,& contingent.Si primo mō.¶Tunc est cōcl.ꝙ ex impressione corporum celestium nō cātur in hoīb. diuersitas morum. p̄bat̄ hęc cōcl. multipl̄r.primo sic.Si diuersitas morum cāretur ex positione syderum cum motus eorum sit naturalis & necessarius diuersitas morū in hoīb. p̄ueniet naturaliter & necessario & nō ex lib.ar.& tunc nō habebit locum in opib.humanis cōsiliū,nec meritū,erit nec laus bonis,nec vituperiūmalis, sed hoc est maximū incōueniēs, ergo impossibile ē ꝙ morū diuersitas causet̄ à positionib.siderū.Scđo sic p̄bat̄.dicere diuersitatē morū pēdere necessario & sufficiēter ex siderū positiōe repugnat xpiane religiōi,repugnat sensui,&rōni.ergo cōcl.vera: p̄bat̄ assumptum ꝙ repugnet xpiane religioni

Margin notes: Primū ar. — Scđum ar. — Diony. — Tertium ar. — Opponit & Respondet. — Scđa conc. — Ad primā argu. — Ad scđm, Ad tertium — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit in contrarium. — Respondet. — Prima cōcl.

ligioni patet, quia cum tali errore non pōt saluari veritas fidei, patet quia dū ponit mores hoīm causari à syderū positione, sicut argutū est.s.tollit meritū, & præmium, & gratiā, & per cōsequens gloriā, patet etiā quia per hūc, errorē honestas morū præiudiciū patitur, dum culpa peccātis in sydera refunditur, & licētia mala faciendi sine reprehensione conceditur, & hō ad adorandum & colēdum sydera incuruatur, & iste est finis huius erroris pessimi, qui ad idolatriā perducit. Sensui.n.repugnat quia sensibili experiētia in eadē constellatione cōceptos & natos videmus morib. diuersificari, sicut patet in Iacob & Esau, qui fuerunt simul cōcepti, & nati, & tñ in morib & meritis fuerunt diuersificati. Qđ rōni ēt repugnet patet, quia in se opposita implicat. dicit.n. ꝙ quia mores hoīum pēdent ex astris & cōstellationib. iō astra sunt venerāda & cōstellationes obseruandæ, & hoc est ponere duo opposita. aut.n. necesse est euenire hmōi ꝟm constellationes syderis, aut nō. si nō, ergo non sunt veneranda, si sic, ergo ēt non sunt astra venerāda, dum error ꝑdictus ponit fata esse metuēda, & astra venerāda ponit duo cōtraria, dicere ergo mores hoīm & euētus futurorū à stellis necessario & sufficiēter causari nō mō falsitas incurrit, sed ēt hæresis periculosa. Si vero loquamur de causalitate syderū respectu morū dispositiuè & contingēter, tunc ponitur ista cōcl. ꝙ ex impressione astrorū dispositiuè & cōtingēter cātur varietas morū, patet ista cōc. Tum primo quia nec rōni nec fidei repugnat. Tū scđo qa planū est, ꝙ dispositio corporis varia multū facit ad variationē affectionū, & morū aīæ, vt plurimū aīa ad cōplexiones mutatur, vt cholerici sunt iracundi, phlegmatici pigri & sanguinei, benigni, & malācholici sunt liuidi, hoc tñ nō necessario. aīa.n. dnāt corpori qñ est adiuncta ꝑ grām, multos.n. cholericos videmus māsuetos, & malācholicos benignos, qm̄ igitur virtus corporū cœlestiū operāt admistionē & qualitatē cōplexionis, hinc est ꝙ per consequens operatur quodā mō ad qualitatē morū. s. dispositiue & cōtingēter & valde de longinquo. ¶ His habitis dicēdū est ad rōnes in oppositū. Ad primā dicēdū negādo cōsequētiā, qa ꝑ sciūt actus humani futuri nō sufficiēter ex astris, sed tm̄ cōiecturaliter, & tales benè sunt in eis, non sicut in causis necessarijs, sed tm̄ dispositionis & bene remotè, vt dictū est, & ex hoc patet rñsio. ¶ Ad scđm rñdetur ꝟm do. Bonauent. in scđo ꝙ phūs tribuit id syderib. quādā dispositionē ad tales effectus. ex quibus bella gñantur. Ex motione.n. alicuius humoris pōt aliqua affectio in aīa excitari, quā tñ non est necesse ponere, quia aīa pōt eā cōprimere, sed qa multi sunt sequētes passiones, & eis se subijciunt, quibus possunt dñari, hinc est, qđ multi se subijciunt impressionibus astrorū, & ideo frequēter vera ꝑdicūt, maxime circa hoīes aīaliter viuentes. Circa vero spūaliter sapientes, qui dñantur passionib. pauca possunt prædicere vera. imo sicut dicit Ptolomeus sapiēs dñabitur astris. ¶ Ad tertiā rñdetur iuxta S.Thom. in 2. ꝙ motus voluntatum reducitur in causam vnam vniformis, sed illa causa non est motus celestis, aut aliqua virtus creata, sed ipsa voluntas diuina.

Secūda cō.

Ad primū arg.

Ad scđm.

Ad tertium

6 **Ad tertiam** sic procedit. † Et vr̄ ꝙ imagines quas astronomi faciunt, sint alicuius virtutis ad effectus aliquos producēdos. Et arguit sic, sicut corpora naturalia subdunt corporib. cęlestib. ita ēt corpora artificialia, sed corpora naturalia sortiunt virtutes quasdā occultas spēm sequētes ex impressione cęlestiū corporū ergo ēt corpora artificialia, puta imagines sortiunt aliquā virtutē occultā à corporib. cęlestib ad aliquos effectus. cāndos. ¶ In opositū est pśens c. & sequēs. ¶ Rñdeo dicēdū ꝙ ꝑdictę imagines astronomicę nullā sortiunt virtutē ad causandos aliquos effectus ex impressione corporū cęlestiū, sed ꝗ habēt, habent ex operatione dæmonū, & ita illicitæ sunt. Et ad rōnē dicēdū in oppositū negādo maiorē. Et rō est iuxta S.Th. in 2.2.q.96.ar.2. non.n. est simile de corporib. naturalib. & artificialib. quia corpora naturalia virtutes naturales sortiunt ex formis suis subalib. quas sortiunt ex impressione corporū cœlestiū. Et iō ex impressione eorum sortiunt quasdā virtutes actiuas. Nō sic aūt est de corporib. artificialib. quorū formæ procedūt nō ex impressione corporū cęlestium, sed ex conceptione artificis cum nihil aliud sint, ꝗ cōpositio ordo, & figura, vt dr̄ 1.physic. nō pñt habere naturalē virtutē ad agendū. Et inde est, ꝙ ex impressione cęlestiū corporū nullā virtutē sortiunt inquātū sunt artificialia, sed solū ꝟm materiā naturalē. falsum ergo est qđ Porphirio videbatur. vt Aug. dicit 10. de ciuitate Dei herbis & lapidibus & aīantib. & sonis certis quibusdā ac vocib. & figurationib. ac figmentis quibusdā ēt obseruatis in cœli conuersione motibus syderum fabricari in terra ab hominib. ptātes idoneas syderū exequendas, quasi effectus magicarum artium ex virtute cœlestium corporum prouenirent. sed sicut Aug. ibidē subdit, totum hoc ad dęmones pertinet ludificatores animarum sibi subditarū, vnde etiā imagines quas astronomicas vocant, ex operatione dæmonū habent effectum, cuius signum est, ꝙ necesse est eis inscribi quidā characteres, qui naturaliter nihil operantur. Non .n. figura, est actionis naturalis principiū, sed in hoc distāt imagines astronomicę à necromanticis, quia in necromāticis fiunt expressæ inuocationes, & facingia quædam, vnde pertinent ad expressa pacta cum dæmonibus inita, sed in alijs imaginibus sunt quædam tacita pacta per quædam figurarum seu characterum signa.

Primū ar.

Opponit & Respondet

S. Tho.

Augu.

7 **Ad quartam** † Rñdetur, ꝙ nullo modo licet, quia superstitiosum est, vt patet ex præcedentibus, qm̄ ea quę pendent ex libero arbitrio, sicut nō pendent causaliter ex astris, ita nec eorum cognitio certa ex eis haberi pōt. vnde peccatum est graue talia tentare. vñ ext. de sortilegijs c. ex tuarum dr̄, ꝙ quidā presbyter cum quodam ad priuatum locum accessit, non ea intentione vt inuocaret dæmonem, sed vt inspectione astrolabij futurū cuiusdā ecclesiæ posset recuperare, sicut dicebat, ꝙ licebat, pro bono zelo, & simplicitate fecisse ꝑponat, grauissimū tñ fuit pctm̄. Restat ergo ꝙ pctm̄ est ꝑ inspectionē astrolabij & iudicia astrorum inquirere ea quæ subsunt libero arbit.

Respondet

8 **Ad quintam** sic proceditur. † Et videtur ꝙ scientia astrologiæ sit reprobāda & reijcienda à christianis. Primo sic. Ex conclusione ꝑfata in qōne proxima non est licitum per astrolabium de futuris inuestigare. ergo scientia astrologiæ nō est licita. ¶ Scđo sic, illa scientia quæ ducit ad errorem & auocat à Deo vr̄ reꝓbanda, sed scientia astrologiæ est hmōi. ait.n. gl. super illud ad col.2. Thesauri sapientiæ & scientiæ ideo despecta sunt à nobis quæ sciunt in astrologia, & geometria, quia ad salutem pertinent, sed magis mittunt in errorē, & à Deo auocant. ¶ Tertio sic. dicit Aug. 5. de ciuit. Dei. non immerito cum astrologi mirabliter multa vera respondent occulta fieri instinctu spirituū non bonorū, quorum cura est has falsas & noxias opiniones de astrolabijs factis inserere mētibus humanis, & firmare. ergo idē quod prius. ¶ In oppositū est illud Hier. discant ea mente dogmata & doctrina caldaica ꝗ & Moyses, qui oēm sapiētiā Aegyptiorū didicerat. Sed astrologia maxime regnabat apud Egyptios. ergo vr̄ ꝙ nō est reijcienda. ¶ Rñdeo dicendum. † ꝙ astrologię duę

9 assignantur quasi partes, vna est in qua traditur notitia corporum cœlestium, & totius illius machinę superioris tā de astris, ꝗ de motib⁹, ꝗ de influentia eorum super corpora inferiora. Et quātū ad istā partē ponitur conclu. ꝙ astrologia est ars, siue scientia bona & licita, & à fidelib. nō reprobāda. ista concl. ex multis patet. Primo ex illo Eccl.1. Oīs sapientia à Deo est. ¶ Secundo patet plures scti leguntur dedisse operā astrologiæ. Nā Abrahā eā tradidisse & eā docuisse dr̄ prout Iosephus in li. antiquitatis narrat. Itē Moyses in antiquis historijs legitur fuisse magnus astrologus. Itē Salomō de seipso dicit, ꝙ sciebat dispōnē, & motū stellarū cœli, ꝑut dicit sap.7. Itē bea. Diō. areopagita in epistola. ¶ Itē Tullius dr̄ de reg b. græciæ, qui astrologos habebāt in magna reuerētia & honore, patet conc. ꝙ inter 7. artes liberales cōputatur. ¶ Scđa pars astrologiæ dr̄ esse de iudicijs & ista distīguvt. Quędā sunt de his ꝗ sequūt ꝓprie mutationē astrorū sicut ē de calore, frigore, & imbre, & siccitate; & hmōi. Et de talib. est cōcl.2. ꝙ de talib. non est pctm̄ ꝑ astrologiā aliquid cognoscere, sicut diximus in 1. qōne circa hoc cap. salua tñ Dei virtute, ꝗ ꝑeminet. Alias ūt iudicia de his ꝗ sub sunt libe. arb. Et de istis est 3. cōc. ꝙ sciētiæ astrologię vsus est reprobatus à sctis, sicut patet in hoc c. Et rō est, qa talia iudicia non sunt sub certa lege astrorū, nec depēdent ab eis cāliter, vt.s. in ꝑfata qōne plene dictū est, vñ qui talib. iudicijs implicant, sæpe decipiunt, & fallūt, vñ gñaliter tales diuinationes sunt prohibitæ à sctis tāquā saluti aīæ & fidei catholicę ꝯriæ, sicut patet.ꝫ.q.5.ꝑ totū. Et iō cū dicat Aris. 1.polit. ꝙ astrologia esset sciētia nobilis, dicit gl. qñ tenetur in suis terminis, sed quando extenditur vltra terminos & metas ipsius, scilicet cū ad diuinationes futurorum

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū arg.

Opponit in contrariū

Respondet

Iosephus.

Tullius

prædictorum & similes vanitates est cōtra philosopho & bonos mores. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum, ad quas vna sufficit responsio, ꝙ procedāt ſm eam partem, in qua astrologi se intromittunt de iudicijs futurorum euentuum, quę à libero arbitrio pendent, & non ab astris vt dictum est. Leg. ¶ [Illos planetarios]. i. astrologos, qui inspectioni astrorum vacant, & incumbant, qui quia cælestia corpora asserunt efficaciam habere super actus liberi arbitrij irrationabiliter in christiana religione damnantur. *(Ad arg.)* *(Exponit literam.)*

2 *Instinctus in brutis potest procedere duplici de causa.*
5 *Baptismus dicitur sec nd. circuncisio.*



Sed & illud. Ad idem est illud c. Hieronymi sup epistolā ad Cor. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit, ꝙ obseruator auguriorum est fornicator spūalis authoritate apostoli. In 2. ponit, ꝙ qui post baptisma susceptum auguria obseruat, portabit opprobrium Aegypti, quia ad turpissimam reuertitur seruitutem Aegypti. secunda. ibi, est etiam illud. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæruntur tria. *(Diuisio)*

¶ Primum est vtrum diuinatio auguria & omnia & alias huiusmodi obseruationes exteriorū rerum sit peccatum.
3 ¶ Secundum est vtrum obseruantiæ quæ ordinantur ad cognoscendum aliqua infortunia sint licitæ.
4 ¶ Tertium est vtrum obseruare auguria homini sit maius peccatum quam infidelitas siue apostasia.

1 **Ad primum** sic proceditur. † Et videtur ꝙ diuinatio per auguria nō sit peccatū. Primo quia sancti viri vsi sunt eis, vnde de Ioseph Gen. 64. dic dispensatori domus suæ scyphum quem furati estis, ipse est in quo bibit dn̄s meus, & in quo augurari solet, ergo &c. ¶ Secundo sic. Aues aliqua circa futuros temporum euentus naturaliter cognoscunt ſm illud Hieremiæ 8. In cœlo cognouit tempus suum turtur, & hirūdo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, sed naturalis cognitio est infallibilis & à Deo, ergo vti cognitione auium ad precognoscendum futura, quod est auguriari nō videtur esse licitū. ¶ Tertio sic. Gedeon est in numero sanctorū, vt patet ad heb. 11. sed Gedeon vsus fuit omine, ex hoc ꝙ audiuit recitationē & interpretationē cuiusdā somnij vt legitur iudic. 7. & similiter Eliezer seruus Abrahæ vt legitur Gen. 24. ergo vr̄ ꝙ talis diuinatio non sit illicita. ¶ In oppositū est c. p̄sens. ¶ Rn̄deo dicēdū ꝓ cōclusione ꝙ oīs hmōi diuinatio per auguria, siue per res exteriores, & oīa si extendatur ex. id ad quod pōt ptingere ſm ordinē naturæ, vel diuinæ ꝓuidentiæ, est superstitiosa, & illicita, & pc̄t̄m. pro cuius cōclusionis intellectu est notandum iuxta S. Th. in 2. 2. ꝙ motus vel garritus auium vel quæcūq; dispositiones hmōi in reb. cōsyderatæ manifestū est ꝙ nō sunt esse futurorū euentuū: vnde ex eis futura cognosci nō pn̄t, sicut ex causis. Relinquitur ergo, ꝙ si ex eis aliqua futura cognoscātur, hoc erit inquantū sunt effectus aliquarū cārum, quæ sunt causantes vel præcognoscētes futuros euētus. Cā aūt operationū brutorū aīaliū est instinctus quidā, quo mouētur in modū naturæ, nō. n. habēt dn̄iū sui actus. ¶ † Hic autem instinctus ex duplici cā pōt procedere, vno quidē mō ex cā corporali. Cū. n. bruta aīalia non habeāt nisi aīam sensitiuā, cuius oēs operationes sunt actus corporaliū organorū, subiacent eorū aīæ dispensationi corporū cœlestiū. Et iō nihil prohibet aliquas eorū operationes esse futurorū signa, inquantū cōformant dispositionib. corporū cęlestiū, & aeris continentis, ex quo proueniūt aliqui futuri euētus. In hoc tñ duo cōsiderari oportet, quorū primū est vt hmōi operationes nō extēdātur, nisi ad cognoscenda futura q̄ causant per motus cœlestiū corporū. ¶ Scd̄o vt nō extendantur, nisi ad ea q̄ aliqualiter pn̄t ad hmōi aīalia pertinere. Consequuntur. n. per celestia corpora cognitionē quādā naturalē & instinctū ad ea q̄ eorū vitæ sunt necessaria sicut sunt immutationes, quę fiunt ꝑ pluuias & vētos, & alia hmōi. Alio mō instinctus hmōi causatur ex cā spūali. s. vel ex deo, vt patet in columba super Xp̄m descēdēte, & in coruo qui pauit Heliā, & in cete, quę exsoluit & eiecit Ionam, vel etiam ex demonib. qui vtuntur hmōi operationib. brutorū aīaliū ad implicādas aīas vanis opinionib. Et eadē ratio vr̄ esse de oībus alijs hmōi, præterquā de hominib. quia verba humana q̄ accipiuntur pro hoīe non subduntur dispositioni stellarū, disponunt tñ ſm diuinā prouidētiā. & qn̄q; ſm demonum operationē. Sic ergo dicendū est iuxta cōclusionē positam, ꝙ oīs hmōi diuinatio, si extendatur vltra id, ad qd̄ potest pertingere ſm ordinem naturæ, vel diuinæ prouidētię est superstitiosa & illicita. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur, quod hoc ꝙ Ioseph dicit non esse aliquem sibi similem in scientia augurandi, ſm Augu. ioco dixit, referens forte hoc ad id ꝙ vulgus de eo opinabatur, & sic etiam dispensator loquutus est. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Th. ꝙ illa autoritas loquitur de cognitione auium respectu eorum, quo ad eas pertinent, & ad hæc præcognoscenda considerare earum voces & motus non est illicitum, puta si quis ex hoc ꝙ cornicula frequēter crocitat prędicat pluuiam cito esse futurā. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ Gedeon obseruauit recitationem & expositionem somnij accipiēs, ea pro omine, quasi ordinata ad sui instructionem à diuina prouidētia, similiter ꝙ Eliezar accendit verba Puellæ oratione præmissa ad Deum. Et ita argumenta non procedunt. *(Primū ar.)* *(Secūdum ar.)* *(Tertium ar.)* *(Opponit & Respondet.)* *(S. Thom.)* *(Ad primū argu.)* *(Ad scd̄m)* *(Ad tertium)*

1 **Ad secundum** sic proceditur. † Et videtur ꝙ obseruantiæ quæ ordinantur ad cognoscendum aliqua infortunia sint licita tali ratione. Irrationabile est allegare illud ꝙ quasi omnes experiūtur, sed experiuntur quasi oēs ꝙ aliqua opera vel verba auditus vel concursus hominum siue animalium habeant aliquod præsagium alicuius futuri boni vel mali. ergo non vr̄ illicitum hoc obseruare. ¶ In oppositū est c. præsens. ¶ Rn̄deo dicendū, ꝙ hmōi obseruantiæ sunt illicitę, probatur hoc. dicit. n. Au. in 2. de doctrina christiana & habetur. s. e. c. illud, ꝙ ad pacta cum demonib. inita pertinent multa inutilia vanarū obseruationū, vt si mēbrū aliꝗ salieritsiu n̄ctis ambulantib. amicis lapis aut canis aut puer medius interuenerit, limen calcare cum ante domū suam trāsierit, redire ad lectū, si quis dum calciat se sternutauerit, redire ad domum suā, si procedens offendit vel si vestis à soricib. rodit oēs. n. hmōi obseruationes attēdūt hoīes nō vt causas quasdā, quia esse non possunt, sed vt signa euentuū futurorū vel bonorū, vel malorum, hæc aūt signa nō sunt tradita authoritate diuina, sed magis ex vanitate humana cooperāte dæmonum malitia, qui nituntur hoīm aīos hmōi vanitatib. implicare, vnde istę obseruantiæ videntur esse aliquæ reliquię idolatrię ſm quā obseruantur auguria, quare sunt ab oī christiano reijciēdæ & exprobrādæ. ¶ Ad rōnē in oppositū rn̄detur, ꝙ rō nullo mō procedit, q̄a licet à principio in istis obseruationib. experti sunt homines aliqd̄ veri eē, hoc tñ à casu contingit. Sed postea cū hoīes incipiūt hmōi obseruationib. aīum applicare multa ſm hmōi obseruationes euenerūt ꝑ deceptionē demonū, vt hmōi obseruationib. hoīes implicati curiosiores fiāt, & se magis erroris ꝑniciosi multiplicib. laqueis ingerāt, vt dicit Aug. vbi supra. *(Primū arg)* *(Opponit & Respondet)* *(Ad arg.)*

1 **Ad tertium** sic ꝓcedit. † Et vr̄ ꝙ obseruatio auguriorū nō sit maius pc̄t̄m q̄ pc̄t̄m infidelitatis. Primo sic. Infidelitas & apostasia dicūt simpl̄r fidei priuationē. sortilegiū vere vel auguriū pōt esse salua fide informi, ergo maius pc̄t̄m est infidelitatis vel apostasiæ q̄ pc̄t̄m sortilegij vel augurij. ¶ In oppositū vr̄ esse c. pręsens, vbi vr̄ dicere talis incurrere opprobrium ægypti, qd̄ est idolatria. ¶ Scd̄o arguit̄ sic. Dicit. n. Aug. li. de decē chordis. Tu vis dimisso vno deo tāquā legitimo viro aīæ, fornicari ꝑ multa dæmonia, & qd̄ est grauius nō quasi apte deseris, & repudias, sicut apostatæ faciūt, sed tāq̄ in domo viri cui admittis adulteros. i. tanquā christianus nō dimittis ecclesiam, consulis mathematicos, aut aurispices, aut augures, aut maleficos, quasi de domo mea non credis adultera aīa, & manēs in eius cōiugio fornicaris, ex quo videtur esse homo pc̄t̄m cū grauius esse dicatur. ¶ Rn̄deo dicēdū ꝙ simpl̄r loquēdo idolatria & infidelitas est maius pc̄t̄m & grauius, vn̄ gl. Le. 16. dixit oē peccatū ē immūdicia aīæ, sed idolatria maxime, sed ſm aliqd auguriū & sortilegiū dr̄ eē grauius vt dicit magister Alex. de Hal. in 2. quia infidelis & apostata manifeste discedit de domo Dei, vel separatur. Sacrilegus aūt similat se esse de vnitate ecclesiæ, siue fidei ecclesiasticæ, & nō est oīno. Et iō dr̄ grauius pc̄t̄m, quia facilius allicit aīa & quasi maior est offensa sponsi spūalis cū simulat se spōsam, & nihilominus adulterat cū ipso diabolo, ſm ꝙ dr̄ Esai. 57. iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterū. Et ꝑ hoc patet rn̄sio ad rōnē in principio factam, quia *(Primū ar.)* *(Opponit in contrarium)* *(Secūda op.)* *(Respondet)* *(Ale. de Ha.)*

quia non ꝓbat, nisi ꝙ p̄ctm̄ infidelitatis sit simpliciter grauius ꝙ concedit. Leg. ¶ [Sed & illud add qm̄ qui fornicat.] hoc dicit apostolus 1. ad Cor. 6. Sicut. n. q carnaliter fornicatur peccat corporaliter in corpus proprium, sic qui spiritualiter fornicatur peccat in corpus Christi, quod est ecclesia. [In omnem ecclesiam] quia suo exemplo illā corrumpit. per vnum. n. membrum præstatur cæteris exemplum delinquendi. [Est etiam illud]. 2. pars. [opprobrium Aegypti]. i. peccatum idolatriæ ꝙ noscitur ibidem ortum [si neglexeris]. i. ꝑ neglectū vitæ redire permiseris [& post transitum]. i. baptismum, qui figuratus est in transitu maris rubri. [secundam circūcisionem.] † baptismus, qui circuncisioni succedit dicitur secunda circuncisio. [vetustę consuetudinis] augurandi Aegyptiorum siue magicæ artis [& institutione]. i. ardore. i. desiderio. Arch. [suggeritur] vt. s. sicut ante baptismum huiusmodi superstitiones exercebas, & ita modo facere concupiscas. Si inquam neglexeris tecum sine dubio opprobria Aegypti huius mundi trahis tibi ad æternam damnationem merito dixi illud. s. obseruare auguria &c. esse opprobriū Aegypti, quia Aegyptus fuit mater idolatriæ, ex qua certū est huiusmodi opprobria pullulare. s. sortilegia, quæ repetit propter lōgam interpositionem Arch. [si transito]. i. sumpto. i. baptismo [susceperis]. i. secutus fueris &c.

Arch.

Hæc autem. §. Est. Hic incipit 3. pars quæstionis in qua quæritur, vtrum licite possemus manducare de immolatis dæmonibus. Lege. ¶ [De area]. i. de frumēto. [& torculari]. i. vino. Et respōdet in duabus conclusionibus. Prima est, quod si de tota area aut torculari fuit aliquid demonibus oblatum, non propter hoc totum frumentum aut vinum factum est immundum, & per consequens non licite sumendum. ¶ Secūda est, quod etiam illud ꝙ est immolatum idolo si comedatur ab ignorantibus fuisse immolatum idolo non est peccatum, dum tamen non fiat in veneratione idoli. Et ita dicit intelligendum illud ꝙ dicitur, ꝙ melius est fame mori, quam idolothyto vesci, s. in veneratione idoli. 32. q. 4. sicut sanxim⁹.

1 *Dominus areæ vel torcularis an peccet, si aliquid de aera sua aut torculari rapiatur ad immolandum dęmonibus.*
2 *Azimis iudeorum vesci an sit peccatum.*



I de area. Expone. i. frumēto, aut torculari. i. vino. Sequitur hoc c. ad materiā ꝓpositā, & est Au. ad Publico. discipulū in quo videt duab⁹ q̄stionib. respōdere, & sic posset diuidi in duas partes. 2. ibi, vtitur. Prima † vtrum dominus areæ vel
1 torcularis peccet, si aliquid de area sua aut torculari rapiatur ad immolandum dæmonibus. Ad hoc respondet ꝙ si sciente ipso domino hoc fit & non prohibet, cum potest peccat. Si vero ignorante factū est & prohibendi potestatem non habeat, non peccat. ¶ Secunda potest esse. vtrum ipse post sciēs, quod factum est, licite possit de residuis fructibus areæ vel torcularis comedere. Litera patet. ¶ Quæri
2 tur hic Hu. † Vtrum sit peccatum vesci azimis Iudæorum. Respondet ꝙ sic. quia distinguunt cibos, & nostris non vtuntur, nec illorum cibis per consequens vti debemus ne per hoc eis inferiores esse videamur, vel potest dici inquit ꝙ sicut in odium Iudeorū prohibemus comedere azima, in odium Idoli & Idolatriæ prohibemur idolathyta comedere, vt d. 30. si quis carnem, vbi vide. quid super ca. illo diximus & 32. q. 4. sicut sanximus.

Licet. Ad idem est hoc c. Beati Ambrosij super epistolam primam ad Cor. patet.

¶ *Quæstio tertia & quarta.*



Quibus. Hic incipit 3. quæstio. Et diuiditur in tres partes. Primo ostendit quot sunt genera diuinationis, & vnde habuerūt originem & vocabula. Et hoc probat persequens capitulum quod est August. In secunda quæritur de natura dęmonū, & qualiter sciūt futura. In 3. ostendit, ꝙ cognoscunt omnia futura. 2. ibi: sciēdum. 3. ibi, quodam loco.



Gitur. Pro 1. parte inducitur hoc c. ꝙ est Au. li. de nat. dæmo. ꝙ diuiditur in quīq; partes. In 1. dicit gen⁹ diuinationis à Persis duxisse originem. In secunda dicit diuinationis esse quatuor genera iuxta quatuor elementa. In tertia ostendit vnde dicatur diuinatio. In 4. ponit genera secundū formā. In 5. ponit species diuinationū eorū ętymologias ponēdo. 2. ibi, Varro autem. 3. ibi, duo. 5. ibi, incātatores. De ista materia plura dicta sunt supra q. 2. illud. Et ideo hic nihil noui occurrit disputandum. Leg. ¶ [Igitur] inceptiue tenetur Hu. [illatum]. i. inuentum, & per hoc soluitur 3. q. [varro] secunda pars. [quatuor.] Et sic soluitur 4. q. & numerās materias ait [terram aquam &c.] quæ fit in terra dicitur geomantia, à ge, quod est terra, & mantos siue mātia quod est diuinatio, quasi diuinatio quæ fit in terra, alia quæ fit in aqua vocatur hydromantia ab hydros, quod est aqua. Alia quæ fit in aere vocatur aeromantia. Alia q̄ fit in igne dr̄ pyromantia [diuini] 3. pars. tales dicti sunt diuini non participatione diuinæ gratiæ, sed vsurpandæ diuiniatis officium instinctu dæmonum futura annuntiando, de quib. dr̄ Esa. 41. annuntiate, nobis quæ vētura sunt, & dicemus quia dij estis vos. Tales. n. consilio & auxilio Dœmonum prædicunt euentus futurorum, & hoc multipliciter, sicut supra dictum est. [duo sunt]. 4. pars [genera] secundum formam [secundum] materiam supradixit esse quatuor vel genera. i. modi. Hug. [ars.] vt incantatores de quibus sequitur [furor] per arreptitios qui effecti furiosi futura prædicunt [incantatores]. 5. pars. [arioli] aurispices. [& hi. exta]. i. intestina augures idē sunt & auspices & auspicia sunt & c. [phytonice] astrologi [augurantur.]. i. futura præcognoscunt ꝑ vias astrorum [genethliaci.] in euangelio. Matt. 2. [horoscopi.]. i. sortilegi. salizatores membrorum animalium. de istis supra q. 2. c. illud.

Quæritur. §. est. Et incipit 2. pars. in qua querit de natura dæmonum, & qualiter sciant futura vel quot modis futura præcognoscant, & de hoc scribit Aug. in sequenti cap.

2 *Angelorum natura siue bonorum siue malorum non est corporis aerei.*
4 *Dæmones cognoscunt res dupliciter.*
6 *Futurorum triplex est genus.*
8 *Futurorum prænuntiatio qualiter possit fieri hominibus per dæmones.*
9 *Futurorum cognitio siue reuelatio non semper est diuinatio. Et quorum futurorum dicatur diuinatio nu. 10.*
11 *Falsi prophetæ distinguuntur à veris quantum ad tria.*
12 *Dæmon potest aliquod ignotum manifestare sine creatione nouæ speciei dupliciter.*



Ciendum. Hoc c. est B. Aug. in li. de natura dęmonum. Summa est in rubro. Et capitulum diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ dæmones excedunt naturam hominum viuacitate sensus in velocitate eundi, & in longitudine vitæ. In secunda ostendit qualiter dæmones quatuor modis cognoscant futura. 2. ibi, nunc igitur quoniam. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quærenda veniunt quatuor.
1 ¶ Primum est vtrum dæmonum natura sit aerei corporis.
3 ¶ Secundum est vtrum dęmones vigeant acumine intellectus.
5 ¶ Tertium est vtrum dæmones cognoscant futura.
7 ¶ Quartum est vtrum per dęmones diuinatio fieri possit.
1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur dæmonum naturam esse aerei corporis. Primo ex præsenti cap. vbi ita dicit Augu. ¶ Secūdo arguitur autoritate eiusdem Aug. qui 8. de ciuitate Dei diffiniēs Dęmones, ita dicit dæmones sunt genere animalia, mēte rationalia, animæ passiua, corpore aerea, duratione æterna. ¶ In oppositum est illud psal. qui facit angelos suos spūs. 2. quod Dionysius. 4. de diuinis nominibus dicit quod angeli sunt & immateriales. ¶ Respondeo dicendum. vt inquit dominus Bonauentura super secundo sententiarum. Circa hanc quæstionem dubitarunt aliquando magis doctores vtrum. s. angeli habeant corpora naturaliter sibi vnita

vnita. vnde super hoc dubiè loquitur tam Aug. quam Bernardus, sed nunc satis certitudinaliter tenetur. Et Richardus affirmat ꝙ angeli sunt naturaliter incorporei nec habent corpora naturaliter sibi vnita. ¶ Vnde ponitur ista cō-
2 clusio. † Natura angelorum siue bonorum siue malorum non est corporis aerei. Ista conclusio patet ratione sic Damascenus. 2. li. sententiarum suarum diffiniens Angelum dicit, angelus est substantia incorporporea, & intellectualis. Ex vtraque parte arguitur. Angelus est substantia incorporea, ergo non est naturæ corporis aerei. Consequentia patet. ¶ Secundo sic. anima est substantia intellectualis. ergo non est naturæ corpori aerei. consequētia patet dicit philophus 3. de anima, ꝙ intellectus nec corp° est nec forma in corpore, nec mistum cum materia omnino, sed materia aeris est natura materialis. ergo &c. ¶ Tertio sic angelus est substantia simplex, ergo non est naturæ corporis aerei. consequentia patet. dicit philosophus 3. de anima, ꝙ intellectus nec corpus ē, nec forma in corpore, nec mistū cum materia omnino, sed natura aeris est natura materialis, ergo &c. ¶ Quarto sic. Angelus est substantia simplex ergo non est naturæ corporis aerei. consequentia patet, quia natura est corporea. Quod sit simplex angelus proceditur anima rationalis est simplex. dixit. n. Damascenus anima est substantia viuens simplex. & incorporea, licet angelus est subtilioris essentiæ quam sit anima. erit ergo simplex substantia. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est simul ad ambas duas respondendo, prout dicit dominus Bonauentura, in 2. dist. 8. ꝙ Augu. loquutus est ibi secundum opinionem Apulei. Et frequenter circa istam materiam plus loquitur secundum opinionem aliorum, quam secundum sententiam suam. Idem dicit Alex. de Halis. in 2. sic dicens Aug. dicit illud secundum opinionem Platonicorum non asserendo. Et idem S. Tho.

3 **Ad secundum** sic proceditur. † Et videtur ꝙ dæmones non vigeant sensus acumine, & longitudine experientiæ. Primo sic. dicit Dionysius 4. de di. no. malum dæmonis est furor irrationabilis. amēs cōcupiscentia, & proterua fantasia, sed hęc omnia hebetudinem cognitionis important. ergo videtur quod acumine intelligentiæ non vigeant. ¶ Secundo sic. Natura substātiarum intellectualium secundum omnes philosophos pficitur intellectu & vluntate, sed sicut voluntas perficitur per appetitum boni, ita intellectus per cognitionem veri. Cum ergo voluntas eorum non possit in bonum. videtur quod nec intellectum in verum. ¶ Tertio sic, de longitudine experientiæ arguitur sic. Cognitio per experientiam longi temporis est accipientis scientiam à rebus quia ex multis memorijs fit vnum experimentū vt in principio Metaphysicæ dr̄ memoria vero ex sensu oritur. angelorū cognitio non est ex rebus accepta, ergo per experientiam temporis cognitionis acumen non habēt. ¶ In oppositum est Augustinus in c. præsenti. ¶ Respondeo dicendum qd̄ dæmones vigent acumine ingenij supra homines, & longitudine experientiæ conclusio ista probatur ex c. præ- (Diony.) senti. ¶ Secundo patet ex nomine eorum. quia dæmones vocantur quasi sapientes. Tertio patet. dicit. n. Dionysius. 4. de diuinis nominibus. ꝙ data angelica dona nequaquam multa esse dicimus, licet manere integra & splendidissima sed inter alia bona attributa naturalia angelorum est per- (Thomas.) spicacitas intelligentiæ. ergo adhuc manet in dęmonibus. ¶ Quarto sic. iuxta S. Tho. cum peccatum non tollat naturam, sed tantum diminuat habilitatem ad bonum, secundum ꝙ facit magis à gratia distare, oportet in dæmonib. lumen intellectuale perspicuum remanere. quia natura eo-
4 rum intellectibilis. ¶ Notandum autem † ꝙ cognitio eorū de rebus est dupliciter. Quædam. n. sunt, quorum cognitio p causas naturales aut p signa haberi nō pōt, & talia nō nisi reuelatione supernorum spūtuum cognoscūt. Quædam vero sunt quorum cognitio per naturam haberi potest, & hoc dupliciter, vel per causas determinatas ad effectus naturales, & talia cognoscunt subtilitate naturæ, inquantum in eis splendent similitudines totius ordinis vniuersi vel p aliqua signa, ex quibus vt in pluribus potest alicuius cognitio haberi, sicut medici pronosticantur de sanitate, vel de morte, & talia cognoscunt per experientiam, secūdum ꝙ talibus signis plures tales effectus concurrunt. ¶ His habi- (Ad primū arg.) tis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ furia & concupiscentia & fantasia nō sunt in dęmonibus proprie, sed Metaphoricè cum pertineant ad sensitiuum partem, quæ non est in angelis. Omnis. n. defectus animæ, qui in nobis accidit, vel est fantasia quantum ad cognitionem cuius proprium est falsitas, vt dicit philosophus 4. Metaphysicæ. siue ex passionibus irascibilis, & concupiscibilis, quantum affectionem, & ideo volūtas dr̄ furor, & concupiscentia, & intellectus suus deordinatus dicitur fantasia proterua, quia proteruus est, qui pertinaciter uerū impugnat. Irrationabilitas autem furoris & demētia concupiscentiæ important obliquitatem voluntatis à recto iudicio intellectus, vel rōnis, & ignorantiam non speculationis, sed electionis, quæ omnia malus est ignorans. (Ad secundū S. Thomas) Concordat Alexander in 2. ¶ Ad secundam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est secundum S. Tho. in 2. quia voluntas est domina sui actus magis quam intellect° quia ipsa veritate compellitur. Et ideo secundum actum volutatis dr̄ homo malus, vel bonus, quia actus voluntatis est actus hoīs, quasi in eius pōstate existens, non autem se- (Ad tertium) cundum actū intellectus, cuius ipse non est dominus. ¶ Ad tertium negatur consequentia. Et ratio est iuxta S. Tho. qa licet demon cognitionem à rebus non accipiat, acuitur tamen eius scientia per longitudinem temporis.

5 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ dæmones non congnoscāt futura contingen- (Prima arg.) tia. Primo sic. Solius Dei videtur esse cognitio certitudinalis futurorum contingētium & singularium. Cū. n. possint (Scd̄m arg.) esse, & nō esse nō pōst illarū rerū haberi certa cognitio, vt dr̄ Ansel. li. de casu diaboli. ¶ Secundo sic. si cognoscit futura, aut scientia acquisita, aut innata. non acquisita quia hoc incepit ab existentia rei, quia à re ipsa generatur in cognoscente. Cum ergo res nondum sit, non potest eius cognitionem acquirere. Si dicatur ꝙ cognoscat scientia innata, ergo non potest ignorare aliqua eorū, q̄ futura sunt. er- (Tertiū ar) go pſciuit casum suum antequam caderet. sed hoc est falsum, ergo &c. ¶ Tertio sic. si præscit futura ergo scit quis debeat vincere vtrum ipse an is quem tentat, ergo cum ipse refugiat victoriam bonorum nusquam tentaret nisi illos quos pręsciret sibi succumbere. sed hoc est falsum, quia (Opponit & Respondet.) aliquos tentat qui nunquam succumbunt, vt de Iob, & de multis alijs, ergo &c. ¶ In oppositum est c. præsens B. Aug.
6 ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Tho. & Dominum Bonauēturam † ꝙ futurorum triplex est genus. ¶ Quædam sunt futura, quæ habent causam determinatam & infallibilem vtpote sunt illa, quæ attenduntur circa motum corporum superiorum, in quibus est determinatio & omnis impedimenti remotio. Et de talibus est conclusio prima. ꝙ dæmones cognoscunt talia futura in suis causis, cuiusmodi sunt ea, quæ circa motum cęli accidunt, vt ortus, & occasus, & eclypsis, & coniunctiones luminarium, quæ omnia multo melius cognoscunt per species causarum innatas. quā astrologi per artem. ¶ Secundum genus futurorum est quæ habent causam determinatam, sed tamen fallibilem aliquando, vtpote sunt illa quæ secundum inferiorem naturā, quæ ideo habent causam determinatam, quia intentionem mouet determinate ad vnum. Ideo vero fallibilem, quia multiplex potest occurrere impedimentum, vtpote ager semi natus sit terra pinguis est & bona dispositio corporum superiorum afferet pinguem fructum. Et de talibus est secū- (Prima con.) da conclusio, ꝙ dæmones talia futura cognoscunt non omnino certitudinaliter sed cognitione coniecturali. Et hoc modo astrologos prædixit quædā futura, quæ consequuntur ex motibus cœli, in istis inferioribus quæ tamen impedire possunt propter defectum inferiorum causarum, & talium cognitio tanto magis ad certitudinē accedit, quātū ad vnū effectū plures causę concurrentes cognoscuntur, & q̄to virtus causæ melius cognoscitur. vnde dæmones subtilissimi sunt in tali futurorum cognitione. ¶ Tertium genus futurorum est, quæ habent causam indeterminatam & fallibilem, sicut dicūtur ea quæ sunt ad vtrumlibet. sicut sunt eā, quæ sunt à voluntate nostra, quæ indeterminata est, qa potest ad opposita mouere. Fallibilis etiam, quia possunt etiam volenti perficere occurrere multa. Et de talibus est tertia conclusio, ꝙ dæmones non cognoscūt talia in seipsis sed solus Deus cognoscit, cui ab æterno omnia sunt pręsentia, & cui dominus voluerit reuelare. vnde talium cognitionem nec dæmones nec homines habere possunt, nisi reuelatione supernorum spūum. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum, ad quas vna responsio datur, ꝙ procedunt

procedunt de futuris tertij generis,& conditur, ꝙ talium non habent cognitionem certam nisi reuelatione supernorum spirituum.

1 Ad quartam Sic proceditur.†Et videtur ꝙ dæmones diuinatio fieri non possit.

Primũ ar. Primo sic.prænuntiatio futurorum est signum diuinitatis, vnde dr̃ Esa.41.Annuntiate nobis quæ ventura sunt & diximus quoniam dij estis, sed dæmones sunt omnino diuinitatis expertes, ergo per eos diuinatio de futuris fieri non
2 Scd̃m arg. potest.¶Secundo sic.Bonorum prophetarum est de futuris prædicere,vt dr̃ Hierem.28.ꝙ ille est propheta, quem misit dominus cui verbum euenit.si ergo hoĩes virtute dæmonum de futuris diuinando prænuntiant. videtur ꝙ per reuelationem prophetant vere prophetæ dicendi sunt.
Tertium ar. ¶Tertio sic,non est cognitio rei nisi per spẽm,sed spẽs euẽtus futuri non potest per dæmones in anima fieri,nisi dæmon spẽs crearet.ergo videtur ꝙ diuinatio per ipsum fie-
Opponit' & Respondet ri non possit.¶In oppositum est c.præsens.¶Respondeo
Prima con. 8 dicendum sub certis conclusionibus prima est.†per dęmones potest fieri prænuntiatio hoĩbus puta eorum futurorũ quorum cognitionem habent. patet conclusio,quia in dęmonibus est potentior virtus intellectiua,quam in hominibus,sed homo potest alteri denuntiare,quod sit,ergo & dæmones.sciũt autem homines quædam futura sicut astrologi,& medici,& illa prænuntiant alijs: ergo per dæmones potest fieri etiam futurorum alijs prænuntiatio & re-
Scd̃a concl 9 uelatio.¶Secunda conclusio.†Non omnium futurorum cognitorum denuntiatio siue reuelatio est proprie diuinatio.Ista conclusio patet quia non eorum futurorum euẽtuum,quæ habent determinatas causas, vt quando medicus sanitatem futuram & astrologus eclypsim futuram.
Tertia cõ. 10 ¶Tertia conclusio.†prænuntiatio futurorum, quæ causas determinatas non habet proprie dr̃ diuinatio. horum.n. cognitio sub certitudine est solius Dei, sicut dictum est supra,à cuius actus vsurpatione diuini vocantur,qui futuris prænuntiandis intendunt,& sic patet ꝙ per dæmones nõ potest fieri diuinatio.¶His habitis dicendũ est ad ratio
Ad primũ ar. nes in oppositum.Ad primam respondetur primo. ꝙ dæmones non possunt prædicta futura contingentia certissime prædicere,sicut nec cognoscũt, sicut in præcedẽti quæstione dictum est in tertia conclusione. ¶Secundo dr̃ ꝙ tales qui huiusmodi futura præsumunt prædicere diuini dicuntur,non à participatione diuinæ gratiæ.s.ab vsurpa-
Ad secd̃m. tione diuini officij,siue actus diuinitatis.¶Ad secũdam rationẽ dr̃ negando consequentiam.pro cuius intellectu no
11 tandum iuxta S.Tho.†ꝙ falsi prophetę distinguuntur à veris quantum ad tria.Primo quantum ad reuelationis autorem,qa boni prophetæ futura prædicunt diuino lumine mediantibus bonis angelis inspirati.sed falsi prophetæ vel sequuntur spiritum suum,nihil videntes,sed mendacia cõfingentes,vel reuelatione immundi spũs.¶Secundo quãtum ad intentionem pronuntiationis,quia falsorum, prophetarum finis est aliquod lucrum temporale,vt dr̃ Ezec.13.violabãt me ad populum meum, propter pugillum ordei & frumenti panis,vel saltem ipsius dæmonis reuelantis intentio peruersa est,qui deceptionem intendit.sed ꝓphetarum bonorum tota intentio in rectum finem ordinatur.¶Tertio quantum ad certitudinem prænuntiatorum, quia bonorũ prophetarũ innititur diuinæ præsciẽtiæ,quæ omnium futurorum euentus intuetur,sed prænũtiatio malorum prophetarum innititur præsciẽtiæ dæmonum,quæ
Ad tertium coniecturalis est. ¶Ad tertiam respondetur negando con-
12 sequentiam. Et ratio est.† quia demon potest aliquod ignotum manifestare sine creatione nouę spẽi,& hoc du-
S.Thom. pliciter,vt ait S.Tho.aut ex spẽbus in imaginatione reseruatis diuersimõe cõpositis,& diuersis fortiori lumine illustratis,alias intentiones eliciendo,aut nouas spẽs in imaginatione formando secundum aliquam transmutationem
Exponit literam. organi corporalis. Lege. ¶[Sciendum vt aerei corporis] loquitur secundum opinionem aliorum dicentium Dæmones habere aerea corpora naturaliter vnita,sicut in qõne dictũ est,vel sic loquitur, quia locus habitationis eorũ est aer caliginosus. dæmones ergo præeminent hoĩbus in sensu.i.acumine intellectus.Scd̃o in celeritate motus.[hic multo ante cogitata prænuntiant &c.]Tertio excedunt in longitudine experientię rerum[aerei corporis]intelligere sicut dictum est[nũc igitur]2.pars. assignat quatuor modos quibus dæmones futura prædicunt.Primus est,cum ea prænuntiant,quæ facturi sunt aliquando.¶Secundus modus est quando prænuntiant ea,quæ facturi sunt sed quę naturalibus signis futura precognoscuntur,vt tempestates futuras.[aliquando & hoĩm.¶]Tertius modus,cũ dispositiones hominum non solum voce prolatas,sed etiam mentis cogitationes quæ aliquibus signis exterius apparent, sed in his sæpe falluntur[fallunt]dæmones malitiosi,cum falluntur,ne pondus authoritatis apud cultores suos amittant, cum res non veniunt,vt ipsi prædicunt, dicunt esse culpa interpretum, qui non bene signa sua interpretati sunt [nõ nunquam vero.]¶Quartus modus,vt ẽt prædicant defectuum cultum eorum,& idolorum ruinam,sicut audire potuerunt per dicta prophetarum,& hoc faciant quatenus & cætera sicut notum legentibus antiquas gentilium historias,sicut de se rapis dæmones ponit exemplum,qui cuidã cultor suo de ꝓximo dixit venturum.s.casu idolorum,qua si deuotionem suam fugiens commendaret.

Quod autem. §.Est,in quo Gratianus quia superius in c.præcedẽti dixerat Augu.ꝙ Diabolus deprehendebat cogitationes hominum per signa exteriora nunc ostendit ex authoritate eiusdem Aug.illud non esse firmissima ratione approbatum, ad ꝗ inducit capitulum sequens.

1 *Dæmon an possit aliquo modo scire cogitationes hominum.*
1 *Cogitatio hominis potest cognosci dupliciter.*


Vodam loco. Hoc dicit Augu.2. li.retractationum. Summa est in rubro. ¶Pro cuius capituli pleniori intelligentia quæritur.¶† Vtrum Quæstio.
1 dæmõ potest aliquo modo scire cogitationes hominum.Et videtur ꝙ sic.Primo sic. Primũ ar.
dæmonum officium est accusare secundum ꝙ dicitur apocalyp.12.proiectus est accusator fratrum &c.ergo si in iudicio Dei arguemur de secretissimis cogitationibus videtur ꝙ non lateant accusatorem nostrum.¶Secundo sic.dr̃ Secũdũ ar.
Augu.super Gen.ad literam mali angeli cogitationes nouerunt quia multa prædicunt,quæ non prædicerent, nisi nouissent.¶Tertio sic.substantiæ spirituales sicut Diony. Tertiũ arg.
per sui naturã sunt specula,sed sic est in speculo materiali, quod quando vnum obijcitur alteri non solum repræsentat ipsum,sed etiam quod relucet in ipso, ergo vr̃ ꝙ cum dęmon aspicit animam non solum ipsam videat,sed omne quod est in ea. ¶In oppositũ est ca.pręsens s̃m illud 3. Opponit in contrariũ
Reg.8.Tu solus nosti corda hominum, ergo non dæmon
2 vel alius.¶Respondeo dicendum.†ꝙ cogitatio hoĩs põt cognosci dupliciter.vno modo in solo effectu,& tunc est conclusio,ꝙ & dæmõ & alius homo potest cognoscere co Prima con.
gitationes hoĩum,& tanto subtilius,quãto effectus huiusmodi sunt minus occulti.Cognoscitur ẽt cogitatio non solum per actum exteriorem,sed ẽt per signa exteriora faciei,vel signa cordis,qđ diuersimode mouetur secundum diuersitatem affectionum,vt ẽt medici ꝑ aliquas affectiones perpulsum cognoscere possunt,& multomagis angeli.Hinc est ꝙ hoc modo multæ cogitationes & affectiones nostræ comprehendi possunt à malignis spiritibus nisi arceantur virtute diuina.Hæc autem cogitatio vt dr̃ Do.Bo Bonauent.
nauentura magis est coniecturalis,quam certæ sciæ. Alio modo possunt cognosci cogitationes,prout sunt in intel Secũda cõ.
lectu,& affectiones prout sunt in voluntate & tunc est conclusio secunda, ꝙ dæmones non cognoscunt cogitationes hominum,sed solus Deus.probat̃ primo per illud primo ad Cor.2.nemo scit quæ sunt hoĩs nisi spiritus qui est in illo.Secundo dicit Au.li.de ecclesiast.dogmatibus.internas cogitationes nostras diabolum non videre certum est.Ra Augu.
tione probat̃ iuxta S.Tho.voluntas rationalis creaturę soli Deo subiacet,& ipse in ea solus operari potest: ergo quę in voluntate sunt ex voluntate dependent soli Deo sunt S.Thomas
nuta.vnde dicit D.Bonauentura.ꝙ sicut Deus voluntati ra Bonauent.
tionalis creaturę dedit dominium siue arbitrium, cui nulla præsidet,nisi diuina potentia,sicut eius potentię cognotiue dedit conscientię secretũ cuius secreta & profunda nõ petierat,nisi diuina sapientia,& ideo nulla creatura aut humana aut angelica potest conscientiæ humanæ scire secreta nisi per signa vel coniecturas, vel nisi nouerit:de reuelatione autem hoĩs deiectione & denuntiatione. ¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia

& fide

& si de exterioribus,& visibilibus atque manifestis accusa re posset, non tñ de secretis,& occultis, nec tamē impunita relinquentur, quia non deerit deus, qui erit accusator & te stis. ¶ Ad secundā dicendū, ꝙ Aug. loquitur de cognitione cōiecturali nō de cognitione certæ scientiæ. ¶ Ad tertiā re spondetur negādo cōsequentiam & ratio est, quia duplex est speculum. s. naturale & quoddam voluntarium, de spe culo naturali procedit non de voluntario, in quo solum il lud repræsentat ꝙ voluntas vult repræsentare. Litera patet.

Ad secundū.

Ad tertium

¶ Quæstio quinta.

1 *Diuinationes an possint fieri sine peccato, quod non. nu. 2.*

3 *Diuinatores & sortilegi qua pœna puniantur.*



Vod autem. Hic incipit. 5. quæstio vtrum. s. sortilegi & diuinatores sint excommunicandi, si cessare noluerint & est. §. ad quam respondet Gratianus ꝙ sic. quod rōne & authoritate probatur. Quæstio ista diuiditur in tres partes. In 1. confirmat per 12. authoritates responsionem, quam fecit ad quæstionem. In secunda ostendit ꝙ nullus sacerdotum debeat mis sam defunctorum decantare pro viuo vt citius moriatur, nec altare discooperire, vel veste accingere. In 3. parte ponit casus & originem his fantasmatibus & quomodo accidant. 2. ibi, quodcunque. 3. ibi, nec mirum. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur. ¶ 1 †Vtrum huiusmodi artes vel diuinationes possint fieri sine peccato. Respondeo dicendum iuxta D. Bonauen. ꝙ hmōi magicæ artes siue diui 2 nationes non possunt esse absq; peccato, nec potest à diabolo requiri consilium, vel ēt auxiliū, siue ministerium absq; peccato. voluntaria autem commercio non potest fieri sine peccato. Aut. n. est ibi peccatum infidelitatis, vt pote fidem omnino credendo aliquid diuinitatis inesse illis, aut est ibi peccatum idolatriæ, vtpote in oblationibus,& sacrificijs, aut obedientiæ saltem contra prohibitionem diuinā & ecclesiæ. Ratio autem huius prohibitionis est, quia vel peccat in seipsum dum se committit, discrimini, peccat in ecclesiam dum habet commercium cum illo, qui est omnino præscissus,& ecclesiæ aduersarius: peccat etiam in maiestatem diuinam, dum recurrit ad diabolum, quasi non sit potens & omnino sufficiens & benignus Deus Christianorum,& ideo prohibitum est,& sine peccato fieri non potest. Cuius etiam signum est pœna, quę hic talibus iniungitur, s. pœna excommunicationis, qua maior non est in ec- 3 clesia. Lege. ¶ [Quod autem.] † vbi notandum circa pœnas diuinatorum & sortilegiorum quæ varię ponuntur. prima quæ hic assignatur est, ꝙ si admoniti non desistant sunt excommunicandi. Et ꝙ hæc pena sit merito eis infligenda primo Gratianus probat rōne sic. Tales diuinatores & sortilegi consulentes,& eorum auxilia futura, quæ solius Dei est cognoscere tentant prædicere, quoddam genus idolatriæ videtur committere, quia sicut auarus cultum deo debitum minime impendit idolorum cultor ab apostolo nominatur, sic illi & c. sed tales idolorum cultores à fidelium societate sunt separandi, vt apostolus dicit 1. ad Cor. 5. si qs & cætera. ergo & c. ¶ Secundo hoc idem ostenditur exemplo luciferi,& primorum parentum. Nam quia lucifer & primi parentes diuinam similitudinem appetierunt lucifer de cœlo, primi parētes de paradiso eiecti sunt. vnde merito isti diuinatores & sortilegi qui cognoscere præsumūt ea quæ soli Deo conueniunt. s. futura & occulta expellendi veniūt de ecclesia, quæ in scriptura sacra & cœlum & paradisus dicitur.

Diuisio.

Respondet.
Bonauent.

Exponit li teram

1 *Arioli qui dicantur.*




I quis. Ad hoc inducitur hoc c. quod est Gregorij in moralibus. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Si quis ariolos] † ario 1 li dicūtur diuinatores qui circa aras idolorum nepharias præces fundunt,& funesta sacrificia offerunt, hisque celebrantibus de monum responsa accipiunt, vt dicit Isidorus, de quibus Deut. 18. Nō inueniatur qui ariolos sciscitetur. [aruspices] sic vocati sunt quasi horarum inspectores[vel incantato-

Exponit li teram.

Isidorus.

res phylaterijs] id est obseruationibus eorum.



Vi diuinationes. Ad idem est hoc c. ex concilio Anchiritano. Summa est in rubro. patet. ¶ [Qui diuinationes introducunt] infra e. q. 7. non obseruetis. [expiandi]. i. purgandi de aliquo malo Arch. [quinquēnij.] ¶ Contra pro quolibet peccato mortali pœnitētia septēnis designatur 33. q. 2. hoc ipsum. hoc autem est de maximis, ergo & c. ¶ Respondetur ꝙ licet regulariter sit statuta pœnitentia septēnis. tamen aliquando iniungitur maior, vel minor secundum quantitatem & qualitatem delicti. Sunt autem qui in talibus nō credunt esse peccatum,& ex quadam curiositate siue propter commoditatem hoc faciunt, vel inquirunt gradus, vt primo anno duriter 2. leuius,& sic de alijs, vt 50. d. eos [diffinitos] à sacerdote Hu.

Exponit li teram.

Opponit & Respondet



On liceat. Ad idem est hoc ca. quod est ex concilio papæ Martini. Sūma est in rubro. Et diuiditur in quatuor partes. In 1. prohibet obseruationes gētilium in cultu elementorum aut obseruantia signorum cœlestium ad res agendas, ad quas nullam habent virtutem, nec efficaciam, sicut domū ædificandam, vel coniugia contrahenda, vel segetes plantādas, siue arbores, licet. n. ad ædificandam domum sit bonū considerare tempus serenū,& nō humidum, vel locū non arenosum, sed firmum, nō autem licet inspicere ꝙ tali die incipiatur ędificari vel inhabitari,& non alio die, vel mense. In secunda ꝙ in collectionibus herbarum non sunt fiendæ aliquę obseruationes superstitiosæ, vt incantationes & similia. In 3. ponit pęnam eorum qui huiusmodi gētilium obseruationum psecutores in domum receperit. In quarta prohibet mulieribus, ne in suis operationibus vanitatē aliquam superstitiosam obseruent. 2. ibi, nec. 3. ibi, Si quis. 4. ibi, mulieribus. patet. Lege. ¶ [Non liceat tollere. Nam scriptum est] Mat. 4. Dominum Deum tuum adorabis & c. de aspectu astrorum disputauimus satis supra q. 2. planetarios. [scriptum] Act. 17. & Col. 3. [nec in collectionibus herbarum] 2. pars de hoc supra diximus in c. qui sine salutatore ar. 2. [si quis] 3. pars. [idem] supra c. præcedendi [mulieribus] 4. pars patet.

Diuisio

Exponit li teram.



On oportet. Ad idem est hoc c. ex cō cilio Laodicen. Summa est in rubro. Et diuiditur hoc c. ī duas partes. In 1. ꝓhibet ne diuinis officijs dediti sint magici, aut incantatores. In 2. iubet tales proijci ab ecclesia. 2. ibi. hos qui. Lege textum. ¶ [Nō oportet]. i. non conuenit, non decet si talia ab omni Christiano debent esse aliena, multo magis ab his, qui ministri Dei sunt, ne efficiātur mynistri dęmonum [phylateria]. i. verba incantationum Hu. [aut obseruationes] magicas.

Diuisio.


Exponit li teram.



I quis episcopus. Ad idem sequit hoc c. ex cōcilio quarto Toletano. Summa est in rubro. patet Lege. ¶ [Si quis episcopus curam monasterij] quia non debet esse prælatus eius. Hu. [cura] .i. laborem ieiunia,& disciplinā monasterij. Arc. in quo depositus debet recludi pœnitentiæ perpetuę deditus. & nota ꝙ hoc scelus sacrilegium dicitur,& ꝙ pęna depositionis punitur.

Exponit li teram.
Archi

Aliquanti. Ad idem est hoc c. ex concilio Agathē. Summa est in rubro. patet.



Ortes. Ad idem est hoc c. Leonis papę quarti. Summa est in rubro patet Lege. ¶ Sortes] de obseruantia sortium disputatū est supra eod. q. 2. [discriminatis]. i. discernitis aut diiudicatis glo.

Exponit li teram.

Peruenit. Ad idem est hoc capitulum Beati Gregorij papę. Summa est in rubro. patet litera.

Si quis clericus. Ad idem est hoc cap. ex concilio Aurelianen. Summa est in rubro patet.

1 *Diuinatione quare non est vtendū multæ rationes assignantur.*


Ontra. Ad idem est hoc c. Gregorij in registro. Summa est in rubro. Et diuidit in duas partes. In 1. præcipit, vt prelati inuigilēt cōtra sortilegos,& idolorum cultores: In secunda ponit

Diuisio


da ponit pœnam contra emendare se nolentes.secũda ibi, ꝙ si emendare.¶ Pro pleniori intelligentia horum capitu lorum quæritur,quæ causę sunt quare ita strictè præcipitur,vt contra hos sortilegos & diuinatores procedatur. (Quæstio.) Ad hoc respondetur,ꝙ ideo,quia hoc peccatum multipliciter displicet Deo,& multum offensiuum maiestatis ei⁹. (Respondet.) Et ideo maxime hoc peccatum abominatur dominus, qđ apostata reputatur vt dictum est in 1.c.huius qõnis.† vn-

1 de multa sunt quæ debent hominem ab hoc diuinationis peccato cohibere,primum est,quia hoc peccatum est diabolicum.Sunt.n.diuini admodum luciferi,quia vbi non liceret volunt similes esse altissimo, dum futura & arcana Dei volunt prædicere,vnde hoc peccatum à demonibus est inuentum.vt infra e.c.episcopi.vnde Aug.hæc vanitas, (Augu.) magicarum artium ex traditione dæmonum inualuit, & per eos inuenta sunt auspicia,& augurationes,quæ dicuntur diaboli oracula,qui autem diuinis huiusmodi adhibẽt fidẽ similes sunt diabolis qui Lucifero consenserunt.¶ Secundum quod cohibere debet hominem ab hoc peccato est diuinæ legis mandatum.dr̃.n. Leui.19.nõ declinetis ad magos,nec ab Ariolis sciscitemini &c.¶ Tertium quod cohibere debet ab hoc peccato est pœna multiplex , quæ in lege diuina taxatur huic peccato præter illas, quæ in iure humano,ciuili vel canonico ponũtur. Nam vna est mors. vnde 4.Reg.1.mandauit Helias Ochoſiæ regi nunquid nõ est Deus Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Acharon. idcirco dr̃ dominus.de lecto super quem ascendisti,non descendes,sed morte morieris. ¶ Secundum est (Exponit literam.) depositio à dignitate,vnde Saul ideo à regno deiectus est. 1.Reg.3.pœna,quia tales præcipiuntur lapidibus obrui.Leui.27.Lege.¶ [Contra inuigilare]maxime vigilandum est à pastorib⁹ ecclesiæ cõtra tales inimicos Dei,& fidei catholicæ. [quod]secunda pars. [verberibus]non tñ proprijs manibus d.86.non liceat.in aut.de sanc.epis.§.sed nec Col lo.9.Laur.Arch.

1 *Incantationes serpentum aut aliorum animalium an sint peccatum.*



Vgurijs. Ad idem est hoc capitulum ex concilio Carthaginen. Summa est in rubro.Breue est.Leg.¶ [Augurijs,& in (Exponit literam.) cantationibus]†quid de incantationibus ser- (Quæstio. 1) pentum vel quorumcunque animalium.Re- (Respondet.) spondetur iuxta S.Tho.In secunda secundæ. vbi supra ꝙ si respectus solum habeatur ad verba sacra & ad virtutem diuinam,non erit illicitum,sed plerunque tales incantationes habent illicitas obseruationes , & ꝑ dæmones sortiuntur effectum,& pręcipue in serpentibus,qa serpens fuit primum dæmonis instrumentum ab hominẽ decipiendum.vnde dicit gl.super illud psal. 57.sicut aspidis surdæ &c.Notandum ꝙ non laudatur à scriptura vndecunque datur in scriptura similitudo,vt patet de iudice q rogantem viduam vix audiuit.hæcS.Tho.[Iudaicis super- (S Thomas) stitionibus]siue ritus iudaicos.de cons.d.3.peruenit,& extra de Iudæis.Ad hoc Arch.vel ferijs.inherentem.sicut qui (Archi) dicunt melius est incipere in tali die,quã in tali, quia ille dies est faustus,& hic infaustus,vt in Ouidij fastis, & hæc est maxima superstitio extra de ferijs.licet & de consecra. d.3.peruenit Arch.



Piscopi. Sequitur ad idem hoc c.ex concilio Aquilensi. Summa est in (Diuisio.) rubro.Et diuiditur ĩ tres partes. In prima statuit,vt tam episcopi quam eorum loca tenentes sint soliciti de expellẽdo de parochijs suis sortilegam , & magicam artem. In secunda reprehendit quasdam mulierculas, quæ cum Diana Dea paganorũ nocturnis temporibus se dicunt equitare, in quo falsum dicunt.In 3.parte ostendit qualiter fiat hæc illusio in solo spiritu diabolo illas illudente. secunda ibi,illud.tertia ibi , si quidem.Pro pleniori intelligentia huius cap. 5. occurunt videnda.

1 ¶ Primum est vtrum dæmones illudãt sensus hominum.

2 ¶ Secundum est vtrum hoc quod hic dicitur de istis mulieribus , quæ cum Diana Dea paganorum equitare dicũtur sit per illusionem diabolicã facta,in solo spiritu,& non veraciter in re.

3 ¶ Tertium est vtrum credens prędicta esse vera in re decidat in infidelitatis interitum.

4 ¶ Quartum vtrum transformationes formarum quas dicunt prędictę vetulę posse fieri per dominas illas cum quibus equitant,vere fiant in re.

5 ¶ Quintum est quare plus vel magis abundant huiusmodi stultitiæ sortilegorum in sexu muliebri quam in virili.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ dæmon non possit sensus hominum illudere.Primo sic.Sensus particularis nõ errat(vt dicit philosophus)Circa proprium obiectum.ergo nõ percipit nisi ꝙ verum est.sed delusio sensuum non potest esse sine errore,& deceptione,ergo &c.¶ Secundo cum diabolus facit aliquem videre asinum, vel aliquod aliud animal. vbi non est secundum veritatẽ,necesse est ꝙ faciat similitudinem illius aĩalis in oculos , sed illa similitudo non potest generari,nisi ab illo aĩali,cum non possit educi de nihilo. vel oportet ꝙ afferat asinum vel nunquam faciat eum videri,sed si asinũ affert nõ ẽ ludificatio.si nõ affert nõ immutat,ergo nũquã põt deludẽdo immutare.vel immutãdo illudere.¶ Tertio sic.cũ hoĩem facit videri caprã,aut similitudo hoĩs peruenit vsque ad oculum,aut nõ.si sic.ergo cũ iudicet secundum similitudinem,receptam iudicabit illũ esse hominem , ergo non decipietur , si non peruenit similitudo hoĩs vsque ad oculum,quæritur quid impedit. Et videtur ꝙ nihil possit,existẽte.n.medio illuminato necesse est obiectum multiplicari per medium , si non assit corporeum obstaculum,ergo videtur ꝙ nullo modo possit ibi esse ludificatio sensus.¶ Quarto sic.cum facit videre quod non est,aut hoc facit immutando virtutem,aut immutando oculum aut obiectum,si mutando obiectum,ergo est verũ miraculũ.nõ ergo pſtigium.si immutãdo organũ,vel virtutẽ,cũ hęc sint digniora,tũc erit mai⁹ miraculũ ergo falsa miracula erunt maiora veris.ergo est falsum. redit idem quod prius.¶ In oppositũ est c. præsens.¶ Respõdeo dicendum ꝙ demon potest illudere & de facto sæpe illudit sensus hoĩum.patet conclusio. Primo per illud qđ habetur in gl.Exo.7. super illud fecerũt magi &c.vbi gl. Rabani ita dr̃.diabolicis figmentis spectantium oculos illudebant,vt res in sua specie remanentes aliæ viderentur. ¶ Secũdo in itinerario Clemẽtis dicit Nicheta ad Petrum narrãs præstigia Simonis. vidimus canes cantare,& imagines ambulare.Constat autem ꝙ non fiebant nisi virtute demonum,ergo &c.¶ Item in uitis patrum legitur, ꝙ quidã adduxerunt quandam ad sanctum patrem quæ videbatur eis esse æqua, sed sanctus pater deprehendit , ꝙ esset puella,sed hoc fiebat arte diabolica.ergo cõclusio vera. pro cuius conclusionis pleniori intelligentia licet valde difficile sit assignare modum quo dęmones illudunt sensus hoĩm & variè assignatus à doctoribus nihilominus oĩbus alijs, dimissis sequendo dominum Bonauenturam in secundo dicimus,ꝙ dęmon potest ludificare sensus hominum siue ostendendo præsens esse,quod non est, siue ostendẽdo aliter,quam est,siue abscondendo quod præsens est. primũ, qdem facit spũs offerendo,secũdum facit sensum vel obiectum deriuando.tertium facit impedimentum prǽstãdo. primum intelligi potest sic,quãdo fantasmata exequentia interius offerũtur forti oblatione ipsi virtuti interiori,vel virtus ĩterior fortiter illis intẽdit similitudo rei vr̃ esse veritas,hoc manifestũ est ꝑ naturã. Nã phrenetico pp ascẽsũ fumositatũ ad cerebrũ ex modica occasione exteriori , vr̃ ei, ꝙ videat multa quæ non sunt ibi pręsentia , vel ꝙ audiat similiter per fortem conuersionem intentionis fantasma vr̃ veritas sicut Augu.exemplificat in lib.de trin. quod qdã tanta conuersione cogitabat cuiusdam mulieris imaginem,quod ei carnaliter comisceri videbatur ẽt vigilando per hunc modum demum potest siue intentionem ad imaginationem conuertere siue fumos aliquos immittendo spũm aĩalem immutare,& fantasmata diuersimode variare,& intentioni offerre, & sic diuersè hmõi apparere, & hoc modo vtitur frequentissime.Et huius signum est qa nunquam facit hoĩem aliqd sentire cuius imaginem non habet in interiori organo virtutis imaginatiuæ, nusquam .n.cœcos naturaliter facit somniare de coloribus nec surdos de sonis, nec eis talia reprǽsentat ĩ vigilia vel somnis. ¶ Secundum modum possumus sic intelligere , ꝙ res alio modo sub alia dispositione appareat sensui,quam sit. hoc naturaliter potest contigere propter variationem aliquã

ex parte

Marginal notes (right column): Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ arg. — Quarta — Opponit & Respondet. — Bonauent. — Augu.

ex parte organi,ſicut quando humor ſanguineus deſcendit ad oculos, videtur homini, quod ea quæ exterius ſunt ſint rubea, vel propter variationem aliquam ex parte obiecti,ſicut contingit aliquando,quod ex poſitione candelę & diſpoſitione palearum videntur ſerpentes eſſe in operatione naturali. Simile eſt in aliquibus virtutib. quarundam rerum mineralium. Et quia iſte modus non latet dæmones, & ſunt miniſtri veloces, potentes quæ neceſſaria ſunt ad hoc afferre, ideo ſenſus noſtros frequenter deludunt,oſtendentes rem aliter quam ſit dum eam aliter faciunt,quam ſe habeat,apparere,quod quidem fit variationem modicam inducendo circa organum vel obiectũ quæ quidem variatio non mutat formam,ſed ſolum eſt ex quadam accidentali adhærentia,& eſt paſſio,non paſſibilis qualitas.¶ Tertium modum ſic poſſumus intelligere. Res ſiquidem quæ præſto eſt ſenſum noſtrum ſine viſibili obſtaculo dupliciter poteſt latere,aut quia impedit̃ virtus ſenſus,ne perueniat ad ſenſibile,aut qa impeditur ſpẽs ſenſibilis ne perueniat ad ſenſum,& vtroque modo impeditur ſenſus,ne percipiat quod ſibi eſt præſto.vtroque autem horum credendum eſt eſſe poſſibile virtuti dęmonis, & ideo dr̃ poſſe facere per hanc,vt hominem reddat inuiſibilem,quod tamen certum eſt non eſſe.¶ Quibus habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum.Ad primam de ſenſu ꝙ non errat &c.Reſpõdetur ꝙ hoc intelligitur quãtum eſt de ſua natura ſalua, ſi media diſpoſitione organi medij & obiecti.¶ Ad ſecundum quod obijcitur,ꝙ nulla res põt videri niſi per ſpẽm ſuam.Reſpondetur ꝙ dæmon ſpẽm nec de nouo dat,nec de nouo aufert, ſed illam quæ erat in fantaſia tam viuaciter virtuti illi interiori obijcit, vt credat ſe rem exteriorem ſenſibilem intueri.¶ Ad tertium quod obijcitur quid facit hoĩem videri capram vtrũ illa ſpẽs hoĩs deferatur ad viſum,dicẽdum ꝙ fortaſſis impedit ne perueniat ad viſum,vel viſus ad eam,vel ſaltẽ impedit,ne perueniat iudicium,cum loco illius offert ſpẽm capræ,quam habet in fantaſia, & ſic dum afficit ad corpus humanũ,æſtimat ſe videre capram.¶ Ad quartum quod quæritur,vbi faciat mutationem vel circa organum vel obiectum vel virtutem,dicẽdum ꝙ poteſt facere,facit circa oĩa hęc pro loco & tempore ſicut videtur expedire,nec tamen ſequitur ꝙ ſit verum miraculum,quia non eſt ibi, vera formarum tranſmutatio,aut inductio quæ cum oſtẽdat circa rem veram tranſmutationem eſſe non eſt miraculum,ſed vanum & falſum præſtigium,& tantum de hac quæſtione.

Ad primũ arg. — *Ad ſcđm.* — *Ad tertium* — *Ad quartũ.*

2 **Ad ſecundam** Sic proceditur.†Et vr̃ ꝙ id quod dr̃ de illis mulieribus equitantibus de nocte poſſit eſſe ſic in re,& non in ſpiritu ſolo. Primo ſic dr̃ Iob 11.de dæmone. Non eſt poteſtas in terra q̃ comparetur ei.ſed ipſe ſua poteſtate poteſt realiter transferre de loco ad locum hoĩes, & reportare ẽt magna corpora.ergo hoc ẽt eſt poſſibile.¶ Secundo ſic magus diaboli virtute legitur volaſſe & ſic trãſmigraſſe longa ſpacia terrarum potuit virtute dæmonis.¶ Tertio legitur Daniel. 13.ꝙ angelus dñi recepit Abacuch per verticem, & portauit eum de Iudæa vſque in Babyloniam ſuper lacum leonum impetu ſpũs ſui.¶ Quarto legitur, ꝙ ſemel dæmon duxerit Archiepiſcopum Biſuntinum de Biſuntio vſque Romam in breuiſſimo tempore.ergo ita hic fieri potuit. ¶ Quinto idem apparet ex actibus, quos dicuntur exercere illo tempore.ſ.comedere,& carnaliter immiſceri &c. ¶ In oppoſitum eſt capitulum præſens.¶ Reſpondeo dicẽdum,ꝙ iſtud quod mulierculæ iſtæ de ſe profitentur oĩno eſt falſum ſic eſſe,nec poteſt in veritate realiter & corporaliter ſic eſſe,ſiue contingere.ſed in ſolo ſpũ,& hoc diabolica illuſione mediante.Iſta concluſio patet diſcurrendo per ſingulas partes ipſius profeſſionis prædictarum vetularum.In 1.dicunt ſe cum Diana Dea paganorum equitare,hoc eſt falſum,quia in re nulla talis Dea paganorum eſt in mundo iſto, nec alio,ergo falſum præſupponũt.¶ Secundo dicunt ꝙ cum Hærodiade ẽt equitãt. hoc ẽt eſt falſum,non.n.credendum eſt,quod illa mala mulier adultera damnatiſſima,quæ fecit amputari caput Io.Bapt. exire permittatur de inferno, ad equitandum cum eis.Præterea mirum quod ipſi hoĩes cum chriſtiani eſſe dicantur audent equitare cum tam damnatiſſima meretrice.¶ Tertio dicunt quod equitant ſuper quaſdam beſtias. Iſtud ẽt falſum eſt,nec poteſt realiter & corporaliter ſic eſſe, vt beſtię corporales & viuæ ſicut equi,aut mulæ,aut cameli,aut aſini poſſint ſubito tam longa terrarum ſpatia tranſcurrere, & tam ſilenter,quod non perciperentur trãſire,cuius ſignũ manifeſtum eſt,quod illuſtrat dies beſtiæ prædictæ nõ apparent, nec ſtabulũ vbi reponantur,aut quieſcant,nec iterum mulierculæ illæ euocentur ad equitandum.vnde manifeſte apparet ſomnia eſſe quæ dicunt.¶ Quarto dicunt, quod obediunt iuſſionibus Dianę,vt dominæ,& certis noctibus ad eius ſeruitium dicuntur euocari.Iſtud ẽt eſt falſum,nec realiter & corporaliter poteſt contingere. Tum primo,quia ſicut dictum eſt talis Diana paganorum Dea non eſt,mirum ẽt eſt quod chriſtiani illi,qui hoc errore tenentur,militent ſub Dea paganorum.vnde dicendum eſt ſicut præſenti c.principaliter,quod prædicandum eſt omnibus iſta falſa eſſe, & non à diuino, ſed maligno ſpiritu talia fantaſmata mentibus fidelium erogari, ſiue inferri. Si quidem ipſum ſatanas qui transfigurat ſe in angelum lucis.cum mentem cuiuſcunque mulieris per falſam credulitatem ſubiugauerit. ilico transformat ſe in diuerſas ſpẽs perſonarum & ſimilitudines,& mentem quam captiuam tenet multipliciter in ſomnis deludit modo lętas modo triſtes,modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtẽdens, per quæque deuia deducit, & cum ſolus ſpũs hoc patitur infidelis,hoc nõ in animo ſed in corpore venire opinatur. ¶His habitis dicendum eſt ad rõnes in oppoſitum.Ad primam reſpondetur negando conſequentiam.dicimus.n.ꝙ licet poteſtas dæmonis magna ſit,non tamen tanta, quod iſta poſſet facere,ita realiter cõtingere in corporib⁹, ſicut mulierculæ illæ profitentur.¶ Ad ſecundam ẽt reſpõdetur negando conſequentiam.pro quo notandum quod aliud eſt quærere an dæmon poteſt vnum hominem tranſportare de vno loco ad alium,& deducere per aerem quaſi volãdo.Et aliud eſt an illud quod illæ mulierculæ profitentur .ſ.quod cum Diana &c. realiter & veraciter ſuper beſtijs equitent nocturnis horis &c. Nam primum eſt poſſibile, ſecundum non,vt oſtenſum eſt.Et ita patet reſponſio ad ſecundam & tertiam & quartam rationes.¶ Ad quintam reſpondetur,quod actus illi non exercentur ab eis realiter in corpore,ſed in ſomnis.vnde ſcriptum eſt Eſa. 29. ſicut ſomniat eſuriẽs,& comedit,cum autem expergefactus fuerit vacua eſt anima eius,& ſicut ſomniat ſitiens &c.

Primũ ar. — *Scđm arg.* — *Tertium ar.* — *Quartũ ar.* — *Quintũ ar.* — *Opponit & Reſpondet* — *Ad primũ arg.* — *Ad ſcđm.* — *Ad tertiũ & quartum ar.* — *Ad quintũ.*

3 **Ad tertium** †Reſpondetur ſub iſta cõcluſio.quod præcedentes illa eſſe vera quę mulierculæ prædictæ profitentur à fide catholica deuiãt in errore paganorum inuoluuntur.Concluſio iſta patet. Primo ex c.pręſenti vbi in forma ponitur.¶ Secundo probatur rõne ſic.qa credentes talia eſſe vera neceſſario credere perhibentur aliquam Deam eſſe quam Dianam dicunt,cui illæ mulieres obediũt ſicut dñę & parẽt, ſed hoc eſt extra vnũ Deum aliquid diuinitatis & numinis aſſerere,& tale eſt deuiare à fide catholica quę vnũ ſolum deum profitetur, & credit, & inuolui errore paganorum qui ponunt pluralitatem Deorum, ergo concluſio vera.

Reſpondet.

4 **Ad quartam** Quæſtionẽ in qua quæritur †vtrum trãſmutationes formarum quas dicunt &c.ſint veræ.Reſpondetur breuiter quod non, imo dicit præſens concilium.Quicunque credit aliquam creaturam mutari in deterius,vel in melius vel in aliam ſpẽm transformari,niſi à ſolo creatore,per quem oĩa facta ſunt procul dubio infidelis eſt.vnde dicendum eſt ſicut ſupra, quod oĩa iſta fantaſmata maligno ſpiritu fidelium mentibus inferuntur,nec credendum eſt,quod ea quę apparent in fantaſia in virtute corporali accidere.vnde nulla mutatio fit in ipſis, ſed ſic apparet fieri ſicut ſupra in 1.qõ. vbi quomodo dęmon alludit ſenſus hominum declarauimus.

Reſpondet.

5 **Ad quintam** Quæſtionem qua quæritur† quare plus &c.Reſpondetur iuxta Alexandrum de Halis in ſecundo quod doctrinæ dñicæ ideo fuit ordo,vt à Deo in Chriſtum hominem deſcenderent, & à Chriſto in virũ à viro in muliere.caput.n.mulieris eſt vir caput vero viri Chriſtus.caput vero Chriſti De⁹ 1.ad Corint.11.Econtra fuit de doctrina diabolica quia ipſe diabolus primo transfundit eam mulierem, vtpote quæ minus habebat diſcretionem ſpiritus, & per mulierem in virum: ſicut ergo primo transfudit doctrinam peccati, ita fallacẽ doctrinam ſortilegij transfundit frequentius in mulierib. quam in viris.vnde cõtra hmõi genera errorum eſt, quod nunquam audiuimus ſapientem virum vel fœminam,quę ſe vidiſſe

Reſpondet Ale.de Hal.

se vidisse supra dictas stultitias testaretur, sunt quædam vetulæ stultæ & homines infirmi, vt Melancholici, Phrenetici, maniaci timidi, pueri, & huiusmodi qui de facili & à dęmonibus & ab hoībus illuduntur. Lege tex. ¶[Episcopi.zabulon].i.diabolo. [sortilegam & magicam artem]bene loquitur de sorte superstitiosa, quia sors absolute in veteri testamento fuit inuenta primo à Iosue. secundo à Saule. 3. à Nautis. de Iona supra e.q.2.§.quod autem eradicēt.ff. de offi.præsi.l.3.Arch.[dehonestatum].i. vituperatum.[apostolus]ad Titum 3.[illud vero]secunda pars.[retro post & cætera.]hoc sumptum est de illo quod Deus ait Petro.Ma. 8:vade retro satana, quia non sapis scandalum mihi es. Istę mulieres diaboli illusionibus deceptę à veritate fidei auersæ conuersę sunt post satanam retrorsum[sed vtitur hoc solo].i.non alio per abnegationem.Hug.[siquidem]3. pars. [satanas]2.ad Cor.11.[dormiendo]dum.n.homo dormit, multa occurrunt fantasmata, ex quibus aliqua apparēt dormientibus, quæ per nullum sensum vigilantibus occurrerunt, vt docet philosophus 1.de somno & vigilia[Ezechielis]Ezec.1.& similiter Apocalyp.1.vbi Io.ait.in spū.[Paulus]2.ad Cor.12.[qui talia credit fidem perdidit]qui.n.errat in vno articulo, siue credit aliquid contra fidem vnius articuli fidem perdit. Sicut.n.vt arguit S.Tho.per peccatū mortale contrariatur charitati. Ita discredere vnum articulum contrariatur fidei, sed charitas non remanet in hoīe, post vnum peccatum mortale ita nec fides postquā discredit vnum articulū fidei.[quisquis]quarta pars. [deterior] in hoc quippe est pagano deterior apostata in fide, quia fidem sibi notam derelinquit, contra quem dicitur 2. Petri. 2.melius.n.erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitam retrorsum conuerti ab eo.quod illis traditū est sancto mandato.

Exponit literam. — *S Thomas*

Sunt nonnulli. §.Est.in quo ostendit grauiter peccare qui in perniciem inimicorum altaria vestribus sacris exuunt, luminaria ecclesiæ extinguunt, missam defunctorum pro vilis ducūt &c. ad quo inducit sequens capitulum.



Vicunque. Ad idem inducitur hoc c. ex cōcilio Toletano. Summa est in rubro. Et diuiditur c.in duas partes. In 1.dr̄ ꝙ si quis de sacerdotibus vel ministris ecclesiæ causa doloris, s. proprij motus aut altare vestib⁹ sacris exuere præsumpserit, vel lugubri accinxerit, vel luminaria extinxerit, nisi prius corā Archiepiscopo satisfecerit, deponatur, exceptis illis personis qui hoc facerent vel propter hæreticos, vel propter hostilitatem, vel alia iusta causa. In secunda parte dr̄, ꝙ sacerdos qui cantauerit missam defunctorum, vt inimicus citi⁹ mortem incurrat deponatur tam ipse sacerdos, quam ipse qui eum ad talia incitauerit perpetuo exilio puniatur. secunda ibi, plerique. Lege. ¶[Quicunque doloris] priuati. Lau.i.odij.[vestibus sacris]nisi ī die veneris sancta, in qua in signum de locis passionis Christi, altaria pannis & aliis denudantur. [Ecclesiæ autoritate extingui] quia ecclesiæ exemplo Christi, qui est lux vera. Io.1.non debet esse sine luminaribus[coram Metropolitano]hoc dr̄. quia sedes Toletana est Metropolitana, & loquitur spāliter clericis suis, vel intelligo quando episcopus hoc facit Hu.[illius contaminationem]si timeret, ꝙ hæretici venirent, aut infideles & vellent vti vestibus sacris altarium, aut vellent celebrare in altaribus & ita subuertere fidem catholicam peruertendo sacramenta, aut quando timerentur latrones, ꝗ spoliare vellent altaria idem possent facere quacunque alia iusta causa.[plerique]secunda pars, & merito tales puniendi sunt, tum quia in missa odium tenent. Tum quia turpiter ludunt de sacramento missæ. Tum quia quod pertinet ad mortuos non debent offerre pro viuis.

Diuisio. — *Exponit literam.* — *Hugu.*

Ex præmissis. §.est.In quo incipit tertia pars qōnis in qua duo facit. Primum est, ꝙ concludit ex præmissis, ꝙ præstigia superstitionum sunt ab ecclesia elimanda & nisi tales malefici corrigantur sunt excommunicandi. In secunda parte ea, quæ in præcedenti capitulo dicta sunt confirmat in sequenti autoritate beati Augustini.


3 *Dæmones virtute propria nullam naturalem formam in materiam inducere possunt sine adminiculo proprii agentis naturalis.*

5 *Dæmonum auxilio vti graue peccatum est.& nu 6.& 7.*

11 *Præstigium quid dicatur.*

12 *Maleficia quare dicantur.*

13 *Deus quare permittat maleficia habere efficaciam contra populum christianum.*



Ec mirum. Capitulum hoc est B. Aug. li.de ciuitate Dei. Summa est in rub. Et diuiditur principaliter in 5. partes. In 1.docet Aug.non esse mirum, si magorum præstigia in tantum valuerint, vt etiam Moysi resistentes virgas verterent in serpentes, & alij in bestias formas hominis commutarent, quia oīa talia præstigijs magorum fingebantur, quam ꝙ sic essent in veritate & occasione hinc accepta ponit multa genera præstigiorum, ponit & etymologias eorum, in secunda assignat causam quare talis potestas data sit dæmonib. ostendens ꝙ nihil per eos fieri posset sine permissu Dei. Et declarat quomodo angeli mali vel magi eorum virtute dicantur conuertisse virgas in dracones. In tertia respōdet obiectioni quæ fit de phytonissa, ꝙ Samuelem suscitasset. In quarta respondet ad obiectionem quæ fit, quod plura veraciter eueniunt & fiunt, quæ dæmones vel sortilegi prædicunt vel faciunt dicent non esse credendum eis, licet aliquando eueniant, sicut prædicunt, quod probat autoritate sacræ scripturę. In 5.rn̄det ad questionem qua quęritur. Cur talia permittat Deus. secunda ibi, hæc potestas. tertia ibi, præterea quidam. quarta ibi, si autē quilibet opponit. quinta ibi, sed quasi quæreret. pro pleniori intelligētia huius, c. sex occurrunt quærenda.

1 ¶Primum est vtrum signa illa magorum cōuertentium virgas in dracones fuerunt secundum veritatem aut secundum fantasiam tantum.

2 ¶Secundum est vtrum dęmones in his signis operentur præparādo tantum materiam, vel etiam inducēdo formā.

4 ¶Tertium est vtrum vti auxilio dæmonum in talibus operibus non sit peccatum.

fuit immorata in vigilando,& talis causa somniorum non est causa futurorum euentuum.vnde hmōi somnia per accidens se habent ad futuros euentus,& si quādoque simul concurrant erit casuale.Et de talibus potest esse cōclusio, ꝙ talia non sunt curanda,nec attendenda,ex quo nec causa nec signa sunt futurorum euentuum.vnde ecclesiast.33. multos errare fecerunt somnia.Quandoque vero causa intrinseca somniorum est corporalis.Nā ex inferiori dispositione corporis formatur aliquis motus in fantasia conueniens tali dispositioni,sicut hoī in quo abūdant frigidi humores,occurrit in somnis ꝙ sit in aqua,vel niue. Et propter hoc dicunt medici intendendum esse somnijs ad cognoscendum interiores dispositiones corporis,vt possint inde conuincere aliquem euentuum futurorū morbi, vel sanitatis.vnde Aristoteles in li.de somno & vigilia dicit,ꝙ quādo somnia sunt ex his quibus componimur,sunt signa vel sanitatis vel ægritudinis secundum eorum differētias, vt si quis somniet de occupationibus ignis,signum est ꝙ dominetur in eo cholera.Si aeris signum est sanguinis, si aquæ vel alterius liquoris, signū est phlegmatis. Et de talibus somnijs potest esse conclusio talis,ꝙ non est necesse ꝙ res designatæ per illa somnia semper eueniant,videlicet talis morbus,vel sanitas,quia ex aliqua causa superueniente possunt impediri.Causa vero somniorum extrinseca est duplex.s.corporalis & spūalis.Corporalis quidem inquantum imaginatio dormientis immutatur vel ab aere continenti vel ex impressione cœlestis corporis,vt sic dormienti aliquæ fantasiæ appareant conformes cœlestium dispositionum, vt si dispositum est in cęlo ad pluuiam, somniet pluuiam, nec hoc videtur absurdum, quoniam videmus per hunc modum ꝙ quædam aīalia præcognoscunt quædam futura,secundum quod est necessarium ad eorum sustentationem,sicut pisces tempestatem futuram motibus suis prænuntiant,& de loco ad locum mouentur,& similiter et in formicis & in alijs aīalibus vt ad sensum patet.Spiritualis autem causa potest esse duplex,quandoque qdem Deus,qui ministerio angelorum aliqua hoībus reuelat in somnis secundum illud Nume.12.Si quis fuerit inter vos propheta domini,in visione apparebo ei.vel per somnium loquar ad illum.Quandoque vero causa est diabolus. vnde operatione dæmonum aliquæ fantansiæ dormientibus apparent,ex quibus quandoque aliqua futura reuelantur his,q cum eis habent pacta illicita.his habitis ponitur cōclusio responsiua ad qōnē,ꝙ si quis vtatur somnijs ad prę-cognoscenda aliqua futura ẽm quod ex reuelatione diuina vel ex causa naturali intrinseca vel extrinseca, quantum se potest talis virtus extendere non est illicita diuinatio.Si autem hmōi diuinatio causetur ex reuelatione dæmonum, cum quibus habentur pacta vel expresse,quia ad hoc inuocantur,vel tacita,quia hmōi diuinatio extenditur ad id ꝙ non potest se extendere,erit diuinatio illicita, & superstitiosa.prohibetur ergo curiosa obseruatio somniorum. vnde temerariū est inniti somnijs,qm difficile est cognoscere quando causatum sit ex causis naturalibus,vel supernaturalibus,& quando ex angelis bonis vel malis,vnde sacra scriptura reprehendit eos,qui confidunt in somnijs. dr̄ tñ Gregorius ꝙ Sancti intimo quodam sopore didicerunt,q a bono spū & quæ à malo subministrantur.Ex dictis patet responsio ad obiecta.Et tantum de hac quæstione.Lege. ¶[Non obseruetis dies qui ægyptiaci dicuntur] hi dies non obseruandi.Primo ne credantur de necessitate habere effectum,ac si Deus non posset facere,ꝙ effectus ei attributi non euenirent,Attribuūt autem ei,quod dies ęgyptiaca sit in ægypto designata in punitione peccati mortalis,nec potest illa die munitio fieri nō salute & vita, quod est superstitiosum,& hæreticum.negat.n.Deum omnipotentem.¶Secundo quia tales dies ægyptiaci non habent intus in corporibus tales effectus cum frequenter talibus diebus minuti sani,& leti persistere reperiantur.¶Tertio ne videamur studio magicarum artium, & damnatarum
4 intendere,& assentire fabulis inanibus & mēdosis.¶†Sed quare ecclesia permittit eos in martyrologijs scribi cū sint damnati: Respondeo quod scribuntur non vt seruet,sed
a improbet vel vt ostendat quando ægyptus a fuit percussa.[Calendas Ianuarij].s.non debemus obseruare[fati]id est strenę.[quia qui]secunda pars,ideo seruare non debemus[quia qui has diuinationes aut fata] id est strenas [in damnationem] vnde Moysi dn̄s præcepit tales maleficos non

Gregor. Exponit literam. Quæstio. Respondet. a¶Qn̄ ægyptus.de his dieb vide Bal.ī l.creticorū.C. de iure deliber. & ibi. Bar. & do.

non pati viuere, nec inter fideles permanere. Deut. 18. [Pythagoricam] Pythagoras posuit principia rerum numeros quorum consonantia dicebat res esse qui vt dicit Ambro. ad Hireneum, fuit de gente Iudæorum ægrotantium, qui sorte aut per certum numerum literarum, aut per necromantiam diaboli documenta & potius deceptoria figmenta vel mortem obtinere posse, vel prospera, vel aduersa futura inquirunt. superstitiosum est in his subtrahitur Deo quod est suæ potentiæ & attribuitur diabolo quod recte fidei repugnat. Nam solius Dei est vitam, & mortē tribuere cum sit Deus mortis & vitæ 2. Regum. 2. dominus mortificat, & viuificat deducit ad inferos, & reducit, & ipse prosperat eleuat & per aduersa deprimit. [deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.] Lucæ. 1. [somnialia] quidam confinxerunt librum somniorum, qui falsa & vana continent, mendosa, & intitulauerūt illum Danieli [sortes &c.] Quidam sub nomine apostolorum confixerunt librum, quem dixerunt sortes apostolorum, volētes cōmendare sortilegia, pro eo, quod apostoli vsi sunt sortibus in electione Matthiæ. de quo supra e. q. 2. c. & q. 5. c. sortes. [auguria auium] .i. diuinatio futurorum ex garritu vel motu auiū [aut petatiolas] pitatiola, id est breuia scripta talibus credunt illi. s. qui superstitiosa credunt vera, & non à diabolo patre mendacij. adinuenta [aut magicarum artium doctores] tanquam magistros veritatis in domos suas introducunt, & eorum documenta tanquam vera sequūtur [tales fidem Christianam & baptismū negāt ac destruunt dicit apostolus] primo ad Corin. 10. omnia. n. quæ facimus debemus facere in honorem domini Iesu Christi. Tum primo, quia ipse est principium omnium, cum sit verbum per quod omnia facta sunt. Io. 1. Tum secundo quia per ipsum viuimus, & sumus, & omnia operatur ī nobis. Esa. 26. Omnia. n. opera nostra opatus es in nobis. Tum tertio qa ad ipsum tāquam ad finem omnia opera nostra debemus ordinare ad cuius honorem, & gloriā, viuimus. Act. 27.

De temporum. §. Est, ī quo est quinta pars huius quæstionis. s. de temporum obseruationibus illicitis de quibus sequuntur duo capitu.



Vis. Hoc c. est beati Augu. in Encheridion. ¶ [Sicut obseruant &c.] benedictum est, quia vt dicit idem Augu. super epistolam ad Gala. obseruare dies, & menses annos, & tempora, non ad maleficia & superstitiones, sed ad colendum Deum & sanctos prout sancta & vniuersalis ecclesia celebrat hoc bonum est, & sanctum. vnde Leu. 23. celebrabitis festiuitatem eius 7. diebus per annum & in multis alijs locis fit de huiusmodi obseruatione dierum festiuorum mentio: cætera patent per se. Exponit literam.

1 Remedia contra dæmoniacas illusiones.
2 Lapides pretiosi habet virtutes.

Daemonium. Ad principale propositum inducitur hoc ca. q; est Hiero. Summa est in rub. & supra ea. q. 2. qui sine saluatore habitum est de his quæ collo quandoque suspenduntuur & colligun tur. Lege. ¶ [Dæmonium] .i. vexationem, aut molestiam, aut maleficium, non quidem q; lapides aut herbæ virtute naturali agere possint in spm, sed possunt ad alleuiationem vexationis sicut dr. 1. Reg. 6. q; Saul qui vexabatur à dæmone alleuiabatur, quando Dauid cytharam percutiebat coram eo. de qua materia disputauimus. de pęni. d. 1. circa ver Saul. ibi vide. †Nota tamen iuxta autorem summę de vitijs & virtutibus remedia contra dæmoniacas illusiones sunt signum crucis, quia dæmones illud formidant, atque fugiunt, & aqua benedicta, quæ ad hoc cōsecrata est, hanc vim habet sicut in eius benedictione ostendetur, & Pater noster, & Credo in deum. Et versus. ille. In manus tuas &c. & si perseueret illusio in maleficiatis lunaticis maniacis & hmōi, tunc est necessaria maxime contritio, & confessio, & oratio ecclesiæ, & sanctorum, & eleemosynæ, & alia opera charitatis, & pietatis, quia Prou. 4. dr miseros facit populos peccatum, & Gregorius. Nulla nocebit aduersitas, si nulla dñetur iniquitas [petras] ar. †q; lapides pretiosi virtutes habent: de herbis satis probatum est [sine incātatione] vnde supra e. q. 5. nō liceat. dr nec in collectionibus herbarū, quæ medicinales sunt aliquas obseruationes aut incantationes liceat attendere, nisi cum simbolo diuino, aut oratiōe dñica, vt tm̄ Deus & creator oīm & dn̄s honoret, cui sit honor & gloria in secula seculorum amē. Exponit literam. Grego.

¶ Causa Vigesima septima.

1 Matrimonij diffinitio an sit bona.
2 Matrimonium quibus nominibus nominetur, & an conuenienter nominetur matrimonium coniugium nuptiæ.
3 Matrimonium an sit de iure naturali.
Et quando, & a quo fuit institutum nu. 5. & 6. & 7.
4 Natura hominis inclinat ad aliquid dupliciter.
8 Matrimonij institutio an fuerat a Deo per modum præcepti.
9 Matrimonium an sit sacramentum nouæ legis.
10 Matrimonium an conferat gratiam.
Quod sic gratia gratum faciens nu. 11.
12 Matrimonij bona quæ sint, & nu. 13.
14 Actus aliquis dicitur excusari dupliciter.
15 Actus humanus dicitur bonus dupliciter.
16 Impedimenta matrimonij an conuenienter assignentur.
Et quot sunt nu. 17.
18 Habitum monachalem si quis accipit non eo animo vt sit monachus an fiet ei ob hoc præiudicium.



Vidam votum. Hic incipit cā 27. quæ sic cōtinuatur ad præcedentes iuxta Hu. Quia senatus clericorum, dignior est senatu laicorum. primo de ministerijs ecclesiasticis, & de causis quæ principaliter versantur inter clericos hactenus. Nunc autem de matrimonio quod præsertim inter laicos celebratur, loco competenti annectit, & licet cætera sacramenta sacratiora & digniora videantur, tamen hoc sacramentum & tempore antiquius, & vsu communius est. Tempore est antiquius, quia cum cætera sacramē ta originem post peccatum habuerint, hoc solum in paradiso ante peccatum fuit institutum, vsu quidem est communius, quia cum cætera sacramenta tantum sint in ecclesia Dei, hoc sacramētum apud omnes inuenitur. Vnde Augu. sacramentum coniugij apud omnes gentes est. Sanctitas autem eius non est nisi in ecclesia, ideo mag. Gratianus tractaturus de sacramentis præmittit de matrimonio, cuius tractatum continuans adiungit decem causas, assignās multa impedimenta eius, sicut videbitur in processu, ideo autem hic seorsum ab alijs sacramentis tractat de matrimonio, quia sæpe de eo q̄ritur in iudicio rōne impedimentorū, quæ in eo contingunt. Et ideo ēt aliter tractat de eo q̄ de alijs, qa de alijs tractat simplr nō arguēdo sine propōne thematis, siue inductione allegationū, siue interiectione paragraphorum. de hoc autem sacro tractat thema pro ponendo allegationes ad vtranque partem inducendo, sicut spectat ad iudicium ad cuius tractat⁹ pleniorem intelligentiam, sunt aliqua prætermittenda & specialiter 10. in primis quid sit matrimoniū. ¶ Pro quo quæritur, †vtrum diffinitio matrimonij assignata in gl. quæ est viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitę consuetudinem retinens, ponitur autem infra e. quæstio. 2. §. 1. Magister vero sententiarum in 4. di. 17. dī sic, q; est viri mulierisque coniunctio maritalis, inter legitimas personas indiuiduam vitę consuetudinem retinens. Et vr̄ q; non sit conueniens diffinitio. 1. qa dī viri, & mulieris, poterāt aliquando plures mulieres haberi ab vno viro, ergo debet dici, viri & mulierū ¶ Scd̄o de hoc q; dr̄, maritalis coniunctio, sicut. n. est maritalis cōiunctio. Ita vxoralis, qa sicut vir efficitur mulieris, ita mulier vxor viri. ergo debet ēt dici cōiūctio vxoralis sicut maritalis. ¶ Tertio, cōsuetudo ad gen⁹ moris ptinet, sed frequenter matrimonio, cōiūcti sūt valde moribus diuersi. ergo non debet poni in diffinitione matrimonij, indiuiduā vitæ consuetudinē retinēs. ¶ Quarto sic, īter eos inter quos fit diuortiū à toto ī ꝑpetuū, nō est cōsuetudo vitæ īdiuiduæ, & tn̄ est īter eos verū matrimoniū, ergo illa ptīcula nō cōuenit diffinitioni matrimonij. ¶ In oppositū est gl. & cōis diffinitio. Rn̄. dicendum, q; tres diffinitiones dantur à doctorib. de matrimonio, vna quæ dicta est. Alia est Hugo. de sancto Victore. s. matrimonium est duarum idonearum

Augu. Quæstio. Primū ar. Scd̄um ar. Tertiū ar. Quartū ar. Opponit. Respondet.

nearum personarum legitimus de cõiunctione cõsensus. tertia est iurisperitorum.s.matrimonium est consortium communis vitæ & communicatio diuini & humani iuris, ad videndum aũt differentiam harum diffinitionũ est notandum iuxta S.Tho.ꝙ in matrimonio tria possunt considerari.s.causa ipsius,& essentia ipsius,& effectus.Et secundum hoc tres distinctiones assumuntur de matrimonio. Nam diffinitio Hugonis tangit cãm efficientem.s. consensum & per se nota est,diffinitio autem gl.tangit essentiam matrimonij.s.coniunctionem,& addit determinatum subiectum in hoc ꝙ additur inter legitimas ponit etiam differentiã contrahentem ad speciem in hoc ꝙ addit maritalis,quia cum matrimonium sit ad aliquid vnum,talis coniunctio ad speciem trahitur per illud ad quod ordinatur, & hoc est id quod ad maritum pertinet,ponit etiam virtutem huius coniunctionis,quia indissolubilitatem, in hoc, ꝙ dicit indiuiduam vitæ &c.Cuius diffinitionis intellectꝰ ita exponitur iuxta Ray.& Hu. coniunctio. s. animorum, coniunctio.n.corporum non est matrimonium viri & mulieris,quia nec vnus vir plures vxores nec vna plures viros habere põt.Et quia cõiunctio põt esse illegitima. s.fornicaria vel incestuosa,ideo additur,inter legitimas ꝑsonas & indiuiduam &c.hoc est,ꝙ neuter absque consensu alterIꝰ potest continentiam ꝓfiteri,vel orationi vacare,nec se alteri copulare,sed sibi inuicem mutuam fidem seruare, & debiti redditionem præbere debet.Et ꝙ dr̃ indiuiduam.i. inseparabilem,intelligitur secũdum Guil.de matrimonio consummato per copulam carnalem,quia ante possunt separari in casu vt videbitur infra.Item intelligitur de matrimonio fidelium. Nam matrimonium infidelium potest separari vt videbitur infra. ¶ Tertia vero diffinitio quæ dicitur iurisperitorum tangit effectum ad quem ordinatur matrimonium. s.vita communis in rebus domesticis, & quia talis communicatio aliqua lege ordinatur, ideo ponitur ordinatiuum istius communionis.s. ius diuinum & humanum.Aliæ.n.communicationes vt negotiatorũ & cõmilitantium solo iure humano institutæ sunt.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur iuxta Albertum in.4.ꝙ secũdum naturam optime institutã vt dicit Hu.de sancto Victore nõ est nisi vna vnius.Et propter hoc dicit Adam hoc nunc os ex ossibus meis,& erunt duo in carne vna,nõ tres vel quatuor & ita secundum naturam optime institutam diffinitur hic matrimonium,vel dicendum ꝙ intelligitur diffinitio illa de matrimonio in nouo testamento non in veteri contracto. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, & ratio est secundum dominum Albertum qa à digniori denominatur copula illa,s.à marito qui caput est mulieris.Et idem dr̃ S.Tho.dicens ꝙ per hanc differentiam tãgitur finis coniunctionis.Et quia vt dr̃ Apostolus vir non est propter mulierem sed mulier propter virum.Et ideo hæc,differentia potius à viro sumitur quam à muliere. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S.Tho.in 4.quod sicut vita ciuilis non importat actum singularem huius vel illius, sed ea q̃ ad communicationem ciuilem pertinent,ita vita coniugalis nihil aliud est quam conuersatio ad communicationẽ talem pertinens.Et ideo quantum ad hanc vitam consuetudo est indiuidua quanuis sit diuersa quantum ad actus singulares vtriusque.¶Ad quartam respondetur negando consequentiam.Et ratio est secundum Albertum in 4.qa licet fiat separatio a toro, vel ex iusta causa, vel ex malitia nihilominus adhuc manet indiuiduitas quãtũ ad hoc qđ alijs personis coniungi non possunt.

(Marginalia: Thom. — Raymun. — Guilie. — Ad primũ argu. — Ad secũdũ. Albertus. — S.Thomas. — Ad tertiũ. — Ad quartũ.)

2 **Secundo** Quærendum est†de nominibus quib. nominatur matrimoniũ.Et quæritur vtrũ conuenienter nominetur matrimonium,coniugium nuptiæ.Et videtur ꝙ non,primo sic,denominatio debet fieri à digniori, sed pater dignior est matre. ergo magis debet nominari à patre patrimonium quam à matre matrimonium coniunctio vtriusque.¶ Secundo sic,res debent nominari ab eo,ꝙ est de essentia sua,sed nuptiæ non sunt de essentia matrimonij.ergo matrimonium non debet nominari nuptiæ.¶ Tertio sic,spẽs proprie nõ põt proprio noĩe nominari ab eo ꝙ est generis,sed coniunctio est genus ad matrimonium,ergo non põt proprie coniugiũ nominari.¶In oppositum est cõis vsus loquentium,Itẽ hoc idem colligitur ex multis capitulis,vbi reperitur sic, matrimonium nominari.Rñ.dicendum iuxta S.Th.& Bona. in 4.matrimonium cõuenienter noĩatur illis nominibus, pro quo notandum,quod in matrimonio est tria considerare.primo essentiam ipsius quæ est coniunctio & ẽm hoc noĩatur coniugium quasi cõe iugũ q mutuum est vinculũ & mutua potestas vt dr̃ Isidorus 9.etymologia. ¶ Secundo est considerare causam eius quæ est despõsatio.Et ẽm hoc vocanẽ nuptiæ.i.nube,qa in ipsa solẽnitate desponsationis qua matrimonium perficitur capita nubentium velantur. ¶Tertio est considerare effectũ siue fructũ q est proles, & sic dr̃ matrimoniũ,vt dr̃ Augu.contra Faustum, ob hoc ꝙ mulier non debet ad aliud nubere nisi vt sit mater.vbi nota ꝙ matrimonium habet plures etymologias ẽm nomen matris vt dr̃ S.Tho.vno.n.modo dr̃ matrimoniũ quasi matris munium.i.officium,qa fœminis maxime incũbit officium educandæ prolis.¶Secundo matrimonium dr̃ quasi matrem muniens,qa iam habet quo defendatur & muniatur.tũ.s.virũ,tũ prolẽ.¶ Tertio dr̃ matrimoniũ quasi matrẽ monẽs ne virũ relinquat alteri adhærẽs.4.dr̃ matrimoniũ quasi materia vnius,qa ĩ ea fit cõiũctio ad vnã prolem materialiter inducendam,vt dicatur matrimonium à monos & materia.¶Vel quinto matrimonium dr̃ vt dr̃ Isidorus, à matre & nato,quia per matrimoniũ efficitur aliqua mater nati.¶ His habitis dicendum est ad rationem in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est qa licet pater dignior sit quam mater, tñ circa prolẽ mater est facta vt magis officiosa,q̃ pater,vel ideo qa mulier ad hoc principr̃ est facta,vt hoĩ in adiutoriũ ꝓlis inseruiat, vir aũt non ꝑp hoc factus est.vñ magis pertinet ad rationem matrimonij mater quam pater.¶ Ad se undã rñdetur negando assumptum,ꝗ essentialia aliquando cognoscunẽ per accidẽtalia.Et ideo ẽt per accidẽtalia aliqua noĩari possunt cum nomẽ dẽtur causa rei innotescendæ. ¶ Ad tertiã rñdetur ꝙ aliqñ spẽs noĩatur ab eo,ꝙ est generis,qñ tota perfectio generis cõtinetur in specie, sicut hic, quia coniunctio viri ad mulierẽ per matrimonium est maxima cũ sit aĩarum & corporũ,ideo coniugium noĩatur.

(Marginalia: Primũ ar. — Secndũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit in cõtrarium. — Isido — Augu. — Ad primum argu. — Ad secũdum — Ad tertium)

3 **Tertio** Quærendũ venit,†vtrũ matrimoniũ sit de iure naturali.Et videtur ꝙ non,primo sic, matrimoniũ fit consensu voluntatis.ergo non est de iure naturali.consequentia vr̃ bona,qa Aristo.2.physic.distinguit intellectum contra naturã.¶Secundo sic, ius naturale est, ꝙ omnia animalia docuit, sed in alijs animalibus est coniunctio sexuum absq; matrimonio, ergo matrimonium non est de iure naturali.¶Tertio sic,naturalia sunt eadem apud oẽs, sed non eodẽ modo est matrimoniũ apud oẽs, cũ pro diuersis legibus diuersimode matrimoniũ celebretur,ergo non est de iure naturæ.¶In oppositũ ar.ẽm illud .ff.de iust.& iur.ius naturale est,ꝙ oĩa aĩalia docuit,& parũ post hinc descendit maris atq; fœminæ coniunctio, q̃ nos matrimonium appellamus.Rñ.dicendum iuxta S.Th. & Richardum,ꝙ aliqđ dr̃ esse naturale dupl'r, vno modo sicut ex principijs naturæ ex necessitate causarum non cooperante voluntate,nisi voluntate illius q naturã instituit. Et hoc modo dicimus, ꝙ naturale est igni moueri sursum.Et est tunc prima conclusio, ꝙ matrimoniũ hoc modo non est naturale,nec aliqđ eorum, q̃ mediante libero arbitrio complentur.Ista conclusio,patet ex 1.rõne facta in prin.secundo modo dr̃ naturale ad ꝙ natura inclinat, sed mediãte libero arbitrio cõplet.Ista concl.patet ex 1.rõne facta in prin.¶Scđo modo dr̃ naturale ad ꝙ natura inclinat,sed mediãte libero arbitrio cõpleẽ sicut actus virtutum dicuntur naturales.Et sic est conclusio secunda, ꝙ hoc modo matrimonium est naturale.patet,qa rõ naturalis ad ipsum inclinat.Et hoc dupl'r.primo qdem quantum ad prĩcipalem eius finem, q est bonum prolis. Non.n. intendit natura solum gñationem eius,sed ẽt instructionem & promotionem vsque ad perfectum statum hoĩs, inquantum homo est, qui est status virtutis. vnde secundum philosophum tria à parentibus habemus,esse,nutrimentum,& disciplinam,filius autem à parente educari & instrui nõ posset,nisi determinatos & certos parẽtes haberet, ꝙ nõ esset nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatã quę matrimoniũ facit, inclinat ẽt natura ad matrimoniũ. quantum ad secundarium finem matrimonij, qui est mutuum obs. quium sibi à coniugibus ĩ rebus domesticis impensum Sicut.n.naturalis rõ dictat,vt hoĩes simul cohabitent,quia vnus non sufficit sibi in omnibus,que ad vitam pertinent ratione cuius dr̃ homo naturaliter politicus.Ita

(Marginalia: Primum ar. — Secundũ ar. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. — Prima cõcl. — Scđa concl.)

eorum quibus indigent ad humanam vitam. Quædã sunt opera cõpetentia viris, quædã mulierib. vñ natura monet vt sit quædam associatio viri ad mulirem, in qua est matrimonium, & has duas causas ponit Arist. 8. Eth. ¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ rõ procedit, ꝙ matrimonium non sit de iure naturali primo modo capto, quod concedimus. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, pro quo

Ad primũ ar.

Ad secundũ

4 notandum iuxta S. Th.† ꝙ natura hoĩs ad aliquid inclinat dupliciter vno modo qa est cõueniens non generis, & hoc est commune oĩbus aĩalib. Alio modo quia est cõueniens naturæ differentiæ. qua spẽs humana abundat à genere, in quantum est rõnalis, sicut actus prudentiæ & temperãtiæ, & sicut natura generis, quãuis sit vna in oĩbus aĩalibus, nõ tamen est eodem modo in oĩbus. Ita ẽt non inclinat eodẽ modo in oĩbus, sed scđm ꝙ vnicuiq; competit ad matrimonium: ergo inclinat natura hoĩs ex parte differẽtiæ quãtum ad secundam rõnem assignatam, vnde philosophus hanc rõnem assignat hoĩbus supra alia aĩalia, sed quãtum ad primam rõnem inclinat ex parte generis. vnde dr̃ ꝙ filiorum procreatio cõis est oĩbus aĩalibus, tamen ad hoc non inclinat eodem modo in oĩbus aĩalibus, quia quædã aĩalia sunt quorum filij nati statim possunt sibi victum quærere, vel ad quorum sustentationem sufficit, & in his non est aliqua determinatio masculi ad fœminam, in illis autẽ quorum filij indigent vtriusque sustentatione sed ad paruum tempus inuenitur aliqua determinatio quantum ad tempus illud sicut in auibus quibusdam patet: Sed in hoĩe quia indiget filius cura parentum vsque ad maximum tẽpus est maxima determinatio masculi ad fœminã, ad quã ẽt natura generis inclinat. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequntiam, & rõ est, quia secundum phisophũ in 6. Eth. natura humana non est immobilis vt diuina, & ideo diuersificantur ea, quę sunt de iure naturali secundũ diuersos status & conditiones hoĩm, quamuis ea quæ sunt in rebus diuinis naturaliter nullo modo varientur.

Ad tertium

5 **Quarto** Quærendum venit de institutione matrimonij† s. quando & à quo fuit institutum, pro quibus respondetur per tres conclusiones. Prima est, ꝙ matrimonium, secundum considerationem multiplicem eius multiplex fuit institutio, inquantum. enim matrimonium ordinatur ad procreationem prolis, quæ erat necessaria ẽt peccato non existente, institutum fuit ante peccatum ẽm quam institutionem conuenit sibi ꝙ sit in offi. naturæ. Secundum aũt ꝙ remedium præbet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ. Secundum autem determinationem personarum institutionem habuit in lege Moysi. Secundum aũt ꝙ repręsentat ministeriũ coniunctionis Christi & ecclesiæ institutionem habuit in noua lege. Et ẽm hoc sacramentum est nouæ legis vt infra dicetur. Quantum aũt ad alias ciuilitates, quæ ex matrimonio consequũtur, sicut est amicitia, & mutuum obsequium sibi à coniugib. impensum habet institutionem in lege ciuili. Sed arg. dupliciter contra hoc: primo sic, illud quod est de iure naturali non indiget institutione alia sed matrimonium vt habitum est in articulo præcedenti est de iure naturali, ergo non debuit institui. ¶ Secũdo sic. Ad idem sufficit vna institutio, ergo matrimonium non debet dici multipliciter institutum. ¶ Ad primam horum dicendum est negando assumptum. dicimus. n. ꝙ illa quæ in cõi sunt de lege naturali indigent institutione quãtum ad eorum determinationem, quæ diuersimode competit ẽm diuersos status, sicut de iure naturali est, ꝙ maleficia puniantur sed quod talis pœna tali culpæ apponatur per determinationẽ iuris positiui fit. ¶ Ad scđã respondetur ꝙ vnius & eiusdẽ ẽm idem non est nisi vna institutio, sed vnius & eiusdem ẽm diuersa quæ oportet in eo determinari non est inconueniẽs plures esse institutiones, sicut dictũ est. Conc. Alber. in 4. dicens nihil ꝓhibet idẽ bis, vel ter, & pluries institui ẽm plures rõnes & effectus ipsius.

Respondet. Prima con.

Opponit in contrarium

Secun: opp.

Ad primã opositionẽ.

Ad secundã oppõnem.

¶ Secunda cõclusio est, matrimonium est à deo immediate institutum ante pctm̃, patet ex illo Mat. 19. Nõ legistis ꝙ ab initio qui fecit hoĩes masculũ & fæminã fecit. Itẽ ibidem, quos deus cõiunxit hõ nõ separet. ¶ Tertia conclusio

Scđa conc.

7 iuxta Richardum in 4.† ꝙ dñs matrimoniũ instituẽdũ pdixit cũ ait Gen. 2. nõ est bonũ esse hoĩem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi matrimonium de facto instituit implicite cũ de costa Adã formauit mulierem, & adduxit eã ad Adã e. c. ipsum matrimoniũ verbo benedixit. Ge. 1. cũ dix. Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & subijcite eam. Incremẽtũ aũt illud erat per vsum actus matrimonialis, ergo matrimonium fuit institutum à Deo sicut dictũ est. pręterea Adam deo inspirante institutionẽ matrimonij specificauit & exemplificauit cum ait Gen. 2. nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea, & infra. Quamobrẽ relinquet hõ patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Nec obest, quod verba illa Crescite & c. dixit dominus etiam alijs animalibus in quib. nõ est matrimoniũ qa vt dixit S. Th. licet ita sit nõ tñ sicut per ipsa animalia bruta eodẽ mõ dixit adĩplẽdũ, sicut ꝑ hoĩes.

Tertia cõ.

S. Thom.

8 **Quinto** Quæritur† an institutio matrimonij à deo ꝑ modũ præcepti fuit. Et videtur ꝙ sic qa dominus præcipiendo dixit. Crescite & multiplicamini, sed hoc non poterat fieri, nisi per coniunctionem maris cum fœmina, & præceptum hoc non erat reuocatum, ergo & c. ¶ In oppositum ar. qa si fuit præceptum aut affirmatiuum aut negatiuũ fuit. Si affirmatiuum, ergo semper tenetur ad illud hoĩs hõ, ergo nullus hõ solutus est ab illo, qa non legitur fuisse retractatũ, ergo aliquo tpe tenerentur ẽt moniales ad actum matrimonij, quod est falsum. Si est præceptum negatiuum tũc obligat semper, & ad semper, & tũc oportet hoĩem semper esse in actu matrimoniali ꝙ est impossibile & friuolum. ¶ Respon. dicendum ꝙ est præceptum naturæ ex causa defectus multitudinis. vñ non obligat multitudine existente. est conclusio dñi Albert. in forma. Concor. dñs Bonau. dicens prima institutio matrimonij ꝑceptum habuit, & ꝑceptum illud fuit affirmatiuũ & fuit iuris naturalis. Sed attendendum ꝙ ius naturale q̃dã dictat simp̃r, quædã ẽm tp̃s, vt oĩa esse cõia, dico ergo, ꝙ ꝑceptũ de vsu matrimonij fuit naturale. ¶ Scđo modo qa q̃diu pauci erant hoĩes dictabat ius naturale, ꝙ multiplicãda esset proles ad Cultũ dei. Cessante aũt isto statu cessauit ꝑceptum. Et ideo institutio secunda tpe legis grã habuit, indulgentiã nõ ꝑceptum. Et ꝑ hoc patet solutio ad primũ argumentum. vñ vt ait S. Tho. licet ꝑceptum illud nõ sit reuocatum, non tñ obligat aliquẽ, nisi in illo tpe, quo paucitas hoĩm exigebat, vt qlibet gnõi vacaret. ¶ Sexto q̃rẽdum venit† vtrum matrimonium sit sacramentum nouæ legis.

Primũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet

Albertus. Bonauen.

S. Thomas

9 Et vr̃ ꝙ non. Et primo ex parte formæ sic. Omne sacramẽtũ habet aliq formam, quæ est de essentia sacamenti, sed benedictio quę fit per sacerdotes in nuptijs non est de essentia matrimonij. ergo non est sacramentum. ¶ Secundo sic, ex parte materiæ. Sacramentum secundum Hu. de sancto victore est materiale elemẽtum, vt aqua, oleum vel panis & hmõi, sed matrimonium non habet pro materia materiale elementum ergo non est sacramẽtum. ¶ Tertio sic omne sacramentum nouę legis efficit quod figurat, sed sacramentum non efficit coniunctionem Christi & ecclesiæ quam tñ significat, ergo non est sacramentum. præterea si est scr̃m qd est ĩ eo res & sacramentum sicut ĩ alijs sacramentis reperitur. ¶ In oppositum est illud apostoli ad Ephesi. quinto. vbi loquẽs de matrimonio ait. Sacramẽtum hoc magnum est & c. & in ca. gaudemus. de diuortijs. Respon. dicendum ꝙ matrimonium est scr̃m nouæ legis. patet ista cõclusio, scr̃m est sacræ rei signum, sed matrimonium est hmõi, ergo & c. ¶ Secundo scr̃m importat remedium sanitatis hoĩm cõtra peccatum exhibitũ per sensibilia signa, sed hæc inueniuntur in matrimonio, ergo merito inter sacramenta est cõputandũ. ¶ His habitis dicendũ est ad rõnes in oppositum. Ad primam de forma rñdetur, ꝙ scr̃m matrimonij habet formam non benedictione sacerdotis, quæ est quoddam sacramentale, sed verba quib. exprimit̃ cõsensus matrimonialis sunt forma huius sacramenti. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, non. n. vniformiter assignatur materia in oĩbus sacramẽtis. Nam cũ matrimoniũ perficiat̃ ꝑ actum eius q sacramento illo vtitur sicut pnĩa: Et ideo sicut pnĩa non habet aliam materiã, nisi ipsos act' sensui subiectos: (vt puta dolor,) q sũt loco materialis elemẽti. Ita est de matrimonio. ¶ Ad tertiã rñdet̃ ꝙ assumptũ nõ est verũ vr̃iter, sed de eo ꝙ figurat & continet, vnio autem Christi ad ecclesiã non est res contenta in hoc sacramento, sed res signata non cõtenta, & talem rem nullum sacramentum efficit, sed habet aliam rem cõtentam & significatam quam efficit. Et ista est nexus quidam. Et sic respondetur ad id quod quærebatur quid est in matrimonio res & sacramentum.

Primũ ar.

Scđm ar.

Tertium ar.

Opponit in contrarium

Respondet

Ad primũ arg.

Ad scđm

Ad tertium

Septimo

10 Septimo quærendum venit, † vtrum matrimoniū gratiam conferat. Et videtur ꝙ non. Primo sic.

Primū ar.

Sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferunt, vt dicit magister Hug. sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem quæ sit de essentia eius ergo non confertur gratia in eo.

Secūdū ar.

¶ Secundo sic, omne sacramentum conferens gratiam confert eam ex materia & forma sua, sed actus quæ sunt materia in hoc sacramento non sunt causa gratiæ, verba etiam exprimentia consensum nō sunt causa gratiæ, cum ex eis non fit aliqua sanctificatio ergo in matrimonio nulla datur gratia.

Tertiū arg.

¶ Tertio sic, gratia ordinata contra vulnus peccati est necessaria omnibus habentibus vulnus illud, sed in omnibus inuenitur concupiscentiæ vulnus. Si ergo in matrimonio detur gratia cōtra vulnus concupiscentiæ deberent omnes homines matrimonium contrahere, & sic esset valde stultum à matrimonio abstinere.

Opponit in contrarium

¶ In oppositum ar. ex arg. præcedenti sic, matrimonium est sacramentum nouæ legis, sed omne sacramentum nouæ legis confert gratiam, vt patet ex diffinitione eius ergo &c.

Respondet.

11 Respondet dicendum. † ꝙ in sacramento matrimonij confertur gratia gratum faciēs, probatur ista conclusi. primo ex illo Aug. dicentis, ꝙ matrimonium est ęgrotis in remedium, sed non est in remedium, nisi inquātum aliquam efficaciā habet, ergo habet aliquid efficaciæ ad reprimendum concupiscentiam, sed concupiscentia nō reprimitur, nisi per gratiam. ergo confertur gratia in Christo.

S. Thomas

Secundo ratione sic iuxta S. Tho. vbicunque datur diuinitus aliqua facultas dantur etiam auxilia, quibus homo conuenienter vti possit facultate illa, sed in matrimonio datur homini ex diuina institutione facultas vtendi vxore sua ad procurationem prolis & concupiscētiæ remedium, ergo datur gratia qua id conuenienter facere possit, sed nō posset idoneè & digne hoc exequi sine gratia gratum facientē. ergo conclusio vera. Et ita apparet falsa gl. 1. q. 1. c. quicquid. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ap primū argu.

Ad primam respondetur negādo minorem, dicitur .n. iuxta S. Th. ꝙ sicut aqua baptismi habet ꝙ corpus tāgat & cor abluat ex tactu carnis Christi, ita matrimoniū hoc habet ex hoc, ꝙ Christus sua passione id repręsentauerit, cū ex charitate pro ecclesia sibi in sponsam coniungendā passus est,

Albertus.

vel sicut dicit Albe. matrimonium contrahit efficiēdi virtutem ex vnione naturarum in ipso, in quibus naturis existens sponsus ecclesiæ passus est, propter quod dicitur Exod. 4. Sponsus sanguinum tu mihi es.

Ad scd'm.

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, dicimus .n. iuxta S. Tho. ꝙ sicut aqua baptismi cum forma verborum nō operatur immediate ad gratiam, sed ad characterem, ita actus exteriores & verba exprimentia consensum directe faciunt nexum quendam, qui est sacramentum matrimonij. Et huiusmodi nexus ex virtute diuinæ institutionis dispositiue operatur ad gratiam.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur ꝙ ratio illa procederet si contra concupiscentię morbum non posset aliud efficacius remedium & præstantior medicina adhiberi. Adhibetur autem efficacius remedium per opera spiritualia, & per carnis mortificationē ab illis, qui matrimonio non vtuntur. Et ita ratio non procedit.

12 Octauo quæritur, † quæ sunt bona matrimonij.

Respondet

Respondetur, ꝙ triplex assignatur bonum matrimonij. s. proles suscipienda, & educanda ad cultum dei. secundum est fides quam vnus coniugum debet alteri seruare. 3. est sacramentum. i. indiuisibilitas matrimonij, propter hoc designat inuisibilem coniunctionem Christi & ecclesiæ,

Bonauent

bonum prolis vt dicit dominus Bonauentura cadit in genere conferentis. Confert. n. prolis multiplicatio ad speciei conseruationem, sicut cibus ad conseruationem indiuidui. Bonum autem fidei est bonum moris de se ordinatum & cadit in genere honesti. bonum vero sacramenti cadit in gñe delectabilis, quia tanta est vnio, vt relinquat homo patrem & matrem, & sint duo in carne vna, vnde pcipitur viris vt diligant vxores suas, sicut corpora sua, & sic patet ꝙ cum tria sint in electione sicut vult philosophus. s. honestum conferens, & delectabile in triplici genere est bonum coniungi.

13 Nono quærendum venit † quomodo actus matrimonialis excusari dicatur per prædicta bona. Et arguitur ꝙ excusatione non indigeat.

Primū ar.

Primo quia absurdum videtur actum coniugij patriarcharum excusatione indigere.

Scd'm ar.

¶ Secundo quia si excusatione indiget, tunc apostolus male diceret pręcipiendo nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus vt vacetis orationi.

Opponit in cōtrarium

¶ Sed in oppositum ar. sic. Omnis passio deducens rationem est turpis rationali creaturæ, quia sicut dicit philosophus, ex deductione rationis sequitur mos peruersus, sed in coitu est talis passio, ergo omnis coitus est turpis. Omne autem turpe nisi excusetur, reputatur crimē. ergo omnis coitus criminosus est nisi excusetur.

Respondet Albertus

Respondet dicendum iuxta Albertum magnum in quarta dist. 31. ꝙ omnis coitus excusatione indiget. i. vt adiungatᷓ ei aliquid, quo subtracto erit turpis, & tum bene concedo, ꝙ quandoque est meritorius ex adiuncto illo. Et hoc ideo, quia non ex se cognitio fœminæ est mala, sed adiuncta concupiscentia, & illa quandoq; ē pœna tantum & est turpis, non sicut vitium culpæ, sed sicut pœna quæ est orta ex culpa. Et propter illam indiget excusatione. Et per hoc patet respōsio ad obiecta, ꝙ actus ille ex se bonus est, sed ex adiuncto pœnam habet annexā, quæ per bona matrimonij protegitur, quia aliter homo peccaret, qui se illi voluntati subderet.

S. Thomas.

S. Thom. vero huic 14 quæstioni respondens notat, † ꝙ aliquis actus dicitur excusari dupliciter, vno modo ex parte facientis, ita ꝙ non imputetur facienti in culpam quamuis sit malum, vel saltem non in tantā culpā sicut ignorātia dr̄ excusare peccatū in toto vel in parte. Alio mō dr̄ excusari act⁹ ex parte sui. s. ꝙ non sit malus. Et hoc modo prædicta bona dicuntur excusare actum matrimonij. Ex eodem autem fit actus aliquis ꝙ non sit malus in genere moris, & ꝙ sit bonus quia non 15 est aliquis actus indifferens. † dr̄ autem aliquis actus humanus bonus dupliciter, vno mō bonitate virtutis, & sic act⁹ habet quod sit bonus ex his, quæ ipsum in medio ponunt. Et hoc faciunt in actu matrimonij, fides per quam homo ad suam accedit & non ad aliam, & proles quæ est finis debitus intentionis agentis. Alio modo dicitur actus humanus bonus bonitate sacramenti ſm ꝙ actus non solum bonus, sed etiam sanctus dicitur. Et hanc bonitatem habet actus matrimonij ex inuisibilitate coniunctionis, secundum quam significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, & sic patet quod prædicta bona sufficienter actum matrimonij excusant.

16 Decimo quærendum venit † de impedimentis matrimonij. Et quæritur vtrum matrimonio conuenienter assignentur impedimenta. Et videtur ꝙ nō.

Primū ar.

Primo sic, matrimonium est remedium contra morbū cōcupiscentiæ, sed morbus concupiscentiæ trāsit ad omnes, nullo impedimēto obstante, ergo videtur similiter ꝙ nullum debeat esse impedimentum matrimonij quin libere possit omnibus conuenire.

Scd'm ar.

¶ Secundo sic, matrimonium est sacramentum contra alia dimissum, sed alijs sacramentis non assignantur impedimenta, ergo nec matrimonio assignari debent.

Tertiū ar.

¶ Tertio diuina operatio nullum impedimentum potest habere, sed contractus matrimonij est diuina operatio iuxta illud Mat. 19. ꝙ Deus coniunxit, homo non separet, ergo nullum potest habere impedimentum.

Opponit & Respondet

¶ In oppositum est tota hæc pars decreti. Respōdet dicendum ꝙ conueniēter matrimonio assignantur impedimenta. ista conclusio ostenditur sic. omnis. n. res consistēs ex pluribus causis quæ impediuntur habet impedimenta, sed causæ matrimonij quandoque impediūtur. patet. Causa. n. efficiens qui est mutuus consensus, quandoque impeditur. s. per errorem & cautionem. Causa etiam finalis quę est generatio prolis ad cultum Dei quandoque impeditur per coeundi impotentiam, & modis alijs. Causa etiam eius formalis quæ est inseparabilitas impeditur per sacrum ordinem, & per votum solenne, & per ligamen matrimonij alterutrius, ergo ipsi matrimonio conuenienter assignātur impedimenta. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū arg.

Ad primam respondetur ꝙ ratio illa procederet si non essent alia remedia, quib. possit & efficacius morbo concupiscentiæ subueniri, ꝙ falsum quoniam aliud remedium nobilius est, & efficacius. s. virtus castitatis seu cōtinentiæ.

Ad scd'm.

¶ Ad secundam respondetur negando consequētiam & ratio est, quia non est simile de hoc sacramento, & de alijs, & assignat Alb. in 4. tres rationes.

Albertus.

prima est quia alia sacramenta consistunt circa vnum & simplicē hoīem: & ille ab alio impediri non potest. Alia causa est, quia alia sacramenta sunt circa actus spirituales, quos solus Deus operatur in nobis sine nobis, in quibus ipse nullum potest habere impedimētum, quia nihil est fortius ipso, ꝙ impediat ipsum

diat ipsum vtrunque autem bonū defecit in matrimonio, quia à duorum pendet voluntatibus, & duabus agentibus, & sistit eius consummatio in actu corporali, & ideo multi pliciter potest habere impedimentum. Concordat S. Th. in 4. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta do. Bonauen. ꝙ ratio non procedit, quia ibi non operatur Deus, vt tota causa qa ibi necesse est interuenire consensum legitimum. Et ideo vt dicit Richard. Contractus matrimonii non est operatio tantum diuina sed etiam humana & ex parte qua humana recipit impedimenta. (Ad tertium) (Richard de media villa.)

17 Vndecimo quæritur,† quot sunt impedimēta. ad quod respondet, ꝙ sunt 14. pro quot notandum iuxta S. Tho. in 4. ꝙ in matrimonio sunt quædā quæ sunt de essentia ipsius & quædam quæ sunt de solenni tate eius, sicut etiam in alijs sacramentis. Et quia remotis his quæ sunt de solennitate sacramenti, adhuc manet verū sacramentum, ideo impedimenta quæ contrariantur his, quæ sunt de solennitate sacramenti, non efficiunt quin sit verum sacramentum & talia dicuntur impedire contrahē dum, sed non dirimunt contractum sicut prohibitio eccle siæ & tempus feriatum. vnde versus. (Respondet. S. Tho.)

(Versus.)
Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum
Impediunt fieri, permittunt cuncta teneri.

¶ Impedimenta autem quæ contrariantur his quæ sunt de essentia matrimonij faciunt vt nō sit verum matrimoniū. Et ideo dicuntur non solum impedire contrahendum, sed dirimere contractum, quæ his versibus continentur.

(Versus.)
Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Hæc socianda vetant, connubia facta retractant.

¶ Quidam autem addunt habitum, vt patet in gl. sed vt di cit Hu. male addunt, habitus. n. non est impedimētum ma 18 trimonij contrahendi vel contracti. ¶ † Quid si quis habitū monachalem accipiat non eo animo vt sit monachus, nun quit fiet ei ob hoc præiudicium. Respondet. Hug. si de hoc constiterit quòd non eo animo acceperit, non fiet ei præ iudicium. Si vero de hoc non constiterit, fiet ei præiudi cium non propter habitum, sed quia præsumitur venisse. hæc ille. (Hugu.) (Quæstio.) (Respondet)

¶ Quæstio prima.




Hic primo quæritur. In hac aūt cau sa magister tractans de impedimēto vo ti & de sponsalibus mouet duas q̄stion. prima est vtrū coiugiū possit esse inter vouentes. 2. ibi an liceat spōsæ à spōso re cedere & alij nubere, prosequēs autem primam quæstionem facit duo. primo probat per 34. auto ritates sanctorum patrum quod solenniter vouens nō pos sit contrahere & si contraxerit non tenet matrimonium & debet puniri. secundo loquitur de voto simplici, quod impediat contrahendum, sed non dirimat contractum, se cunda ibi nuptiarum.

2 *Votum simplex licet impediat matrimonium contrahendum non tamen dirimit contractum.*

4 *Votum solenne ex sui natura dirimit matrimonium contractum.*

6 *Ecclesia non potest instituere quod votum solenne non dirimat matrimonium contractum.*

7 *Papa non potest instituere quod votum simplex cōtinentiæ nō impediat matrimonium contrahendum nec quod votum solenne non dirimat contractum.*



Sicut bonum. Hæc est prima autori tas quæ inducitur pro prima parte primæ quæstionis, quæ sumpta est ex cōcilio Carthaginen. Summa est in ru bro. Pro pleniori intelligentia huius partis quæruntur tria.

1 ¶ Primum est vtrum post obligationē voti simplicis ma trimonium contractum dirimi debeat, vel vtrum simplex continentia dirimat matrimonium contractum.

3 ¶ Secundum est vtrum votum solenne dirimat matrimo nium contractum.

5 ¶ Tertium est vtrum ecclesia constituere possit, quod votū solenne non dirimat matrimonium contractum.

1 Ad primum sic proceditur, † & videtur quod simplex votum dirimat matrimo nium contractum. Primo sic, fortius vinculum præiudi cat debiliori, sed vinculum voti est fortius, quam vincu lum matrimonij, quia hoc fit homini, illud fit Deo, sed votum continentiæ simplex superueniens matrimonio non tenet, ergo multo fortius non tenet matrimonium contractum post simplex votum. ¶ Secundo sic, præce ptum Dei non est minus quam præceptum ecclesiæ, sed præceptum ecclesiæ adeo obligat quod si contra ipsum matrimonium contrahatur, matrimonium contractum dirimitur, sicut patet in his qui contrahunt in aliquo gra du consanguinitatis ab ecclesia prohibito. ergo cum seruare votum sit præceptum diuinum, videtur quòd qui contra votum simplex matrimonium contrahit, quòd ex hoc matrimonium sit dirimendum. ¶ Tertio confirmatur argumētum sic. Qui voto simplici vouit con tinentiam tenetur nūquam coire, ergo quotiescūque coit peccat mortaliter, sed nullus potest obligari ad peccatum mortale, ergo cum matrimonium obliget ad coitum, iste non potest obligari matrimonio. ¶ In oppositum sunt mul ta capitula. j. in 2. parte quæstionis. Respondet dicendum ꝙ sicut patet in glos. & narrat dominus Bonauentura in 4. opinio fuit Hugonis, ꝙ votum simplex ita impedit apud Deum, vt solenne, vnde illud matrimonium quod con trahitur post votum simplex secundum eum, non est ma trimonium in conspectu Dei, sed solum in facie eccle siæ, quia non sunt testes per quos possint dirimi, & semper alter coniugum fornicatur alter per ignorantiam excusa tur. Sed ista opinio iā per noua iura reprobata est, & aper te determinatum est. ex. eo. ꝙ votum, li. 6. ꝙ vinculum vo ti simplicis non aufert obligationem matrimonij. Tum quia minus est. Tum quia potestas corporis non transfer tur. Tum etiam quia in matrimonio si non petatur debi tum, sed reddatur solum, sicut debet facere qui vouit pro sanctificatione perfecta reputatur. vnde defectus proba tionis non est ratio sufficiens sed quædā congruentia ad 2 iuncta, ponitur ergo pro conclusione † ꝙ votum simplex li cet impediat matrimonium contrahendum non tamen dirimit contractum. ista conclusio est in forma quo ad am bas partes Clementis papæ in c. rursus. ex. qui cle. vel vo. ra tio autem quare impedit matrimonium contrahendum est, quia in contractu matrimonij includitur sub conditio ne obligatio ad aliquid repugnans simplici voto continen tiæ, quia ibi includitur obligatio ad reddendum carnale debitum, ac si alter coniux exigere voluerit, & ideo con trahens post simplex votum obligat se ad frangendum vo tum suum, si voluerit coniux quod sine peccato mortali non potest. ¶ Ratio autem 2. partis videlicet, ꝙ nō dirimat matrimonium contractum est iuxta sententiam S. Th. Bo nauenturæ, & Richardi, quia votum continentię simplex non est aliud, nisi promissio sui ipsius ad cōtinentiam Deo seruandam, promissio autem alicuius rei non transfert rē promissam in dominium illius cui promittitur. Et ideo post promissionem ante traditionē rei promissæ, promit tens remanet dominus rei, & ideo si eam donet alij tenet donatio quamuis aliquam satisfactionem facere teneatur seu recompēsationem illi cui rem ipsam ante promiserat. Et ideo post simplex continentiæ votum si homo dat mu lieri & econuerso potestatem sui corporis per matrimo nium contractum tenet donatio, sed Deo tenetur ad emē dam pro fractione promissionis, ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iux ta S. Th. ꝙ bene verum est, ꝙ votum est fortius vinculum quam matrimonium, quantum ad id cui & ad quod ligat, quia matrimonium ligatur homo vxori ad redditionem debiti, sed per votum Deo ad continentiam, tamen quan tum ad modum ligādi matrimonium est fortius vinculū, quā votum simplex, quia per matrimonum traditur actua liter vir in potestatem vxoris, non autem per votum sim plex vt dictum est, potior autem est conditio possidentis. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est s̄m S. Tho. quia præceptum prohibens matrimo nium inter consanguineos non habet hoc in quantum est præceptum Dei, vel ecclesiæ, ꝙ dirimat matrimonium cō trahendum, sed in quantum facit ꝙ consanguineę corpus non

(Primū ar.) (Secūdū ar.) (Tertiū ar.) (Opponit & Respondet. Bonauent.) (Cōtra Hu.) (Bonauent. Richardus.) (Ad primū arg. S. Thom.) (Ad secūm)

non possit transire in potestatem cõsanguinei. hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post votũ simplex vt ex dictis patet, Et ideo ratio non sequitur. ¶ Ad tertiam quæ confirmat respondet ſm dominum Bonauenturam & Richardum, ꝙ licet ille qui votum simplex fecit post consummatum matrimonium non possit sine peccato exigere debitum, potest tamẽ sine peccato soluere debitum suę coniugi, quia tunc potestas corporis sui translata est in suam coniugem. Et ideo soluendo facit id ad quod tenetur, debet tñ cum dolore debitum reddere, & tenetur nunquam exigere. Et tunc ait S. Tho. & dominus Bonauẽ. si vxor moriatur tenetur omnino continere.

Ad tertium S. Thomas Bonauent. Richardus.

3 Ad secundum sic proceditur, † & videtur ꝙ votum solenne non dirimat contractũ matrimonij. Primo sic, dicit papa Clemẽs, & habetur in decretali superius allegata, ꝙ non minus obligat votũ simplex quam votum solenne, sed votum simplex vt habitum est in præcedenti articulo nõ dirimit matrimoniũ contractum. ergo nec votum solenne. ¶ Secundo sic, solennitas voti non addit ita validum robur supra votũ simplex etiam iuramento superueniente non dirimit matrimoniũ contractum. ergo nec votum solenne. ¶ Tertio sic, votum solenne nihil habet, quod non potest votum simplex habere, quia votum simplex potest habere scandalum cum posset esse in publico sicut etiam solenne, similiter ecclesia posset & deberet statuere, quod votum simplex dirimat matrimonium contractum, vt multa peccata vitarentur, qua ergo ratione votum simplex non dirimit matrimonium contractum nec solenne votum dirimere debet.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ arg.

¶ In oppositum sunt omnes istæ 34. autoritates in litera positæ. Respondet dicẽdum, ꝙ votum solenne sicut impedit matrimonium contrahendum, ita dirimit contractum. Quę cõclusio, sic probatur, ille qui facit votum solenne cõtrahit matrimonium spirituale cum Deo, vt colligitur ex præsenti c. quod multo dignius quã carnale matrimoniũ, sed carnale matrimonium prius contractum dirimit matrimonium post contractum. ergo & votum solenne. Circa hoc est notandum iuxta S. Tho. & dominum Bonauenturam quòd quidem assignabant pro causa scandalum, sed hoc nihil est quia etiam votum simplex quando scandalũ habet cum sit quodammodo publicum quãdoque, & præterea indissolubilitas matrimonij est de veritate vitæ, q̃ nõ est propter scãdalum dimittẽda. Et ideo alij dicunt, ꝙ hoc est proppter statutum ecclesiæ, sed hoc etiam nõ sufficit, quia ſm hoc ecclesia posset contrarium statuere, quod nõ

Opponit & Respondet

S. Thomas. Bonauen.

4 videtur verum, & ideo dicendum cum alijs, † ꝙ votum solenne ex sui natura habet, ꝙ dirimat matrimonium contractum inquãtum. s. homo per ipsum amisit sui corporis potestatem, Deo illud ad perpetuum cõtinentiam tradẽs, vt ex dictis patet, & ideo non potest ipsum tradere in potestatem vxoris matrimonium contrahendo. Et quia matrimonium quod sequitur tale votum nullum est. ideo votũ prædictum dirimere dicitur matrimonium contractum.

¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primum respondetur iuxta S. Tho. ꝙ votum simplex quo ad Deum non minus obligare dicitur, quam votum solenne in his, quæ ad Deum spectant sicut est separatio à Deo per peccatum mortale, quia mortaliter peccat frangens votum simplex sicut solenne, quamuis grauius peccatum sit frangere solenne, vt sic comparatio in genere accipiatur, non in determinata quantitate reatus sed quantum ad matrimonium, per quod homo homini obligatur, nõ oportet ꝙ ęqualis, sit obligationis ẽt in genere, quia ad quedã obligat votũ solẽne ad q̃ non obligat simplex. Concordat dñs Bonau. & Richardus & Alber. mag. ¶ Ad secundam respõdetur negando consequentiam. Et ratio est ſm S. Tho. quia licet iuramentum plus obliget ex parte eius, ex quo fit obligatio, quam votum, quia ligat ex attestatione diuinæ veritatis, sed votum plus obligat quantum ad modum obligandi, inquantum actualiter tradit hoc quod promittitur, ꝙ non fit per iuramentum. Et ideo ratio non procedit. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum, q̃n vt dicit S. Th. votum solenne habet actualem exhibitionem proprij corporis, quam non habet votum simplex, vt ex dictis patet, & ita ratio non procedit.

Ad primũ argu.

Bonauent. Ad scd̃m.

Ad tertium

5 Ad tertium Respondetur † ꝙ Hu. in c. sequenti, & alij iuristæ plures dicunt, ꝙ votum solenne non dirimit matrimonium, nisi ex constitutione ecclesiæ, quia ratione solennitatis quæ potius est impedimẽtum matrimonij, quam votum, sed quod solennitas operatur est de institutione ecclesiæ, & per consequens dicunt ꝙ ecclesia potest hoc immutare. Sed oppositum videtur nobis cum ita videatur beato Thomæ & domino Bonauen. S. vero Th. dicit sicut patet in p̃ced. art. Quidã aũt dicũt, ꝙ hoc sit propter statutum ecclesiæ sed hoc non sufficit, quia secundum hoc posset ecclesia oppositum instituere, quod non videtur verum, dominus vero Bonauentura in præfato articulo dicit sic, rationem huius assignant aliqui ecclesiæ institutionem, cuius est personas legitimas vel illegitimas in matrimonio determinare. Sed ista solutio videtur præsupponere duplex falsum. vnum. s. ꝙ sit ab institutis ecclesiæ talis illegitimitas, quia ecclesia (vt communiter di) nõ potest dispensare, potest autem dispensare generaliter in omnibus constitutionibus suis, hæc ille. vnde nos con-

Respondet.

S. Thomas Bonauent.

Cõtra præ dictam solu tionem.

6 formando nos tantis doctoribus dicimus † ꝙ ecclesia non potest instituere ꝙ votum solenne non dirimat matrimonium contractum, quia votum solenne non ex institutione ecclesiæ, sed ex sua natura habet ꝙ matrimonium dirimat. Ecclesia autem non potest mutare naturas rerum. itẽ non videtur ecclesia posse facere, vt quod translatum est dominium Dei transferatur in potestatẽ hominis, siue mulieris, siue viri. ¶ Sed cõtra arguitur sic, votum solenne nõ addit supra votum simplex, nisi solennitatem, sed solennitas est ab institutione ecclesiæ, ergo ꝙ votum solenne dirimat matrimonium & non votum simplex. est ab institutione ecclesiæ: ergo ecclesia posset instituere quod votum solenne non dirimeret matrimonium contractum. ¶ Secundo sic, multi doctores, tam iuristę quam theologi dicũt, quod papa potest dispensare in voto continentiæ cum religiosis. ergo potest instituere ꝙ votum solenne continentiæ non dirimat matrimonium contractum. Respon-

Opponit in contrarium

Secun. opp.

7 det. Ad ista dicimus saluo meliori iudicio, † ꝙ papa non potest instituere, ꝙ votũ simplex cõtinẽtiæ nõ impediat matrimoniũ contrahendum, nec ꝙ votum solenne non dirimat contractum. ¶ Ad primam rationem respondetur negando consequentiam, quia licet solennitas voti sit de constitutione ecclesiæ, id tamen quod in ea efficitur irreuocabile, & inuariabile est. s. actualis trãslatio proprij corporis in dominium, siue in seruitutem Dei, & hoc tribuit ei inuariabilem obligationem, sicut quamuis deliberatio, vnde procedit votum sit causa variabilis, tamen rectitudo legis naturalis quę dictat, quod promittitur Deo esse seruandum, est inuariabilis, & hoc dat necessariam obligationẽ voto. item licet ecclesia imponeret alicui vt voueret Deo aliquid, non tamen posset instituere, vt tale votũ Deo non solueretur, quia ad hoc tenetur iure naturali & diuino. iõ dicit August. ꝙ licet vouere sit voluntatis, soluere tamen est necessitatis, & ita in proposito. ¶ Ad secũdam rationem respondetur dupliciter primo, quòd opinio illorum qui dicunt papam posse dispensare in voto continentiæ cum religiosis, non est sequenda, quia manifesta est cõtra illud. ex. de sta. mo. cum ad monasterium, vbi expresse summus pontifex dicit, se in tali voto non posset dispensare. Est etiã illa opinio cõtraria opinioni maiorum doctorum. s. Alberti magni S. Tho. Alex. & domini Bonauẽturæ, qui ait quòd ista opinio est securior. ¶ Secundo respondetur negando consequentiam. Aliud. n. est dispensare rationabili causa interueniente in voto solenni & post factam dispensationem licentiare, ꝙ contrahat, & aliud instituere quòd solenne votum non dirimat matrimonium contractum, sicut aliud est de monacho facere non monachum, & quòd monachus cõtrahat matrimonium aut teneat proprium, quia istud videtur implicare contradictionem. Lege. tex. ¶ [Sicut bonum]. i. magnum est castitatis. s. virginalis [primum] virginalis. n. castitas magnum præmium habet & coronã, vnde Mat. 25. prudentes virgines cum sponso ingrediunt ianuam paradisi, & sequuntur illum quocunque ierit. Apocal. 14. quibus pro castitate seruata fructus centesimus pro premio debetur maiori præceptione canonica, vel euangelica, vtrobique datum est præceptum, vel consilium de castitate obseruanda [custodiendũ] ne amissa castitate amittatur & præmium. Hu. [custodiẽdum dico, vt]. i. quia vidue licet specialiter loquatur de viduis, idem tamen intelligit de quibuslibet fœminis solutis virginibus vel corruptis, ẽt de maritatis, si habent ad hoc consensum virorum Hugu. [qualibet]. i. quamuis in minoribus quantum ad velum suscipien-

Respondet.

Ad primã oppõnem.

Augu. Ad secundã oppõnem.

Albertus. S. Thom Ale. de Hal.

Exponit literam.

Hugu.

scipiendum, quòd non datur nisi 40. anno. sed maiores sunt 9. anni, qui sufficiunt ad vouendum [à viro derelictæ] per mortem virorum, sub testimoninio episcopi & ecclesiæ in religioso habitu &c. signa sunt solennis voti, & valent ad probationem voti, si reuocetur in dubium. Hu. [sequestrẽtur] per excommunicationem quousque satisfaciãt & obediant suis episcopis, vt infra. e. c. proxi. Hu. [obnoxiæ]. i. subiectę. Hu. [vel obedientes religiositatem]. religiosum habitum, vel votum mutauerunt adulterando cum alijs [quę & si] 2. pars. [de talibus]. s. votum solenne frãgentibus. Hu. ait apłs 1. ad Ti. 5. [luxuriatæ fuerint]. i. luxuriosæ vixerint in coitu, & cibis, & in alijs [nubere in Christo]. i. ẽm Christũ. i. licite. [volunt]. i. putant nubere, quasi non sit nubere, sed decipiuntur. Non. n. possunt habentes damnationem, quia primam fidem quam voto debebant Deo [irritam] non adimplendo promissa.

1 *Compellitur quis etiam nolens ad bonum voluntariæ susceptum.*
2 *Excommunicabantur homines etiam in veteri testamento.*



Iduas. Ad idem sequitur hoc ca. quod est beati Grægorij ad Bonifacium. Sũma est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima quid agendum sit de viduis discedentibus & a proposito voti solennis castitatis: In 2. ponit quid de virginibus idem facientibus. In 3. argumentatur, ꝙ si virgines tales veniunt puniendæ, multo fortius ipsæ viduæ, cum maturioris sint ætatis, & sapientiæ 2. ibi. de virginibus. 3. ibi, si virgines. Leg. ¶ [Viduas à proposito viduitatis]. i. à voto solẽni castitatis [à S. Paulo] primo ad Ti. 5. [damnatas]. i. dignas damnari cẽsura ecclesiastica. vnde sequitur & à cõmunione, vel ostensas dignas
1 damnatione æterna, [inuitæ] 45. dis. 5. quit † Nam ad bonum voluntarie susceptum compellitur quis etiam nolens. vt 45. dist. de iudeis. Hug. & Arch. [de virginibus] 2. pars. [non velatis]. s. velo consecrationis, quod non datur ante 25. annum 20. q. 1. placuit. Non negat autem esse velatas velo ꝓfessionis, [sed præsupponit in ꝓposito]. i. in voto virginitatis. [simulauerunt]. i. cum simulatione [permanserunt] & intellige simulationem quantũ ad intentionem, non quantum ad susceptionem voti, vel habitus. Hu. [nupserint] de facto, quia de iure non potuerunt, quia sponsio earum à domino tenebatur principaliter. [Si. n. inter homines] arguit, ꝙ rationabiliter virgines prædictæ veniunt puniẽdę [si virgines] 3. pars. verba sunt Gregorij arguentis, quid si virgines non velatę transgredientes votum veniunt puniẽdæ, multo magis viduæ. [virgines non velatæ] velo consecrationis, sed bene velo professionis taliter deuiantes [publica] non solenni, quæ ecclesiasticis personis non imponitur, sed manifesta & in publico quæ in ipso monasterio agi potest. Hu. iuxta apostolum [tractantes] huiusmodi hominem sic peccantem vt notatus ob omnibus erubescat, & econuerso spiritus saluus fiat. Hu. [per Moysen] Deuter.
2 13. aufer malum de medio tui. Nota ꝙ in veteri testamento homines excommunicabantur. Nam & Maria soror Aaron eiecta est extra castra, vt 33. quæstio. 2. hoc ipsum. Hu. [de quibus propheta.] psalm. 57. Lætabitur. [consentiunt] ad Rom. 7.

Diuisio. Exponit literam. Archi. Hugo.



Eque viduas. Ad idem est hoc c. Gelasij papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit de viduis. in 2. de virginibus 2. ibi, similiter. Leg. ¶ [Neque proposito]. i. in habitu, & voto [similiter]. 2. pars annis plurimis] subaudi maxime, quia idem esset si per diẽ vel horam tantum. Hug. [peregisse] sub habitu religionis, & voto. Hug.

Diuisio. Exponit literam.



Ec aliqua. Ad idem est hoc c. Cypriani ad Pomponium de virginitate. Summa probatio virginitatis in mulieribus quandoq; fallit. Et diuiditur in tres partes. In 1. ponit quod fœmina non potest se excusare à corruptione, per hoc ꝙ inspecta in membro suo, non reperiatur corrupta. In 2. ponit ꝙ alia etiam sunt signa ad probandum si sit mẽte corrupta. In 3. assignat causam, quare virgines debeãt à prædictis impudicis tactibus abstinere. 2. ibi, poterit tñ. 3. ibi, si superueniens. Le. ¶ [Nec aliqua. pro intellectu literæ est sciendum vt tangit Hug. ꝙ erant quædam moniales, quæ cum quibusdam lectatorib. iacebant, & multa turpia cũ eis exercebant, membrum tamen in quo fœmina à viro secernitur, sibi corrumpi non permittebant, ꝙ ipsæ in sui excusatione allegabant, contra quarum excusationem loquitur Cyprianus hic ostendẽs, ꝙ non ob hoc possunt excusari, quia in aspectu talis mẽbri potest oculus falli. Et etiã quia quamuis membrum illud non sit corruptum, anima tamẽ potest esse corrupta, quod est deterius [Cuius]. s. animæ corruptio per exteriora præsumitur, & deprehenditur, & hoc est ꝙ dicit. [Et si incorrupta fuerit virgo [ea parte vel eo membro quo vel qua potest cognosci & discerni mulier à masculo. [poterit tamẽ] 2. pars. [Ex alia parte]. i. anima quæ est pars corporis. i. hominis [peccasse quæ]. s. anima corrumpi potest, & tamen inspici non potest, quia inuisibilis est, sed per exteriora deprehenditur & præsumitur, vnde sequitur [certe ipse concubitus]. s. coniacentiæ, non accipitur hic pro carnali commistione, sed pro concubatione ẽm Hu. ex qua coniacẽtia habetur illa violenta suspicio propter quam vxor dimittitur. Hu. [quantum criminis]. i. interioris corruptionis aĩa incurrerit [ipse concubitus &c.] quæ omnia sunt peccata [confitetur] per præsumptionẽ violentam [si superueniẽs] 3. pars [indignatur portat gladium.] Narrat quod fit non quod debet fieri, non. n. hoc licet, sed ita solet fieri. Hug. [gladium spiritualem]. æternam damnationem, vel vltimam maledictionem.


Exponit literam. Hugo.

1 *Peccatum iteratum grauius punitur.*



Vod si pœnitentiam. Ad idem est ipsemet Cyprianus & aliqui non faciũt hic c. distinctũ sed partem superioris. Summa est de pœnitentia prædictarum monialium, quæ tres partes habet. 2. ibi. Si autem de eis. 3. ibi, ꝙ si. Lege. ¶ [Quod si pœnitentiam cõcubitus]. i. coniacentiæ [accepta communione] prius tamẽ recepta pœnitentia. Hu. [grauiori censura] ar. † ꝙ peccatum itera-
1 tum grauius punitur. ar. 15. q. vlt. hi qui. [Si autem] 2. pars. [pœnitentiam plenam]. i. perfectam, & integram. s. 10. annorum, vt. ĩ. e. deuotam. Hu. [exhomologesin] interpretatur confessio. Hu. sed hic ponitur per synechdochen pars pro toto. s. confessio pro pœnitentia, confessio est pars pœnitentiæ. [Quod si obstinatæ] 2. pars. [nunquam] non est. n. danda venia nisi pęnitentibus. vt 24. q. 2. legatur. [posse]. i. debere. Hu. [ne exemplum ceteris] interdum etiam quæ tolerari possent etiam reprobantur, ne sint perniciosa exẽplo. dist. 96. bene quidem.

Diuisio. Exponit literam. Hugo.



I quis episcopus. Ad idem est hoc c. ex sexta synodo. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Si quis lector.] hoc nomine comprehenduntur acolytus & exorcista. Hu. [deponatur] hoc intellige, si in notitiam populi deuenerit, alias secus, vt patet in eo quod le. & nota. 30. q. 1. non debet in fi. & hoc vult dicere glos. hic posita, & deponetur, quia illa signa vel vasa quæ receperunt in receptione talium ordinũ eis auferentur & hoc est deponi ẽm Hu. ex. e. li. 6. degradatio. Cum talibus tamen petitur episcopus misericorditer agere. ĩ. e. virginem. [si laicus excommunicetur] in pęnam à commmunione sacramentorum [separetur] quia ecclesiã offendit, & hoc secũdum benignitatem canonicam. Nam secundum leges deberet subire vltimum supplicium. vt. ĩ. e. si quis rapuerit, & 36. q. 2. si quis.

Exponit literam. Hugo.

1 *Nubere non licet post votum.*
2 *Existens in domo seculari potest esse religiosa persona.*
Et an talis dicatur monacha. nu. 3.
4 *Mulier si facit votum de non habendo proprium, & ex toto abrenuntiat proprijs, an sit dicenda monacha seu monialis.*
Et an exigatur quòd se supponat abbati. nu. 5.
6 *Monachus an aliquis possit esse si non se reddit alicui ecclesiæ.*
7 *Mulier accipiens habitum professorum extra monasterium, nõ præsumitur professionem fecisse nec votum solennizasse, sed tantum simplex votum.*
8 *Bona abrenuntiãtium proprijs si non se astringunt alicui ecclesię cuius sint.*

De viduis.


E viduis. Ad idem est hoc c. ex concilio Toletano. Summa est,† ꝙ post votum non licet nubere. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, ꝙ si viduę vel puellæ quæ post habitum religionis cum voto perpetuæ continentiæ matrimonio se copulauerint, habeantur suspensę à communione, donec emendet. In 2. ponit, ꝙ si emendare noluerint à communione omnium christianorum perpetuo sequestrentur. 2. ibi. Quod si emendare. Lege. ¶ [De viduis.] s. illis & puellis virginibus maioribus. 12. annis, quæ habitum religionis cum voto continentiæ facto vel saltem præsumpto in domibus proprijs.

1 Diuisio.

Exponit literam.

2 ar.† ꝙ existens in domo seculari potest esse religiosa persona. arg. j. eo. mulieres. ¶ Sed surgit quæstio.† nunquid tales sunt monachæ. Respondet Hug. ꝙ non. Licet. n. accipiant habitum & faciant votum continentiæ, quia licite habent propria ꝙ nullo monacho, vel monachæ licet, nec sunt ecclesiasticę personæ, vnde verberari possunt sine sacrilegio.

Quæstio. 3 Respondet.

4 ¶ Item queritur,† ponatur ꝙ similiter faciat votum de nõ habendo proprium, & ex toto abrenuntiat proprijs, nunquid est dicenda monacha siue monialis. Respondet. Hug. ꝙ non, vt credit, quia ad hoc quod quis sit monachus exigitur, vt ista faciat, & vt supponat se regulæ, vt viuat ẽm regulam.

Quæstio. Respondet

5 ¶ Item quæritur† si exigatur ꝙ supponat se abbati. Respondet. Hug. ꝙ non, quia primus monachus sine omni abbate fuit monachus.

Quæstio Respondet.

6 ¶ Item quæritur† si potest esse monachus nisi reddat se alicui ecclesiæ. Respondet. Credo ꝙ in propria domo seculari possit esse monachus, & fieri si prędicta assunt. multi. n. sunt monachi, q nulli abbati subsunt & qui nulli ecclesiæ astricti sunt. ita credo inquit. Hug. ꝙ possunt fieri monachi in proprijs domibus, ex quo supponunt se regulæ monachali, vt ẽm eam uiuant, & tales sunt ecclesiastici, nec uerberari possunt sine sacrilegio. item dicit Arch.


Quæstio Respondet.

7 † ꝙ si aliqua assumit habitum professorum extra monasterium, non pręsumitur professionem fecisse, nec uotum solennizasse, sed tm̃ simplex votum, ext. qui cle. vel vo. consuluit, & extra de regula. porrectum. Si vero suscipiat habitum in domo propria, & votum emittat in manu publicæ personæ. s. episcopi vel abbatis, vel cuiuslibet presbiteri, qui quo ad hoc dicendę sunt publicæ personę, vt notat Hu. tunc iudicatur votum suum solennizasse, ꝙ si matrimonium contrahat, separatur, extra qui cleri. vel vo. insinuante.

8 ¶ Item quærit Hu. † quid si abrenuntiant proprijs & non astringũtur alicui ecclesiæ cuius sunt bona eorum. respõdet. prima, sunt illorum quibus illa assignauerunt. Si vero nullis ea assignauerunt respõsio. 2. ꝙ nullius sunt quo ad proprietatẽ, sed ipsorum sunt quo ad vsum. 3. respõsio. Si transtulerunt ad aliquam ecclesiam, statim efficiuntur illius ecclesiæ. 4. responsio potest dici, ꝙ sunt illorum, qui succedunt eis ab intestato, & finguntur quasi mortui fuissent. Si non habẽt tales qui possent succedere ab intestato. responsio 5. ꝙ succedet fiscus, vel forte papa, vel ecclesia, de cuius parochia sunt [in domibus proprijs]. i. quæ fuerũt propriæ [à parentibus]. i. autoritate parentũ, si sunt minores [per se]. i. autoritate propria, si fuerint adultæ, siue maiores, Hu. [mutauerunt]. i. susceperunt, mutando primum. s. secularem Hu. [copulãda] cum effectu. i. copulauerint [vterque]. i. ille, & illi, qui cum eis sunt copulati à communione sacramentorum [Quod si] 2. pars. à communione omnium fidelium] à qua separantur per anathema. Hug. [perpetuo] quousque emendent, & satisfaciant tunc. n. absoluẽdi sunt, ex quo humiliantur, & satisfacere volunt. ar. secunda quęs. quinta. quanto.

Quæstio Respondet.

Hugu.


E vero. Ad idem est hoc ca. Innocen. papę. Summa est in rubro. Leg. tex. ¶ [Hæ vero.] virgines velamine cõsecrationis vouerũt tamen continentiam solenniter simulauerunt alicum simulatione permanserunt, & intellige simulationem, quantum ad susceptionem voti, vel habitus [nõ sicut velo.] consecrationis. Hu. [nupserint] de facto, quia de iure non potuerunt [quãto]. s. eo. viduas, videtur hic dicere, qđ plus peccant virgines frangẽtes votum virginitatis, quam viduæ votum viduitatis corrumpentes. Cuius contrarium dictum est. s. eo. c. viduas. Solutio, quod apostolus loquitur de viduis, quæ non erant velatæ, sed tantum professæ continentiam, quæ minus peccant, quam virgines velatæ. Gregorius autem in prædicto c. loquitur de vtrisque velatis. Hug. & gloss.

Exponit literam.


1 *Mulier nubens alicui post votum continentiæ qualiter puniatur.*


Væ Christo. Ad idem est hoc capitu. eiusdem Innocentij. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit, ꝙ si virgines, quæ se Christo nubuntur per votum continentiæ nupserint, non recipiantur ad pœnitentiam, nisi hi quibus se iunxerint sint mortui. In 2. probat illud ratione sumpta ab his quæ seruantur inter homines. 2. ibi, si. n. de hominibus. Lege. ¶ [Quæ Christo] spirituali voto continentiæ. Hu. omnis anima generaliter nubit Christo abrenuntiando diabolo, & pompis eius, & adherendo ei per fidem, & dilectionem, sed specialiter nubit ei vouendo ea, ad quæ quis tenetur nisi promiserit [nupserit] de facto. [recesserint de mundo]. i. mortui fuerint. Sensus huius literę est,† quòd quæ post votum continentiæ nubit alicui quamuis ante mortem illius pęniteat, non tamen ante mortem illius cõmunicabit corpori & sanguini christi, nisi in articulo mortis. Et hoc ostenditur à simili & minori cum ait. [Si. n.] 2. pars. Nam si quæ viuente marito alteri nubat, quamuis viuente postea pœniteat, non tamen ante mortem eius accipiet communionem, nisi in articulo mortis, vt 32. quæst. 7. fidelis Hug. & Arch.

Diuisio.


Exponit literam.

1


Mpudicas. Ad idem est hoc c. ex concilio, Tiburtinen. Summa est in rubro. patet. Lege te. ¶ [Impudicas sacrilega.] Est ergo talis concubitus sacrilegium, & fornicatio, & incestus. Sed nũquid sunt plura peccata. Non, sed vnum solum, quod tribus censetur vocabulis. Hug. [Et in arbitrium]. i. contra hoc, ꝙ arbitretur alicuius boni conscientia. Hu. & Arch. [desperatione] veniæ. Hu. [libere]. i. publicè. Hu. [à cetu.] Nam non dicit à monasterijs, quia in eis debet agere pęnitentiam [separatæ] ab alijs in locis asperis, quæ hic dicuntur ergastula. Hu. [vt eis vel]. i. saltem [ad mortem.]

Exponit literam.

Archi.



Irginem. Ad idem hoc c. ex eodem cõcilio. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Virginem confitentibus] sponte cum quibus mitius est agendum. [humanitatem] vt temperet pœnitentiam, non vt dispenset cum eis in coniugio. Hu.

Exponit literam.



I qui. Ad idem est hoc c. ex eodem concilio. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Hi qui scienter] quia si ignorantes, non punirentur. Sed surgit quæstio, nunquid filij tunc essent legitimi. Quidam dixerunt ꝙ non, similiter eos dixerunt non esse legitimos, qui nascerentur de matre & filio, vel sorore & fratre. Sed dicit. Hu. contra quare non sunt legitimi, si extra vtraque parte iusta interueniat ignorantia. Et ita sentit glo. Sed quia talis ignorantia interuenire non potest, inter monachum & monacham, vel monachum & laicam, vel inter monacham & laicum, dico ꝙ filij eorum non sunt legitimi, nisi forte aliquis vel aliqua ignoraret se esse monachum vel monacham [religari] inter se vel alijs si illę monachę & illi monachi sint. Hug. Si autẽ illi sunt laici propter horrorem criminis debet eis inhiberi coniugium, nisi sint adolescentes, vt 33. quæst. secunda in adolescentia. Hug.

Exponit literam. Quæstio Respondet.

Hugu.


Irginibus. Ad idem est hoc ca. ex eodẽ concilio sumptum. Summa est in rubro. patet. ¶ [Virginibus incesta.] talis. n. coitus est incestus, & sacrilegium, & adulterium, incestus, quia sponsa Dei est, qui est pater noster, incestus committitur cum affine, sicut cum consanguinea 35. q. 2. de incestis. item adulteriũ est, quia sponsam alterius corrumpit. item sacrilegiũ, quia quælibet monacha ex quo est Deo dedicata, est res diuina, & rei diuinæ iniuriosus vsus, est sacrilegium. Hug. & gloss. [publicam] id est manifestam, non quidem peregrinando, tantum sed in monasterio possunt agere pœnitentiam manifestam, nec communicabunt alijs in choro, vel in mensa. Hug.

Exponit literam.


Eruenit. Ad idem est hoc cap. beati Gregorij in registro. Summa est in rubro patet. ¶ [Peruenit à quodam alio] eam ad monasterium reuocante, vnde ille eam extraxerat.

Viduæ


Viduæ. Ad idem est hoc c. ex concilio Aurelianen. Summa est in rubro. patet. Lege. ¶ [Viduæ ab alatri.] ipsæ. n. debent ab altari recipere professiones, sed nō consecrationes, quia nulla consecratur nisi virgo, vt di. 26. [acutius] sub velo professionis [spiritui sancto mentiri.] illæ. n. quæ post votum continentiæ solenne ad nuptias transeũt, non solum mentiuntur hominibus, sed spiritui sancto. Sic. n. Petrus Ananiæ dixit. Actu. 5. Non es mentitus hominibus tantum, sed spiritui sancto.


Exponit literam.


Si quis Ad idem est hoc c. ex eodem concilio sumptum. Summa est in rubro. patet. Leg. ¶ [Si quis in coniugium] de facto alia patet, quia epilogat ea, quæ supra inducta sunt de Calcedonensi concilio, & Antipapæ.

Exponit literam.


Si custos. Ad idem est hoc c. Grægorij papæ in registro. Summa est in rubro, istud capitulum & sequens in eodem casu loquuntur, & de eadem materia, sed primũ mittitur Vitaliano episcopo. secundum Sergio defensori, filia quidem Tulliani monasterium ingressa fuit, & papæ literas miserat petens, vt liceret ei esse in seculo, & maritum accipere. Scribit papa illi episcopo, & redarguit eum de tanta negligentia, s. ꝙ hoc factũ non correxerat. Et diuiditur in tres partes. In prima reprehendit de negligentia. In secunda præcipit, vt illam cogat reuerti ad habitum dimissum, & ad monasterium. In 3. dicit, ꝙ si in hoc facto quis voluerit ei contradicere excommunicet eum, & de eo papæ significet. 2. ibi, præsentia. 3. ibi, qua in re. Lege. ¶ [Si custos aut esse nosses] .i. exercere officium episcopale, re vera erat episcopus. [peruersam epistolam] quia forte continebat, quod liceret sic esse in seculo. [ad præsens tempus] .i. in præsenti tempore. Hu. [præsentia] 2. pars. [ignorantia] .i. pigritia. [cum Sergio] cui scribitur in c. sequenti, [qua in re.] 3. pars. [obsistendum] in exequendo nostro mandato [emendationis] .i. pœnæ. Hu. [neglectu] .i. noli iterato delinquere, quia vulnus iteratum tardius sanatur, de pœnitentia di. 3. lauamini.

Casus. Diuisio. Exponit literam. Hugu.



Si homo Ad idem est hoc c. eiusdem Gregorij & eadem quæ scripserat episcopo, eadem scribit isti defensori, licet alijs verbis, sicut patet legenti. vnde tam litera quam sensus literæ patet.


Nubendi Ad idem est hoc c. beati Augustini de conflictu vitiorũ. Summa est in rubro. Et patet totum. ¶ [Nubendi illis videlicet] non loquitur generaliter, sed gratia exempli de istis facit mentionem. Nam multis alijs non licet, vt ordinatis in sacro ordine, qui omnes non vouerunt castitatem, vt orietales, & tamen nullus potest nubere. Hu. [decreuerunt] .i. nouerunt firmiter. Hug. [impune] quo ad Deum, & quo ad canones, vt dist. 28. fornicari.


Hugu.


Proposito. Ad idem est hoc cap. Beati Augustini, lib. de bono coniugali. Capitulũ hoc nobis videtur quicquid dicat gl. intelligendum esse de voto solenni, cum introducat illud Gratianus inter alia vbi tractatur de voto solenni, si tamẽ de simplici intelligo sm gl. quæ est Hug. ¶ [Proposito.] Construe sic. [Manifestum est fœminas lapsas à meliori] .i. à castitate [sacratiori] .i. viduali, quæ vouetur Deo sancta est in coniugatis cui tricesimus, sanctior in viduis cui sexagesimus. [Sanctissima in virginibus] cui fructus debetur centesimus peiores adulteris esse si nupserint.

Exponit literam.


Si qua virgo Ad idẽ est hoc c. ex concilio Calcedonẽsi sumptũ. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima statuit. In 2. punit cõtrafaciẽtes. In 3. ponit relaxationem. 2. ibi. Si vero. 3. ibi, statuimus. Lege. ¶ [Si qua virgo humanitatẽ] in relaxatione pœnæ, vel mitiori reconciliatione [episcopus quasi] nō abbas, quod intelligo, si episcopus eis imposuit pęnitentias. Si vero abbas imposuit ipse poterit humanitatem quandoque exhibere eis. Hu.

Diuisio. Exponit literam.


Diaconissam Ad idem est hoc c. ex eodem concilio. Summa est in rubr. Et diuiditur in duas partes. In prima instituit, ꝙ virgo non debeat recipere benedictionem ante 40. annũ. In 2. ponit, quod si talis post prædictam ordinationẽ nupserit anathematizetur. 2. ibi. Si vero lege. ¶ [Diaconissa] .i. virgo [ordinari] non capitur hic ordinari ꝙ mulier capax ordinis sit, sed capitur pro benedici, fundebatur enim in consecratione eius aliqua benedictio ex qua consequebatur aliquod officium speciale, forte legẽdi homilias, vel euangelium ad matutinum, quod apud nos faciunt diaconi, quod non licebat alijs monialibus vt in gl. & Hu. [probatione] .i. examinatione. [Si vero] 2. pars patet.

Diuisio. Exponit literam. Hugo.


Quotquot Ad idem est hoc c. ex concilio Anchiritano sumptum. Summa est in rubro. Breue est. Leg. ¶ [Quotquot &c. præuaricati] contrahendo de facto [i.e. monacho. Arch. [bigamos.] quia primo Deo & postea hoĩ nubunt, vel potius inter bigamos quantum ad pœnam, quia non poterunt promoueri, nec admittentur ad publicos actus, sicut nec bigami, & est sensus [debent haberi inter bigamos] .i. repellentur à promotione, & testificatione clericorum, sicut bigami, nec fœminæ inter virgines consecrabuntur. Hug.

Archi.


Virgines. Ad idem ẽ hoc c. ex cõcilio Eliberitano. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit virginibus, quæ post votum solenne libidini deseruierint non esse dandam cõmunionem etiam in fine vitæ. In secunda ponit, quod si debitam pœnitentiam egerint, poterit eis in fine communio dari. 2. ibi, ꝙ si. Lege. ¶ [Virgines. non intelligentes] s. non resipientes. i. nō ostendentes se resipere. & ideo non pœnitentes. Hu. [quid] .i. bonum virginitatis, & præmium. Hu. [nec in fine] loquitur de impœnitentibus, quibus nec in fin. danda est eucharistia, vt di. 50. hi qui. [Quod si] 2. pars. loquitur de pœnitentibus, vt patet quibus nõ negatur in fine eucharistia, vt di. 50. pœnitentes, &. s. e. virginibus. Hu. [persuaserint] .i. penituerint, vel ad penitentiam prouocauerint [in fine] quasi non ante in pœnam criminis.

Diuisio. Hugu.


De filia. Ad idẽ est hoc c. ex concilio Martini papę. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit. In 2. pęnam relaxat. 2. ibi. Si autem. ¶ [De filia.] gratia exempli dicit, quia idem est de qualibet alia, sed de ista quæsitum fuit in cõcilio. [si deuota fuerit] .i. conuersa votum emittendo, & suscipiẽdo habitum, vt 12 q. 1. duo. Hu. [duxerit] de facto & propter hoc fuerit excommunicata. Hu. [in] .i. propter affectum. Hug. [receperint in communionem] .i. communicauerint ei [à communione] sacramentorum, vel fidelium, si noluerint cessare. Hu. [præstiturum] .i. subiturum [causas] .i. pœnas. Hug. [defuncto] ad literam. [si autem] .2. pars patet.

Diuisio. Hugu.


Deuotam. Ad idem est hoc c. ex concilio 2. Toletano sumptum. Summa est in rubro. Et diuiditur in quatuor partes. In 1. statuit pœnam monachæ peccanti. In 2. prohibet eam recipere ad communionem ab aliquo ante pœnitentiam. In 3. punit recipientes eam & corruptorem. In 4. punit eã, q̃ maritũ acceperit. 2. ibi prius aũt. 3. ibi. ꝙ si. 4. ibi. quæ autem maritum. Lege. ¶ [Deuotam] .i. conuersam vel monacham voto continentiæ obligatam. Hu. [peccãtem] .i. fornicantem, quasi non matrimonialiter alicui adhærẽtem. primo. n. tangit de tali deuota, postea de illa, quæ de facto duxit maritum [egerit] vel saltẽ agere inceperit. Hug. [prius autem] 2. pars. [ad nullius conuiuium] si ob hoc in concilio excommunicata fuerit. Hu. [Quod si] 3. pars. [in absentia] .i. reputetur excommunicata simplici excommunicatione. Hu. [quæ autem] 4. pars. [quo viuente.] quo casu tantum in articulo mortis communicabit, vt in fine superioris capituli dicitur. Hug. aut postquam discesserit ad literam, quo casu statim poterit communicare, si digne pœniteat. Hug.


Si qua. Ad idem est hoc c. beati Greg. in registro. Sũma est in rub. Et diuiditur in duas partes. In 1. punit monachã lapsam in adulteriũ. In 2. punit corruptorẽ. 2. ibi, is aũt. ¶ [Si qua per antiquam licentiam] .i. impunitatem. Hu. [antiquiorem consuetudinem.] Nam ratione antiquioris consuetudinis credebat se excusari, sed non excusatur, quia diuturnitas temporis nõ excusat peccata, sed auget, vt extra de consuet. c. fi. [deducta fuerit

cta fuerit]olim in præterito.[is autem].2.pars patet.

Os Ad idem est hoc c.eiusdem Gregorij.Summa est in rub.Leg.¶[Eos excesserunt]fornicando cum eis[communione fidelium]si sunt contumaces vel sacramentorum.Hu.

1 *Raptor monachæ qualiter puniatur.*

Si quis. Ad idem est hoc c. ex nouellis Iustiniani.Summa† q raptor monachę perdat omnia bona sua, & capitali sententia feriatur.Lege.¶[Si quis solicitauerit] ad coeundum secum.Hu.[assisteriā].i.reclusam,ab assistendo, quia continue assistit orationi & officio suo,Hu.[monastriam].i.monacham.Hu.[bona]ipsius raptoris[in quo habitat] quia ei in loco facta est iniuria [capitali] hoc est secundum leges, vt 36.q.2.si quis secundum canones non afficiuntur morte,vt.s.e.si quis episcopus.H.[monasterio.] primo [cautione].i. vt cautius ibi custodiatur. [diaconissa.] idem est de qualibet monacha, vel deuota intelligitur. [legitimos].i. ex legitimo matrimonio ante conuersionem & votum genitos[legitima]quæ debetur filijs iure naturæ, & dicitur debitum bonorum subsidium, de qua legitima plenius 19. quæst.tertia.si qua &c. Exponit literam.

1 *Vestibus monachalibus potest quis vti in propria domo.*

Mulieres. Ad idem est hoc c.Eugenij papæ.Summa est in rubro. Lege. ¶[Mulieres obtentu].i.vt obtineant.Hu.[& si hoc alio animo fecerūt] puta ludo, vel fraude[prædicatur eis nisi de hoc constet.Hu.[velatæ]cum voto,imo & si non vouerint ex quo habitum sumpserunt, præiudicatur eis,quia præsumuntur 1 vouisse,nisi probetur contrarium in domibus.]† q in propria domo potest quis vti vestibus monachalibus & etiam facere votum,vt infra 33.q.5.quod Deo,sed tamē per hoc non solennizatur votum.gloss vide no.contra. supra.e.in c.de viduis.in gloss.1. Sed vtrum tales sint moniales,supra inuenies in dicto cap.de viduis. Hug.[in domibus]si non sunt suspectæ vitæ. Exponit literam.

Monacho Ad idem est hoc cap.ex concilio Aurelianensi. Summa est in rub. Et diuiditur in duas partes. In prima prohibet, ne monachus portet cingula lasciua. In 2.punit monachum qui vxori se complacuerit. 2. ibi, & si postea. Lege.¶[Monacho orarium]ponitur pro quolibet ornamento lasciuo[Zonas].i.cingula lasciua, vt muliebria[& si postea]2.pars. [officium] repellitur tanquam bigamus, vt supra eod.quotquot. Diuisio. Exponit literam.

Viduæ. Ad idem est hoc c. Augustini in li. de bono viduitatis. Summa est in rubro.Lege.¶[Viduæ.non continent].i. continere non possunt de facili. [quod nisi reddant].i. compleant, si possunt damnantur à Deo,vel ab ecclesia per excommunicationem supra eo. si custos.Hug.& c.sequenti. Exponit literam.

Vidua Ad idē est hoc c.Nicolai papæ.Summa est in rubro &c.Lege.¶[Vidua, sacrum].i.religiosum.s.conuersionis non consecrationis,vt no.s.e.viduas[imposuit]& vouit saltem tacite[oblationes forte consuetudo erat alicuius loci,vbi monachæ panem cōsecrandum vel alias oblationes sacerdoti offerebant.Hug.[professa.]supple maxime,quia idem si cum habitu. Exponit literam. Hugu.

Viduitatis Ad idem est hoc ca.ex cōcilio Aurasico.Summa est in rubro.¶[Coram episcopo]fuit ergo solenne in sacrario forte locus fuit vbi monachę accipiebant habitum veste religiosa. Exponit literam.

Omnes fœminæ. Ad idem est hoc c. ex concilio Toletano.Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur modus professionis faciendę monialium.In 2.ponit pęnam earū, quæ post professionem prolapsæ fuerint 2. ibi, quæ vero ex his.Lege.¶[Omnes fœminæ.pallio].i. velo, roboratam subscriptione[professione].i. scriptura confirmatam,in qua profiteatur se velle religiose viuere,& propositum religionis sumere, & in eo perenniter permanere,vt 20.q.1.vidua.[non sinantur]quia si vellent relabi,statim propria scriptura obuiaret eis,vt 1.q.7.saluberrimum Hu.Et nota q scriptura adhibetur, non q sit de substantia voti,vel habitus sed ad probationem facti,si reuocetur in dubium [quæ vero ex his].2.pars.[animum]cum effectu retenta esse.Quædam.n.retenta veste præuaricantur,& hę tantum animum mutant,tamen non mutant habitū.Quędam dimisso habitu deseruiunt libidini, & istæ vtrunque deponunt[mutato habitu].s.deposito seculari & resumpto religioso quem dimiserant. Diuisio. Exponit literam. Hugu.

1 *Vouere non potest quis per alium, sicut nec pœnitentiam accipere.*

Sciendum. Ad idem est hoc c. ex concilio Arelatensi sumptū. Summa est in rubro.Breue.¶[Sciendum,per votum proprię sponsionis] arg.† quod quis per 1 alium vouere non possit, sicut nec pœnitentiam accipere,de pœnitentia dist.1.quem pœnitet[& p verba sacerdotis].i.per orationes,& benedictiones, quas sacerdos fudit super eas[templa] continentes.n. templum spiritus sancti dicuntur ab Apostolo. primæ ad Cor..6.an nescitis quoniam membra vestra templum spiritus sancti,qui in vobis est,quem habetis à Deo. Et ideo concludit iuxta apostolum dicentem qui violat templum disperdet illum dominus. Exponit literam.

¶ Viduæ palea est.

Et quia. Ad idē est hoc ca.beati Gregorij in registro. Summa est in rubro.

Vt lex continentiæ. Ad idem est hoc c.Innocentij papæ. Et diuiditur in duas partes.In prima statuit & contra transgressores pęnā assignat.In 2.idem de monialibus dicit esse obseruandum.2.ibi,ad ipsum. Lege.¶[Vt lex atque conuersi]non omnes,sed conuersi professi,& voto continentiæ obligati sunt siue expresse, siue interpretatiue, quod dico propter illos qui ad ecclesiam regularem conuertuntur, qui quamuis non exprimāt votum, tamen ratione loci & habitus præsumuntur vouere. Hu.[præsumpserint] de facto [separentur] quia non est ibi matrimonium[idipsum]secunda pars.[dæmonibus] per hoc intelligit generaliter omnes monachos,& omnes deuotas,id est Deo consecratas. Exponit literam.

1 *Votum simplex non dirimit matrimonium contractum.*
2 *Matrimonium quare debeat esse bene & legitime contractū.*
3 *Vouere est voluntatis,reddere necessitatis.*

Nuptiarum. Hoc c.est August. quod sm Gratianum & Hug. & Io.de intelligendum est de voto simpli- 1 ci.Summa est † q votum simplex non dirimat matrimonium contractum.Et diuiditur in quinque partes.In prima commendat matrimonium.In secunda virginitatem siue continentiam & illam præfert. In tertia ostendit, q post propositū de continentia non debet quis nubere,sed si nupserit, peccat mortaliter,non nubendo vel volendo nubere,sed frangendo & volendo frangere propositum,& hoc totum exequetur vsque ibi, proinde . In quarta inuehit contra eos, qui dicebant tale matrimonium factum post votum simplex esse separandum, inducendo eos ad triplex inconueniens. In quinta ponit opinione suam.s. q tale matrimonium non sit separandum.secunda ibi, & ipsum tamen.tertia ibi,sed virginali.quarta ibi,proinde.quinta ibi, quapropter non possunt,de ista materia disputatū est satis in principio quæstionis,vnde veniendum est ad literā.Leg.¶[Nuptiarum bonum] i.bonum quod est nuptiarū.i.matrimo- 2 nium semper bonum est.†matrimonium 2 enim bene & legitime contractum bonum & sanctum est. Tum primo quia Deus ipsum in statu innocentiæ statuit.Gene.2.¶ Secundo quia per sanctos patres tam noui quam veteris testamenti obseruatum est.¶ Tertio quia in raritate siue paucitate populi sub præcepto mandatum est, vnde post diluuium dominus ait.Gene.1. Crescite & multiplicamini, & replete terram.¶ Quarto,quia per matrimonium obseruatur,& elōgatur homo ab immundicijs, & fornicatione cuiuscunque generis.¶ Quinto, quia per matrimonium habetur Hugu. Diuisio. Exponit literam.

2 ¶ Matrimonium. Adde quod matrimoniū contrahit p verba de præsenti vt... que loquē te.P.de ... cha... in ter. nu... de sponsa. Et est magnum sacramentum vide ... in.c... 2. de ... duo.

betur proles diuino cultui dedicanda.¶Sexto quia est expressum sacramentum & sacrum signum matrimonij spiritualis,quod est inter Christum & ecclesiam.¶Septimo, quia matrimonium sua præsentia dominus Iesus honorauit,& insigni miraculo decorauit conuertens aquam in vinum.Ioan.2.¶Octauo,quia Christus de matre sponsatá vi ro nasci dignatus est Luc.1.& Matth.1.Ex quibus patet,ꝙ aperte errant hæretici nuptias damnãtes[obsequium] ma trimoniorum est in obsequium generis humani secundũ Dei legis imperium quo dictum est Genesi.1. Crescite & multiplicamini. Est etiam in remedium infirmitatis carnis,vnde apostolus 1.ad Cor.5.ait propter fornicationem vnusquisque vxorem habeat &c. Est etiam in humanitatis solatium. vnde à multis contrahitur vt in suis necessitatibus eis seruiatur, præcipue hoc locum habet in senibus, qui auxilio destituti sibi vxores copulant,vt ab eis seruitiũ percipiant.Hu.[filiorum]Alij contrahunt desiderio haben di prolem, qui affectus non est improbandus ad cultum Dei.[Et ipsum]secunda pars.[ipsum].s. affectum filiorum seu matrimonium excellit donum virginitatis siue obseruantiam cõtinentiæ,quæ est vita cœlestis & angelica,quia ibi nec nubent,sicut dominus inquit,nec nubẽt.Hu.[nõ continet].i.continere non vult,vel non potest facile [quæ non cepit].s.votum, vel velum continendi [deliberet] an vouendum sit, an nubendum [quæ egressa est] ad votum perseueret in castitate[aduersario].i.diabolo[grauius infestari]Hug.[oblatio].i.oblatum in coniugali]præfert continentiam bono coniugali.glo.[pudicitia carnis].i.continẽtia vel virginitas[amplioris]intransitiue.i minus excellentis,& amplius quam in coniugio[qua continentia debito] .i.voto,quo quis efficitur debitor Deo. Ex hoc videtur ꝙ hoc c.loquatur de voto simplici de præsenti.Et ex eo ꝙ in fine dicitur exigit oblatum. Archid.[nubere velle]quando per eum non stat quin nubat.Et ita est vehemens volũtas. Arch.[Nam vt hoc].s. ꝙ voluntas veniendi contra votum sit peccatum,siue sequantur nuptiæ,siue non.Hu.[demonstraret]prima ad Ti.5.[primam fidem].i.primum pactum & si non nubendo,tamen volendo [non quia ipsæ nuptiæ vel].i.etiam[talium propositi].i.voti[fraus] qua fractum est propositum[amplioris]simplicis voti[proinde]quarta pars arguit contra eos,qui post votum simplex dicunt matrimonium damnandum, ac si votum simplex dirimeret contractum matrimonium,sicut votum solenne,quod nõ est verum[fallit]ostendit Augu.in quo isti decipiantur. Arguebat.n.sic dominus in euangelio dicit.Matt.5.ꝙ mulier quæ viuente viro alteri nubit adultera est,sed quæ per votum simplex continentiæ deuouit Christo sponsa Christi facta est:ergo si contrahat alteri in matrimonium contrahit primo uiro viuente.s.Christo,qui viuit & nunquã moritur,& sic est adultera & matrimonium dici non debet. Sed Aug. dicit hanc argumentationem & inducit triplex inconueniens quod ex illa opinione sequitur.primum est, quia tunc vir & mulier qui pari consensu vouerunt continentiam per quam desponsantur ipsi Christo esset adulterium spirituale, quia mulier viuente viro se desponsasset Christo,quod est absurdissimum,& contra apostolum expresse,qui prima ad Cor.7.commendat virum & vxorem, si pari consensu contineant,vnde non est simile vsquequaque,nec habent mentem veritatis Christi.Christus.n.prohibet vxorem carnalem viro suo priore viuente alteri nubere,quo ad carnale matrimonium,sed non quin possit & debeat laudabilissime coniungi Christo per matrimoniũ spirituale,siue viro mortuo, siue viuente[deinde cum prime]aliud inconueniens[melioris sint meriti].i.maioris dignitatis & prærogatiuę,quia secundę signum sunt incontinentiæ,primæ vero signũ continẽtiæ,vt d.82.proposuisti. [iste sit sensus].i.intellꝰs.i.hoc absit vt sentiãt, & intelligãt, & credant [vt Chrs integritate fidei].i.integra fide,& spe, & charitate[tota virgo].i. virginitatem mentis, quia sine macula mortalis peccati [aptaui].i.per prædicationẽ parauí.Hu.[exhibere].i.exhibeam vos in die iudicij[vni viro] .i.Christo[fœtare].i.fęcundam facere virtutibus etiam bonis operibus.Hu.[Sic autem]tertium inconueniens.Hug. [Quapropter]quinta pars.[proposito]non dicit voto, per quod appareat ꝙ de voto solenni non loquitur. Aliud est .n.votum & aliud propositum.Hu.& Arch.[proposito]priuati voti[non esse coniugia].i.coniuges, & ita si hi qui per verum matrimonium sunt cõiuncti separentur contra doctrinam Christi[fieret]Matth.5. quos Deus coniunxit,homo non separet.Item sequeretur, ꝙ sic separando vxores à viris cogũt viros fieri adulteros, dum dimissis veris vxoribus alias superducunt. Et sic varia adulteria nascuntur, propter quæ merito istorum opinio tanquam erronea est abijcienda.Sed Hu.dicit hic quod Aug. hic ex inconcesso procedit quia non concederent ei aduersarij ꝙ illæ essent vxores,nisi de facto quas separari non esset peccatũ[adulteris esse peiores]quia isti tales specialiter peccant in Deũ, qui maior est hoĩe.[Si.n.]probat istos grauius peccare,cũ ait.[Si.n.&c.cum membrum].i. vxor, quæ est membrum corporis viri 33.quæst.2.ammonere[quanto grauius oblatum]arg. † quod vouere est voluntatis,sed reddere est necessitatis.alia patent. 3

Hugu. (left margin); Archi.; Hugu.; Arch.

DE viduis. Ad idem est hoc ca.Gelasij papæ. Summa est, inuehitur contra viduas post votum continentiæ contrahentes. Le. ¶[De viduis sub nulla benedictione] quia solæ virgines & non viduæ benedicuntur,& consecrãtur in sua velatione,imo nullæ viduæ ab episcopo velantur,vt 20.q. 1.deuotis.sed accipiunt velum de altari, vel à presbytero, s.e.viduas [superius]in alia parte capituli,quæ non est hic [quæ si castitatem] post pristinum coniugium professam & promissam[periculi eorum].i.ad periculum vitandum proderit eis deliberare[quali &c.iuxta apostolum] prima ad Ti.5.[fidem].i.pactum quod cum Deo pepigerunt.Hu. [secundum apostolum]prima ad Cor.7. [custodire].i.debent seruare nos talibus vouentibus simpliciter laqueum peccãdi mittere, quod esset si omnino prohiberemus eos contrahere,vel contractos separare.Hu.sed solum &c.[pęnasque].i.comminando diuinum iudicium cauendum est [vitãdum] vel diligenter intuendum[apostolus]prima ad Corint.3.alia patent.

Hugu. (right margin); Exponit literam; Hugu.

SI quis Ad idem est hoc capitul. quod est Theodori papæ, in quo Gratianus exponit quæ circa præmissa videbantur dubia patent.

¶ Quæstio secunda.

1 *Matrimonium non potest esse nisi in dispari sexu.*

SEquitur secũda quæstio Videlicet an desponsata vni eo dimisso possit alteri nubere.huic quæstioni vt facilius explicet magister Gratianus aliã subiungit quæstionem incidentem talẽ .s.virũ inter sponsum & sponsam sit cõiugium.Et illam primo soluit allegans pro vtraque parte, qua soluta & determinata faciliter soluitur,& terminatur etiam ipsa quæstio quæ hic principaliter intitulatur.ĩ. e.§. iuxta.Et quæstio ista diuiditur in quinque partes.In prima intendit probare ꝙ sponsa sit vxor,quæ tamen non est, nisi in spe futurorum, & non repræsentium. primo tamen quæritur quis consensus facit matrimonium.Et dicitur ꝙ consensus de præsenti vel consensus de futuro cum copula subsecuta. In 2.probat,ꝙ non sit vxor nisi carnis commistio non interueniat. Nam si esset vxor non posset intrare monasterium illo inconsulto & contradicente intrare. Et hoc probat per multa capit.In tertia parte per 13. capitula probat,ꝙ sponsa de præsenti dicitur vxor. non re præsenti, sed spe futurorum, quia non est ibi significatio quæ est inter Christum & ecclesiam.In quarta quęritur quid iuris de raptore & quis dr̃ raptor vel rapta vel raptus. In quinta dr̃ ꝙ si per verba de præsenti fuerit sponsa rapta omnibus modis viro reddenda est.secunda ibi,nõ dubium. 3.ibi, cũ initiatur.4.ibi, raptus.5.ibi,rapta.Leg.textum.¶[Primum videndum est inter eos].s.sponsos,has autem sponsos probat hic ex diffinitione matrimonij dicens[sũt.n.nuptiæ] licet superius in principio huius causæ posuerimus, & declarauerimus hãc diffinitionem, percurremus tamẽ nunc eam iuxta Hu.[matrimonium est coniunctio] animorum non corporum,coniunctio.n.corporum non est matrimonium,dicitur coniunctio,quia si aliqui coniungantur non erit coniugium[viri & mulieris] † quia non potest esse ma 1 trimonium nisi in dispari sexu. coniunctio.n.masculi cum masculo,vel fęminę cum fœmina,non est matrimonium, & quia

Diuisio (right margin); Exponit literam

& quia hoc totũ potest esse in cõiunctione illegitima.s.fornicaria, vel incestuosa, subaudiendum est [legitima].i.ẜm leges canonicas cõtracta, & sic cessat oĩs obiectio, ꝙ posset fieri de personis ad hoc inhabilib. & quia hoc totũ posset esse inter personas legitimas, & tñ non esset matrimoniũ talis coniunctio, quia possent coniungi ad aliud, subditur [retinens].i. retinẽda exigens [consuetudinem vitæ].i. conuersationis maritalis præsertim quo ad mutuam seruitutẽ corporis sibi inuicem exhibendam, & quo ad ea quę impediunt talẽ seruitutem [indiuiduã].i. inseparabilẽ vel in perpetuum vel quousque legitimum interueniat diuortium, vel iudicio ecclesiæ, vel propria voluntate.s.cum pari consensu vouerint castitatem, & à mutua seruitute se absoluũt 33.q.4.quod Deo.

MAtrimonium. Inducit autoritatẽ beati Chrysostomi ad probandum, ꝙ cõsensus efficiat matrimonium pro cuius rei pleniori intelligentia quærunt̃ quinque.

1 ¶ Primum est vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij.

2 ¶ Secundum, vtrum oportet consensum ꝑ verba exprimi.

3 ¶ Tertium est, vtrum consensus per verba de futuro matrimonium faciat.

4 ¶ Quartum vtrum expressus per verba etiam si desit interior consensus faciat matrimonium.

5 ¶ Quintum vtrum consensus qui facit matrimonium sit consensus in carnalem copulam.

1 Ad primum sic proceditur.† Et vr̃ ꝙ cõsensus nõ sit causa efficiens sui ipsius, sed matrimoniũ nihil aliud est, ꝙ consensus quia ipse est qui significat coniunctionẽ Christi ad ecclesiã. ergo consensus nõ est causa efficiens mr̃imonij. (Primũ ar.) ¶ Scd̃o sic, multiplicata cã, multiplicatur effectus. ergo si cõsensus est causa, & duo sunt cõsensus, ergo vr̃ ꝙ duo sunt matrimonia inter virũ & mulierem, sed nõ sunt duo matrimonia. ergo & c. (Secundũ ar.) ¶ Tertio sacramenta nõ sunt à voluntate humana, sed ab institutione diuina, sed consensus ad volũtatem pertinet, & matrimoniũ est sacramentum. ergo consensus non est cã matrimonij sicut nec aliorum sacramentorum. (Tertium ar.) ¶ In oppositum est cap. præsens vbi ait Chriso. matrimonium non facit coitus sed consensus. (Opponit in contrarium) Respondet dicendum ꝙ consensus mutuus viri & mulieris est causa efficiens matrimonium. (Respondet.) Ista concl. patet multiplici autoritate in litera, rõne probatur, vnus non accipit ptãtem in eo, quod est libere alterius, nisi per eius consensum, sed per matrimonium accipit vterque coniugum ptãtem in corpus alterius, vt patet 1. ad Corin.7. cum prius vterque sui corporis liberam ptãtem haberet. ergo consensus facit matrimoniu m. ¶ Secũdo sic, maioris libertatis est pactio coniugalis quã seruitutis, sed solo consensu facit quis se seruum. ergo solo consensu põt fieri alterius cõiux. ¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositum. Ad primã respõdetur negãdo minorẽ. dicimus.n.iuxta S.Th. (Ad primũ arg.) ꝙ matrimonium non est tm̃ consensus, sed quædã vnio ordinatorũ ad vnũ, quã consensus facit. Et iterum nec cõsensus proprie loquendo coiunctionẽ Christi ad ecclesiam significat, sed voluntatem eius, qua factum est vt ecclesię cõiungeretur. ¶ Ad secundã rñdetur iuxta S. Tho. (Ad scd̃m. S.Thomas.) ꝙ sicut matrimonium est vnum ex parte eius in quod fit coniunctio, quamuis sit multiplex ex parte coniunctorum, ita ẽt cõsensus est vnus ex parte eius, in ꝙ consentitur. s. prædictæ coniunctionis, quamuis sit multiplex ex parte consentientiũ, nec est directe consensus in virum, sed in coniunctione ad virum ex parte vxoris, & similiter ex parte viri cõsensus in coniunctionẽ ad vxorem. ¶ Ad tertiam respondetur, (Ad tertium) ꝙ sacramẽtorum prima causa est diuina virtus, quæ in eis operatur salutem, sed causæ secundæ ministeriales sunt materiales operationes ex diuina institutione efficaciam habẽtes. Sic in baptismo exterior ablutio & sic consensus in matrimonio est causa.

2 Ad secundum sic proceditur.† Et vr̃ ꝙ non oporteat consensum per verba exprimi sed consensus tacitus sufficiat. (Primũ ar.) Primo sic. sicut per matrimonium redigitur aliquis in ptãtem alterius, ita per votũ, sed votum obligat quo ad Deum, etiam si nõ exprimatur verbis. ergo & cõsensus causabit matrimoniũ, etiã sine expressione verborum. (Secũdũ ar.) ¶ Secundo sic, matrimonium potest esse inter mutos. ext. de sponsa. tuæ fraternitati, vel eos qui sunt diuersarum linguarum, ergo & c. (Tertiũ arg.) ¶ Tertio sic. Si omittatur id quod est de necessitate sacramenti quacunq; ex cã. non est sacramẽtum, sed in aliquo casu est matrimonium sine expressione verborum, sicut qñ puella tacet præ verecundia parentib. eam viro tradentibus. ergo expressio verborum non est de necessitate matrimonij. ¶ In oppositum est gl. dicens, ꝙ requiritur voluntarius consensus verbis legitimis expressus. (Opponit in contrariu m) ¶ Item arguitur sic, matrimonium est sacramentum quoddam, sed in omni sacramento requiritur aliquod sensibile signũ. ergo & in matrimonio. Et ita oportet ibi saltẽ verba esse exprimentia consensum sensibiliter. (Scd̃a oppo.) ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ad contrahẽdum matrimoniũ requiritur consensus mutuus per verba de præsenti, vel ꝑ aliqua signa in non potentibus loqui expressus. (Respondet.) Et dico per aliqua signa, quia muti possunt contrahere matrimonium vt in allegata decretali inter absentes etiam qui nunquam se viderunt potest contrahi matrimonium per procuratorem, & literas consensus mutuos exprimẽtes, dum tñ fama vel auditu vel aliquo modo se nouerint, vt 30.q.5. nec illud in gl. & 32.q.2. non oĩs. §. cum dr̃ in gl. Ratio aũt quare requiritur expressio mutui cõsensus per aliquod sensibile signum est iam assignata supra arguendo, quia matrimoniũ est sacramentum, & in omni tali requiritur aliquod sensibile signum. Præterea quia in matrimonio fit quidam contractus inter virum & mulierem, sed in quolibet contractu oportet esse expressionem verborum, vt sibi inuicem voluntatem suam verbis promant qui contrahunt, & sibi inuicem obligent homines, ergo & in matrimonio oportet esse consensum per verba expressum. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primũ de voto rñdetur negando consequentiã. (Ad primu argu. S.Tho.) Et rõ est iuxta S.Th. quia in voto non est aliqua sacramẽtalis obligatio, sed spũalis tm̃. Et ideo non oportet, ꝙ fiat ad modũ materialiũ contractuũ, ad hoc ꝙ obliget, sicut est de matrimonio. ¶ Ad scd̃am rñdetur ꝙ quãuis muti vel alij similes nõ possint vota sua mutuo verbis exprimere, possunt tñ exprimere nutib. & tales nutus pro verbis cõputantur. (Ad secũdũ.) ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo consequentiam. (Ad tertium) Dicimus.n. iuxta. S. Th. & alios doctores quod in casu illo verba parentum computantur ac si essent verba puellæ, sunt.n. sufficiens signum, quòd sunt eius ex quo non contradicit.

3 Ad tertium sic ꝓcedit̃.† Et vr̃ ꝙ consensus expressus per verba de futuro faciat matrimoniũ. (Primũ ar.) Primo sic. Sicut se habet pñs ad pñs, ita futurũ ad futurum, sed consensus per verba de pñti expressus facit matrimoniũ in pñti. ergo cõsensus expressus per verba de futuro faciet matrimonium in futuro. ¶ Secundo sic, sicut in matrimonio fit qdã obligatio per verba exprimentia consensum, ita & in alijs ciuilib. contractib. sed in alijs cõtractib. nõ differt vtrũ per verba de pñti vel de futuro obligatio fiat, ergo nec in matrimonio differt. (Scd̃um ar.) ¶ Tertio sic, ꝑ votũ religionis hõ contrahit matrimoniũ spũale cum Deo, sed votũ religionis fit per verba de futuro, & obligat. ergo silr̃ põt fieri matrimoniũ per verba de futuro. (Tertiũ ar.) ¶ In oppositũ arguitur sic. Ille qui cõsentit in aliquam per verba de futuro & postea in aliã de pñti debet ẜm iura habere secũdã pro vxore, sed hoc non esset si cõsensus per verba de futuro faceret matrimoniũ, vt patet. ergo & c. (Opponit in cõtrarium) ¶ Rñ. dicendũ, ꝙ consensus expressus per verba de futuro nõ facit matrimoniũ ꝙ concl. probatur. (Respondet.) Primo sic. Qui promittit se aliquid facturum nondũ facit illud, sed qui consensit per verba de futuro promittit se cum aliqua contracturũ matrimoniũ, ergo adhuc nõ cõtrahit cũ illa. ¶ Scd̃o sic, eadẽ concl. sic probat̃. Causę sacramẽtales significãdo efficiunt, vnde hoc efficiũt ꝙ significãt, sed cũ aliquis per verba de futuro exprimit cõsensum suũ, nõ significat facere matrimoniũ, sed promittit se facturũ, ergo talis expressio consensus nõ facit matrimoniũ, sed spõsionẽ eius ꝙ spõsalia nominãtur. ¶ His habitis dicẽdũ est ad rõnes in oppositũ. Ad primã rñdetur negãdo consequẽtiã. (Ad primũ arg.) Et rõ est, quia nõ est simile, quia cũ cõsensus exprimitur per verba de pñti & verba sunt pręsentia & in pñti cõsentit̃ ꝓ eodẽ tpe, sed qñ cõsensus fit ꝑ verba de futuro, verba sunt pñtia si cõsensus in futurũ, & iõ non pro eodem tempore & propter hoc non est simile. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem, imo multum differt quia in contractibus alijs qui verbis futuris utitur non transfert potestatem rei suæ in alium, ut si dicat dabo tibi, sed solũ qñ uerbis pñtibus utit̃. (Ad scd̃m.) ¶ Ad tertiã respondetur negando consequẽtiã, & ratio est iuxta S.Th. quia licet in uoto professionis (Ad tertiũ.)

to professionis actus spiritualis matrimonij per verba de futuro exprimatur. i. obedientia, vel obseruátia regulę, nõ tamen ipsum matrimonium spirituale. Si autem matrimonium spirituale in futurum voueatur, non est matrimoniũ spirituale, quia nondum ex hoc est monachus, sed se futurum monachum pollicetur.

4 Ad quartum sic pceditur.† Et videtur quòd cõsensus expressio per verba de præsenti etiam sine mentali consensu faciat matrimoniũ. Primo sic. Fraus & dolus nemini debent patrocinari ẽm iura, sed ille qui verbis sensum exprimit quem corde nõ habet dolum cõmittit, ergo nõ debet sibi patrocinari vt ab obligatione matrimonij liber reddatur. ¶ Secundo sic, si requiritur interior consensus cum nemo de illo sit certus, nec esse possit nemo scit vtrum matrimonium cõtraxit, ergo quotiescunque debitum petit, aut reddit discrimini se cõmittit. ¶ Tertio sic, si aliquis probatur per verba de presenti in aliquam consensisse, cogitur per excommunicationis sententiam, vt eam habeat in vxorem, quamuis dicat consensum maritalem defuisse, & etiam si postea cum alia cõtraxerit consensu mentali verbis expresse, sed hoc nõ esset si requireretur. consensus mentalis ad matrimonium ergo non requiritur. ¶ In oppositum est Innocen. in quadam decretali de sponsalibus c. tua nos, qui casu isto loquens ait Si ne consensu nequeunt cetera fedus pficere coniugale. ¶ Responde. dicẽdum ꝙ sine consensu mentali consensus per verba de præsenti expressus non facit matrimonium in veritate, ista conclusio probatur. Primo sic, intentio requiritur in omnibus sacramentis, sed ille qui corde non consentit non habet intentionem contrahendi, ergo non fit matrimonium. ¶ Secundo sic, quandocunque aliquid constat ex aliquo tanquam formali, & ex aliquo tanquam materiali, quandocunque hoc deficiat & ipsum deficit, sed sacramentum matrimonij est tale, ergo cum solus consensus animorum sit dispositio & forma sic complemẽtũ, quodcunque deficiat non erit sacramentum. ergo &c. ¶ Tertio sic, sicut se habet ablutio exterior ad baptismũ, ita se habet expressio verborum ad sacramẽtũ matrimonij, sed si aliquis ablutionem exteriorem reciperet non intẽdens accipere sacramentum, sed ludum & dolum facere non esset baptizatus, ergo ita in præsenti expressio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando ꝙ dolus alicui patrocinetur. Nam ibi sunt duo. s. defectus siue carentia consensus, qui sibi patrocinatur in foro conscientiæ, & non astringatur vinculo matrimonij, quãuis nõ in foro ecclesiæ in quo iudicatur ẽm allegata. Secũdum autem quod est ibi est dolus verborum, & hoc nõ patrocinatur nec in foro pœnitentiæ, nec in foro ecclesiæ, quia vtrobiq; vel punitur, vel pro obligatione reputatur. Concor. dominus Bonauentura. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ licet non sit certus omnino probabiliter tñ est credẽdum, ꝙ fuerit interior consensus, quia cũ de quolibet præsumẽdũ sit bonũ, nisi manifest⁹ dol⁹ appareat, de quolibet psumẽdũ est ꝙ corde cõsẽtiat, si ore exprimat, nec ẽ aliud credendum, & si nõ sit ita ignorãtia facti in altera psona q̃ ignorat coitũ, excusat à peccato, sicut Iacob excusatur in hoc ꝙ cognouit Liã, quia credebat cognoscere suã, nec cõmittit se discrimini aut perplexitati, vnde quia verè credi debet consensisse, ideo adherendum est ei, & debitum reddendum. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. in tali. n. casu ecclesia compellit eum ad stãdum cum prima vxore, quia iudicat ẽm ea quæ foris apparẽt, nec decipitur in iustitia quamuis decipiatur in facto, sed ille potius debet excusationem sustinere, quam ad primam vxorem accedat, vel debet in alias regiones remotas fugere, vt dicit S. Thom.

5 Ad quintam sic proceditur. † Et vr̃ ꝙ cõsensus qui facit matrimonium sit consensus in carnalẽ copulam. Primo sic, dicit Hiero. & habetur. s. e. q. 1. nuptiarum, vouentibus virginitatẽ non solum nubere, sed velle nubere damnabile est, sed non esset damnabile, nisi esset contrarium virginitati cui nuptiæ non contrariãtur, nisi rõne carnalis copulę. ergo consensus voluntatis, qui est in nuptiis, est in carnalem copulam. ¶ Secundo sic, oĩa quę sunt in matrimonio possunt esse inter fratrem & sororẽ excepta carnali copula, sed inter fratrem & sororem non potest licite contrahi matrimonium, quia nõ potest licite inter eos esse consensus maritalis, ergo cõsensus matrimonialis est consensus in carnalem copulam. ¶ Tertio sic, si mulier dicat viro, consentio in te cum ista conditione, vt non cognoscas me, non est matrimonium, quia ista conditio est contra substantiam matrimonij, ergo consensus faciens matrimonium est consensus in copulam carnalem. ¶ Quarto sic, ad hoc matrimonium institutum est, vt sint duo in carne vna, ergo necesse est ad hoc quod sit matrimonium quod carnaliter vniantur. ergo non est matrimonium nisi sit consensus in carnalem copulam. ¶ In oppositum est c. præsens. Respondet dicendum ꝙ consensus qui facit matrimonium non est consensus in carnalem copulam. Ista conclusio multipliciter patet, primo sic nullus consentiens in carnalem copulam est virgo mente & carne. Sed beatus Ioan. euangelista post cõsensum nuptialem est virgo mente & carne. ergo non consensit in copulam. ergo &c. ¶ Secundo sic, effectus respondet causę, sed consensus est causa matrimonij, cũ ergo de essentia matrimonij non sit carnalis copula, videtur ꝙ nec consensus qui causat matrimonium sit consensus in carnalem copulã. ¶ Tertio sic confirmatur. Ad contrahendum matrimonium nõ est necessarius consensus explicite in id, ꝙ non est de essentia matrimonij, sed carnalis copula non est de essentia matrimonij, patet, quia postquam aliqui matrimonium contraxerunt, etiam si postea perpetuo continerẽt verum matrimonium esset inter eos. sicut patet in matrimonio inter beatam virginem & Ioseph, contrahendo ergo matrimonium non est necessarius consensus in carnalem copulam explicite, sed benę implicite, vt dicit S. Tho. & Richardus, quia in cõiugali societate qua nominatur ipsum matrimonium implicatur mutua potestas communicationis nõ tm̃ rerum, sed etiam corporũ, cum vtrique detur potestas in inuicem respectu carnalis copulæ, sed hoc non est consentire in carnalem copulam explicite, aut etiã implicite, absolute sub conditione, s. si coniux requireret, & debitum exigeret, siue vti vellẽt cõcessa potestate, vt dicit magister Richar. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in opposi. Ad primam respondetur negando consequentiam. Cõsensus aũt in matrimonium, ideo est damnabilis post votum virginitatis, quia per talem consensum dabatur potestas alteri, ad id quod non licet, ad id quod erat incõpassibile voto virginitatis sicut peccaret inquit S. Th. qui daret potestatem alteri accipiẽdi illud, ꝙ ipse in deposito habet, non solum in hoc ꝙ ei actualiter traderet. De cõsensu autem beatę virginis. s. dicetur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiã, & rõ est, quia falsum præsupponitur, non. n. pñt soror, & frater sibi inuicem dare suorum corporum mutuã ptãtem, sicut nec licite põt esse inter eos carnalis copula. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequẽtiam, & rõ est, quia illa conditio explicita nõ solum actui, sed ptãti contrariatur carnalis copula, & ideo est cõtraria matrimonio, in quo daẽ ptãs in inuicẽ respectu carnalis copulę seu ptãs petendi debitũ. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo consequẽtiã & rõ est iuxta d. Bonau. qa licet prima & principalis institutio fuit illa, nõ tñ tota ratio siue cã matrimonij, imo & cã fidei, & sacri, & mutuæ educationis. vt. s. visum est cũ de tribus bonis sacramenti dictum est. Le. tex. ¶ [Matrimoniũ coitus]. i. carnalis copula [sed voluntas]. i. voluntarius consensus [maritus tm̃]. i. nondum est adulter [separatus] distãtia loci, vel iudicio ecclesię, vel voto quo ad debitum reddendũ [volũtate]. i. vinculo matrimonij voluntario cõsensu cõtracti. H. [tũc plene dimittit]. i. plenarie, qa nõ simplr̃ remanet maritus, sed efficitur adulter vel plene quo ad se & opinionem hominum, quia iam desperant eum redituruũ ad illã, ex quo vident eum alteri adhærere. Hug. [Itẽ Nicol. papa sufficiat solus] ad matrimoniũ ꝯhendũ [ẽm leges] canonicas [legitimus & canonicus] vt nihil sit qđ substãtiã mr̃imonij impediat. Hu. [cętera] vt annuli impositio, subarrhatio dotis, & donationis pp nuptias cõsignatio [frustrantur]. i. inualida sunt ad matrimoniũ. [Cũ ergo] cõcludit ppositũ suũ. Hu. [inter istos] in themate positos. s. spõsũ & sponsam [Sed q̃rit] incidẽter mouet qõnẽ & soluit [quis cõsensus aut vtriq;]. i. illi duo. Sed dicit Hu. ꝙ nec illorum nec illi faciunt matrimonium, sed cõsensus maritalis, qui est ad indiuiduã vitæ consuetudinẽ seruandã [quo]. s. cõsentitur, vt concedat se quis in maritũ illius & illã recipiat in vxorẽ & ecõuerso. [Qđ cõsensus in carnalẽ copulã nõ faciat matrimoniũ] arguit ex facto beatę virginis. q̃ castitatẽ vouerat.

vouerat Luc.1.[quomodo fiet istud quoniam virũ non cognosco].i.me cognituram non proposui. Si cõsensus ergo in carnalem copulam requiratur ad marimonium ipsa cõtra votum virginale in carnalem copulam consensit,ꝙ nephas est dicere.vnde tam Hu.quã Arc.dicentes consensum in carnalem copulam esse necessarium ad matrimonium non videntur nobis bene sapere, & eorum dictis dimissis tenenda est sententia theologorum qui securius & maturius loquuntur in similibus materijs.

Archi.

2 *Maria virgo quare debuerit virginitatem vouere.*
5 *Perfectio rei dicitur duplex.*



Eata Maria. Inducit hoc cap. Aug. Gratianus ad probandum quòd cum virginitatis voto fuit inter Mariam & Ioseph verum coniugium. Pro cuius materiæ intelligentia veniunt quærenda tria.

1 ¶ Primum est vtrum beata virgo virginitatem vouerit.
3 ¶ Secundum, an beata virgo debuerit matrimonio esse cõiuncta.
4 ¶ Tertium, an inter beatam Mariam & Ioseph fuerit perfectum matrimonium.

1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur ꝙ beata virgo virginitatẽ non vouerit. Primo sic.Deut.6.dr̃.Non erit apud te sterilis,imo maledicebantur in lege,quæ non reliquerant semen super terrã,sed beata virgo nihil vouit,quod esset contrarium legi. Cum ergo virginitas includat sterilitatem, videtur ꝙ beata virgo non debuit vouere,nec vouit virginitatem.¶ Secundo sic,votum virginitatis pertinet ad perfectionem consiliorum,sed talis perfectio debuit à Christo inchoari, q venit legem consilijs adimplere Mat.5. ergo ante Christi aduentum nõ debuit beata virgo virginitatem vouere.¶ Tertio sic,Mat.1.dr̃ de Ioseph, ꝙ non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum,ergo videtur ꝙ post partum Christi Ioseph cognouit eam quod non fuisset si virginitatem vouisset,quia non peccauit. Et confirmatur per illud Luc.2.quod beata Maria dixit ad Christum. Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.¶ In oppositũ est c.præsens beati Aug.¶ Respondeo dicendum ꝙ beata Maria vouit virginitatem,probatur ista conclusi. primo sic.In matre dñi debebat esse omnis perfectio, vt pote quæ plena gratia ab angelo fuit salutata,sed votum virginitatis est de maximis pfectionibus, ergo debuit ei inesse. ¶Secũdo sic. dicit Anselmus in lib.de cõceptu virginali, dicebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret. Nempe decens erat,vt ea puritate niteret, quæ maior sub Deo nequit intelligi,sed ceteris paribus purior & magis nitens est virginitas Deo per votum dedicata quam alia quæ non est voto Deo dedicata, ergo beata virgo virginitatem vouit, non tñ simpliciter sed sub conditione honestissima, hac.s. nisi Deus aliter ordinaret, nec istam conditionem opposuit vt dicit S.Tho.vt dubitaret an vellet virgo permanere, sed an deberet.Et hoc est quod Aug.dicit in præsenti c. ꝙ proposuit se perseueraturam virginem,nisi Deus aliter ordinaret.

2 †Concordat dominus Bonauentu. assignans triplicem rõnem quare debuit virginitatem vouere. Tũ primo vt esset decentissimum habitaculum filij Dei, qui candor est lucis æternæ,& speculum sine macula. Decebat.n.vt ex matre incorrupta carne, & voluntate firma conciperetur. ¶ Secũdo vt esset mulieribus totius virginitatis exemplũ. ¶ Tertio, quia decebat vt in ea esset omnis nobilitatis & sanctitatis priuilegium. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ beata virgo fuit confinium veteris & nouæ legis, sicut aurora diei & noctis. Et ideo votum eius sapuit nouã legem inquantum virginitatem vouit, & veterem inquantum conditionem apposuit, & sic nihil contrarium legi egit.¶ Ad secundam respondetur ꝙ perfectio consiliorum quantum ad cõsummationem incipere debuit à Christo, sed quantum ad aliquam inchoationem cõuenienter à matre eius incepit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam.Ad autoritatẽ Mat.1. respondetur quod ibi primogenitus non dr̃ post quem alius, sed post quem nullus, similiter ly donec, ibi accipitur ꝓ termino incerto,sicut cum dr̃ in psal. 109. sede à dextris meis,donec &c. per hoc non intelligitur,ꝙ postea non sedeat, sed quod vsque tunc & postea.Ad confirmationem cum autoritate Lucæ.2.respondetur iuxta gl.ibidem, ꝙ Ioseph vocatus est ibi pater putatiue,cui concordat illud Luc.3.Ipse Iesus erat incipiẽs quasi annorum 30.& putabatur filius Ioseph.

Primũ ar. — Secũdum ar. — Tertiũ arg. — Opponit & Respondet. — S.Tho. — Bonauent. — Ad primũ argu. — Ad secũdum — Ad tertium

3 Ad secundum sic proceditur,†Et videtur ꝙ beata virgo non debuit matrimonio esse coniuncta.Primo sic, vt dicit Hierony. vouentibus nõ solum nubere,sed velle nubere damnabile est, sed nihil dãnabile debuit esse in virgine gloriosa. ergo beata virgo postquam virginitatem vouit,nubere non debuit. ¶ Secũdo sic vouens virginitatem periculo se exponit, si se in potestatem viri traderet,sed hoc est peccatum,ergo beata virgo non debuit sui potestatẽ alteri tradere nubendo.¶ Tertio quicunque consentit in matrimoniũ consentit aliquo modo in carnalem copulam,ad minus implicite,sed consensus in carnalem copulam aliquid diminuit de puritate virginitatis,ad minus quantum ad puritatem mentis, sed cum mr̃i Dei debeatur puritas, quę maior sub Deo potest intelligi,ergo videtur ꝙ non debuit nubere.¶ In oppositum est illud Mat.1.cum esset desponsata &c. in text. & in gl.¶ Respondet dicendum, ꝙ cõueniens fuit matrem Christi matrimonio esse coniunctam:causas autem huius conuenientiæ præter eas quas Origenes assignat in sermone vigiliæ natalis domini S.Th.assignat sequentes. prima vt significaret ecclesiam,que est virgo & sponsa,& mr̃.Et ideo vt perfecte significaret,debuit etiam desponsari. ¶ Secũda vt per Ioseph genealogia Mariæ intexeretur. Non.n.erat consuetudo apud hæbreos ex parte mulierum genealogiã computare.¶ Tertia vt tolleretur occasio infamię,ne adultera suspicaretur,quia vt dicit Bernar.omnes credidissent, ꝙ esset fornicaria,& nõ decebat hoc credi de matre Dei, nec etiam de Christo, ꝙ esset natus de adulterio. Concor. dominus Bonauent. ¶ Quarta vt nuptias Christus sua natiuitate approbaret.¶ Quinta vt maior perfectio virginitatis in beata virgine ostenderetur dum in ipso matrimonio virgo permansit. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ post votum virginitatis absolute factum non potest aliquis in matrimoniũ consentire sine peccato,quia si sit votum solẽne non fit matrimonium verum.¶ Si autem sit votum simplex verũ est matrimonium,tñ peccãt contrahentes.Votum autem beatæ Mariæ virginis non fuit solenne, sed simplex in corde expressum,nec absolutum,sed sub conditione, vt ex litera patet,& ideo potuit sine peccato ex speciali spiritus sancti concilio cuius dispositio conditionaliter in suo voto cadebat in matrimonium consentire.Et ita ratio non procedit, sed de his qui post votum virginitatis absolute factum in matrimonium consentit, cuiusmodi non fuit beata virgo vt patet.¶ Ad secundam respondetur ꝙ maior est vera,nisi certificata esset persona vouens, ꝙ nunquam expeteretur,aut requireretur,siue tentaretur à coniuge suo. Beata autem Maria antequam contraheret cum Ioseph fuit certificata diuinitus, ꝙ Ioseph in simili proposito erat, & iõ se periculo nõ commisit nubens,nec ꝑ hoc aliquid de veritate deperitur, quia illud propositum non fuit conditionaliter in consensu appositum.talis.n.conditio cum sit cõtra matrimonij bonum.s. prolem procreandam matrimonium tolleret.¶ Ad tertiã respõdetur, ꝙ copula carnalis cecidit implicite sub consensu beatæ virginis, sicut actus implicite continetur in potentia, potentia autem ad carnalẽ copulã non contrariatur virginitati,nec diminuit aliquid de puritate ipsius,nisi ratione actus, qui quidem nũquam fuit in proposito beatæ virginis,sed erat iam certificata, ꝙ actus nunquam sequi deberet.Et ita rõ non procedit.Tũ quia ipsa virgo non consensit in carnalẽ copulam etiã implicite absolute,sed sub cõditione, vt dictũ ẽ,& cũ hoc fuit certificata diuinitus ꝙ actus carnalis nunq̃ deberet sequi.

Primũ ar. — Secũdũ ar — Tertium ar. — Opponit & Respondet — S. Thomas — Berna. — Bonau. — Ad primum arg. — Ad secũdum — Ad tertium

4 Ad tertiũ sic ꝓcedit.†Et vr̃ ꝙ inter beatã Mariã & Ioseph nõ fuit pfectũ mr̃imoniũ. Primo sic,ex parte causæ.Cõsensus.n.simpl'r & absolutus cãt matrimoniũ simpl'r,nõ aũt cõditionatus, sed cõsensus beatæ virginis fuit cõditionatus. ergo nõ causabat matrimoniũ simpl'r sed ẽm quid,& ita imperfectũ.¶ Scd̃o sic,ad pfectũ matrimoniũ vr̃ requiri cõsensus in carnalẽ copulã,quia in matrimonio includit obligatio ad reddendũ debitũ,cũ ab altero cõiuge exigit,sed btã virgo in carnalẽ copulã nunq̃ cõsensit,quia virginitatẽ ꝑpetuã vouerat. ergo nõ fuit matrimonium illud perfectum.¶ Tertio sic,significatio est de essentia

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar.

essentia matrimonij inquantum est sacramentum sed matrimonium non fuit perfectum in significatione. ergo non fuit perfectum sacramentum. ¶ Quarto vbi deest vltima consummatio non est vera perfectio, sed matrimoniũ beatæ virginis nunquam fuit consummatum. ergo nec perfectũ. ¶ Quinto sic, perfectum matrimonium dr̃ quod habet bonum prolis, sed proles non fuit nata à matrimonio illo, ergo non fuit bonum eius. ergo nõ accepit ab eo aliquam perfectionem. ¶ Sexto sic, post perfectum matrimoniũ nõ licet alicui sponsam dimittere, sed Ioseph quamuis esset iustus volebat ea occulte dimittere. vt dicit Mat. 1. ergo non dum perfectum erat matrimonium. ¶ In oppositum est c. præsen. Rñ. dicendũ iuxta S. Th. in 3. parte q. 19. † ꝙ duplex est perfectio rei, prima & secũda. Prima quidem perfectio in ipsa rei forma cõsistit, ex qua speciem sortitur. Secunda autem perfectio consistit in operatione rei, per quam res aliqualiter suum finem attingit. forma autem matrimonij consistit in quadam indiuisibili coniunctione animorum, per quam vnus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur. Finis autem matrimonij est proles generãda & educãda, ad quorum primum. s. generationem peruenitur per concubitum coniugalem. ¶ Ad secundum aũt. s. educationem per alia opera viri & vxoris quibus sibi inuicẽ obsequuutur ad prolem nutriendam. Quo notato sit ista prima conclusio. Quãtũ ad primã perfectionẽ matrimoniũ virginis Mariæ & Ioseph fuit verũ & ꝑfectũ matrimoniũ. Ista conc. patet primo, quia vterque consensit in copulã cõiugalem, non aũt expresse in copulã carnalem, nisi sub conditione si Deo placeret, vnde angelus vocat Mariã coniugem Ioseph. Mat. 1. dicẽs ad Ioseph nolite timere accipere Mariam coniugẽ tuã &c. ꝙ exponens Aug. li. de nup. & concupiscentia, dicit coniux vocatur ex prima desponsationis fide, quam nec concubitu cognouerat, nec fuerat cogniturus. Secũdo probat ꝑdicta cõclusio, quia vt dr̃ Deu. 22. Dei ꝑfecta sunt opera, ergo ꝑcipue illa sũt ꝑfecta, q̃ facit circa se & suos, sed illud matrimonium fecit circa matrẽ suã, fuit. n. illi diuinitus reuelatum. ergo matrimonium fuit perfectum. ¶ Secunda concl. quantum ad secundã perfectionẽ quæ est per actum matrimonij si hoc referatur ad carnalẽ concubitum per quem proles generatur non fuit perfectũ matrimonium, patet conc. qm̃ non fuit consummatum, patet etiam per rõnes in principio. ¶ Tertia cõcl. fuit tñ illud matrimonium perfectum matrimonium quo ad secundã perfectionem quantũ ad prolis educationem. vnde Augu. dicit vbi. s. quod oẽ nuptiarum bonum impletum est in parentibus Christi. s. proles, fides, & sacramentum. Concor. S. Tho. in scripto, & Albert. & Bonauent. & Richard. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur negando minorem. dicimus. n. cum S. Thom. quod consensus beatæ virginis fuit absolutus, absolute. n. consensit in matrimonium diuinitus certificata, sed in matrimonium sic consentiens virginitatem suam Deo commisisse dicitur. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ ad primam perfectionem matrimonij non requiritur consensus absolute, nisi in copulam coniugalem. In copulam autem carnalem non nisi implicite, & sub cõditione vt dictum est. s. sic beata virgo in carnalem copulam consensit, non illa tñ appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quoniam non est de essentia sacramenti quo ad primam perfectionem plena est significatio Christi & ecclesiæ, & humanæ naturę cum diuina persona, sed illa est de essentia secundę perfectionis. s. matrimonij cõsummati. Et ideo non procedit ratio, præter principale significatum huius sacramẽti est coniunctio Christi, & ecclesiæ. Et quia ista coniũctio est dupliciter. s. per charitatem, & per naturæ conformitatem, dupliciter in hoc sacramento significatur. Prima per consensum animorum, & ista fuit in matrimonio beatę virginis. Secunda per commistionem sexuum, & ista non fuit vt dictum est. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. ratio. n. procedit de secunda perfectione, quæ consummatio dicitur matrimonij & non de prima. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam & ratio est ſm S. Thoma. & Albertum magnum, quia proles non est bonum matrimonij solum inquantum per matrimonium generatur, sed etiam inquantum in matrimonio suscipitur & educatur, & sic bonum illius matrimonij fuit proles illa. s. Christus qui nutritus & educatus fuit subditus

Quartũ ar. | Quintũ ar. | Sextum ar. | Opponit & Respondet. | Prima cõcl. | Augu. | Scd'a concl. | Tertia cõc. | Augu. | S. Thomas. | Ad primũ arg. | Ad scdm. | Ad tertium | Ad quartũ. | Ad quĩtum | S. Thomas.

illis, vt dicitur Lucæ secundo, non autem primo modo, quia non ex matrimonio natus sed ex spiritu sancto. ¶ Ad sextam respondetur iuxta Albertum magnum, quod vt dicit Origenes hoc nõ cogitauit Ioseph. s. dimittere virginẽ, quasi aliam ducturus, vel propter aliquam suspitionem quam de beata virgine haberet, sed potius quia indignum se reputabat tantæ sanctitati seruire. Et ideo nisi confortatus fuisset ab angelo, subtrahere se volebat, vt alij sua reputatione magis idoneo locum daret, vnde dictum est ei noli timere Matth. 1. Lege. text. ¶ [Beata Maria. in corde] fuit votum simplex, non solenne [consensit in carnalem copulam] implicite & sub conditione sicut dictum est sæpe, in vtroque obediendo. s. in virginitate, & in consensu carnalis copulæ, modo supradicto. [postea quod corde conceperat] . s. votum continentiæ. Hug. respondeo quæstioni quis consensus faciat matrimonium concludens ait [consensus ergo cohabitandi] dicit Hugu. quòd falsum est, sed consensus maritalis. [indiuidua vero consuetudo est] id est debet esse [talem se sibi] . i. vxori. s. qualem debet velle virum esse sibi. Sicut. n. ipsa vult vel velle debet, quòd vir non subtrahat sibi copulam sui, & quod nulli alteri reddat debitum nisi sibi, sic ipsa se debet talem exhibere ei, scilicet vt nulli alij se supponat, nec ei se deneget [quia ergo iste consensus fuit inter istos] scilicet in themate positos, patet coniuges esse, quod etiam nititur probare per sequentia capitula.

Ad sextum Alber. mag. | Exponit literam. | Hugu.

Cum initiatur. Ad idem est hoc cap. Ambrosij in libro de virginibus. Summa est in rubro. Breue est. Leg. ¶ [Cum initiatur] per consensum expressum per verba de præsenti statim [nanciscitur] . i. perfectum ex perfectione prima quo ad esse essentiale matrimonij, & statim illi inter quos est rite dicuntur coniuges [pactio] id est consensus prædictus facit coniugium.

Exponit literam.

Quicumque. Ad idem est hoc cap. sumptum ex concilio Africano. Palea est.

Coniuges. Ad idem est hoc c. quod est beati Isidori libro. etymologiarum. Summa est, ꝙ à prima despõsationis fide coniuges appellantur. Breue est. ¶ [Coniuges à prima fide] . i. cum obligant sibi inuicem ad cõseruandam fidem castitatis, & mutuæ seruitutis statim est inter eos coniugium, & ipsi sunt veraciter coniuges, quamuis adhuc &c.

Exponit literam.

Coniux. Ad idem est hoc c. quod est beati Aug. in lib. de bono coniugali. Summa est ꝙ beata Maria coniux fuit vere Ioseph à prima desponsationis fide [quam] . s. Mariam [Ioseph concubitu nec cogniturus] de facto erat, alia patent.

Omne. Ad idem est hoc c. eiusdem August. in eodem libr. Summa est in rubro. Breue est. Probat. n. verum fuisse coniugium inter Mariam & Ioseph, quia omne bonũ nuptiarum quod distinguitur triplex, vt. s. exposuimus in principio primę questionis. s. proles fides & sacramentum, prolem &c. [nuptialis] . i. maritalis. Hu. [fieri non poterat] quia nemo conceptus ex concubitu maris & fœminæ est sine peccato originali, ita ꝙ cum beata virgo concepta fuerit ex concubitu carnali Ioachim & Annæ, fuit beata virgo concepta in peccato originali, & de hoc infra, de consec. dist. 4. firmissime . [Item in leuitico.] 20. capitulo ad idem est. [Item in legibus] ad idem est probatio.

Exponit literam.

Si quis. Ad idem est hoc capitulo in canonibus [desponsauerit] per verba de præsenti & cætera, omnia patent vsque ad capitulũ sequens.

Additur. Ad idem est sequens cap. beati Hieronymi super epistolam ad Corinth. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Additur legitimum] . i. in lege concessum, & subdens quòd sit illud inquit [dum mortua &c.] pro quo sciendum ꝙ cum mulier contrahit cum aliquo contrahit affinitatem cum cognatis viri cum fuit in matrimonio coniuncta, & vir cum cognatis vxoris, ita quod vsque ad quintum gradum non sunt personæ

Exponit literam.

personæ legitimæ ad contrahendum, & contrahitur affinitas non solum ex matrimonio consummato per carnalem copulam, quia vir & vxor fiunt vna caro, sed etiam ex matrimonio per verba de præsenti sine commistione carnis, quę est vnitas animorum, sicut patet per sequentia capitula [sed nō repudiatam] per fornicationem & marito viuente. Hu. Nam si causa consanguinitatis vel affinitatis vel alicuius cognationis repudiata sit, potest cum alio contrahere, sed non cum consanguineo viri repudiātis. Hu. [desponsatam viro] per verba de præsenti [sed liberā]. i. absolutam [nulli viro] vel sponso alligatam. Hug. similiter facere debet mulier. [Paulus] 1. ad Cor. 6. patet totum.

Hugu.



Si quis. Ad idem est hoc c. beati Gregorij in registro. Summa est in rubro. ¶ [Si quis] Hoc c. & sequens possunt intelligi tā de sponsa de futuro, quam de præsenti [desponsauerit] non interueniente subarrhatione vel [subarrauerit] quæ fit per immissionem annuli, quod est signum amoris, vel per donationem aliarum rerum vel aliorum insignium, quæ subarrhatio quandoque fit interueniente consensu, vt ex. de despō. impu. c. tuæ quandoque non interueniente, sed siue interueniat consensus siue non, sufficit si constat de subarrhatione, non dico ꝙ sit ibi matrimonium sine cōsensu, sed præsumitur consensu interuenire & matrimoniū, nisi probetur contrarium. nihil. n. interest an facto, vel dicto, siue re, aut verbo quis declaret voluntatem suam. ar. dis. 36. c. 1. [ducere in vxorem]. i. carnaliter cognoscere. Hugu. [nulli] nunc vsque ad quartum gradum.

Exponit literam. — Hugu.


Si quis. Ad idem per omnia est hoc c. Iulij papæ patet de se.

Sed Augustinus. §. est, in quo arguit in ꝯrium probās illos non esse cōiuges.

1 *Carnalis commistio an sit de integritate matrimonij.*
2 *Integritas dicitur duplex.*


Non dubium. Hoc c. est Augu. Summa est in rubr. Breue est, nō diuiditur. ¶ Pro cuius intellectu q̄ritur. † Vtrū carnalis commistio sit de integritate matrimonij. Et videtur ꝙ sic. Primo ex præsenti capitulo vbi ait August. Non dubium est illam mulierem ad coniugium nō pertinere, cum qua docetur commistio sexuū non fuisse. ¶ Secundo sic. In institutione matrimonij dr̄, erunt duo in carne vna. Et dominus hoc idem repetit. Matt. 19. sed hoc non fit nisi per carnalem commistionē. ergo commistio est de integritate matrimodij. ¶ Tertio sic illud quod pertinet ad significationem sacramēti est de integritate sacramenti, sed carnalis cōmistio pertinet ad significationē sacramenti. patet, quia coniugium est signum coniunctionis Christi, & ecclesiæ in conformitate naturæ, sed hoc solum est in commistione, ergo &c. ¶ Quarto sic, matrimonium est institutum in remedium concupiscentiæ, sed hoc remedium habetur ab his solum qui matrimonio sunt coniuncti non per continentiam sed per cōmistionem, ergo &c. ¶ In oppositum est quia perfectū matrimonium fuit inter beatam virginem & Ioseph, vt. s. habitum est in c. beata. ¶ R̄ndeo, dicendum est iuxta S. Th. & doctores quasi oēs † ꝙ duplex est integritas, vna quæ attenditur ſm perfectionem primam, quæ consistit in ipso esse rei, quæ dr̄ essentialis, alia est quæ attenditur ſm perfectionem secundam quæ consistit in operatione. ¶ Secundum hoc sunt duæ conclusiones. Prima, ꝙ carnalis commistio non est de integritate matrimonij ſm primam perfectionem. Cōclusio patet. primo quia in paradiso fuit matrimoniū, & tn̄ ibi non fuit carnalis commistio, ergo carnalis commistio non est de necessitate matrimonij. Secundo sic sacramētum ex suo nomine sanctificationem importat, sed sine carnali cōmistione est matrimonium sanctius, vt dicit Aug. ergo carnalis commistio non est de integritate sacramenti. Secunda concl. commistio carnalis est de integritate matrimonij ſm secundam perfectionem, quæ consistit in operatione, patet conc. quia carnalis commistio est quędā operatio siue vsus matrimonij, per quod facultas ad hoc datur, & per quam matrimonium ipsum dicitur consummatum. ¶ Quibus habitis dicēdum est ad rationes in oppositum. Ad primam de cap. præsenti, respondetur, quòd August. loquitur de coniugio consummato. ¶ Ad secundam respondetur, quòd Adam in illis verbis exposuit integritatem matrimonij secundum vtramque perfectionem, quia res ex suo actu innotescit. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Thom. quòd significatio rei contentę est de necessitate sacramenti. Et ad hanc significationem non pertinet carnalis commistio, sed ad rem non contentam vt ex dictis supra patet, vbi in principio, vtrum matrimonium sit sacramentum fuit declaratum, vel dicēdum iuxta Dominum Bonauenturam & Richardum, quòd matrimonium quantum ad commistionem animorum absq; carnali commistione est sacramentum vnionis Christi & ecclesiæ, quę est per charitatem, licet significatio est de substantia matrimonij, verum est quòd sacramentum vnionis Christi & ecclesiæ per naturæ conformitatem, non est nisi consummatum matrimonium. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem. Dicit. n. S. Thom. ante commistionem carnalem est matrimonium in remedium ex gratia, quæ in eo erat, quamuis nō ex actu, qui pertinet ad integritatem secundam. [Non dubium ad matrimonium] cōsummatum siue integrum integritate quæ attenditur secundū perfectionem secundam.

Quæstio 1 — Primū ar. — Scd̄um ar. — Tertiū arg. — Quartū ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. 1 — Prima cōc. — Augu. — Scd̄a conc. — Ad primū argu. — Ad scd̄um. — Ad tertium — Bonauent. Richardus. — Ad quartū. S Tho.


Cum societas. Ad idem est hoc cap. Leonis papæ. Sūma est in rub. Breue est. Lege. ¶ [Cum societas nuptiarum] quibus sociantur masculus & fœmina à principio sic sit instituta [vt sine commistione sexuū non habeat in se sacramētum]. i. significationem vnionis Christi & ecclesiæ in conformitate naturæ, quia talis significatio non reputatur, nisi in cōmistione corporum [ad matrimoniū]. i. integrum secundum perfectionem secundam [nuptiale ministerium]. i. carnalem copulam.

Exponit literam.


Item apostolus. Ad idem est hoc cap. quod est apostoli prima ad Corint. 7. in quo idem probat magister Gratianus. f. quod sponsa non sit coniux, quia vxor tenetur reddere debitum marito petenti, & non sponsa. Tum quia vxor non potest transire ad frugem melioris vitę, nisi de consensu viri, nec econuerso, quod potest sponsa. Lex palea est.

2 *Matrimonium dissolui intelligitur dupliciter.*
5 *Matrimonij duplex est significatio.*
6 *Vxor aliquando dicitur membrum, aliquando pars corporis viri.*
7 *Conuersio vnius coniugum non est recipienda sine conuersione alterius.*


Sunt qui dicunt. Consequenter Gratianus inducit opinionem quorundam dicentium, quod religionis gratia possunt dissolui coniugia consummata. Contra quam beatus Grego. arguit. Et potest diuidi in tres partes. In prima inducit autoritates. In secunda vnam rationē. Et in tertia aliam. secunda ibi, si vero vtrisque. tertia ibi, si vero. Pro pleniori intelligentia huius ca. & sequentium aliquorum veniunt circa insolubilitatem matrimonij aliqua quærenda.

Diuisio.

1 ¶ Primum vtrum matrimonium consummatum per religionis ingressum vel alias, possit dissolui.
3 ¶ Secundum est vtrum matrimonium ratum non consummatum possit dissolui per religionis ingressum.
4 ¶ Tertium est vtrum in alijs casibus possit dissolui autoritate papæ.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur quòd matrimonium consummatum possit dissolui maxime per religionis ingressum. Primo sic. Lex diuina debet magis fauere spiritualibus, quam humana lex, sed lex humana concedit gratia religionis debere coniugia dissolui, vt habetur in hoc cap. vt in aut. de nupt. §. distrahuntur. ergo multo fortius lex diuina debuit hoc permittere. ¶ Secundo sic, minus bonum non impedit maius bonum, sed matrimonij status est minus bonum, quā status religionis vt patet primo ad Corinthios septimo, ergo per matrimonium non debet homo impediri, quin possit ad religionem transire. ¶ Tertio sic, vir tenetur vxori ex vinculo matrimonij reddere debitum, sed ex mutuo consensu se possunt perpetuo absoluere, ergo similiter ex mutuo consensu possunt matrimonium diuidere. ¶ Quarto sic, in qualibet religione fit quoddam

Primū ar. — Secundū ar. — Tertium ar.

matrimonium spirituale, sed licet de leuiori religione ad arctiorem transire: ergo licet de matrimonio leuiori scilicet, carnali ad arctius .s. religionis transire etiam inuita uxore.

Opponit in contrarium. ¶ In oppositū est c. præsens. Secundo patet per illud Matt. 19. quos Deus coniunxit homo non separet. ergo tales qui sunt à Deo matrimonialiter coniuncti sunt inseparabiles.

Respondet. 2 ¶ Respondet dicendum in primis ꝙ matrimoniū dissolui dupliciter pōt intelligi .s. aut quantū ad torū, aut quantū ad vinculum.

Prima cōcl. Sit ergo prima concl. quā primo modo matrimonium dissolui pōt per mutuum dissensum. Si .n. ambo discernunt à carnali copula abstinere, possunt cōcorditer facere votum continentiæ, quo facto vnus alij nō tenetur obedire, quantum ad copulam carnalē.

Scđa concl. ¶ Secunda concl. est, ꝙ matrimonium secundo modo .s. quo ad vinculum dissolui non pōt coniugb. viuentib. patet concl. Tum primo ex diffinitione matrimonij superius assignata, in qua dr̄ ꝙ matrimonium sit indiuiduam vitæ cōsuetudinē retinens. Tum secundo quia matrimonium est signū vnionis Christi & ecclesiæ ₰m conformitatem naturæ, sed illa vnio est inseparabilis. ergo & c.

Tertia cōc. ¶ Tertia conclus. matrimonium non pōt dissolui per religionis ingressum, vt alter coniugum post copulam carnalē altero inuito possit ad religionem transire. patet concl. Tum per illud apostoli 1. ad Cor. 7. vt nec etiam ad tempus vacent orationi coniuges, sine mutuo consensu à matrimonio abstinētes. ¶ Rōne sic. Nullus pōt obligationē facere Deo de alieno, vnde cum ꝑ matrimonium consummatum iam corpus viri factum sit vxoris, non potest absque consensu ipsius Deo ipsum offerre per continentię votū, & econuerso de vxore sine cōsensu viri, patet ergo, ꝙ matrimonium cōsummatum nullo modo dissolui potest, quantum ad vinculum, nisi per alterius coniugum corporalē mortē. iam .n. facti sunt vna caro per carnalem commistionem. Et ideo per mortem qua spūaliter mundo per professionē in religione moritur, dissolui non pōt, quia iam non est commistio spūalis tm̄, sed etiā carnalis. Si ergo contra voluntatē vxoris vir professionē in religione faciat profitēdo, peccat, & ad mulierem reuocabitur ad eius petitionē, nec ea mortua cogetur ad religionē reuerti. Vlterius tñ non poterit vxorē accipere. ꝓmisit .n. se nō exigere debitum, ꝙ in eius ptāte erat. Et iō quo ad hoc votū tenuit. Non reddere aūt non erat in eius ptāte sed in mulieris ptāte. ex. de conuer. coniu. quæ intrāt. Similiter dic de muliere intrāte religionē contra volūtatē viri. vnde de muliere quæ credens virum mortuum, habitū religionis assumpsit & professionē fecit, & postea reuerso viro fuit ad eū reuocata, dr̄ ex. de conu. coniu. placet, ꝙ quāuis mortuo viro consultius sit ei, & congruentius ad salutē aīæ, vt ad monasterium redeat, tñ si ad hoc inducit nō possit, dn̄s papa ipsam inuitā credit non cogendam.

Ad primū arg. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primā rn̄detur iuxta S. Th. & Richardum, ꝙ lex humana considerabat matrimonium inquantū est in officium, sed lex diuina ₰m ꝙ est sacramētū, ex quo habet oīmodā indiuisibilitatē. Et ideo non est simile, & ita rō non procedit.

Ad scđm. ¶ Ad secundā rn̄detur negando consequentiā, qm̄ non est incōueniens maius bonum impediri per minus bonum, ꝙ habet cōtrarietatem ad ipsum, sicut ēt bonū per malum impeditur.

Ad tertium ¶ Ad tertiam rn̄detur negando consequentiam. quia non est simile reddere debitum, sed cohabitare simul est in ptāte cōiugum, quia vterque habet ptātem super caput alterius, & qm̄ vterq; pōt iuri suo renūtiare, inde est quā cohabitatio & debiti solutio pōt diuidi, nō sic vinculū, ꝙ De⁹ instituit ꝙ tenet rōnē sacramenti.

Ad quartū. ¶ Ad quartā rn̄detur negādo cōsequentiā, quia nō est simile de matrimonio spūali religionis, & de matrimonio carnali. Nam in qualibet religione contrahitur matrimonium ad vnam personam .s. Christū cui quantum ad plura obligatur aliquis in vna religione, quam in alia, sed matrimonium carnale & religionis non fiunt ad vnam personam, vnde non est simile.

3 **Ad secundum** sic proceditur. †Et vr̄ ꝙ matrimonium ratum sine non consummatum, nō possit dissolui per ingressum religionis.

Primum ar. Primo sic dr̄. Mat. 19. quos Deus coniunxit, homo nō separet, sed cōiunctio quæ est ante carnalem copulā diuinitus facta est, ergo non pōt separari humana voluntate.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic, matrimonium inquantum est sacramentum significat cōiunctionem Dei & ecclesiæ, sed ecclesia semel Christo desponsata nunquā separatur nec separabitur. ergo nec illud matrimonium quod ēt ante carnalē copulā est verum matrimonium.

¶ Tertio sic. In ipso cōsensu per verba de pn̄ti expresso vnus coniugum ptātem sui corporis transfert. ergo statim pōt exigere debitū, sed hoc non esset verū, si matrimonium non consummatum possit dissolui per religionis ingressum, quia coniux exactus obijcere posset petēti, si vellet religionē intrare. ergo non soluitur tale matrimonium per religionis ingressum. Tertiū ar.

¶ In oppositū arguitur ex præsenti c. Secundo arguitur, quia vt inquit Hier. dn̄s Ioā. vocauit de nuptijs. Opponit in cōtrarium.

¶ Respōdet dicēdum ꝙ ante carnalē copulā est inter cōiuges tm̄ vinculū spūale, sed post est inter eos tm̄ vinculū carnale, & iō sicut post carnalē copulā matrimoniū soluitur per mortē corporalē, ita per ingressum religionis ante carnalē copulā soluiī, quia religio est mors quædā spūalis, qua seculo moriens emittendo votū castitatis solēne viuit Deo, sicut patet ex. de cōuer. coniu. ex parte tua.

¶ His habitis dicēdum est ad rōnes in oppositum. Ad primā rn̄detur ₰m dn̄m Bonauent. ꝙ matrimonium illud cū per ingressum religionis soluiī, non separatur ab hoīe, sed à Deo, cui solenne votum continentiæ promittiī. Ad primum argu.

¶ Ad secundā rn̄. ꝙ matrimoniū ante carnalē copulā significat illā coniunctionē, quæ est Christi ad ecclesiā, per gratiā, quæ quidē soluitur per pc̄m, sed per carnalē copulā significat coniunctionē ad ecclesiā, quantū ad assumptionē humanæ naturæ in vnitate ꝑsonæ. q̄ oīno est indiuisibilis & indissolubilis, & ita rō non procedit. Ad scđm

¶ Ad tertiā rn̄detur ēt negādo consequentiā. Assumptū ēt falsū, quia ante carnalē copulā non est oīno trāslatū corpus vnius sub ptāte alterius, sed sub conditione vtriusq; .s. statu & vita manente, sed ꝑ carnalē copulā cōpletur dicta trāslatio, quia tūc intrat vterq; in possessionē sibi traditæ ptātis: vnde ēt ante carnalē copulā non statim tenetur reddere debitū post matrimoniū cōtractum per verba de presenti, sed datur ei tp̄s duorū mensium ꝑp tria, vt dicit S. Tho. 1 vt interim possit deliberare de transeundo ad religionem: Secundo vt præparentur quæ sunt necessaria ad solennitatem nuptiarum. Tertio ne vilem habeat maritus datam, quam nō suspirauit dilatam. Ad tertium

S. Thom.

4 **Ad tertium** sic proceditur. †Et vr̄ ꝙ papa possit in alijs casib. q̄ ad ingressum religionis dispensare, ꝙ quis q̄ contraxit per verba de pn̄ti cū aliqua possit illā dimittere & cum alia contrahere, & vr̄ ꝙ in nullo. Primū ar.

Primo sic dr̄ Mat. 19. quos Deus cōiunxit hō nō separet, sed illi coniuncti sunt à Deo. ergo ab hoīe separari nō pn̄t.

¶ Secundo sic ibidē prohibetur ne quis nisi ꝑp fornicationē dimittat vxorem. Secūdū ar.

¶ Tertio sic matrimonium est vinculum insolubile, vt patet ex diffinitione eius, quia dicit indiuiduā vitæ consuetudinē retinens, sed matrimonium non cōsummatum est verum matrimoniū. ergo & c. Tertiū ar.

¶ In oppositū videtur ex istis capitulis, vbi solus casus religionis conceditur, in quo possit dissolui. ergo oēs alij prohibiti intelliguntur. Opponit in contrarium.

¶ Rn̄. hic sunt duę opi. vna theologorū dicentiū, ꝙ sicut matrimoniū contractum per verba de præsenti inter fideles est cōsummatum nō pōt dissolui, ēt auth. papæ, nisi per mortē tpalē, ita matrimoniū nō consummatū nō pōt dissolui ēt aut. papæ, nisi per mortē ciuilē, q̄ est per ingressum religionis & professionē eiusdē, cū nulli alij modi assignentur in iure per sc̄tos patres, quibus possit matrimonium non cōsummatum dissolui. Respondet.

ordinatis nullum posterius est sine priore, sed baptismus essentialiter est prius omni sacraméto, sicut Ianua omnium sacramentorum, ergo cum inter infideles non sit sacramẽtum baptismi nullum aliud sacramentum esse potest. ergo inter infideles non est matrimonium vt est sacramentum. ¶ Tertia conclusio inter infideles non est matrimonium legitimum non tamen ratum. ista conclusio patet. Nullũ matrimonium quod separabile sit siue solubile, est ratum. sed matrimoniũ inter infideles est huiusmodi, quia per cõuersionem alterius ad fidem altero remanente in infidelitate est solubile, ergo &c. vnde notatur ꝙ ẽ quoddam matrimonium legitimum, & ratum vt fidelium quoddam legitimum, quia legali institutione, vel prouincia, moribus contractum, sed non ratum, vt matrimonium infidelium quoddam ratum, sed non legitimum, vt matrimonium cõtractum inter fideles in occulto contemptis. s. solennitatibus quæ debent adhiberi, secundum ecclesiæ consuetudinem & morem patriæ, vt est matrimonium Clandestinũ. ¶ His notatis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam patet responsio. Conceditur. n. ꝙ matrimonium, inter infideles nõ ratũ rõne iam dicta, qa separabile ꝑ alterius conuersionem ad fidem alteræ in infidelitate remanẽte. ¶ Ad secundam patet responsio ex secunda conclusione. cõcedimus, quod matrimonium non fit inter infideles, vt est sacramentum, sed prout est in officium naturæ. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Tho. quia disparitas cultus non impedit matrimonium propter peccatum infidelitatis, sed ratione disparitatis in fide. disparitas. n. cultus non solum secundam perfectionem prolis impedit, sed etiam primam dum parentes ad diuersam prolem habere intendunt quod nõ est quãdo vterq; est infidelis. Et ideo nõ est simile quãdo sunt ambo infideles, & quando alter tantum.

Ad secundam Quæstionem sic proceditur.† Et videtur quod matrimonium infidelium non excuset actum cõiugalem. primo sic dicit apostolus ad Romanorum 14. & habetur in præsenti c. omne quod non est ex fide peccatum est. sed actus cõiugalis apđ infideles non est ex fide. ergo est peccatum. ¶ Secundo sic dicit Aug. & habeť in c. præsenti, non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua, ergo infidelis non cognoscit coniugem suam pudicè, ergo tale matrimonium non excusat à peccato. ¶ Tertio sic. Carnalis concubitus nõ excusatur nisi per bona matrimonij, sed ista non sunt in matrimonio infidelium, ibi. n. non est bonum sacramenti, qa est separabile nec prolis, quia nõ educatur ad cultum Dei, nec fidei, quia nõ seruatur ibi fides homini propter Deũ, ergo tale matrimonium non excusat actum coniugalem in infidelibus, quin sit peccatum. ¶ In oppositum argu. sic. coniux infidelis tenetur carnaliter habitare, si exigat, sed faciens id ad quod tenetur à peccato excusatur. ergo ꝑ matrimonium infidelium potest excusari carnalis concubit⁹ à peccato. ¶ Respondeo dicendum ꝙ actus coniugalis in infidelibus potest esse sine peccato. vnde vt dicit S. Thom. infidelis congnoscens vxorem suam non peccat si propter bonum prolis aut fidei qua tenetur vxori debitum reddere cum hoc fit actus iustitiæ, & temperantiæ, quæ in delectabilibus actibus debitas circunstantias seruat, sicut non peccat faciens actus politicarum virtutum. Concordat dominus Bonauentura sic arguens infidelis qui habet vxorẽ & cognoscit eam affectu maritali cognoscit suam ordinato affectu, sed actus transiens super debitam materiam cũ ordinatione affectus est absque peccato, ergo affectus coniugalis in infidelibus est absque peccato. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur, quod autoritas apostoli intelligitur sic vt dicit S. T. omne, quod non est ex fide. i. quod est contra fidem, & cõtra conscientiam, est peccatum, etiam si ex genere suo bonum esse videatur, puta si paganus ad honorem suorũ deorum virginitatem seruet, vel eleemosynam det hoc ipso peccat, vnde ad Ti. 1. coinquinatis & infidelibus nihil mũdum est inquantum huiusmodi. Cum autem dr̃ ꝙ omnis vita infidelium sit peccatum, non intelligitur ꝙ quodlibet actu peccent, sed quia per id quod agunt à seruitute peccati non possunt liberari, vt dicit S. Thom. vel intelligitur ꝑ concommitantiam vt dicit Bonauentura, quia nunquam sunt sine peccato pro eo, ꝙ sola fide purificantur peccata, & ideo quicquid faciunt quandiu sine fide sunt absque peccato esse non possunt. Cum autem dicitur in minori quod actus coniugalis infidelis, non est ex fide. si intelligatur ꝙ sit contra fidem, vel contra cõsciẽtiã. Respondetur ꝙ falsum est, cum sequatur, dictamẽ naturalis rationis. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ pudicitia & aliæ virtutes infidelium dicuntur non esse vera, quia non possunt pertingere ad finem veræ virtutis, qui est vera fœlicitas sicut dicitur non esse verum vinum quod non habet effectũ vini. Concordat D. Bonauentura inducens illud. Aug. vbi deest cognitio æternæ & incõmutabilis veritatis, falsa est virtus & in optimis moribus, & ita ratio illa non procedit. ¶ Ad tertiam respõdetur iuxta Dominum Bonauenturã ꝙ bona matrimonij sunt aliquo modo licet incompletæ in matrimonio infidelium, quæ secundum, quod sunt in matrimonio ita excusant actum coniugalem, & quia in matrimonio fidelium sunt complete; ideo complete excusant, ita vt non solum actum cõiugalem à peccato sed reddãt ipsum meritorium, in matrimonio autem infideliũ quia sunt incomplete, quia ibi non est bonum sacramenti nisi secundum quid, & si sit ibi, fides quo ad hominem, nõ refertur ordinate in Deum. Et quamuis sit ibi prolis susceptio non tamen est eius educatio ad cultum diuinum. Et ideo prædicta bona secundum quod sunt in matrimonio infidelium ipsorum licet carnalem concubitum excusent à peccato, non tamen reddere possunt meritorium. Lege. ¶ [Quod autem] arguit, ꝙ inter infideles non sit matrimonium verum. primo per illud ad Ro. 14. [quod non est ex fide &c.] supra expositum est. i. quod fit contra fidem vel contra conscientiam, peccatum est, vt dicit, gl. quia qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam, non autem dicit apostolus omne opus infidelis esse peccatũ, quia hoc est falsum, sicut supra diximus, coniunctio autem infidelis ordinata ad prolem generandam non est ex fide exponendo. i. contra fidem, siue conscientiam falsum est. [Item secũdo non est vera pudicitia &c.]. i. perfecta, sed ex hoc consequentia quæ fit non valet, sicut dictũ est in quæstione. tertio arguit ex illo 1. Esdræ c. 10. vbi iussit Iudeis separari à se vxores alienigenas, hoc factum non debet trahi in consequẽtiã de omni infideli. Cõstat. n. ꝙ Moyses accepit vxorem alienigenã. s. Sephoram vt patet Exo. 2. & multi alij sicut videbitur infra vnde prohibitio deducẽdi alienigenas vxores non se extendebat ad omnes infideles, sed ad alias de terra Chanaan. quarto [quod ex Dei]. i. cõtra Deum est quinto [non est ratum]. i. inseparabile [quod sine Deo]. i. fide per quam in hac vita Deus cognoscitur. His arguitur, contra per multas auctoritates. primo Lucæ 12. erunt duo & cætera per duos existentes in domo, & tres insurgẽtes ĩ duos, & duo contra tres intelligitur diuisio & separatio viri & vxoris quorum vnus conuertitur, & alius non, & sic vir & vxor dicuntur infideles. [erunt quaudoque]. s. pater, & mater, & filia, & maritus filiæ, vel vxor filij. Hug. [Duo in tres]. i. contra tres, separando se ab eis per fidem quasi tres remanebunt infideles, & duo conuertentur ad fidem & sic erũt cõtrarij inter se [aut vxorẽ infidelem] ꝑpter hoc verbum inducitur hæ auctoritas 2. [itẽ omnis qui reliquerit] Matth. 19. 3. [Item apostolus] 1. ad Corint. 7. si quis frater. & c. vbi clare patet, ꝙ vir fidelis potest habere vxorem infidelem [sanctificatus est]. i. ad sanctitatem fidei conuersus est Hug. & Arch. [sicut] ponitur exemplũ de Theodora, per quam conuersus fuit maritus. [Sisinnius] 4. [item ad Titum] 5. vbi adolescentulas tam fideles quam infideles hortatur [per pensius] studiosius intensius blandius &c.



Vnquit. Hoc scribitur Innoc. papa ad idem probandum. s. quod inter fideles sit verum coniugium. Et ista est summa. Supra autem positum est distinct. trigesima sexta ca. deinde. & ibi diligenter expositum, vbi quære expositionem [interrogatus.] Mat. 19.

2 *Iudæi quare permissi sunt contrahere cum infidelibus, nisi cum Chananæis.*



I quis. Ad idem est hoc c. quod est ex concilio Eutichiani papæ sumptum. Summa est eadem cum præcedenti. hic incipit secunda pars quæstionis in qua ponit magister tres casus in quibus potest vir fidelis contrahere viuente vxore infideli, quod probat per sex capitula. Ioann. de Archid.

Pro

Pro pleniori intelligentia istorum quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum fidelis possit contrahere cũ infideli.

3 ¶ Secundum est vtrum coniux conuersus ad fidem possit manere cum vxore infideli nolente conuerti, cum qua in infidelitate contraxerat.

1 **Ad primum** Sic procedit. Et videtur † quod fidelis possit cum infideli contrahere si ue ꝙ disparitas cultus ante matrimonium non impediat matrimonium. primo sic exemplo. quoniam Ioseph cõtrahit cum ægyptiaca, nec reprehẽditur. sicut dicitur Gen. 41. Similiter Moyses cum æthiopissa, sicut innuitur nu. 12. nec reprehenditur Hester etiam cũ rege Assuero. in vtroque autem matrimonio fuit dispar cultus quia alter erat fidelis, & alter infidelis. ergo disparitas cultus precedens matrimonium, ipsum non impedit. ¶ Secundo sic. Eadem est fides quam docet vetus & noua lex. sed secundum veterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem, & infidelem, vt patet Deutero. 21. vbi dr̃. Si egressus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captiuorum, & amaueris eam introeas ad eam dormiesque cum ea, & erit tibi vxor, & constat ꝙ loquitur de infidelibus, ergo etiam in noua lege licet. ¶ Tertio sic, disparitas cultus est etiam inter duos baptizatos, sicut quando aliquis post baptismum in hæresim labitur. sed si talis cum aliqua fideli contrahat, nihilominus est verum matrimonium, ergo disparitas fidei matrimonium non impedit. ¶ In oppositum ar. ex præsenti c. secundo arguitur exemplo Esdre, qui c. 9. separauit viros ab vxoribus alienigenis, ergo non erat inter eos verum matrimonium. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ non licet pro nunc tempore gratiæ siue nouæ legis fidelem contrahere cum infideli, & ita disparitas cultus impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum. Ista cõclusio probatur ex illo apostoli 1. Corint. 5. quæ cõuentio est lucis ad tenebras, sed maxima conuentio est inter virum, & vxorem. ergo ille qui est in luce fidei, non potest contrahere cũ illa quæ est in tenebris infidelitatis. Notanter dico tẽpore nouæ legis qa aliud est obseruatũ tempore legis naturæ, aliud tempore legis scriptæ, siue Mosaycæ, aliud tempore legis euangelicæ. Tempore. n. legis naturæ cum quibuscunque indifferenter. vnde Ioseph contraxit cum ægyptiaca, Gen. 41. & Moyse. cũ Madianitide Exo. 3. Et rõ huius est, quia matrimoniũ maxime ordinatur ad multiplicationem generis humani. imo datum erat preceptũ de multiplicatione, & nõ erat determinatus modus. ideo tũc liberat contrahere cum omnibus exceptis quibusdam gradib.

2 consanguinitatis, de quibus dicetur infra. † Tempore vero legis Moysi licuit fidelibus contrahere cum omnibus infi-

a delibus. a nisi cum Cananeis & isti excipiebantur propter duo. primo quia cananei maxime erant obstinati, & auersi à Deo. Ita ꝙ vix nunquam conuerti poterant, & quia non erat tanta spes de eorum conuersione, & ideo non licebat cum eis contrahere, nisi cum primo relicto cultu suo reuerterentur ad fidem, sicut Salomõ contraxit cum Raab, de qua genuit Boos. sicut habetur Matth. 1. secundo propter periculum subuersionis. periculum. n. erat ne cõiuges filios suos traherent ad idolatriam, maxime, quia Iudæi proni erant ad hoc, quia conuersabantur cum eis. de alijs autem permissum fuit, & hoc maxime quia non timebatur peruersio ad idolatriam, sicut Ioseph & Moyses & Hester contraxerunt cum infidelibus. Tempore vero nouæ legis siue euangelij vtiliter prohibitum est matrimoniũ fidelis cũ infideli & merito, qa in tali matrimonio ꝓprie loquẽdo de sũt oĩa bona mr̃imonij. primo bonũ ꝓlis qa bonũ ꝓlis nõ est bonũ matrimonij, vt absolute ꝓcreãda & educanda, sed vt educanda ad cultum diuinum. in tali autem matrimonio nunquam bene educaretur ad cultum diuinum quilibet. n. coniugum niteretur prolem ad proprium cultum inducere. ¶ Secundo deficit ibi bonum fidei, quia bonum fidei in matrimonio non solũ est in hoc ꝙ seruatur fides homini, sed propter dictamẽ naturalis rationis. sed etiam ꝙ seruatur fides ad Deum, & ꝓpter deũ quia timore & amore Dei seruanda est fides cõiugij, quod non habet locum in infidelibus. ¶ Tertio deficit bonum sacramenti, quia non est ibi perfecta significatio Christi ad ecclesiam, nec etiam infideles istam significationem intendunt. propter ista dr̃ communiter, ꝙ disparitas cultus impedit matrimonium. vnde Ambrosius li. de Patriarchis & habetur infra e. q. c. caue christiana gentili vel Iudæo filiam tuam dare. rõ fundamentalis oĩm istorũ esse vr̃ qa fidelis contrahere habet secundum sacramenta ecclesiæ, ita vt vtatur matrimonio, non tantum vt est institutum in officium naturæ, sed etiam vt est sacramentum ecclesiæ. vnde non est conueniens, vt fidelis contrahat cum ea, cũ qua eius matrimonium non potest habere rationem sacramẽti. Cum autem in tali matrimonio non possit ratio sacramenti esse, quia tale matrimonium posset habere rationẽ sacramenti ex parte coniugis, vnius, & non habere ex parte alterius. ille autem qui sacramentum baptismi non suscipit nullum aliud sacramẽtum suscipere potest. quia baptismus ianua est omnium aliorum sacramentorum. Et ideo non tenet matrimonium contractum inter non baptizatum etiam si omnes articulos fidei crederet. hinc iura dicunt fidelem personam illegitimam ad contrahendum cũ infideli, vnde infra e. q. c. caue. non nisi eiusdem religionis & fidei maneant copulata coniugia. Concordat Albertus q sic pro ista parte arguit vbi non est fundamentum sacramentorum, non est aliud ratum sacramentum, sed baptismus & fides sunt fundamentum sacramentorum, ergo vbi hoc nõ est, nec matrimonium erit. cum matrimonium sit sacramentum. a His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ aliud est de tempore illo, & tunc de tempore nouæ legis. nũc. n. cum omnes infideles sint quasi obstinati in infidelitate sua, & periculum currat de subuersione fidei, ideo prohibitũ est ne cum illis infidelibus fidelis contrahat, & si contraxerit matrimoniũ sit nullum, ratione etiam superius posita. ¶ Ad secundam respondet r negando consequentiam. Et ad autoritatem respondetur iuxta S. Tho. ꝙ vel intelligitur de alijs nationibus, cum quibus licitè poterant inire connubia, vel loq̃tur quando captiua ad fidem & cultum Dei conuerti volebat. ¶ Ad tertiam respõdetur, negãdo consequentiam. Et ratio est iuxta S. Tho. quia matrimoninm est sacramentũ. Et ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramenti requirit paritatem quantum ad sacramentum fidei. s. baptismum magis quam ad interiorem fidem, vnde etiã hoc impedimẽtum nõ dr̃ disparitas fidei, sed disparitas cultus qui respicit exterius seruitium. Et propter hoc si aliquis fidelis cum hæretica baptizata matrimonium contrahat, verum est matrimonium quanuis peccet contrahendo si sciat eam esse hæreticam, sicut peccaret si cum excommunicata contraheret, non tamen propter hoc matrimoniũ dirimeretur, & ecõuerso, si aliquis cathecuminus habẽs rectam fidem sed nõdum baptizatus cum aliqua fideli ba- 3 ptizata contraheret non esset matrimonium hæc S. Tho.


Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ cõiux ad fidem conuersus non possit manere cum vxore infideli nolente conuerti, cum qua in infidelitate cõtraxit. Et primo sic. vbi est idem periculum ibi debet eadem cautela adhiberi, sed propter periculum subuersionis fidei prohibetur ne fidelis cũ infideli cõtrahat. Cum ergo idẽ sit periculum, si fidelis maneat cum infideli, cum qua prius contraxerat, sequitur ꝙ non possit talis cum vxore sua infideli remanere. ¶ Secundo sic, infra e. c. Iudæi dr̃. Non potest infidelis in eius coniunctione permanere, quæ iam in christianam translata est fidẽ, ergo fidelis habet necesse vxorem infidelem dimittere. ¶ Tertio sic matrimonium quod inter fideles contrahitur perfecti⁹ est, quam illud quod contrahitur inter infideles, sed si fideles contrahant in gradu prohibito ab ecclesia, dissoluitur eorum matrimonium. ergo & infidelium, & ita vir fidelis nõ potest manere cum vxore infideli ad minus q cum ea in infidelitate contraxit in gradu prohibito. ¶ Quarto sic, aliquis infidelis habet quandoque plures vxores, secundũ ritum suæ legis. si ergo potest commanere cum illis cum quibus in infidelitate contraxit, videtur ꝙ post cõuersionẽ etiam posset plures vxores retinere. ¶ In oppositum est c. præsens, & Paulus 1. ad Cor in. 7. qui consuluit ꝙ maneat. Respondeo dicendum ꝙ coniux conuersus ad fidem potest manere cum vxore infideli nolente conuerti cum qua in infidelitate contraxit. Ista conclusio sic declaratur per S. Tho. fides eius qui est in matrimonio non soluit, sed perficit matrimonium. vnde cum inter infideles sit verũ matrimonium, vt patet ex præcedẽti c. per hoc ꝙ alter eorum conuertitur ad fidem, nõ ex hoc ipso vinculum matrimonij soluit sed aliqñ vinculo mr̃monij manẽte soluit mr̃imoniũ quãtum ad cohabitationẽ, & debiti solutioni, in quo

a ¶ Infidelibus. Adde ꝙ infideles circa matrimonia nõ subiacẽt legi cã. omnicæ p. de An. in c. de infidelib. nu 2. de cons. & affin.

in quo pari passu currunt infidelitas & adulterium, quia vtrunque est contra bonum prolis. vnde sicut habet potestatem dimittendi corporaliter adulterā, vel commanendi cum ea, ita se habet in potestate dimittendi infidelē vel commanendi cum ea, potest.n. vir innocens libere cū adultera commanere, spe correctionis non aūt si in adulterij peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis. Similiter fidelis conuersus potest cum infideli cō manere spe conuersionis si eam in infidelitate obstinata non viderit, & benefacit commanendo tamen nō tenetur. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundum S. Tho. quia facilius impeditur aliquid fiendum, quam destruatur quod rite factum est. Et ideo multa sunt quæ impediunt matrimonium contrahendum, si prę cedant, quæ tamen non possunt ipsum dissoluere si sequātur, sicut de affinitate patet, & similiter, de disparitate cultus. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ decretum illud loqui tur secundum illud tempus antiquum, circa tempus Constātini Imperatori pro, quo no. ꝙ cum sermo est de disces sione fidelis coniugis ab infideli aliter iudicandum est pro tēpore primitiuæ ecclesiæ. aliter ꝓ tēpore Cōstātini Imperatoris, & tēporib. illis ꝓpinqs: & pro tēpore moderno. Nā in primitiua ecclesia tēpore apostolorū passim cōuertebātur ad fidē & Iudęi & gentiles. Et iō vir fidelis tunc poterat habere probabilem spē de conuersione vxoris infidelis, ēt si conuersionem non promitteret. pro quo tempore dicit Apostolus 1. ad Corint. 7. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem infidelem, & econuerso, & pro illo tpe est intelligendum consilium apostoli suprapositum, postmodum autem tempore procedente Iudæi sunt magis obstinati, & gentiles adhuc intrabant ad fidem sicut tempore martyrū & tempore Constantini Imperatoris, & circa tempora illa, & ideo tunc non erat tutum fideli cum infideli Iudea cohabitare, nec erat spes de conuersione eius, sicut erat de cōuersione infidelis vxoris gentilis. Et ideo tunc fidelis conuersus poterat habere cum gentili, sed non cum Iudæa, nisi conuersionem promitteret & hic loquitur decretum allegatum. Sed moderno tempore pari passu quasi ambulant vtrique. I. gentiles & Iudæi, quia vtrique obstinati sunt, & ideo vxor infidelis nisi conuerti velit nō permittitur ei cohabitare siue sit gentilis, siue Iudæa. ¶ Ad tertiā respondetur negando consequentiam. & ratio est iuxta S. Tho. quia infideles non baptizati non sunt astricti statutis iuris diuini. Et ideo si contraxerint aliqui infideles in gradibus secundum legem diuinam prohibitis Leui. 18. siue vterque siue alter ad fidem conuertatur non possunt in tali matrimonio commanere. Si autem contraxerint in gradibus prohibitis per statutum ecclesiæ, possunt commanere, si vterque conuertatur, vel si vno cōuerso sit spes de cōuersione alterius. ¶ Ad quartam respondetur negando cō sequentiam. Et ratio est iuxta S. Thom. quia habere plures vxores, est contra legem naturæ, cui ēt infideles sunt astricti. Et ideo non est verum matrimonium infidelis, nisi cū illa cum qua primo contraxit. vnde si ipse cum omnib. suis vxoribus cōuertatur potest cum prima cohabitare, & alias debet abijcere. Si autem prima conuerti noluerit & aliqua aliarum conuertatur idem ius habet contrahendi cum illa de nouo, quod cum alia haberet. Et idem est dicendum de fideli si conuertatur postquam repudiauerat primam vxorem, & duxerat aliam, quia contra legem naturæ est repudiare vxorem, tenetur. n. primam quam repudiauerat accipere si conuerti voluerit, & aliam abijcere. Lege. ¶ [Si quis. dimiserit] causa fornicationis, vel secundum consuetudinem gentilium Hu. [post baptismum]. i. postquam ipsum factus est christianus, illa remanēte in infidelitate Hu. [habere eā vel nō habere, est in potestate eius, satis dictū est in quæstione & dicetur infra.

Côtra Gra.

1 *Fidelis discedens ab vxore infideli an possit aliam ducere in vxorem.*



Imili modo Ad idem sequitur hoc c. de eodē concilio sumptum. Sūma est in rubro, breue est. Pro intelligentia huius c. quæritur. † vtrum fidelis di- 1 scedens ab vxore infideli possit aliam ducere in vxorem. Et videtur ꝙ non. primo sic. insolubilitas matrimonij est de ratione ipsius cum repudium vxoris sit contra legē naturæ, sed inter infideles erat verū matrimonium, ergo nullo modo pōt illud dissolui. sed manente vinculo matrimonij ad vnam non potest contrahere cum alia, ergo fidelis discedēs nō potest cum alia contrahere. ¶ Secundo sic. crimen superueniens matrimonium non soluit matrimonium, sed si mulier vellet cohabitare sine cotumelia creatoris, non est solutum matrimonij vinculum, quia vir non potest aliam ducere, ergo peccatum vxoris quæ non vult cohabitare sine contumelia creatoris, nō soluit matrimonium, vt possit vir aliam vxorē ducere. ¶ Tertio sic. vir & vxor sunt pares in vinculo matrimonij, cum ergo vxori infideli non liceat viuente viro alium virum ducere, videtur ꝙ nec fideli liceat. ¶ In oppositum videtur esse capitulū præsens, ꝙ colligit ex illo apostoli 1. ad Corin. 7. ꝙ si infidelis discedit, discedat &c. Non. n. est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, super quem locum dicit Ambro. Contumelia creatoris soluit matrimonium in eo, qui relinquitur nec accusetur a l e ri copulatus. ¶ Respondeo dicendum loquēdo de solutione matrimonij quantum ad habitationem, & mutuam seruitutem, hoc est in potestate fidelis, vt patet ex c. præcedenti. Sed loquendo de solutione matrimonij quantum ad ruptionem vinculi dicendum est. quoniam infidelis aut vult habitare cum conuerso ad fidem sine contumelia creatoris, & scandalo ipsius conuersi aut non. Si primo modo est conclusio, ꝙ non licet conuerso discedenti contrahere cū illa persona siue ducere aliam vxorem infideli coniuge viuente, quæ conclusio patet, quia in hoc casu non est solutum vinculū matrimonij inter eos. qm vt dicit D. Bonau. quo ad hoc infidelis coniux non iniuriatur, nec facit contumeliam Deo nec matrimonio, nec marito. Si vero discedit siue nō vult habitare sine cōtumelia creatoris in verba blasphemiæ prorumpens, & nomen Christi audire nolens, & sine impulsione ipsius conuersi ad infidelitatē, tūc est conclusio quod in his tribus casibus vir discedens potest alteri per matrimonium copulari. quia in talibus casibus soluitur matrimoniale vinculum inter eos, quia iniuriatur matrimonio & contumeliam agit conditori, & sic intelligitur dictum apostoli. 1. ad Corint. 7. & quod dicit Amb. in gl. & habet ista cōclusio ex. de diuor. c. quāto &. c. gaudemus. qui tres casus comprehenduntur his versibus. Sperne spernentem (ecce primum) vel blasphemare nolētem (ecce secundum) vel te credentem in scelus ad mortale trahētem (ecce tertium sequitur). Nam sunt absq; mora sic vincula rupta priora. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur, ꝙ verum est de matrimonio rato, & perfecto, quod non est sine sacramento baptismi cuiusmodi non est matrimonium infidelium, sed est imperfectum. solum matrimonium fidelium est perfectum, & ita firmius, Semper autem firmius vinculum soluit minus firmum, si sit ei contrarium. Et ideo matrimonium quod post in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium quod in infidelitate cōtractum erat. vnde matrmonium infidelium non est omnino ratum & firmū sed ratificatur postmodum per fidem Christi. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam quia licet crimen vxoris non soluat matrimonium, disponit tamen ad solutionem. Nam vt dicit S. Tho. crimen vxoris nolentis habitare sine contumelia creatoris, absoluit virum à seruitute qua tenebatur vxori, vt non posset ea viuente aliam ducere, sed nondum soluit matrimonium, quia si blasphemia illa cōuerteretur antequam ille aliud matrimonium contraheret, redderetur ei, vir suus, sed soluitur per matrimonium sequens, ad quod peruenire non posset vir fidelis non absolutus à seruitute vxoris per culpam eius. Concordat Dominus Bonauentura in 4. dicens, ꝙ vinculum illud non omnino soluitur cum mulier discedat, sed cum vir alligatur alij fideli inseparabili vinculo, tunc. n. fortius vinculum soluit minus vinculum. ¶ Ad tertiam respondetur, negando minorem, vnde iuxta S. Tho. dicimus postquam fidelis cōtraxit est solutum matrimonij vinculum ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad effectum, vnde in pęna vxoris infidelis ei indicitur, quod non possit cum alio cōtrahere, magis quam ex virtute matrimonij præcedentis, cuius oppositum supponebatur in minori argumento facti, sed si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatiue vt alteri nubat, si vir eius aliā vxorem duxit. Concordat satis dominus Bonauentura dicens

Diuisio.

ꝙ aperte

ꝙ aperte mulieris manet vinculum, non secundum veritatem sacramenti, sed in pœnam peccati alligata est, vt quãdiu manet infidelis nubere non valet. Si autem conuertatur ad fidem licite poterit nubere. ¶ [Simili modo, sicut dicit Apostolus[1. ad Cor. 7.] discesserit odio fidei.] christianæ vel alia de causa, nolens habitare Hu.[discedatur si delis.] à cohabitatione infidelis.



Xor. Ad idem est hoc Beati August. in li. de octo quæstionibus dulciti & & non in libro de fide &c. Summa est in rubro &c. Quia plana sunt cõtenta in his duobus capitulis. Leg. ¶ [Vxor] hoc c. & sequẽs vt dicit Hugu. intelligenda sunt de impari coniungio. s. cum alter cõuersus est ad fidẽ, altero remanẽte in infidelitate. Et continetur in hoc c. duplex casus, & in vtroque licite dimittitur vxor infidelis. s. si non vult cohabitare. secundus si vult cohabitare ea tantum conditione vt dimittat Christum committẽdo aliquod peccatũ mortale, secundum quos duos casus hoc capitulũ diuiditur in duas partes Secunda ibi, nonne attẽditur. [vxor infidelis] cõiuncta olim ante baptismum [viro] infideli legitima societate]. i. legitimo matrimonio Hu. Ex quo patet quod legitimũ est matrimonium inter infideles relinquitur à viro] facto christiano, si cum illo permanere noluerit, & illa viuente licite potest alij copulari, vt dicit glo. & Hug. Nõne attenditur] secundus casus. secunda pars. legitur interrogatiue, quasi diceret non solum in prætermisso casu licite dimittitur vxor. sed non id est nonne attenditur. [eam]. s. vxorem infidelem [dimitti] à viro fideli [transigebas] id est procurabas, & conducebas [aut si quid aliud dicat viro &c. membrum] id est vxorem, vt supra 27. q. 1. nuptiarum [amputabit] id est à se separabit, & expellendo amouendo à se corporaliter.


1 *Vitia alia an soluant matrimonium sicut infidelitas.*
2 *Fornicatio est triplex.*
3 *Matrimonium dicitur solui duobus modis.*
4 *Matrimonium quo ad vinculum postquam est ratificatum nullo modo potest solui & nu. 6. & 8.*
Et quid si non est ratificatum per fidem Christi. nu. 5.
7 *Matrimonium soluitur quãtum ad torum & habitationem perpetuam per fornicationem carnalem & nu. 9.*



Dolatria. Ad idẽ est hoc c. beati August. li. j. de sermone domini in monte. Summa est in rubro. Hoc c. intelligitur de impari coniugio, vt patet ex litera. Et potest diuidi in duas partes secundum duos casus quos ponit, in quibus vir potest dimittere, vxorem infidelem. primus est causa infidelitatis. secundus est causa cuiuscunque peccati mortalis quod largo modo dr̃ spũalis fornicatio, quãdo. s. infidelis vxor quæ maritum christianum effectum, vult cogere ad tale vel tale, vel tale peccatum. secunda pars. Item si infidelitas. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius capituli. Quæritur.
1 † Vtrum talia vitia soluant matrimonium sicut infidelitas. Et videtur quod sic. Primo sic. adulteriũ directius videtur esse contra matrimonium quam infidelitas, sed infidelitas in aliquo casu soluit matrimonium, vt liceat ad aliud matrimonium transire vt in præsenti c. & præcedenti colligitur, ergo & adulterium. ¶ Secundo sicut infidelitas est fornicatio spũlis, ita & quodlibet peccatum mortale cum separet à Deo. Si ergo hoc propter infidelitatem matrimonium soluit, quia est fornicatio spũalis, videtur ꝙ quodlibet aliud peccatum soluet pari rõne. ¶ Tertio auaritia idolatria est vt dr̃ ad Eph. 5. sed propter idolatriam potest vir dimitti. ergo pariter propter auaritiam. Et ita propter alia peccata, quæ sunt maiora quam auaritia. ¶ In oppositum est c. præsens. secundo est illud Matth. 19. qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis mechatur. ¶ Respondeo
2 sub certis conclusionib. † Sed notatur primo, ꝙ triplex est fornicatio, cui respondet triplex vxoris dimissio. Est. n. fornicatio propria dicta. s. carnalis. secundo dicta communiter. s. peccatum infidelitatis. tertio dicta communissime. s.
4 omne peccatum indistincte. ¶ Secundo notat ꝙ duob. modis dr̃ solui matrimonium, vno modo quo ad vinculũ &
4 sic ponitur cõclusio 1. † matrimonium quo ad vinculum postquam est ratificatum, nullo modo potest solui, nec p infidelitatem, nec per adulterium, aut quodcunque peccatum. ¶ Secunda conclusio matrimonium nõ ratificatum per fidem Christi, quo ad vinculum soluitur per infidelitatem solam permanentem in altero coniugum, si alter conuersus ad fidem ad aliud coniugium transferat, siue p fornicationem communiter dictam, quæ dr̃ infidelitas: Ista conclusio satis patet ex dictis in superioribus capitulis.
6 ¶ Tertia conclusio † per adulterium siue per fornicationẽ proprie dictam. s. carnis matrimoniũ non soluitur quo ad vinculum. patet cõclu. alias fidelis libere posset dare libellum repudij vxori adulteræ, & ea dimissa aliam ducere, ꝙ falsum est. ¶ Alio modo soluitur matrimonium, quantum
7 ad actum, & tunc est quarta conclusio † ꝙ matrimonium, quantum ad actum siue quantum ad torum & habitationem perpetuam bene soluitur per fornicationem carnalẽ
8 patet Matth. 18. ¶ Quinta conclusio † matrimonium, quo ad vinculum non soluitur per quodcũque aliud peccatũ, patet conclusio, quia alias tota die fieret diuortia, cum raro inueniatur matrimonium in quo alter coniugum ĩ pec
9 catũ non labatur. ¶ Sexta conclusio † per quodcunq; aliud peccatum siue fornicationem communissime dictã, si virum scandalizaret potest matrimonium dissolui quantum ad actum non perpetuo, sed ad tempus, vel ad correctionem, & castigationem vxoris vir se vellet subtrahere à cõsortio vxoris. Ista conclusio satis colligitur ex illo Mat. 18. Si dextera manus scandalizat te, & c. vbi dr̃ gl. ꝙ in manu & in dextera & oculo possunt accipi fratres, vxor, propinqui, & filij. Et sic patet ꝙ triplex vxoris dimissio respõdit triplici fornicationi. fornicationi. n. spũali dimissio quo ad vinculum fornicationi carnali dimissio quo ad habitationem perpetuam, fornicationi communissimẽ dimissio ad tempus. s. quousque esset scandalum. vnde eo cessante debet fieri reconciliatio. ¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositum. Ad primam dicendum negando consequentiam. Et rõ est iuxta S. Tho. qa quamuis adulterium magis directe opponatur matrimonio inquantum est in officium naturæ quam infidelitas. tamen econuerso est secundum ꝙ matrimonium est sacramentũ ecclesiæ. ex quo habet perfectam firmitatem inquantũ significat indiuisibilem coniunctionem Christi & ecclesiæ. Et ideo matrimonium quod non est ratum magis potest solui quantum ad vinculum per infidelitatem quam per adulterium. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et rõ est, qa vt dr̃ S. Tho. 1. coniunctio aĩæ ad Deum est per fidem. Et ideo per eam aĩa quasi desponsatur Deo, vt patet Oseæ 2. desponsato te mihi in fide. vnde in sacra scriptura spãliter per fornicationem idolatria & infidelitas designãtur, sed alia peccata magis remota significatione dicũtur spũales fornicationes. Concordat dñs Albertus in 4. ¶ Ad tertiã respondetur negando consequentiam. Et rõ est secundum S. Tho. qa auaritia dr̃ idolatria per similitudinem seruitutis, qa tam auarus quã idolatra potius seruit creaturæ, q̃ creatori. non autem per similitudinem infidelitatis, qa corruptio infidelitatis est in intellectu, sed auaritiæ in effectu. Lege. ¶ [Idolatria.] probans ꝙ causa infidelitatis vxor possit dimitti arguit sic. oĩs idolatria est fornicatio, & causa fornicationis licet vxorem dimitti, ergo & causa Idolatriæ. [superstitio idolatrarum]. i. eorum adinuẽtio qui idolatriã exercent, vel docent vel defendũt. Hu. Et no. ꝙ Idolatria qñq; dr̃ quælibet infidelitas, vt hic, sed proprie pars est infidelitatis. oĩs. n. Idolatria est infidelitates & non econuerso. nomine autem infidelitatis intelligitur & idolatria, & oĩs hæresis oĩs error, quo à fide catholica & vnitate ecclesiæ discedditur vt est in paganis, & in paternis, & cæteris hereticis Hu. [causa fornicationis] carnalis, & spũalis. s. infidelitatis. Hu. [Item si infidelitas.] secunda pars, in qua ponitur casus in quo August. large accipit fornicationem. s. pro quolibet peccato mortali, & dr̃, quod pro quolibet talis vxor est dimittenda, quod intelligitur de infideli, si ad hoc vel illud cogit virum fidelem. Et argumentatur sic à primo ad vltimum. Auaritia est idolatria, & oĩs idolatria infidelitas, & oĩs infidelitas est fornicatio, ergo oĩs auaritia est fornicatio, sed propter fornicationem vxor dimittitur. ergo propter auaritiam, quod verum est si vxor infidelis ad illa cogit maritum fidelem, quo casu licite dimittitur, sed in tali articulo vxor xpiana non est expellenda, sed verberibus castiganda, vt dictum est in qõne. [vir vxorem] infidelem, ad idem peccatum cogere volentem [& vxor christiana] virum

ad idem vel aliud peccatum cogere volētem[& vxor christiana] virum infidelem ad talia cogentem vxorem Hug. [generalem & vniuersalem].s.spiritualem,& carnalem H. [cuius ipsorum].s.viri, aut fœminæ,quia vtriusque non tātum fornicationem,sed etiam cogentem fornicari dimittere conceditur.vnde subdit.si quis &c.


Onsolum. Ad idem est hoc c.B.Augu. de adulterinis coniugijs.Sūma est in rubro.Et potest diuidi in duas partes.In 1.præcipit vxorem mæchantem dimitti,nisi resipiscat.In 2.ostēdit illum peccare,nisi fecerit.2.ibi.Sin autem.¶[Non solum.]hoc c.congrue intelligitur tam de pari,quam de impari coniugio,& loquor de fornicatione carnali & spūali.s.de idolatria & pp vtrāq; licite dimittitur]vxor tam fidelis quā infidelis Hu.[coinquinat]per adulteriū cum alio viro Hu.[facit simulachrum].i.idolum colit & exercet infidelitatem. Hug.[perseuerat]est ergo prætermittenda admonitio præsertim vbi christiana est,quæ talia facit Hu.& Arc.[recede ab illa.]quo ad idolatriam planum est,quia tunc nec christiana nec infidelis tenenda est Hu.sed quo ad fornicationem carnalem sic legitur de infideli sic.[recede ab illa].s. infideli,si te cogat ad talia,si non cogit potes eam dimittere,vel tenere,dummodo velit desistere.de fideli legitur sic.[recede ab illa]si non vult desistere,& potes eam cōuincere coram ecclesia Hug.[Sinautem]secunda pars.i.si non recesseris,& si vixeris cum ea particeps eris cum illa eiusdem peccati,&c.Hug.


I infidelis. Ad idem est hoc c.B.Ambr. ad Hylarium.Summa est,ꝙ non est à fide recedendum,amore cuiuscunque parentis,aut amici. Et pōt diuidi in duas partes.In prima ponit,ꝙ vir fidelis debet discedere ab vxore infideli odio christianæ fidei nolente manere.In secunda hoc extendit ad parentes & res omnes,quæ iure pecuniario possidentur,quæ omnia propter Christum sunt dimittenda,vbi cum ipsis Christus simul haberi,non possit.secūda ibi,hoc & de filijs. ¶[Si infidelis.dicit apostolus].1.ad Cor.7.[discedit]odio christianę fidei[discedat fidelis]à cohabitatione infidelis audacter faciat, quoniam[seruituti]reddendi debitum,vel subministrandi necessaria,vel cohabitādi,vel sequendi [frater].i.fidelis[soror].i.fidelis[subiectus nō est in hmōi casu] q.dic. non cogitur fidelis sequi infidelem odio Christianæ fidei discedentem.[hoc & de filijs.]secūda pars Mat.19. omnis qui reliquerit domum,vel fratres,vel sorores,aut patrem, aut matrem,aut vxorem,aut filios,aut agros propter nomen meum centuplum accipiet,& vitam ęternam possidebit,& Marci 10.[idem propter Christum].i.propter amorem Christi,& christianæ fidei[hoc ergo & de domo] arguit à maiori in minus.hoc,s.vt dimittantur iure pecuniario.Nam quicquid possidetur nomine pecuniæ censetur.j. q:3.totum,&.ff.de verb.sig.pecuniæ Hu.& Arch.

1 *Fratris nomine quilibet christianus intelligitur.*


Am nunc. Ad idem est Augu.scribens ad Polentium,& incipit tertia pars,in qua dissuadetur,vt fidelis non dimittat vxorem fidelem propter Deum Ioan.de.Archi.vbi sciendum,quod vt dicit Hugu.inter August.& Polentium erat cōtrouersia de expōne illius verbi apostoli.Ego dico non dominus vt fidelis,non dimittat infidelem volentem habitare.Polentius exponebat de præcepto.Ego autem dico.i.præcipio Aug.de concilio,i.ego consulo suadeo. Hoc ergo capitulum diuiditur in quatuor partes.In prima ostēdit illud verbum intelligendum esse de concilio.In 2.ostēdit quare apostolus hoc consulit.s.ꝙ fidelis non dimittat infidelem.s.vt possit lucrifacere vxorem.In 3. ostendit ea, quæ sunt concilij & non præcepti potius esse facienda cū sit gratiosa.In quarta inducit ad hoc multa exempla.secunda ibi,quid.n.sanctis inquit.tertia ibi,multa autem.quarta ibi,vnde ipse dominus.Leg.¶[Iam nunc]quasi diceret hactenus tractauimus de coniugio pari.i.fidelium,sed à modo videamus de impari[cæteris]. s.coniugibus disparitas [ego dico].i.consulo,suadeo,moneo,ex dei tamen autoritate non mea,s.vt fidelis infidelem non dimittat volentem habitare non dominus dr̄ proprio ore[monēdo]quasi diceret,pręcipiendo[apostolus prohibet].i.dissuadet dissconsulit, vel sub forma prohibitionis monet ne fiat. Et ponitur hic impropriè hoc verbum prohibet. Est enim prohibitio quandoque necessaria quandoque voluntaria Hu.[dominus prohibet] hic tenetur propriè. Hu.[monet & consulit].s.vt fideles consulas in fidelibus relinquendis [permissa licentia].i.non prohibita[non vtantur tibi].i.opponenti [infideles dimitti]à fidelibus nō licere [quia hoc vetat].i.dissuadet,vel sub forma vetationis cōsuluit,ne fiat [cum ego dicam licere ꝙ] arg. aliquid hoc ipso esse licitū ꝙ à domino non est prohibitum, vel ab alio 31.q.1.ꝙ si [quid.n.scis]secunda pars[sanctificatus].i.cum fide cōuer-1 sus vt.s.e.expositū est.§.his oīb. de Theodora & Sisinario fratre,hoc est in christiano ar. † ꝙ nomine fratris quilibet christianus intelligitur vt 11.q.3.ad mensam Hu.& Arch. [alioqui]nō continuatur ad proximū,sed à Paulo superius quasi diceret dico,vt fidelis non dimittat infidelem [alioqui].s.si discesseritis,& volētes habitare dimittitis, & alijs vos copulaueritis, cum talem atrimonium cum secundis non sit legitimum adulteri eritis[& filij vestri] qui ex hac secunda copula nascuntur[immundi essent].i.spurij [nūc autem si permanetis filij vestri sancti sunt].i.mundi, quia de licitis coniugijs, & sub actoris veneratione nati sunt ex patre, vel loquitur de filijs prius natis, qui in infidelitate remanent, si vicissim se dimittunt quasi dicere,fidelis non dimittat infidelem[alioqui].i.si vos inuicē dimittatis[filij vestri]qui maiorem partem infidelium sequuntur [immundi].i.infideles essent.i.erunt.i.in infidelitate remanebunt.maior.n.erit pars tunc infidelium,quam fidelium [nūc autem si permanetis filij vestri sancti sunt].i.christiani.saltem spe.Hu.[sit ad lucrandos]tnīa est[Paulus apostolus 1.ad Cor.7.sic hortatus est.s.vt fidelis nō dimittat infidelem volentem maiorem propter lucrandos cōiuges, & filios Christo[cur ergo]non.n.propter vinculum. s. cautū [sed vt quærant].i.lucri fiant Christo infideles recedere fideles ab infidelibus apostolus vetat[multa sunt]tertia pars [charitate libera]vt Matth.17.vade & vēde omnia quæ habes & da pauperibus[officij].i.operib.Hug. [gratiora]deo & hoībus vt 33.q.5.qui sitit Hu.[vnde ipse dominus] quarta pars primo ponit exemplum de Christo,qui licet tributum soluere non teneretur, soluit tamē,vt non scandalizaret &c.Ma.17.secundo ostēdit exēplo apostoli,qui 1.Cor. 9.dr̄ non est vsus ptāte quam habebat sumēdi necessaria ab his,quibus euangelium prædicabat, ne videretur facere euangeliū uenale, & pstaret impedimētū euāgelio, ne pp sumptus auditores retraheret audire euangelicā doctrinā.


Ic enim. Ad idem est hoc c. eiusdem Augu.ad eūdem Pollentiū in quo continetur Aug.& Pollentij dissentio & conflictus super expōne illius verbi apostoli.Ego dico non dn̄s.Si quis frater habet vxorem infidelem si consentit cum illa habitare, nō dimittat infidelem &c.Augu.sic exponebat,dico.i. consulo, suadeo,vt fidelis non dimittat infidelem. Pollentius vero exponebat de præcepto sic.Ego dico.i.præcipio,precepto cogo,vt fidelis non dimittat infidelem,non dominus dr̄.i. non præcipit,vel monet,& sic ẽm Pollentium fidelis non poterat dimittere infidelem volente cohabibitare,capitulum hoc potest diuidi principaliter in tres partes.In 1. cōtinetur expositionis Aug.rō. In secunda parte continetur, responsio August.tribus obiectionibus Pollētij.In 3. parte continetur Pollentij expositio,& eius expositionis rō, & tandem victoria August.contra Pollentium.secūda ibi, quoniā ergo . tertia ibi,tu vero materia superius est disputata.Lege.¶ [Sic enim.]Hoc enim continuatur ad supradictam partem capituli.Hic ponuntur tres negationes,& si referentur ad tria verba,planus sensus.Et est ordo. fideles viri vel fœminę non prohibentur non recedere ab vxoribus infidelibus,vel maritis, sic inquam non prohibētur, vt nec iubeantur non recedere,quasi diceret,nec prohibētur non recedere, nec iubentur. Et est congruus intellectus quantum ad text.apostoli, quia id ad quod apostolus consuluit.scilicet tales non recedere,dominus nec iubet,nec prohibet, sed sequentes rationes August. volunt vt nulla negatio referatur ad illud verbum recedere,quia nulla rō supponitur,quare dominus non iubeat recedere. verum tamen est, ꝙ neutrum.s.recedere,vel non recedere iubet,

iubet,vel ꝓhibet,qa vtrunque est licitū ergo ſm hoc 1.negatio debet remoueri,& ꝓ non adiecta haberi,qa vt dicūt non inuenitur in serie Augu.vel prima negatio & sequens referantur ad illud verbū prohibentur,nec faciunt vnam affirmationem,sed altera illarum est[supadditatiua] .i.superflua negatio,addita negationi.Hu.dicit ergo fideles viri & fœminæ non prohibētur à domino recedere ab vxoribus infidelibus vel maritis sic in quam non prohibentur recedere vt nec iubeantur recedere.Et de vtroque subditur ratio primo quare non iubeantur & hoc est.[Nā si coniuges infideles iubētur à domino,seruus bonus prohibet] i.disuadet,non.n.debet discordare ab his quæ iubet dñs. Hug.non.n.seruus super dominum Mat.10.& Io.15.non est seruus maior domino suo.Item vult reddere rōnem,qa dñs non prohibet recedere prædicari à populo.[comperisset]euangelij prædicator Hug.[habitare sine contumelia creationis quia iustitia].i.Christus,qui est iustitia vera,vel superabundans iustitia[euangelica]Mat.5.& 19.dixit vxorem relinquēdam ob causam fornicationis,qua maior nulla est,quam fornicacio per infidelitatem . Omne.n.quod fit ex certa scientia contra fidem peccatum est.ad Ro.14. [pudicitiam].i.virtutem,& castitatem.[ideo autem] ratio quare non præcepit illos separari,quia nec contra iussionē & cætera hoc ipso ꝙ infideles sunt,imo inter ipsos est matrimonium verum[quoniam ergo secunda pars vbi ponitur respōsio Au.ad tres rationes Pollentij.primo arguebat sic Pollentius.Ex quo apostolus consuluit infidelem à fideli non dimitti,& non dominus videtur eius consilium tāquam humanum,& non diuinum esse contemnendum.respondet Aug. quod quanuis ꝙ consuluit apostolus non præcipiat dominus nihilominus consilium apostoli tanq̄ à spiritu sancto infusum acceptandum est.Et quod habeat à spiritu sancto probat per duo alia similia consilia , primum est de viduis cum ait 1.ad Cor.7.[de muliere si sit].i. in castitate Hu.[adiecit in eodem loco puto].i.firmiter credo,scio non dubitat.sed humiliter loquitur cum & ipse spiritus sit dominus essentialiter & inseparabilia sint opera trinitatis hoc idem;dicit etiam Aug.in de trini.c.6.& de fide.ad Petrum 12.& 20.contra Faustum 7.cap.6.[dicit tamen.]ponit alius simile.[consilium de virginibus] ᵃ dicit tamen 1.ad Cor.7.de virginibus præceptū domini aliqua lege præcipientis,vt contineāt,vel nubant non habeo Hu. consilium continendi à spiritu sancto mihi inspiratum do. [misericordiam consecutus].i.apostolatum Hu.ita vt fidelis esse indispensatione mihi tradita Hu.Et per hoc cōstat ꝙ sim idoneus in dandis consilijs salutaribus[veruntamē] assignat differentiam inter præceptum dñi & consiliū apostoli.[aliud].i. cōtrarium[ibi].i.in præcepto domini Hu.facere non licet[hic autē]consilio apostoli licet,quæ.n.sunt consilij non important necessitatem.secus ea quæ sunt prę cepti 14.q.1.quisquis & c.quod præcipitur. Hu.[ita sane.] Hic ponitur responsio ad secundam obiectionem Pollentij cuius obiectio sic formatur.secundum tuam expositionem Augustine vtrunque licitum est.s.dimittere & nō dimittere infidelem.Similiter vtrunque istorum licitum est nubere , & non nubere. sed apostolus volens ostendere vtrunque istorum esse licitum cū ageret de nubendo vsus est tali genere loquendi , qui dat nuptui bene facit & qui non dat nuptui melius facit.Si ergo voluisset ꝙ vtrunque illorum esset licitum loquens de dimittendo,vsus fuisset eodem genere loquendi,& dixisset qui dimittit bene facit,& qui non dimitti nō dixit,bene facit,sed ꝑcise dixit ꝓhibendo,vt nō dimittat,vnde apparet ꝙ voluit vtrūq; esse licitum.Ad quam obiectionem Aug.respondit qui volens se exercere in disputatione vtitur prolixa repōsione dicens nō ꝓpter hoc dicit apostolus qui dat nuptui &c.[sed vtrūque est expediens,& primum minus,secūdum maius.[sed vtrunq; illorū].s.dimittere,& non dimittere,ita est licitū, ꝙ tm̄ vnum.s.posterius est expediens.[Et ideo potuit dicere apostolus qui dimittit melius facit].i.facit quod magis expedit quia primum non expedit.Et quia non bene fit ꝙ fieri non expedit.Et ideo alio genere loquendi vsus est cū egit de nubendo,& non nubendo,& alio cum egit de dimittendo & non dimittendo[licitum]in genere.Hu.[partim].i quoddam Hu.[expedit tunc propter iustitiam].i.ꝓpter ipsum nubere quod est iustum[quæ coram Deo est] .i.beneplacita velut exemplificat qualiter in consilio licet aliud facere,& id expedit,postea ostendit ꝙ sit licitū quod

a ¶ Consiliū de virginib. adde ꝙ virginitas dicitur priuilegiata qa replet paradisum P.de An.in c.cām matrimonij ꝯ ꝓba.nn.6.

4 dum, † ꝙ error conditionis potest esse tripliciter, aut paris vt cum seruus contrahit cum ancilla quam credebat esse liberam, & talis error non impedit matrimonium. tum qa æquale vinculū est vtrobiq;. tum qa non est necesse, quod nobiliorem cōditionem habeat vxor q̄ vir. ¶ Scd̄o pōt esse error melioris conditionis, vt cum seruus contrahit cum libera quam credidit esse seruam. & iste error nō impedit. quia ibi non fit deterior conditio trahentis, nec est aliquid quod bonis matrimonij opponatur. ¶ Tertio potest esse error deterioris conditionis, vt cum liber contrahat cum ancilla, quam credit esse liberam, & tunc quia alter sine culpa notabiliter lęditur in bono prolis, & fidei inseparabilitatis vt dictum est, & ideo naturali æquitate prouisum est, vt error conditionis inæqualis impediat matrimonium contrahendum & dirimat iam cōtractum nisi ratificetur per sequentem cōsensum tacitum, vel expressum. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primam respondetur negando minorē. imo vt dictum est prædicta conditio seruitutis contrariatur oībus bonis matrimonij, & ꝙ arguitur quod tūc inter seruos non posset esse matrimonium negatur consequentia. quoniā nos loquimur de seruitute ignorata ab alio cōiuge, sic error, & deterioris conditionis. ¶ Ad secundam respondetur negando assumptum. dicimus. n. iuxta S. Tho. ꝙ licet seruitus sit contra primam intentionem naturæ, q̄ ordinatur ad educationem prolis per totam vitam prolis non tamen est contra secundam, quia naturalis rō ad hoc ēt inclinat vt ex peccato pœnam reportet, & sic seruitus in pœnam peccati introducta est, nec est inconueniens aliquod naturale per hoc quod est cōtra naturam modo prædicto. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ seruitus est à iure positiuo, & deriuatiue à iure naturali, pro quo notandum iuxta S. Tho. in quarto. ꝙ ius naturale dictat, ꝙ pœna sit pro culpa infligenda, & ꝙ nullus sine culpa puniri debet. sed determinare secundum cōditionem personæ & culpæ, est iuris positiui, & ideo seruitus quæ est quædam pęna determinata est de iure positiuo, & naturali proficiscitur, sicut determinatum ab interminato, & ideo iure positiuo determinato nō est factum, ꝙ seruitus ignorata matrimoniū impediat ne aliqs sine culpa puniat̄. Est. n. qdā pœna vxoris ꝙ habeat virum seruum & econuerso. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum vl̄r, licet ita sit in consanguinitate. potentia. n. coeundi scita non impedit, & ignorata sic. Ita est de seruitute. ¶ Secunda quæstio. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit quæstionem. In secunda arguit pro parte negatiua, ꝙ mulieri nō liceat &c. & primo inducit illud Apostoli, ad Gal. 3. in Christo. n. Iesu nec Iudæus nec Grecus, nec seruus, nec liber à sacramentis. respondet̄ dupliciter, ad hoc primo sic, ꝙ verum est quod ad fidem Christi suscipiēdā nō est distinguēdum, an sit Iudæus &c. vel seruus an liber nō est ibi acceptio personarum. sed indifferenter quilibet, qui vult recipitur. ¶ Secundo respondetur, ꝙ nec Iudæus, nec Græcus, nec seruus, nec liber excluditur à sacramentis, nec à coniugio, quia quilibet eorū potest nubere & contrahere liber cum libera, seruus cum serua, & libera cum seruo, si velit. vnde 1. ad Cor. 7. q vult nubere nubat in domino [mulier cui vult &c.] ratio efficax est nisi esset ecclesiastica constitutio contra quam nubens non nuberet in domino Hu.



Omnibus. Ad idem inducit hoc c. Iulij papæ. Summa est in rubro patet. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit vnitatem patris & legis. In secunda argumentatur inde. 2. ibi, si autem. ¶ [Oībus patet] Ma. 6. pater recreatione, & beneficiorum exhibitione Hu. vel pater. i. paternæ prouidens [vnam legem]. i. communem quantum ad dominum, non dicit quantum ad coniugium. Hu. ipse. n. sic argumētatur [si. n.] 2. pars [omnes vnam legem]. i. communem &c. bene arguit habito respectu ad ius naturale. nam de iure naturali quilibet cum qualibet posset contrahere, & seruus cum libera nisi obstaret ecclesiæ constitutio.

1 *Seruus an possit contrahere matrimonium sine consensu domini sui.*



Si quis. Ad idē est hoc c. Zachariæ papæ. summa est in rubro, breue est planū. ¶ [Si qs acceperit] ex certa scīa [si cōsensus amborū] nō dr̄ dn̄i vel dn̄orum. ¶ Pro cuius intellectu q̄-


1 rit † vtrū seruus posset ꝯhere matrimoniū sine cōsensu dn̄i sui, & vr̄ ꝙ nō. 1. sic. null' pōt dare alicui ꝙ est alterius, sine cōsensu ipsi'. sed seruus ē. res dn̄i. ergo nō pōt ꝯhēdo matrimoniū dare ptāẽ corporis sui vxori suæ sine cōsensu dn̄i. ¶ Secundo sic seruus tenet̄ obedire dn̄o, sed dn̄s pōt ei pcipere ꝙ in matrimoniū nō cōsentiat, ergo sine cōsensu eius non

non potest matrimonium contrahere.¶ Tertio sic, dominus potest vendere seruũ suum in extraneas regiones quo vxor sua nõ poterit eum sequi aut ratione ægritudinis aut propter periculum fidei vel etiam domino vxoris non permittente si sit ancilla, & sic matrimonium dissolueretur, ꝙ est inconueniens. ergo non potest seruus sine consensu domini contrahere matrimonium. ¶ In oppositum videtur esse c. præsens, vnde Hug. & Arch. dicunt super ver. consensu amborum non dicit domini. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ de necessitate non requiritur cõsensus domini vt seruus contrahat matrimonium, honestum tamẽ & vtile est vt requiratur, ne molestet eos postea, si eo inuito fiat. cõclusio præfata probatur multipliciter. primo sic: remedia potest recipere seruus domino contradicente, sicut medicinam si indigeat, sed matrimonium est in remedium concupiscentiæ. cum ergo seruus, & liber in isto morbo sint pares potest vterque vti remedio matrimoniũ contrahendo. ¶ Secundo sic. non minus est actus naturalis actus matrimonij per quem cõseruatur species, quã actus comedendi vel bibendi, per quem cõseruatur indiuiduũ, imo magis, quia bonum speciei maius est bono indiuidui sed seruus domino contradicẽte põt comedere & bibere, imo tenetur in casu. ergo &c. ¶ Tertio sic. in actu matrimonij homo non est seruus, quia seruus respicit actus ciuiles, sicut ingressus religionis, quæ est mors ciuilis actus matrimonij sunt naturales. ¶ Quarto sic iuxta San. Thom. illud quod est de iure positiuo non tollit nec præiudicat iuri naturali, nec diuino, sed seruitus non est de iure naturali sed positiuo, quia dicit Gregor. ꝙ natura omnes homines sunt æquales, & in principio digestorum dr̃, ꝙ seruitus iure positiuo introducta est, cum ergo matrimonium inter legitimas personas sit de iure naturali, vnde fuit ante legẽ scriptam, iterum de iure diuino. Gene. 2. Erunt duo in carne vna, videtur ꝙ seruitus non possit matrimonio derogare, ex quo personæ contrahentes sibi inuicem cõsentiunt, patet etiam conclusio in c. 1. de coniu. ser. ¶ Nunc ad rõnes in oppositum ad primam respondet. ꝙ seruus est res domini quantum ad ea quæ naturalibus superaddũtur, sed quãtũ ad naturalia omnes sunt pares. vnde in his quæ ad actus naturales pertinent seruus potest alteri inuito domino sui corporis per matrimonium potestatem præbere. ¶ Ad secundam respondet, ꝙ seruus domino suo tenetur obedire in his quæ dominus licite potest præcipere, sicut autem licite non potest præcipere dominus seruo suo, ꝙ non comedat, aut dormiat ita etiam ꝙ à matrimonio abstineat contrahendo, vnde si dominus præcipiat seruo, quod non contrahat matrimonium seruus non tenetur obedire. ¶ Ad tertiam respondet, quod seruus aut contraxit domino sciente, & permittente, & tunc quia concedens principale, concedit etiam accessorium. ideo tenetur dimittere seruitium domini, & reddere debitum vxori, quia in hoc ꝙ dominus concessit intelligitur concessisse in omnia quæ exigit matrimonium. Si vero domino ignorante vel contradicente contractum est matrimonium, tunc videtur matrimonium contractum saluo iure domini. vnde tenetur magis seruire domino, quã reddere debitum vxori, si vtrunque facere non possit, in his tamen plura particularia sunt consideranda, sicut & in omnibus actibus humanis. s. periculum castitatis imminens vxori, & impedimentum quod ex redditione debiti seruitio imperato generatur, & in alijs huiusmodi quibus rite pensatis iudicare poterit cui magis seruus obedire teneatur domino vel vxori. [Si quis acceperit.] ex certa sciẽtia. Hu. [Amborũ consensu] non domini vel dominorum, sed tamẽ de honestate debet peti. Hu. & Arch. [vna lex] quo ad vnam seruitutem corporis, vt 32. q. j. si quis, & q. 5. precipit, in alijs vir est caput mulieris.



SI quis ancillam. Ad idem est hoc c. Iulij papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit dubium, quod erat apud aliquos. In secunda soluit. 2. ibi, nos itaque. ¶ [Si quis ancilla] nõne eo ipso ꝙ cum ea contraxit efficitur libera certe sic. quare ergo dicit donauerit. respondet, ꝙ refert se ad id quod sæpe fit. s. ꝙ eam primo manumittit, & postea contraxit cum ea vel donauit contrahẽdo cum ea, vnde subditur exponẽdo [&]. i. in matrimonium scribitur etiam. ext. de coniu. ser. ꝓposuit de eo qui contraxit cũ ancilla quam credebat esse liberam, ꝙ si postquam audiuit illam esse ancillam cognouerit eam carnaliter compellatur eam sicut vxorem maritali affectu pertractare [dubitatur] forte ea ratione, quia secundum leges patronus, si sit senator vel illustris prohibetur à coniugio suæ libertæ. C. de incest. nupt. Humilem, sed iste canon corrigit leges quo ad hoc. Hug. [ex affectu]. i. consensu voluntario. Hug. [nihil impium] quo ad hoc quia consanguinitas vel aliud impedimentum potest interuenire. Hug. [quare]. i. propter quam rem.

His itaque. §. est, in quo incipit. 2. pars quæstionis, in qua dr̃ ꝙ si credebat vir aliquam liberam, & erat ancilla poterit ab ea separari, & hoc probat per tria capitula sequentia.



SI quis. Hoc ca. sumptum est ex concilio apud Vermeriã celebrato. summa est in rub. Diuiditur in tres partes. In prima dat consilium quid agendum sit cum ingenuus acceperit ancillam, quam credidit ingenuam esse. In 2. præcipit vt qui ancillam quam talem esse sciuerit acceperit legitimã habeat. In 3. idem dicit fiendum de muliere 2. ibi, si autem ancillã. 3 ibi similiter. ¶ [Si quis faciat] consilium est non præceptũ. Hug. & gloss. & ideo ad hoc non cogitur. ¶ Surgit quæstio quid si dominus noluerit eam vendere. credo inqu t. Hug. quod non debeat cogi. cum ad rem suam vendendam nullus debeat cogi. 1. quæst. 1. eos qui, & 10. q. 2. precarie. [si autem] 2. pars [collaudauerat] vulgariter loquitur. Hug. [similiter] tertia pars.

1 *Filij nati ex seruo & ingenua an sequantur conditionem patris aut matris.*

2 *Filius in conditione libertatis aut seruitutis sequitur matrem.*



SI fœmina. Ad idem est hoc ca. ex eodẽ concilio summa est in rubro breue est. Pro plenıori intelligentia huius ca.
1 Quæritur† vtrum filij nati ex istis. s. ex seruo, & ingenua sequantur cõditionem patris vel matris, & videtur ꝙ debeant sequi conditionem patris. primo sic. denominatio debet fieri à digniori, sed pater in generatione est dignior. ergo &c. ¶ Secundo sic. esse rei magis depẽdet à forma q̃ à materia, sed in generatione pater dat formam mater vero materiam vt di. 16. de animalibus, ergo proles magis debet sequi patrem quã matrẽ. ¶ Tertio in sacra scriptura nõ computatur genealogia per mulieres, sed per viros. ergo idem quod prius. ¶ In oppositum est decretalis, de coniugio seruorum, cõsuluit, vbi dicitur indecens videtur vt geniti de libera filij ad seruiendum retrahantur. ergo qui nascuntur ex matre libera liberi sunt, ergo sequuntur matrem. ¶ Respondeo dicendũ
2 sub ista cõclusione. † ꝙ proles in conditione seruitutis aut libertatis sequitur matrem. ista conclusio habetur ex legibus, vt in l. partum. C. de rei ven. & in l. fi. C. de lib. causa, & hoc rationabiliter, quia proles habet à patre complementum formale, sed à matre substãtiam corpoream, seruitus autem corporalis conditio est cum seruus sit quasi instrumẽtũ domini in operando, & ideo proles in libertate & seruitute sequitur matrem, sed in his quæ pertinent ad dignitatem ẽm quę est ex forma rei sequitur patrem, sicut in honorib. & municipijs & hęreditate, & alijs huiusmodi, huic sententiæ concor. ius canonicum, vt patet in dec. alle. concor. ius diuinum scriptum in l. Moysi, vt patet Exo. 20. vbi dicitur, ꝙ si dederit dominus vxorem alicui quẽ emerit & ille postmodũ egredietur liber, in quibusdam tamẽ terris quæ iure ciuili non reguntur, partus sequitur deteriorem conditionem, vt si pater, sit seruus, quamuis mater sit libera erunt filij serui, non tamen si post per actum matrimonium pater se in seruum dedit nolẽte vxore, & similiter si sit econuerso. Si aũt vterque sit seruilis conditionis, & pertineant ad diuersos dominos, tunc diuidunt filios, si plures sunt, si vnus tantum vnus alteri recompensabit de pretio, & accipiet prolem natam ad sui seruitium, sed ista videtur minus rationabilis, ideo dimittimus plus de ea loqui. Ad rationes. ad primam patet responsio ex dictis, dicimus. n. ꝙ licet pater sit dignius principale, tamẽ mater dat substantiam corporalem ex parte cuius attenditur conditio seruitutis. ¶ Ad secundam responde. negando consequentiam, & ratio est quia licet proles principaliter habeat esse

beat esse à forma conditiones materiales quas sequitur cõditio seruitutis recipit à matre, ideo in genealogijs in scripturis,& s̃m communem consuetudinem magis nominãtur filij à patre,quam à matre, tamen in his quæ ad seruitutem spectant magis matrẽ sequitur. concord. in omnibus dominus Bonauen.& Durandus.¶[Si fœmina sciens]non frustra hoc dicit, innuit.n.à contrario sensu, quòd si nescit non tenet matrimonium. Hugu. [sed habeant eum] ecce in hoc casu filij succedunt, quia nascuntur liberi de libero ventre.Hug.



Huius rei causa. Ad idem est hoc c. beati Grego. in registro summa est in rubro.Casus huius c.est iste. Quidã clericus dimisit sua authoritate vxorem suam, quia nõ à viro sed à domino de conditione seruili petebatur,& pulsabatur in seruitutem,sed quia postea in iudicio sententiarum fuerat dictum, ꝙ libera esset præcipit apostolicus vt eam recipiat,nec decetero tali occasione eam dimittat. Scribit autem episcopo illius ecclesiæ, narrans ei seriem negotij, & tandem ammonet nec in hoc facto sit negligẽs, sed omnibus modis laboret vt clericus vxorem suam recipiat. ¶[Huius rei propulsata]à domino.[remouisse]in hoc male fecit, quia ante iudicium ecclesiæ non debuit dimittere eam,quamuis accusetur matrimoniũ. ar.33.q.2. seculares, & 35.q.6.multorum.Hug.si tamen pro certo scit eam esse consanguineam suã,debet ei debitum negare, licet excõmunicetur ab ecclesia. Sed quo ad alia non debet eã dimittere.[hic].i.in curia Ro.quia quando venerunt ad papam inuenerunt ibi episcopum illius ecclesiæ[asserunt promisisse vulte videtur promisisse,quia statim debuit eam restituisse ante cognitionem causæ,cum esset spoliata[approbata].i.à iudice pronũtiata.[occasionis]quo ad hoc, quia posset ei obijcere ꝙ esset consanguinea vel affinis, & huiusmodi vel quòd esset fornicata.

Cum vero. § est supra in c.si fœmina,quod ca.respicit iste.§.[datur intelligitur] à contrario sensu,quòd si nescierit[quia hæc mulier] de qua in themate quæstionis.

Si vero. §. est in quo incipit. 3. pars quæstionis. in qua quæritur, vtrum si vir facit se seruum, vxor possit dimitti.

2 *Venditio qua quis se vendit in seruum non facit præiudicium matrimonio.*



Perlatum. Pro qua quæstione inducitur hoc c.sumptum ex cõcilio Tiburien. Et diuiditur in duas partes. In prima mouetur quæstio duplex.In secunda ponitur responsio vtriusque quæstionis quam concilium dedit.2.ibi,iudicatum est.Pro pleniori intellectu huius c.quæruntur tria.

2 ¶Primum est, vtrum vir potest se alteri in seruum vendere contradicente vxore.

3 ¶Secũdum est,vtrum vxor potest se alteri in ancillam vendere nolente marito.

4 ¶Tertium est vtrum viro facto seruo vxor redigatur etiã in seruitutem.

1 Ad primum sic proceditur,† Et videtur ꝙ vir nõ possit se in seruum alteri vendere nolente vxore.primo sic,quod in fraudem & præiudicium alterius factum est ratum esse non debet,sed vir qui se in seruum vendit facit hoc quãdoque in fraudem matrimonij, vt patet in præsenti c.& ad minus in detrimentum vxoris. ergo non debet valere talis venditio ad seruitutem inducendam.¶ Secundo sic,vir non habet potestatem sui corporis,vt dicit apostolus 1.ad Corin. 7.sed mulier,sed cuius non habet potestatem non potest alteri dare,ergo vir non potest se alteri dare in seruum contradicente vxore.¶ Tertio sic, vir non potest se dare ad seruiendum Deo in claustro sine consensu vxoris.ergo multo minus se potest dare homini in seruum. consequentia patet, quia fauorabilior est seruitus quã dominium.¶In oppositum est ca.præsens. ¶Respondeo dicendum sub talibus conclusionibus, ꝙ licet neuter coniugum de naturali æquitate se debeat seruũ facere nisi altero consentiente nihilominus vir potest se seruum alteri dare vxore etiã contradicente.ista conclusio patet.primo sic.Quilibet potest dare alteri quod suum est sed vir est sui iuris cum sit liber. ergo potest se dare alteri in seruum. ¶ Secundo quilibet potest dare alteri quod plene est in sua potestate, vir autem licet sit in potestate vxoris in pertinentibus ad redditionem debiti nihilominus tamẽ in multis alijs est sui iuris,& propriẽ potestatis.ergo saluo iure vxoris in alijs potest se seruituti subijcere.¶Secunda conclu.est† ꝙ talis venditio,qua quis se vendit alteri in seruum non facit præiudicium matrimonio,nec quo ad vinculum,quia matrimonium nõ dissoluit,quia superuenit matrimonio licitè contracto, nec quo ad thorum, quia seruitus talis est acquisita saluo iure vxoris,probatur ista conclusio sic,quia non fit preiudicium vnĩ rei per aliã, nisi mutuò opponantur, vinculum autem matrimonij & seruitus nõ opponuntur inter se absolute alioqui nõ esset matrimonium,quando scienter contrahit liber cum ancilla,quod falsum est.item non opponuntur inquantum vnũ præcedit aliud, sequitur quia sicut dictum est secundũ vinculum ligat saluo priori, & ideo dicit Alb. vir se potest dare in seruum saluo omni iure vxoris tã in corpore, quã in bonis quam etiam in liberis.¶ Ad rationes in oppositũ. Ad primam responde. negando consequentiam, & ratio est iuxta S.Tho.quia fraus benè potest nocere ei qui fraudem fecit,sed non potest alteri præiudicium generare, & ideo si vir in fraudem vxoris det se in seruum damnum reputat inæstimabile libertatis bonum amittens, sed vxori nullum præiudicium potest generari,quin teneatur reddere debitum petenti,& ad omnia quæ matrimonium requirit.non.n.potest ab his retrahi domini sui præcepto.¶Ad secundam respondet, negando consequentiam, & ratio est, quia mulier non habet vniuersaliter potestatem supra virum sed quantum ad carnalis debiti redditonem non in alijs. ¶ Ad tertiam respondet negando etiam consequentiam, & ratio est iuxta Albert. quia obsequium domini claustrale annexum habet votum continentiæ,quod præiudicat debito matrimonij, & ideo sine cõsensũ vxoris fieri non potest.tale autem non est obsequium domini carnalis,& ideo ratio non procedit.

3 Ad secundam sic procedit. † Et videtur ꝙ vxor possit etiam se in ancillã dare cõtradicẽte marito.primo sic. In matrimonio vir & vxor ad paria iudicantur. Si ergo vir potest se dare in seruum alteri etiam contradicente vxore, vr̃ ꝙ ẽt pariter possit vxor se dare in ancillam etiam cõtradicente viro. ¶In oppositũ ar.quia si ita esset præiudicaretur viro in filijs qui serui nascerentur,cum s̃m leges partus sequatur conditionem ventris,quod etiam multum præiudicaret bono prolis.¶Respondeo dicendum,sub ista conclusione ꝙ vxor nõ potest se in ancillam dare contradicente viro.ista conclusio probatur,vir est caput mulieris.ergo nõ potest aliquid facere in quo nõ regat à viro,ergo sine cõlensu viri nõ põt facere se ancillam alterius.¶ Secũdo sic.vxor non põt facere votũ inuito viro,nec aliquid facere,vnde scandalizaretur vir,ergo minus potest se facere ancillam.Ad rationem in oppositum.respondet.negando consequentiam,& ratio est iuxta S.Tho. Tum quia quamuis in actu matrimoniali & in his quæ ad naturam spectãt ad paria vir & vxor iudicentur ad quæ conditio seruitutis non se extendit, tamen quãtum ad dispensationem domus & alia huiusmodi superaddita vir est caput vxoris,& debet dirigere & non econuerso, & iõ vxor potest se dare in ancillam nolente viro.tum secundo non est dare simile de viro & vxore,quia vir non est in potestate mulieris nisi quo ad debiti redditionem,mulier vero est in potestate viri simpliciter. Genesi.3.sub viri potestate eris,vnde lex dicit eam pœnè famulam viri 33. quæst. 5.hæc imago.Hug.

4 Ad tertiam quæstionẽ sic procedit.†Et videtur ꝙ sic,quia sunt vnum corpus & vna caro. Gen.2. ergo viro in seruitute redacto vxor etiam in seruitutem intelligitur redacta. ¶ In oppositum est capite præsens. ¶ Respondet. dicendum, ꝙ viro redacto in seruitutem vxor non redigitur in seruitutem, quia vt dicit gloss. secundum legem ciuilem ob seruilem conditionem viri non mutatur conditio vxoris. Quod autem dicantur vna caro aut vnum corpus in actu carnali, non arguit in veritate, ꝙ vxor efficiatur serua viro seruo, nec ecõuerso vxore existente ancilla ꝙ vir efficiatur seruus. ¶[Prelatum]post filiorum procreationem, quia nihil ad rẽ, quia idem esset, etiam si nullos procreasset Hu. [seruum si fecerit]nota

rit]nota ꝙ vt tangitur in gl. quinque sunt quæ requirūtur ad hoc ꝙ venditio liberi hominis valeat.[iudicatū] 2. pars. [legem Christi].i.matrimoniū ligitimè à Christo institu-
5 tum[dum ille].i.cum ille[non ex consensu.]¶Surgit quæstio,†quid si vxor consensisset]nunquid ad hoc ipsa intelligeretur in seruitutem. ¶Respondet, quòd non, licet videatur de fictione iuris, quia sunt vnum corpus, vel dicē dum ꝙ factum refert vel subaudi maxime,quia idem esset si ex consensu.Hug.

Quæritur ergo. §.est,in quo incipit 4. pars huius quæstionis in qua quæritur. vtrum si seruus vnius accipiat ancillam alterius,sit inter eos verum coniugium.

1 *Dominus an possit vendere seruum coniugatum in partibus quantumcunque remotis,& nu.2.*
3 *Serui coniuges si habent dominos diuersarum regionum, ita quòd non possint conuenire ad officium coniugale quid iuris.*


Dictum est nobis. Pro determinatione præfatæ q̃stionis inducitur hoc c. ex concilio Cabilo. summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In prima narrat perniciosum factū quorundam. In secunda ponit iudicium præfati concilij circa quæstionem præfatam.2.ibi, vnde nobis visum est,de ista materia,quia satis dictum est.s.eo.q.si quis
1 liber,ideo tantum quæritur.¶†Vtrum dominus possit vendere seruum coniugatum in partibus quantumcunque remotis.Respondet iuxta glos.& Hu.ꝙ serui aut contrahunt
2 de dominorum licentia,seu consensu aut non.† Si sic,tunc est conclusio, quam dominus non potest vendere seruum in aliquod præiudicium matrimonij vel aliquod sibi præcipere in præiudicium redditionis debiti, vnde si eodem tempore coniux petijt à coniuge suo, & dominus sibi aliquod opus incompossibile iniungit magis debet consentire coniugi debitum petenti quam opus sibi præceptum à domino exequi,si autem contraxerunt sine consensu dominorum,est conclusio, ꝙ ille cōtractus est omni iure domini saluo,& ideo seruum suum potest vendere non tñ in partibus quantumcūque remotis, quia tunc posset eos impedire ab officio propter quod matrimonium non est institutum.vnde si domini seruos suos coniugatos vendere volunt cogi possunt,& debent taliter ordinare de vēditione eorum,ꝙ bona matrimonij non reddātur notabiliter grauiora,cum sine hoc seruos suos possunt vendere pretio iusto bonas conditiones afferenti.interest.n.reipu. ne quis re sua male vtatur.insti.de his qui sunt sui vel alie. iur.§. 1. concor.S.Tho.Richar.Pe.& Inno.cum glo.præsent.¶Item
3 surgit hic quæstio† quid si coniuges.s. serui habent dominos diuersarum regionum,ita ꝙ non possunt cōuenire ad officium coniugale. Respondet iuxta Hu. ꝙ tunc ecclesia inueniat remedium, quod poterit vt vitetur fornicationis materia, puta cogat alterum aut vendat alteri vel alij eidē vicino,ꝙ si nō est qui emat dico,ꝙ tunc ecclesia debet hoc opus pietatis facere,& poterit illa ecclesia vt sicut cogit vendere alterum,ita cogat alterum emere in prouincia conserui.concor.Gof.inducens.c.fraternitatem.di.54.¶Dictum est non separet iniuste & sine causa. Hug.33.q.2.quos.[& vnde nobis]secunda pars[non dirimantur]cum sint vera & licita matrimonia,vt supra visum est[dominis suis seruauit]extra de coniu.ser.c.1.per voluntatem dominorū maxime,secundum. Hu.vel hoc intelligitur secundum leges, quibus canones præiudicant.Hu.

¶*Causa trigesima.*


Vidam. Hic intitulatur 30.causa,q̃ ita continuatur ad præcedētem ꝯm Io.de. Expeditis duobus impedimentis matrimonij.s.errore conditionis,& personę subiūgit de cognatione spirituali & legali, & de clandestina desponsatione,& vt hæc & alia cōgruentius consequantur ponit thema,& ex eo elicit quęstiones. Intellectus thematis,secundum Hu.& Arch. talis est,vxor Ioannis suscepit filium Martini de baptismo quē Ioannes adoptauit sibi in filium,& postea eum copulauit in matrimonium filiæ quam de vxore propria habuit,tādem mortua vxore Ioannis & mortuo Martino Ioannes contraxit clam cum relicta Martini, & postea publice duxit eam in vxorem.Et quo themate elicit 5.q.vt patet in litera 1.q.est vtrum vxori suæ debitum reddere debeat qui propriam de sacro fonte suscepit,de qua sequitur.

¶*Quæstio prima.*

3 *Natiuitas carnalis dicitur duplex.*
4 *Filius sacerdotis potest contrahere cum illa quam pater audiuit in confessione.*
6 *Paternitas contrahitur dupliciter.*
7 *Compaternitas inter quos contrahatur.*
8 *Commaternitas inter quos contrahatur.*
9 *Confraternitas contrahitur dupliciter.*
11 *Cognatio spiritualis si præcedit impedit matrimoninm contrahendum*
Et quid si sequatur.nu.12.
13 *Pater quando baptizat filium in periculo mortis,an possit postea exigere & reddere debitum vxori,quod sic.*
Et quid si extra casum necessitatis.nu.14.


Vod autem. Hæc autem quæstio diuiditur in tres partes.In prima probat per duo capitula, ꝙ vir qui recepit filium de sacro fonte separabitur ab vxore. In secunda probat ꝙ matrimonium legitime contractum non soluitur per compaternitatem superuenientem.In tertia probat per tria capitula ꝙ mulieres nobis confessæ sunt filiæ spirituales,sicut quos baptizauimus.secunda ibi, noscè.tertia,ibi,omnes. Pro pleniori intelligentia huius quæstionis quæruntur plura.
1 ¶Primo quid sit cognatio spiritualis.
2 ¶Secundo quot modis contrahatur.
5 ¶Tertio quot sunt species eius.
10 ¶Quarto vtrum cognatio spiritualis impediat matrimonium.

1 Ad primum Respondetur.† ꝙ communiter cognatio spiritualis diffinit sic.Cognatio spiritualis est proximitas quędam personarum proueniens ex administratione sacramenti tentione, ad illud.ꝓ cuius intellectu notandum cum.S.Tho.Richar. Petro, & Duran. ꝙ sicut per carnis propagationē accipit homo esse naturæ,ita per sacramenta accipit esse spiritualis gratiæ.vnde sicut vinculum ex carnis propagatione contractum naturale est homini inquantum est res quædam naturæ, ita vinculum contractum ex sacramentorum susceptione est quodam modo homini naturale, inquantum est membrum ecclesiæ, & ideo sicut in propagatione carnis naturalis fetus trahit vinculum naturale, seu cognationem carnalem ad dantes esse naturale qui sunt pater & mater, sic quando fetus generatur quo ad esse gratiæ contrahit cognationem spiritualē cum dantibus illud, cuiusmodi sunt persona ministrans sacramentum quæ gerit personam patris, & persona tenens puerum in huiusmodi administratione,quæ gerit personam matris,sic ergo patet diffinitio, in qua primo ponitur genus,quando dr̄ cognatio spiritualis est proximitas quędam personarum. secundo ponitur differentia specifica cum subditur proueniens ex administratione sacramenti &c.ista satis patet.s.e.q.omnes.Et extra de cog.spirituali c.vlt.

2 Ad secundam quæstionem qua quæritur† quot modis siue per quos actus cōtrahitur cognatio spiritualis. Circa hoc fuerunt tres opiniones.Quidam.n.dicunt,ꝙ sicut per septiformē spiritus sancti gratiā dr̄ spiritualis regeneratio, ita cognatio spiritualis contrahitur per 7. incipiendo à primo præambulo baptismi.s.cathechismo,vsque ad cōfirmationem per episcopum factam,ita ꝙ per quodlibet harū. 7. spiritualis cognatio contrahitur.Sed ista opi.vt auth. S.Tho.non videtur rationabilis,qa cognatio carnalis nō cōtrahitur nisi per actū generationis completum.vnde etiam affinitas non contrahitur nisi facta coniunctione seminum ex qua potest sequi generatio carnalis. Spiritualis autem generatio non perficitur nisi per aliquod sacramentum & ideo alij dicunt,quòd per tria

per tria tantummodo sacramenta spiritualis cognatio cõtrahitur.s.per cathechismum,baptismũ, & cõfirmationẽ, sed isti vt dicit S. Tho.videntur propriam vocem ignorare,quia cathechismus non est sacrm̃ sed sacramẽtale,& iõ alij dicunt, ꝙ per duo tantummodo sacramenta contrahitur.s.baptismum & cõfirmationẽ,& hæc opinio est cõior. ¶Sed contra videtur, ꝙ per solum baptismũ contrahatur, quia sicut se habet cognatio carnalis ad carnalem,ita spiritualis ad spiritualem, sed solus baptismus est spiritualis generatio.ergo per solum baptismum contrahitur cognatio spiritualis. ¶Respondetur ad hoc negando minorem.pro
3 quo notandum iuxta S.Tho.† ꝙ duplex est natiuitas carnalis.prima in vtero in qua adhuc quod natum est adeo est debile,& nõ possit extra poni sine periculo,& huic natiuitate similatur regeneratio per baptismum, in quo regeneratur aliquis adhuc quasi fouendus intra vterum ecclesię. ¶Secunda est natiuitas ex vtero quãdo iam id quod natũ erat in vtero intantum roboratur,quod potest sine periculo exponi exterioribus quæ nata sunt corrumpere,& huic assimilatur confirmatio,per quam homo roboratus exponitur in publicum ad confessionem nominis Christi,& iõ per vtrunque horum sacramentorum cõtrahitur spiritualis cognatio, in aliis vero sacramentis non contrahitur cognatio spiritualis non eucharistia,quia cognatio spiritualis cõtrahitur ex spirituali generatione,sed eucharistia nõ est spiritualis generatio,sed magis alimẽtum geniti.ordo etiam non est generatio , sed quædam promotio & exaltatio generati,similiter extrema vnctio nõ est generatio,sed quasi vltima perfectio generatorum , imo decedentium matrimonium,quia ordinatur ad generationem non spiritualem,sed carnalem, ideo per ipsum cõtrahitur affinitas carnalis non spiritualis , de pœnitentia autem dicendum, ꝙ proprie loquendo per sacramẽtũ pœnitẽtiæ nõ contra
4 hitur spiritualis cognatio,†vnde filius sacerdotis potest cõtrahere cum illa , quam pater audiuit in confessione, alias vt dicit S. Tho.filius sacerdotis non inueniret in tota vna parochia mulierem cum qua contraheret. Nec ob. ꝙ per pœnitentiam tollatur peccatum actuale,quia hoc non est per modum generationis,sed magis per modũ sanationis, verum est tamen,ꝙ per pœnitentiam cõtrahitur quoddã fœdus spirituale inter sacerdotem & mulierem confitentẽ se simile cognationi spirituali , vt tñ peccet ipsam carnaliter cognoscens ac si esset eius spiritualis filia , & hoc ideo, quia maxima familiaritas est inter sacerdotem & mulierẽ confitentem , & ad hoc ista prohibitio est inducta vt tollatur peccandi occasio.

5 Ad tertiam Respondetur.† ꝙ tres sunt species cognationis spiritualis.s.paternitas,compaternitas, & confraternitas. † paternitas dicit dominus
6 Albertus & Bonauentura cõtrahitur dupliciter.s.directe, & indirecte,directe per actũ proprium, qui fit in sacramẽto dando vel suscipientem tenẽdo, indirecte autem quando non per proprium actum,sed per actum eius cum quo est vna caro communicant sibi suas actiones,ideo quod facit vir directe indirecte transit ad vxorem & efficitur etiã ipsa mater spiritualis.Dico autem postquã effecti sunt vna caro,quia si vir priusquam esset maritus vxoris.i.ante contractum matrimonij vel post contractum ante carnalem copulam susciperet aliquem in sacro non transit ad vxorẽ, & ideo non efficeretur mater spiritualis,sicut ante dixi & ꝙ vir directe & vxor indirecte efficiuntur parentes spirituales,ita est quando econuerso mulier directe & vir indi
7 recte.†Compaternitas autem contrahitur inter carnalem
8 patrem,& spiritualem.† Et commaternitas inter carnalẽ matrem & spiritualẽ , vnde versus,vnus semper erit cõpa
9 trum spiritualis.Alter carnalis nec fallit regula talis.†Confraternitas autem contrahitur dupliciter.s.directe,& indirecte sicut paternitas spiritualis,quia postquam vir & mulier efficiuntur vna caro communicant filijs actus suos. Confraternitas autem non contrahitur inter puerum vel puellam,quæ suscipitur vel tenetur in sacramẽto, & filios carnales suscipientis,siue ante siue post sint nati, & nõ transit ad fratres vel sorores eius qui suscipit sacramentum siue ante sint nati,siue post nascantur.

10 Ad quartam quæstionem sic proceditur.† Et vr̃ ꝙ cognatio spiritualis nõ impediat sacramentum.primo sic. perpetuum impedimentum matrimonij non potest stare cum matrimonio , sed cognatio spiritualis stat cum matrimonio,vt.j.eo.de eo quod interrogastis,& ext.de cog.spirituali , si vir,sicut cum aliquis in casu necessitatis filium baptizauit, quia tunc fit vxori suæ spirituali cognatione coniunctus,nec tamen matrimoniũ separatur.ergo &c.¶ Secundo sic,nihil impedit matrimonium quod non contrariatur alicui bono matrimonij . ergo non impedit matrimonium.¶Tertio sic. Contrariorũ non est idem effectus,sed spiritualis cognatio videtur esse contraria disparitati cultus,cum spiritualis cognatio sit ꝓpinquitas prouenĩẽs ex datione sacramenti vel tentione ad idem,disparitas autem cultus consistit in sacramenti carentia vt prius dictum est. Cũ ergo disparitas cultus matrimonium impediat , videtur ꝙ spiritualis cognatio nõ habeat hunc effectum.¶In oppositum est c.præsens,& ex.de cog. spirituali.veniens.¶ Respondeo dicendum,ꝙ cognatio spiritualis impedit matrimonium cuius potissima causa est statutũ ecclesiæ sic ordinantis, ordinationis tamen assignatur duplex congruitas,vna,quia vinculum quanto spiritualius tanto sanctius obseruandum , sed vinculum spirituale est sanctius quam corporale,cum ergo vinculum cognationis carnalis matrimonium impediat, multo fortius cognatio spiritualis impediet.¶Secũda est quia in matrimonio construendo potior causa est,secundum Augu.coniunctio animorum quam corporum , ergo similiter in causis matrimonium destruentibus magis destruit matrimoniũ cognatio spiritualis,quam carnalis.Et tamẽ circa cognitionem spiritualem vt communiter à doctoribus sit distinguẽ
11 dum,quia aut præcedit matrimoniũ,aut sequitur.† Si præcedit est conclusio,ꝙ impedit contrahendum, & dirimit si postea contrahatur de facto, vt in decretali allc. Si sequi
12 tur est conclusio, † ꝙ non impedit matrimonium quãtum ad eius essentiam siue vinculum, sed quantum ad actũ matrimonij.s. debiti carnalis redditionem est distinguendũ, quia aut spiritualis cognatio inducitur causa necessitatis.
13 †sicut quando pater baptizat filium in periculo mortis, & tunc est conclusio ꝙ in illo casu cognatio spiritualis non impedit contractum matrimonij,nec reddendo, nec petẽdo,nec ex parte viri,nec ex parte vxoris,aut inducitur ex. casum necessitatis,& tunc istud factum aut est factum per errorem adhibita diligentia debita . Et tunc est conclusio
14 †ꝙ non impedit sicut in casu prædicto. Aut factum est in fraudem & tunc est conclusio ꝙ coniux qui fuit in causa fraudis perdit ius petendi debitum,non autem ius reddendi,quia fraus & dolus nemini debent patrocinari, iniustũ .n.est ꝙ aliquis de fraude reportet cõmodum , reportaret autem commodum si alius coniux innocẽs puniatur.¶Ad rationes in oppositum.ad primam respondetur ꝙ falsum est,ꝙ impedimentum matrimonij si pręcedit stet simul cũ matrimonio,bene autem si sequitur , quia tunc non impedit quantum ad vinculum,nec etiam quãtũ ad actũ si in necessitate sicut in c.allegato siue etiam per errorem sicut dictum est. Ad primum argu. ¶Ad secundam respondetur iuxta S.Tho.ꝙ quãuis spiritualis cognatio non impediat aliquid de principalibus bonis matrimonij, tamen impedit aliquid de secundis bonis quæ est amicitiæ multiplicatio , quia spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitiæ per se,vnde oportet ꝙ ad alios per matrimonium familiaritas & amicitia quęratur. Ad secũdm. S.Thom. ¶Ad tertiam respondetur iuxta S.Thom.ꝙ non est inconueniens ꝙ duo ad inuicem contrarientur eidem.sicut magnum & paruum æquali . Et sic disparitas cultus & spiritualis cognatio matrimonio repugnant, quia in vno est maior distantia,in altero propinquitas quam matrimoniũ requirat,& ideo ex vtraq; parte matrimoniũ impedit. Ad tertium ¶[Quod autem.] arguit ꝙ qui proprium filium de sacro fonte suscepit, non possit carnaliter commisceri proprię vxori,quia per talem actum vxorem suam commatrem sibi facit. Exponit literam. Ad hoc respondetur sic iuxta prædicta.Aut pater hoc fecit ex ignorantia siue ex necessitate , aut ex malitia, Si ex ignorantia , vel necessitate, ignorantia & necessitas eum excusant, ex malitia dolus & fraus nemini debent suffragari.

1 *Recurrendum est in dubijs ad dicta & scripta antiquorum patrum.*
2 *Commatrem factam per aliquod sacramentum an quis valeat vel possit recipere in coniugem.*
3 *Signacula septem feruntur in baptismo.*
4 *Cognatio spiritualis non contrahatur in cathecismo.*

Peruenit

PEruenit. Inducit hoc ca. ꝙ est papæ qui dictus est Deus dedit, pro parte negatiua quæstionis. Summa est in rubro.

Diuisio. Et diuiditur in tres partes. In prima proponit casum primæ quæstoinis. In secunda respondet ad illam. In 3. respōdet alteri quæstioni. s. an aliqui possint commatrem suam in cōiugem ducere. 2.

Exponit literam. ibi, nos autem. 3. ibi, scitis. ¶ [Peruenit sabbato paschali die] quia proximum est paschale. Hu. [pro tali ratione]. i. pro tali facto ad proprium vsum tori Hu. [nos autem] 2. pars. [dicta priorum] ar. † ꝙ in dubijs recurrendum est ad dicta &

1 scripta antiquorum patrum, vt dis. 20. de quibus. [in archa nis] ar. ꝙ alias apud sedem apostolicam erāt repositoria siue armaria librorum sanctorum patrum [redirent]. i. redire deberent. Hu. [beatæ memoriæ] hic incipit respondere

Hugu. Iulius & Inno. & c.] mirandum est inquit Hug. quod tam celebres patres hoc potuerunt statuere, contra euangelium, quod regulariter tradidit matrimonium non debere separari, nisi causa fornicationis. Hug. [in coniugio] per hoc videtur quod loquatur de coniungendis. Hug. Sed ego intelligo in coniugio. i. in carnali commistione. Hu. [separent.] Ecce loquitur de coniunctis ante & post, sed hoc abrogatum est. Ioā. de possent autem prædicti patres excusari sm Hu. si intelligatur de separatione non matrimonij sed de separatione ad agendum pœnitentiam ad tempus. [insolescant] hæc potuit esse causa institutionis huius constitutionis, scilicet vitatio mali exempli, vt dist. 96. bene quidem, & forte tunc temporis talis consuetudo pessima multum vigebat. s. de suscipiēdis proprijs filijs in baptismo. Et ideo ad terrorem hoc statutum fuit, ex causa qua cessante cessat hæc constitutio. Et hoc potest esse alia solutio hui⁹ capituli ad excusandos sanctos patres

Quæstio. [scitis] quod ab isto loco dicitur valet & tenet, & est re

Respondet. 2 sponsio ad aliam quæstionem †. s. an aliquis valeat vel possit recipere in coniugem eam quæ facta est sibi commater per aliquod sacramentum. ¶ Respondetur ꝙ non, & si fiat separentur. Hu. ponit consequenter opinionem illam quæ habet, ꝙ cognatio spiritualis contrahituur per 7. illa quæ sunt à cathecismo vsque ad confirmationem, quæ fit per episcopū, sed de veritate Huius opinionis supra diximus [septem.] septem †. n. sunt dona spiritus sancti, quæ numerā

3 tur. Esa. 11. in hæc verba. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sap. & c. Et sicut 7. sunt dona spiritus sancti, sic 7. signacula feruntur in baptismo. primum est salis collatio, secundum est aurium & narium linitio cum sputo. Tertium est in pectore & in fronte facta signatio. Quartū est olei sacrati perunctio. Quintum est baptismi ablutio. Sextum est in vertice chrismatis perunctio. Septimum est in fronte facta signatio. Et videtur aliquibus ꝙ per quodlibet horum contrahatur compaternitas sed hoc non videtur rationabile vt supra diximus. Et rationē assignauimus quia compaternitas non contrahitur nisi per generationem spirstualem, quæ cum non importetur per ea, quæ baptismum præcedunt, per ea non contrahitur spiritualis cōpaternitas, præterea per illa contrahitur compaternitas q̄ sunt de substantia & necessitate regenerationis, filij ecclesiæ, sed de necessitate regenerationis non est aliquid de p̄

Alber. mag. dictis nisi solus baptismus: vnde vt dicit Albertus magnus. Cum baptismus sit ianua sacramentorum nihil antecedentium regenerat hominem. ergo compaternitas non con-

Quæstio trahitur in alijs, quæ non sunt de substantia baptismi. ¶ Sed

4 hic surgit quæstio † vtrum in cathecismo contrahatur cognatio spiritualis. Et videtur quod sic. primo ex litera præ

Opponit senti. secundo ex. de cog. li. 6. c. per cathecismum. ¶ In opposi

Respondet. situm videtur ex dictis, quoniā nihil in eo est, ꝙ sit de necessitate regenerationis spiritualis. ¶ Respondeo. primo dicit Albertus magnus ꝙ cathecismus nō completur nisi in baptismo. Et ideo nō impedit nisi cū baptismo exponēs. Et ita videtur intelligere ꝙ in eo solo non contrahatur co

S. Thomas. gnatio spiritualis, nisi cum baptismo existente. S. Thom. dicit ꝙ in cathecismo fit vna professio futuri baptismi sic in spōsalibus contrahitur quidam modus propinquitatis, ita etiam in cathecismo ad minus impediens contrahendum, vt quidam dicunt. Tertio respōdent iuristę, ꝙ in baptismo & confirmatione contrahitur adeo fortis cognatio spiritualis ꝙ impedit contrahendum, & dirimit contractum, vt. j. eo. si quis filiastrum, in cathecismo autem contrahitur ita debitis, quod vix impedit contrahendum, & ideo non dirimit iam contractum. ex. de cog. spi. cōtracto. Cum istis

Bonauent. concordat dominus Bonauentu. & Richardus. Alij dicunt

Respondet ꝙ iura dicentia in cathecismo contrahi cognationem spiri

Ad arg. tualem, debeant intelligi dispositiue, non effectiue. ¶ Ad rationes in principio dicendum ꝙ intelligatur sicut dictū est. s. de illa cognatione spirituali ita debili ꝙ non valet dirimere matrimonium vel dispositiue, sed non effectiue, nisi per baptismum.

SI quis. Ad idem est hoc ca. ex concilio apud Vermeriam. Summa est in rubro Breue est derogatum est huic c. sicut & præcedenti nisi dicatur separentur ad tempus propter pœ-

Exponit literam. nitentiam, Hu. ¶ [Si quis filiastram]. i. filiam vxoris suæ de alio viro [ad confirmationem]. i. ad chrismandum. ar. manifestum quod tenens puerum, similiter, & mulier, prædicta duo capitula, quidam intelligunt de matrimonio contrahendo.

Econtra. §. est hinc incipit 2. pars q̄stionis, in qua probat per 5. capitula, quòd matrimoniū econtractum legitime non soluitur per compaternitatem superuenientem.

NOsse. Ad idē est hoc c. ꝙ est Nicolai papæ. Sūma est in rubro. Et diuiditur in 2. ptes

Diuisio. prima ponit dubium. In secunda respōdet. 2. ibi, pertinet autem. ¶ [Nosse desideras ex alia.] idē

Exponit literam. esset si ex illa gl. [leuauerit] vel susceperit [copulari]. i. commisceri carnaliter. vt di. 31. aliter. [pertinet] 2. pars [ingens]. i. grande [excidium]. i. peccatum. [infirmitatem]. i. fragilitatem incontinentiæ. Hu. [causa pietatis]. i. causa continentiæ [operatur impietatem]. i. denegat debitum, quod non debet fieri. nullum. n. malum est faciendū propter aliquod bonum, ꝙ inde sequatur. ar. 1. q. 1.. non est putenda [apostolus] prima ad Co. 7. [fraudare] debitum subtraaendo, quod inuicem debetis vobis, nisi ex hoc faciatis ad tempus vt expeditus [itē dicit apostolus reuertimini] consilium est [quātum ad exigentem] & hoc dicit apostolus considerans humanam fragilitatem [in ipsum]. i. ad reddendum debitum [ergo si non] cōcludit ex dictis [in idipsum]. s. ad debitū reddēdum. [cum dicat apostolus] 1. ad cor. 7. [potestatem corporis] ad rem vxoriam. Hu. & Arc.

1 *Fraus vel dolus nemini debet patrocinari.*

DIctum est. Ad idē est hoc c. ex concilio Cabilon. sumptum. Summa

Diuisio. est in rubro. Et diuiditur in duas partes In prima narrat casum. In secunda respondet quid faciendum sit. secunda ibi, vnde nos

Exponit literam. ¶ [Dictum est autem vnde nos] secunda.

1 pars [propter fraudem] argu. † quod nemini fraus vel dolus patrocinari debet arg. 20. quæst. tertia. constituit. [pœnitentiam] de pœnitentia interiori intelligitur, quasi super quandocunque illud reuocetur ad memoriam doleat illud fecisse Hug.

DE eo. Ad idem est hoc c. ex concilio Ma-

Diuisio guntin. Summa est in rub. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit tres quęstiones In 2. respondet eis. 2. ibi, de talibus sic respon

Exponit literam. dendum est. ¶ [De eo ꝙ si filiolam] responsio ad primam dubitationem [si filiolā]. s. spiritualem, aut commatrem [plectendos] quando scienter hoc fecerint, si ignoranter excusantur. Hu. [Si autem coniuges] respondit ad secundam dubitationem [innupti]. i. commistione carnali bonum est [sin autem]. i. si nolunt. [insidiatori] hoc refertur ad vnum casum non ad vtrunque, duos. n. posuit casus, ibi autem, sed idem est in vtroque casu, quia ex quo volunt viuere continent, cū ex industria hoc fecerunt præuaricarunt. [Idem qui & insidiator]. s. qui voluit præstare causam diuortij, sine spe coniugij, propter enormitatem maleficij repellitur iste à matrimonio etiam post pœnitentiā peractam, si tamen contraxerint, tenebit.

DE his. Ad idem est hoc c. Nicolai papę Summa est in rub. planum est. ¶ [De his

Exponit literam. qui filiastros sine scientia]. i. ignorantia iuris, quia de ignorantia facti non potest intelligi, quia illa ex toto excusaret, vnde incongrue se quereretur, licet sit peccatum. ergo de ignorantia iuris intelligitur, quod credebatur esse licitum, & non prohibitum, & hæc ignorantia. s. iuris in parte releuat à pœna,

pœna, sed non ex toto absorbet culpam. arg. 24. q. 1. si quis. Hug. nec tamen ideo dicit in scientia. i. ignorantia, vt det intelligi à contrario sensu, q debeant separari si ex certa scientia sit factum, sed ideo dicit hoc vt ostēdat eos minus debere separari, quia ex ignorantia hoc fecerunt. Et ita subintelligitur hic maxime secundum Hu. quia idem debet esse, si ex scientia factum esset, dicant illud psal. 24. Delicta ignorantiæ meæ &c.

AD limina. Ad idem est hoc c. Ioann. papæ. Summa est in rub. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat casum hominis qui in necessitate proprium filium baptizauerat, & ob hoc fuerat iudicatus separari à coniuge. In secunda reprehendit papa hoc iudicium autoritatibus & rationibus. 2. ibi, quod fieri nullatenus debet. ¶[Ad limina innotuit]. i. significauit necessitatem. Idē esset si absq; necessitate, sed tunc ei pœnitentia imponēda esset. Hu. & gl. [quasi rectitudinis] q. dicc. nō erat rectitudo sed sibi ita videbat, & hoc demonstrat istud quasi. Hu. [qđ fieri] 2. pars. [dicente scriptura] Matth. 9. [dn̄s in euāgelio] Mat. 19. dimittendā vxorē nō esse q inculpabile &c. [necessitas] q nulla legē constringitur de cons. di. 1. c. sicut Hu. & gl. [laicis fidelibus] vt 1. q. 1. quod quidē, & de cons. di. 4. in necessitate. idem conceditur etiam infidelibus hæreticis & Iudeis in necessitate, & in mulieribus de conse. dist. 4. romanus, & c. à quodam, & j. e. q. 3. super [libere]. i. licite, sine peccato, sed præter necessitatem, hæc non possunt fieri sine peccato, cum alienum officium vsurpent, vt j. q. 1. quod quidam, vnde si argumentatur ratione perpetua mortis, quamuis autem decedentes paruuli in originali peccato, cuiusmodi sunt decedētes sine baptismo, dicantur ab Aug. in enchiridion [leui pœna puniri] pro eo q pœnam sensus non patiatur, pœna tamen damni, quia carentia diuinæ visionis plectuntur, quæ dicitur mors æterna, sicut ipsa visio dicitur vita æterna. Io. 17. hæc est vita æterna, vt cognoscāt te &c. Et hanc pœnam vocat Aug. cruciatum ignis æterni, non à cruciatu & pœna sensus, quam pueri non patiuntur, quia propria voluntate non peccauerunt, sed à tenebrositate, & obscuritate, quia carent visione diuina, extra cuius lumen non vident lumen, vide de hoc quod disputauimus de consec. dist. 4. firmissime. [laudatur] non. n. peccat quis in eo, quod bene facit. Et idcirco concludit ex dictis circa autoritates diuinas præfatas vxorem debere cum viro suo remanere, nec aliquatenus separari ab eo deberet.

Filia. §. est in quo Gratianus, quia fecerat mētionē de filia spirituali, ideo ostendit quot modis dicatur filia spiritualis. Et incipit secundum Arch. & Ioā. de 3. pars quæstionis, in qua ostendit, quæ sit filia spiritualis, & quòd eius copula sit interdicta.

OMnes. Ad idem est hoc c. Symmachi papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit omnes quos in penitentia audiuimus spirituales filios esse audientium. s. sacerdotum tam fornicationis ad suas spirituales filias accedat. In tertia pœnam transgressoribus assignat. 2. ibi, Syluester. 3. ibi, quapropter. ¶[Omnes] ita non notat omnimodā similitudinē: Hu. [suscipientibus] vel tenentib. sacerdotes immergunt, laici suscipiunt [sub vocabulo ternæ]. i. inuocatione trinitatis ter vel semel immergendo, vt de cons. dist. 4. de doctrina [Syluester] 2. pars [fornicationis] sed surgit quæstio. nunquid causa matrimonij posset. Respondeo sm. Hu. q non, ex quo est sacerdos; & ita non potest contrahere sed alius potest, cui licitum esset contrahere. hoc. n. de solo sacerdote intelligitur, quod inde patet, quia deponit [quia scriptū est] nescio, vbi dicit. Hu. nisi forte in aliquo canone, vel decreto ecclesię [ista sunt filij in baptismate suscepti] ly ita non notat omnimodam similitudinem, nisi quo ad ipsum sacerdotem, qui suscipit in pœnitentia, filius. n. eius bene potest ducere eam, quam pater recepit in pœnitentia, non tamen quam immersit in baptismo, vt extra eodem titul. capitul. vltim. & extra libro sexto, eodem titul. nedum. Multa enim attendūntur in baptismo, quæ non attendun tur in pœnitentia, si enim te suscipio ad pœnitentiam, non ideo parentes tui mihi compatres sunt, & multæ aliæ differentiæ sunt quæ notantur in gloss. [quapropter si quis,] tertia pars patet.

SI quis. Ad idem est hoc c. Cœlestini papæ. Summa est, ponitur pœna sacerdotis fornicantis cum filia sua spirituali, & pœna etiam fœminæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur pœna fœminę. In secunda pœna sacerdotis. 2. ibi. sacerdos autem, planum est. ¶[Si quis adulterium] si illa est coniugata, vel adulterium. i. fornicationem. Hu. si laica. [Si. n. esset monacha] vel conuersa, secus esset, vt 27. q. 1. impudicas, & c. si quis rapuerit [pauperibus] surgit hic quæstio. quare non mandat dari ecclesiæ, cum ei ignominiam intulerit fornicando cum sacerdote eius, sicut in alijs articulis fit, vt 27. q. 1. si quis rapuerit, & 17. q. 4. si quis in atrio. Respōdet iuxta Hu. quod quicquid datur ecclesiæ, pauperibus datum intelligitur, & econuerso 16. q. 1. quoniam quicquid vel dicitur quod non semper dari ecclesiæ præcipitur in talibus casibus. Est ergo in potestate imponentis penitentiam, vtrum debeat dare ecclesię vel pauperibus, nisi forte vbi specialiter exprimitur à canone, quod detur ecclesię. ¶ Surgit hic quæstio vtrum sit preceptum quod omnia tribuat pauperibus. Et videtur q nō, quia consilium est illud, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Respondetur quod hic est præceptum, cum quis ratione criminis proscribitur, & spoliatur omnibus bonis, vt 27. q. 1. si quis rapuerit. Hu. & glo. [conuersa] in monasterio, nisi habeat virum, vel ancilla sit alterius vel nisi aliud impediat. Hug. [sacerdos autem] 2. pars. [malum exemplum] loquitur ergo de manifesto crimine, aliter. n. punitur crimen manifestum, & aliter occultum, vt dist. 50. de his & infra c. proxi. c. ad monasterium. Ecce vna pœna non excludit aliam.

Quæstio
Respondet

NOn debet. Ad idem est hoc ca. eiusdē Celestini papæ. Summa est eadem. Et diuiditur in duas partes. In 1. statuit. In 2. punit transgressores. 2. ibi, si forte patet. Leg. ¶[Non debet, si forte] 2. pars [. Episcopus 15. annis.] Ecce in eodem genere delicti magis punitur episcopus, quam presbyter, quia præsumitur magis peccare ratione maioris dignitatis. ar. dist. 40. homo, & 25. q. 1. nulli Hu. [in conscientiam]. i. notitiam. Nā si lateret nō tantum puniretur vt di. 50. de his, & dist. 82. presbyter. Ecce q magis peccat sacerdos cognosendo filiam spiritualē, quam vxorem alterius, quia pro hac pœna 12. annorum. dist. 82. presbyter.

His itaque. §. est, vbi ex dictis & allegatis autoritatibus concludit intentum, quod. s. propter cognitionem spiritualem nō sunt separandi cōiuges. Circa quod est commemorandum quod supradiximus, q spiritualis cognatio. a aut præcedit matrimonium, aut subsequitur. Si præcedit tunc separant quia inter eos non potuit esse matrimonium cognatione prohibente, ꝑpter quam erant personæ illegitimæ ad matrimonium contrahendum, & dirimitur contractū ex tali impedimento. Si vero subsequatur contractū matrimoniū spūalis cognatio cōiuges veri erant, & sic nō separātur quo ad matrimoniū quia non possunt separari quamdiu ambo viuunt, vt patet Mat. 19. & 1. ad Cor. 12. sed quo ad totum separantur si ambo cōiuges ad hoc consenserunt, vt leuarent filiū, vel filiastrū de sacro sacro fonte, vel tenerent coram tpe in confirmatione, vt in ca. præcedenti si quis vero vnus coniugum scienter hoc fecerit alio omnino ignorante, nō potest exigere debitum copulę, sed tenetur reddere petenti, qui hoc ignorauit. Et si vxor tenuerit in confirmatione filium suū scienter ignorans, tamen q ex hoc contraheretur spiritualis cognatio, impediens carnalem copulam, parcitur muliebri sexui, vt non separentur, vt supra eo. de his, & quamuis capitulum loquatur de muliere, tamen de vtroque intelligendum est, sicut habetur extra de cog. spirituali, si vir, vel mulier.

a ¶ Spūalis cognatio. adde q cognatio spiritualis nūquam oritur ex datione sacramentorum quæ matrimoniū dissoluat, nisi ex baptismo & confirmatione chrismatis Pe. de An. in c. ex literis nu. 6. de cogn. spū.

¶ Quæstio secunda.

1 *Sponsalia an contrahantur inter infantes.*

1 SPonsalia. §. est, hic incipit 2. quæstio † . s. vtrum sponsalia cōtrahātur inter infantes. Ad hoc dicit, q si infantes proprie capiantur, non contrahunt, nec cōtrahere possunt. infantes. n. proprie dicuntur à principio suæ natiuitatis vsque ad septennium, qui. s. discernere

here vel consentire non possunt, & ideo sponsalia contrahere non valent, quia sine consensu non contrahuntur. extra de despon. impu. accessit. ff. de sponsa. in sponsalibus, hoc probat etiam per cap. sequens.

4 *Sponsalia contrahuntur absolutè quinque modis.*



Ubi non est. Hoc capitulũ est Nicolai papæ. Summa est in rubro. Breue est. Pro pleniori intelligentia istius quæstionis quæruntur hic plura.

1 ¶ Primum est quid dicantur hic sponsalia.

2 ¶ Secundum est vtrum ante tempus septennij possint contrahi.

3 ¶ Tertium est quot modis contrahantur.

5 ¶ Quartum est vtrum sponsalia dirimi possint.

6 ¶ Quintum est vtrum sponsalia publice contracta coram amicis non in facie ecclesiæ possunt solui per mutuum dissensum tantum sine iudicio ecclesiæ.

7 ¶ Sextum vtrum illi qui contraxerunt sponsalia teneatur contrahere matrimonium.

8 ¶ Septimum vtrum ille qui non vult, possit cogi per censuram ecclesiasticam.

1 Ad primum †.s. quid dicantur sponsalia. Respondetur ꝙ à iurisperitis dicuntur sponsalia futurarum nuptiarum promissio vt habetur in gloss. hic. Et hæc diffinitio trahitur ex verbis Nicolai. j. eo. quęs. 5. nostrates, & est conueniens. Nam sponsalia à verbo spondendi deriuantur, vt dicit Isidorus, sed spondere respicit futurum. ergo sponsalia sunt promissio nuptiarum futurarum. vnde hoc quod dicitur promissio[vt ait Albertus]est genus, hoc autem quod dicit futurarum, excludit matrimonium quod contrahit per verba de præsenti, hoc autẽ quod dicitur nuptiarum, facit differre ab alijs promissionibus rerum, in quibus sibi homines communicant.

2 Ad secundum sic proceditur. †Et videtur ꝙ spõsalia possunt contrahi ante septennium. primo sic. contractus qui per alios fieri potest non requirit discretionem in illis ad quos pertinet, sed sponsalia fieri possunt per parentes vtroque illorum ignorante, quorum sunt sponsalia. ergo ita possunt fieri ante septennium sicut post. ¶ Secundo sic. sponsalia ad matrimonium ordinantur, sed in matrimonio non assignatur vnum tempus puellæ & puero. ergo nec in sponsalibus vtriq; assignare deberet. ¶ Tertio si aliqui iuxta ætatem pubertatis quãuis ante eam contrahant per verba de præsenti reputatur inter eos matrimonium esse ergo pari ratione si ante septẽnium, dummodo sint propinqui contrahunt per verba de præsenti reputabuntur inter eos esse sponsalia. In oppositũ est c. præsens. ¶ Respondeo dicendum, sub ista conclusione. Tempus septennij determinatum à iuristis de sponsalibus contrahendis rationabiliter est rationabile, quæ conclusio patet, tũ ex pñti c. tũ ex. de despõ. impu. si īfantes li. 6. ꝗ cõclu. sic probatur. Sponsalia sunt[vt dictum est]quędam promissio futurorum. oportet ergo ꝙ istorum sit ista promissio, qui aliquo modo promittere possunt quod non est nisi illorum, qui habent aliquam prudentiam de futuris, quæ vsum rationis requirit, respectu cuius triplex gradus notatur ẽm philosophum in primo Ethi. vt deducit S. Th. primus est, cum quis nec ipse intelligit per se, nec ab alio capere potest, secundus status est quo homo ab alio capere potest sed ipse per se non sufficit ad intelligẽdum. Tertius est cum homo & ab alio capere potest, & per se ipsum considerare. Et quia ratio paulatim in homine coalescit ẽm ꝙ quietãtur motus, & fluxibilitas humorum, ideo primũ statum rationis obtinet homo ante septennium primum & propter hoc illo tempore nullo contractui aptus est. Et ita nec sponsalibus, in quibus requirit consensus, qui non potest interuenire, nisi ab vtraque parte intelligatur, quod inter eos agitur, quod puerorum ante septennium infirmitas non admittit, sed ad secundum statum incipit peruenire in fine primi septennij. vnde etiam tunc tempo ris pueri ad scholas ponuntur. Sed ad tertium statum incipit peruenire homo in fine secundi septennij quantum ad ea, quæ ad personam eius pertinent, in quo ratio naturalis citius conualescit, sed quantum ad ea quę extra ipsum sunt in fine tertij septennij. Et ideo ante primum septennium sicut dictum est nulli contractui aptus est, sed in fin. primi septennij incipit aptus esse ad promittendum aliquid in futurum, maximè in his ad quæ ratio naturalis inclinat, non autem ad obligãdum se perpetuo vinculo, quia adhuc nõ habet firmam voluntatem. Et ideo à tali tempore possunt contrahi sponsalia, vt extra de despon. impu. literas, & e. ti. c. si infantes. li. 6. sed in fi. secundi septennij iam potest obligare de his, quæ ad personam ipsius pertinent, vel ad religionem, vel ad coniugium, sed post tertium septennium etiam se potest de alijs obligare quantum ad bona temporalia vendendo, dando hæreditatem & c. tamen secundum leges ciuiles datur ei curator vsque ad 25. annum. nec ante firmus habetur contractus temporalis quem ipse fecerit. ¶ Nunc ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiã quia contractus factus per alios non habet firmitatem nisi illi pro quibus fit, consenserunt, quod non potest fieri ante septẽnium, vnde sponsalia quæ inter aliquos ꝑ personas alias contrahuntur robur habent inquantum illi, inter quos contrahũtur ad ætatem debitã venientes non reclamant. Ex quo intelliguntur consentire his quæ per alios facta sunt. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam quia non est simile de sponsalib. & matrimonio, ratio est iuxta S. Tho. quia in tempore contractus matrimonij non solũ requiritur dispositio ex parte vsus rationis, sed etiam ex parte corporis, vt sit tempus aptum generationi. Et quia puella in 12. anno ad hoc venit vt possit actui generationis esse apta. Pueri autem in fi. septennij vt philosophus dicit in 9. de animalib. simul vsum rationis accipiunt, qui tantum in sponsalibus requiritur, ideo in sponsalibus determinatur vnum tempus vtrique non autem in matrimonio. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ similiter etiam est in sponsalibus, quia si appropinquant cõtrahẽtes ad tempus septennij, contractus sponsalium habet robur, quia secundum philosophum in 2. phy. quod parum deest nihil deesse videtur. Hæc autem propinquitas à quibusdam determinatur tempus sex mensium, sed melius est quod determinetur secundum conditionem contrahentium, quia in aliquibus magis acceleratur vsus rationis, quam in alijs.

3 4 Ad tertium Respondetur † ꝙ dupliciter possunt contrahi. s. absolute vel cum conditione. †Si absolute contrahantur 5. modis. primo nuda ꝓmissione, vt cum dicit vir mulieri. Ego accipiam te in vxorem. Et ipsa respõdet accipiam te in meum virum, vel alia verba æquipollentia, vt ducã te in vxorem & huiusmodi. Ista sunt proprie sponsalia, quę per verba de futuro fiunt. secundo fidei ductione, vt extra de sponsa c. 2. & c. is qui fidẽ, vt si dicat, do tibi fidem, vt accipiam te in vxorem. tertio īterposito iuramẽto ex. de spõsa. c. de illis & c. ex literis. quarto datis arrhis sponsalitijs. s. pecunia, vel aliquo hmõi. quinto annuli subtractione. Concordat S. Thom. Albertus & Richardus. si autem dicta promissio siue sponsalia fiant sub conditione distinguendum est, quia aut est conditio honesta, vt cum dicitur accipiam te si parentibus meis placet, vel si dederis mihi centum, stante conditione stat promissio alias non, quia conditio hęc si apponatur suspendit matrimonium nisi consensus interim de præsenti, vel carnalis copula fuerit subsecuta, quia videntur tales recessisse à sponsalibus. ext. de condi. appo. in desponsatione. c. de illis, & c. super eo. Aut est inhonesta, & hoc dupliciter. Aut est contra bona matrimonij, vt si dicam accipiam te, si venena sterilitatis procures, quod est contra bonum prolis, vel donec inueniam aliam digniorem te, aut ditiorem, ꝙ est contra significationem sacramenti, vel inseparabilitatis, vel si dicam accipiam, si adulterandam te tradas, quod est contra bonum fidei, & tunc sub talibus conditionibus non contrahuntur sponsalia, vt extra de condi. appo. c. vlt. Aut non est contra bona matrimonij, vt si dicatur accipiã te si furtis meis consenseris, vel furtum feceris, vel hominem occideris, tunc stat promissio, sed tales conditiones appositę debent pro non positis haberi. extra de condi. appo. cap. 2. à vltim.

4 Ad quartum Respondetur† ꝙ sponsalia dissoluũtur in multis casibus infra explicandis. ¶ Primus est quando alter religionem ingreditur cum effectus qui est per professionem, talis etiam ingressus soluit matrimonium non consummatum, siue ante copulam carnalem, quia est mors spiritualis extra de conuer. coniu. c. verum, & c. ex publico. ¶ Secundus casus est, cum contra- Prim⁹ casus / Scd's casus

xit cum

xit cum alia per verba de presenti, de spon. si inter, quia minus vinculum cedit maiori, & rumpitur illo superueniente, vel per verba de futuro, & sequitur carnalis copula. cuius ratio est, quia per sponsalia nō trāsfertur corpus vnius in potestatem alterius, sed fit promissio de transferēdo, & quod est promissum vni pōt dari de facto alteri, & in istis duobus casibus soluuntur ipso iure sponsalia, sed in alijs casibus dirimi debent s̄m iudicium ecclesiæ. ¶ Tertius est quando alter coniugum inuenitur transtulisse ad regionē longinquam ante carnalem copulam, & conuenienti tempore expectatus, & debito modo requisitus, non reuertitur, extra de spon. de illis. ¶ Quartus est, quando alter incurrit grauem morbum, vt paralysim, aut lepram; aut aliā enormem lesionem, quæ ipsum nimis debilitat. ext. de iureiur. quemadmodum. §. ꝙ si, & in gl. vbi innuitur, ꝙ etiā si iurasset ducere non tenetur, ductam tamen ante dimittere non potest. ¶ Quintus est cum alter eorū fornicatur carnaliter quia habetur suspectus de fide non seruando. ¶ Sextus est si superuenit affinitas, puta quia sponsus cognouit consanguineam sponsæ vel ē conuerso. extra de consan. & affi. super eo. ¶ Septimus est, quando alter alterum absoluit ne forte inde deterius contingat, si talem ducat quam odio habet, extra de spon. præterea. §. si autem. ¶ Octauus quando impuberes contrahunt sponsalia, postea ad legitimam ætatem venientes dissentiunt vel reclamant. ¶ Nonus si sit fama, ꝙ inter eos sit aliquod canonicum impedimentum. s. consanguinitatis vel affinitatis & scandalum sit de eorum coniunctione. extra de spon. cum in tua, & de consan. & affi. c. 2. ¶ Decimus cum quis promisit contrahere infra certum tempus, nec stetit per eū quo minus infra illud tempus contraheret, de spon. sicut. ¶ Vndecimus cū superuenit cognatio spiritualis vel legalis, puta adoptio, extra de cog. spi. veniens. ¶ Duodecimus est, vt dicunt aliqui, & inducit Richardus si sponsalibus superuenit simplex votum continentiæ, quia vt videtur eis, sicut votum solennizatum per professionem in religione soluit matrimonium non consummatum, ita votum continentiæ simplex sponsalia soluit.

Tertius casus. Quartus casus. Quintus casus. Sext⁹ casus. Septimus casus. Octauus casus. Non⁹ casus. Decimus casus. Vndecimus. Duodecim⁹.

6 **Ad quintum** Respondetur. † secundum Richar. ꝙ non, quoniam tales contractus cum sint notorij seu manifesti, ita vt legitime probari possent coram ecclesiastico iudice, ad iudicem ecclesiæ referendi sunt, siue facti fuerint in præsentia ministrorum, siue non. Si autem vir & mulier inter se sponsalia secrete contraherunt, non video rationem quare sine iudicio ecclesiæ possint dissolui in prædictis casibus, cum secreta non subsint iudicio militantis ecclesiæ, nisi quo ad forum pœnitentię.

7 **Ad sextum** Respondetur † quod si sponsalia tenuerunt, ita ꝙ in ætate debita, scilicet septem annorum & vltra fuerint contracta quamdiu manent sponsalia & non sunt aliquibus casibus soluta tenentur contrahere simul, nec potest alter eorum cum altera contrahere persona, si contraxerit, tamen tenet secūdum matrimonium. extra de spon. sicut, sed agere debet pœnitentiam de fide mentita, & multomagis si prius interuenerit iuramentum de spon. ex literis, & ca. sicut & c. si inter S. vero Thom. dicit in quarto non soluens promissum peccat mortaliter, nisi legitimum impedimentum interueniat, vtputa affinitatis, & huiusmodi, & iniungenda est pœnitentia pro peccato.

8 **Ad septimum** Respondetur † ꝙ prius & principalius debet moneri ille, qui nō vult, vt ext. e. requisiuit, demum potest cogi, vt in dicto c. ex literis. Et intelligi nisi probabiliter intelligatur difficilis exitus, vt vxoricidium & huiusmodi, vt in dicto cap. requisiuit. Concor. S. Thom. vt. s. dicens iniungenda est pœnitentia pro peccato, licet in foro contentioso nō cōpellatur, quia matrimonia coacta consueuerunt malos exitus habere. Loge. ¶ [Vbi non est] hoc capit. vt dicit Hugu. & etiam gloss. tam de matrimonio quam de sponsalibus potest intelligi secundum quòd de sponsalibus dic [coniugium]. i. promissio futuri coniugij, vt infra eod. quæs. quinta nostrates. [nihil faciunt] quantum ad matrimonium, nec quantum ad sponsalia, quæ sine consensu illorum qui debent coniugi non contrahuntur, & si contracta fuerint, non valent, nisi postea eorum consensus accedat [annos discretionis]. i. septennij, & tunc consentire possunt.

Exponit literam.

¶ *Quæstio Tertia.*



Vod autem. Hic incipit. 3. pars & diuiditur in tres partes. In prima probat per tria capitula, quod spirituales filij non possunt contrahere cum filijs naturalibus. In secunda ostendit, quod filii duorum cōpatrū possunt contrahere, excepta illa persona, per quam contrahitur compaternitas. In tertia ostendit quod si aliquis contraxerit cum filia commatris suæ, potest cum illa remanere. secunda ibi, in. §. super quibus. tertia ibi, si quis.

Diuisio. 1.

1 *Filij spirituales dicuntur quos quis suscipit in baptismo.*
2 *Cognatio spiritualis an transeat ab vno in alterum.*
3 *Paternitas spiritualis inter quos contrahatur.*
4 *Compaternitas contrahitur inter regenerantem & generantem.*
5 *Compater alicuius potest quis fieri dupliciter.*
6 *Compaternitas an contrahatur etiam in coitu fornicario.*
7 *Fraternitas spiritualis inter quos contrahatur.*
8 *Personæ viginti possunt prohiberi contrahere matrimonium ex cognatione spirituali.*
9 *Adoptio an impediat matrimonium quod sic. nu. 17.*
10 *Adoptio quid dicatur. Et quot sunt eius species & differentiæ. nu. 12. & 13.*
Inter quos fiat adoptio. nu. 15.
11 *Adoptare cui conueniat.*
14 *Adoptari quis possit.*
16 *Cognatio adoptionis legalis est triplex.*
18 *Leges seculares sunt obseruandæ quando non contradicunt canonibus.*



1 **Ta diligere.** Ad probandum primam partem inducit hoc ca. Nicolai papę. Sūma est. † Quos quis in baptismo suscipit sunt filij spūales eius. Et diuiditur in tres partes. In 1. dicit patrē spiritualem diligendum vt carnalem. in secunda ostendit cognationem spiritualem esse inter filios spūales alicuius, & filios naturales eius, ratione cuius non potest inter eos contrahi matrimonium. In tertia ostendit hoc rōne. 2. ibi, est inter filios. 3. ibi, si inter. ¶ Pro pleniori

Diuisio.

2 intelligentia huius quæstionis. Quæritur † vtrum spiritualis cognatio transeat ab vno in alterum. Ad quam quæstionem respondetur sub certis conclusionib. præsupposito ꝙ tres sunt spēs eius sicut s. notauimus. s. paternitas, cōpaternitas, & fraternitas. ¶ Prima conclu. est † ꝙ cognatio spūalis. s. paternitas contrahitur inter generantem & generatū; vnde sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex patre & ex matre, ita in generatione spirituali aliquis renascitur filius Dei sicut patris, & ecclesiæ sicut matris. Sicut autem ille qui sacramentum confert gerit personam Dei, cuius instrumentum & minister est, ita ille qui baptizatum suscepit de sacro fonte, aut tenet ad confirmandum, gerit personam ecclesiæ. Et ideo inter regeneratum & dantem sacramentum contrahitur paternitas spiritualis, similiter inter eum & tenentem si tamen ille sacramentum ministrans vel tenens illum qui regeneratur vel confirmatur baptizati sint, alias nō, quia omnium sacramentorum & cognationum spiritualium quæ per sacramenta contrahuntur baptismus est fundamentum. ¶ Secunda conclusio. † Co-

Quæstio. Respondet.

3

Prima cōc.

4 gnatio spiritualis quæ dicitur compaternitas contrahitur inter regenerantem & generantem. Tam. n. sacramentum ministrans quam tenentes illum qui regeneratur efficiuntur compatres parentum carnalium, qui regeneratur & quandoque transit hæc species cognationis ad vnum coniugum alio mediante. † Pro quo notandum ꝙ aliquis

Sc̄da conc.

5 potest fieri alicuius compater dupliciter, vno modo per actum alterius, qui baptizat vel in baptismo suscipit filiū eius, & sic coniunctio spiritualis transit à viro in vxorem, nisi ille sit filius vxoris, quia tunc vxor directe contrahit cognationem spiritualem, sicut & vir, vnde si alter coniugum inter quos est matrimonium consummatum suscipit filium alicuius de sacro fonte, vel tenet in confirmatione, alter coniux efficitur compater parentum regenerati. extra de

tra de cogna.spirituali. Martinus, & .j.e.q.4. si quis ex vno, alio modo cõtrahitur.l. per actum proprium sicut cum leuat filiũ alterius de sacro fonte, & sic cognatio spũalis transit ad vxorem, quam carnaliter nouit, quia tunc vir & mulier effecti sunt vna caro per matrimoniũ consummatum quia nondum effecti essent vna caro.¶ Sed surgit quæstio

Quæstio. Respondet. 6 †vtrum compaternitas contrahatur etiam coitu fornicario, & videtur quod sic iuxta S. Tho. Nam eadem ratione videtur, quod transeat ad mulierem carnaliter cognitam, licet nõ sit vxor. Et idem sentit gl. in dicto c. si quis dicẽs quod per fornicarium coitum acquiritur compaternitas quia vna caro

Tertia.con. 7 efficiuntur.¶ Septima concl.†Cognatio spiritualis quæ dr̃ fraternitas cõtrahitur inter regeneratum & carnales filios regenerantis.sic.c.pitatiũ, & c.seq.& ex.de cogna.spirituali, ex literis. Et hoc siue carnales filij nati sint ante compaternitatem inter suos parentes carnales & parentes carnales regenerati siue post.ex.i.tua nos. Quelibet harũ speruũ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contra-

8 ctum. Elice corellarie ex dictis† quod viginti personæ prohiberi possunt contrahere matrimonium. Et ex hac triplici specie cognationis spiritualis, videlicet quandoque ex persona baptizantis, quandoque ex persona leuantis in baptismate, quandoque ex persona confirmantis, quandoque ex persona tenentis in confirmatione. Et exemplificabimus de quinta, quia ex illis notitia habebitur de reliquis quia sunt omnino similes. primo enim contrahitur hæc cognatio inter baptizantem & baptizatum, & dr̃ paternitas. secũdo contrahitur inter baptizantẽ & parẽtes baptizati, & dr̃ compaternitas. tertio inter baptizatũ, & filios baptizantis, & dr̃ fraternitas. quarto inter baptizatum & vxorem baptizantis prius cognitam, & dr̃ maternitas. quinto inter parentes baptizati, & parentes & vxorem baptizãtis prius cognitam. Et similimodo repetas ex parte leuantis & confirmantis, & tenentis in confirmatione. hæc probantur in c.e.ti.li.6. Et tñ de hac q. pro nũc.¶ Secundo

Quæstio Primũ ar. 9 quæritur† vtrum adoptio impediat matrimonium. Et videtur quod non. primo sic. Sacramenta ecclesię nõ subduntur humanis legibus, sed matrimonium est sacramentum ecclesiæ. Cum ergo adoptio sit inducta per legem humanam, vr̃ quod non possit impedire matrimonium per aliquod vinculum adoptione contractum.¶ Secundo sic. cura spiritualis

Secũdũ ar. est dignior, quam cura corporalis, sed ex hoc quod aliquis curę alicuius subditur spiritualiter, non contrahitur aliquod propinquitatis vinculum, alias omnes qui habitant in parochia essent propinqui sacerdoti, & cum filio eius non possent contrahere, ergo nec adoptio quæ trahit adoptatum in curam adoptantis hoc facere potest. ¶ Tertio

Tertium ar. Oppon. in contrariũ. sic, talis cognatio legalis nulli bono matrimonij repugnat, sed omne quod præstat impedimẽtum matrimonio rõne alicuius boni repugnat, ergo præstat &c.¶ In opposi tum est c.præsens. pro pleniori intelligentia huius quæstionis videnda sunt sex.¶ Primum est quid est adoptio.¶ Secundum est cui conueniat adoptare.¶ Tertium est de speciebus adoptionis, & differentijs earum.¶ Quartũ est quis potest adoptari.¶ Quintũ est inter quos est adoptio ¶ Sextum est de quæstione proposita.

Ad primam quæstionẽ S. Thomas. 10 **Ad primum** Respondetur quod adoptio diffinit̃ sic. †Adoptio est extraneę personæ in filium vel nepotem vel deinceps legitima assumptio. Pro cuius intellectu notandum circa S. Tho. quod ars imitatur naturam & ipsius defectũ supplet in oĩbus in quibus põt, quia ergo natura appetit generationẽ filiorum, & q̃nque tamẽ ab isto fine deficit, ius positiuũ quod est ars æqui & boni, istum defectum supplet hanc filios per modum artificialẽ, qui modus adoptio dr̃. Et quia sicut dictũ est adoptio supplet vicem naturalis generationis, ideo sicut in naturali generatione sunt tria.s. terminus à quo, inquantum de non filio filius, vel de non nepote fit nepos. Itẽ terminus ad quẽ .s. esse filium, vel esse nepotem. Item modus ipse siue generatio per quam istud fit, ideo tria ponũtur in prædicta diffinitione adoptionis. Primum est terminus à quo, cum dr̃ extraneæ personæ. Licet.n. possit adoptori persona existens de cognatione adoptantis, tñ oportet necessario, quod persona quæ adoptatur non habeat aliter ius succedendi nisi per adoptionem, vnde quantum ad successionem adoptio semper est personæ extraneæ. Secundo ponitur terminus ad quem, cum dicitur in filium, vel in nepotem, & deinceps & hoc intelligi non debet quantum ad propinquitatem sanguinis quia illo modo non potest fieri nepos vel filius persona extranea, sed quantum ad ius successionis, quia filius nepos ue adoptatus succedit vt probatur apertissime in l. cum in adoptiuis.§. sed ne articulum. C. de adoptio.

11 **Circa secundum** .s. cui cõueniat adoptare, est notandum, quod quinq; necessario concurrere debent ante quã quis adoptare possit. Primo opus est quod adoptans sit maior natu, quã adoptatus, tex.§. minorem. instit.e. tit. & l. arrogato.§. non tantũ.ff. e. Adoptio.n. imitatur naturam.d.§. minorẽ. Secundo oportet, quod adoptati 25. annis minori tutor non sit, hoc probat textus rotund. in l. nec ei permittitur.ff. de adop. Tertium est quod ille qui adoptat sit sui iuris. ar.§.1. in fin. princip. institu. de adop. Quo fit vt nec filius familias neque seruus adoptare possunt. Quarto oportet, quod ille qui adoptat, non sit castratus. Nam hi, vt matrimonium cõtrahere non possunt, ita nec adoptare, secus est autẽ in spadone, nam licet generare non possint, adoptandi tamen ius habent. Neque .n. corporale vitium impedimento est, vt de his oĩbus iura sunt nota.l.2.§.pe.& l. arrogato.§. spadones.ff. de adopti. Et sic fortius est naturale impedimentũ, quam accidẽtis, ideo castratus prohibetur adoptare propter impedimentũ perpetuum procreandi. qui.n. nunquam potuit habere filios naturales, non potest habere adoptiuos, sed qui possit f̃m naturam & fuit impeditus per accidẽs vt gladio castratus, vel qui habuit sed postea perdidit, isti datur in solatium quod possit habere filium adoptiuum.¶ Oportet quinto quod adoptans sit vir, vnde fœmina non potest adoptare, nisi à principe sit specialiter sibi indultum, & hoc in solatium amissorum filiorum in bello reipublicæ. C. de adop.l. iuris, vnde seruus qui nõ est suus non potest adoptare nec in potestate tutorum existens nec filiusfamilias.

12 **Circa tertium** de speciebus adoptionis notandum est† quod sicut generationis naturalis quædam est imperfecta quæ non dat filio ius in paterna hæreditate, nec patris ius patri potestatis super filiũ sicut generatio illegitima. Alia vero perfecta, quę dat vtrunq;, sicut generatio legitima, sic duplex ẽ legalis generatio, quædã imperfecta, per quã adoptatus non trãsfertur in potestatem adoptantis, nec necessario acquirit ius in hęreditate adoptãtis, & hæc communi nomine vocatur adoptio. Alia est perfecta, q̃ ista oĩa conceditur q̃ noĩe spãli vo-

Ad tertiã quæstionẽ

13 catur arrogatio. †Differunt autem istę speceis in 4. primo. quia arrogari nõ põt, nisi qui ẽ sui iuris. Adoptari vero qui, alieni. Secundo quia arrogatus trãsit in ptãtem arrogantis, adoptatus nõ in ptãtẽ adoptãtis. Tertio quia arrogatus necessario habet portionẽ in bonis arrogãtis, vnde siue eum emancipet, siue decedat, debet ei quartã partem bonorũ suorũ relinquere. Adoptatus vero non habet in bonis adoptantis legitimã, vñ non tenetur ei aliquod dimittere, nisi velit. C.e.l.1.& 2. Si tamen ab intestato moriatur adoptatus. C. eodẽ.l. vltim. Quarto quia arrogatio non fit, nisi autoritate principis, in cuius potestate sunt omnes etiam qui iuris sui sunt. Adoptio vero fit autoritate cuiuslibet magistratus competentis.ff. eodem. lege tertia, & lege si pater.

14 **Circa quartum** .s.† quis potest adoptari. Respõdetur quod quilibet tam masculus quam fœmina, dummodo sit minor patre adoptante, intantum quod filius eius naturalis esse possit.ff. eodem l. nec absens.

Ad quarta quæstionẽ.

15 **Circa quintum** † scilicet inter quos est ado-
16 ptio. Et notandum, quod† adoptio quæ vocatur legalis cognatio est triplex, vna quasi descendentium quæ contrahitur inter patrem adoptantem & filium adoptiuum & filium filij adoptiui, & nepotum, & sic deinceps. Secunda est collateralium inter filiũ adoptiuum & filium naturalem. Tertia est per modum cuiusdam affinitatis, quæ est inter filium adoptatum, & vxorem adoptantis, vel econuerso, inter adoptantem & vxorem adoptati. prima cognatio & tertia perpetuo impediunt matrimonium, secunda vero non perpetuo, sed ad tempus, siue scilicet, quamdiu durat cohabitatio filiorum naturalium, & adoptiuorum. Ratio autem differentiæ, quia in prima specie & tertia, impedit perpetuo matrimonium, est propter reueren-

Ad quintã quæstionẽ

reuerentiam ad quam tenetur adoptatus, & vxor eius, & filij, vel nepotes ad adoptantem, vel eius vxorē. Et quia ista reuerētia semper debet durare, ideo perpetuo impedit matrimonium, inter filios vero naturales & adoptiuos impeditur matrimonium propter mutuam cohabitationem, vt cesset nimium fomentum libidinis, ideo cessante cohabitatione per emancipationem vel mortem parentū possunt mutuo contrahere filij naturales & adoptiui.

Ad sextam qōnem. S. Thomas 17 **Ad sextum** †quod erat quæsitū. Respondet ꝙ adoptio impedit matrimoniū & rō est iuxta S. Th. quia lex diuina illas personas præcipue à matrimonio exclusit quas necesse erat cohabitare ne (vt rabi Moyses dicit) si ad eas liceret carnalis copula facile pateret concupiscentię locus. ad quā reprimendam matrimonium est ordinatum, & quia filius adoptatus conuersatur in domo patris adoptantis sicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibitum est inter tales matrimonium cōtrahi, & talis prohibitio est per ecclesiam approbata, & inde est ꝙ legalis cognatio matrimonium impediat. dn̄s vero Bonauē. (Bonauentu.) cōcordās ita dicit, cognatio legalis impedit matrimoniū, & rō huius est statutū ecclesiæ quæ legem confirmat & approbat. Si etiam quæritur quare ecclesia sic statuit, potest dici. ꝙ ratione honestatis, qm̄ isti affectus. s. paternus & maritalis circa eandem personam sunt incompassibiles salua honestate, & qm̄ talis cognatio ad effectum consanguinitatis perducit, si quis contraheret iam honestati derogaret, & qui assuesceret contrahere cum filia adoptiua, aut parū aut nihil timeret contrahere cū naturali, cū illā assumpserit ad pertractandā vt filiā naturalem, & sic patet quare debet impedire, hæc ille. ¶ His habitis dicēdum est ad rōnes in oppositum. (Ad primum arg.) Ad primam respondet negando consequentiam, quia hæc prohibitio non est solū legis humanæ, quia talis non sufficeret ad impedimentum matrimonij, nisi interueniret autoritas ecclesiæ quæ idem etiam interdicit. (Ad scd̄m.) ¶ Ad secundam rn̄. negando consequentiam ꝙ per illa nō inducitur talis cohabitatio quæ possit fomentum patrare concupiscentiæ, & ideo ex illis nō causatur propinquitas, quæ matrimonium impediat ¶ (Ad tertium) Ad tertiam rn̄. negando consequentiam, & rō est iuxta dn̄m Bonauen. quia per cognationem legalem impeditur bonum naturalis honestatis propter quod conseruandum principaliter est institutū matrimonium Lege. ¶ [Ita diligere eum]. s. patrem spūalem [de sacro fonte] vel qui tenuerit eum in collatione alterius sacramenti [sicut patrem carnalem] ly sicut notare videtur similitudinem non æqualitatem [idem est] 3. pars [iter filios spirituales] alicuius & fratres eorūdē naturales filios eiusdē, filij. n. suscipientis vel tenētis ad aliquod sacramentum & ipse susceptus vel tētus sunt fratres spirituales [sancta cōio]. i. spiritualis proximitas per baptismum contracta. (Hugu.) Hu. [ꝓximitas] relatio est. s. fraternitas, & alia est in isto qua est frater illi, & alia in illo qua ille est frater isti [le-
18 gale]. i. legitimum. Hu. [venerandæ leges] † leges. n. seculares vbi non contradicunt canonibus, sed eis obsequuntur vt in proposito sunt seruandæ, alias non, imo sunt ꝑ sacros canones corrigendæ, & regulandæ [contrahi permittunt] durante adoptione [si inter eos. 3. pars [adoptio] non facit vim in verbo, siue sit adoptio. siue arrogatio dummodo adoptatus transiuerit in potestatem adoptantis. [quos per celeste sacramentum] baptismus dr̄ celeste sacramentum. Tum primo, quia ianuā cœli aperit, quæ prius clausa erat, (Ambrosius) vt dicit Ambros. Tum quia baptismus in cęleste regnum introducit. Ioā. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnum cœlorum [iniquit Nicolaus] & est verbum Gratiani, vel notarii, scribētis gesta Nicolai [cōgruentius ergo diuina gratia]. i. sacramentum, vel spiritualis cognatio per sacramentum contracta. [humana volūtas]. i. adoptio, vel arrogatio [elegit]. i. fecit. Hu. [secernimus]. in adoptione Hu.

(Diuisio.) **Pitacium.** Ad idem est hoc c. Zacharie papę Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima narrat casum siue proponit dubium. In 2. respondet. In 3. puniri præcipit eū qui in prædicto casu errauit, siue peccauit. 2. ibi, sed bene. 3. ibi, sed huc. Lege. ¶ (Exponit literam.) [Pitacium]. i. chartam, vel scripturam continentem petitionem. Hu [si lceteat filio carnali qd̄ dici crudele est] supple nedum facere [sed bene] 2. pars [dn̄s præcepit] Leui. 18. [non reuelabis] ad literam. i. non discooperies & intrabis pudenda eius, Hu. [cum ergo] argumēta tur à minori ad maius. i. à carnali cognatione ad spirituale, quæ maior est dignior à propria consanguinitate quātum ad primum gradum, & ſm in descendentibus non in collateralibus, quia in tali secundo bene potest papa dispēsare, vt dicit gl. [multo magis à spirituali]. i. multo sanctius, & multo honestius. Nam copulę mētium religiosiores sunt, quam copulæ corporum. ar. 33. q. 5. ꝙ Deo. Hug. & in glo. Sunt alij qui dicunt hoc dictum esse magis ad decentiā spiritualis cognationis quantum ad veritatem locutionis, qm̄ magis prohibetur filia carnalis. quam spiritualis, cum illa & naturali & diuino iure prohibetur, spiritualis vero tantum constitutione ecclesiæ [cauendi]. i. prohibendi. Hug. [huc] tertia pars.

Non oportet. Ad idem est hoc c. Zachariæ papæ. Summa est in rubr. Et diuiditur in duas partes. In 1. statuit. In 2. transgressores punit per separationem ab ecclesia. In 3. ponit quid agendū sit, si talis conuersus fuerit ad obedientiam ecclesiæ. 2. ibi, si quis. 3. ibi, sed si conuersus. ¶ [Non oportet]. i. non debet, quisquam aliquādo]. i. aliquo tempore [tradere filio suo] naturali in quocunque tempore nato, s. siue ante siue post compaternitatem [in diuina]. i. canonica institutione, vt 3. q. 5. quia. [si quis] 2. pars. [abominabitur]. i. elimabitur [sed si] 3. pars patet. (Diuisio.) (Exponit literam.)

Filij. §. est, in quo incipit. 2. pars quæstionis, quæ sic cōtinuatur ſm Hu. quia dixerat, ꝙ naturales filij nō possunt coniungi spiritualibus, ne videretur consimili rōne non posse cōiungi fratribus illorum spiritualium, ideo Gratianus ponit ꝙ possunt licite coniūgi naturales filij carnalibus fratribus spiritualium, ꝙ est dicere, filij duorum compatrum siue nati ante, siue post compaternitatem, possunt copulari inter se, excepta illa persona qua mediante contracta est compaternitas, ad quod inducit cap. sequen. papæ Vrbani. (Cōtinuatio)

Super quibus. Duas quæstiones presbyter iste fecerat Vrbano, quibus Vrbanus respondit, & soluit. primę respōdet cum ait, in necessitate, sed idem iuris esset nulla inst ante necessitate [spiritualium parentum]. i. duorum cōpatrum spirituali vinculo compaternitatis cōiunctorum, præter illam personam &c.

Paschalis. §. est in quo videtur cōtra dicta superioris capituli inducere hoc, ita qđ Paschalis contrarius sit Vrbano, Et quia magis credendum est ꝙ pontifices simul concordent, quam in tanta materia dissentiant, dicimus ꝙ capitulū hoc non contradicit, superiori, imo concordat licet ſm Gratianum videatur oppositum.

I *Filij illorum per quos est compaternitas contracta non possunt adinuicem sociari.*

I **Post susceptum.** Capitulum hoc dr̄ esse paschalis 2. Sūma ſm Gratianum est illa, quam ponit in §. prædicto, sed non sequitur hic Gratianū. Sed summa est † quod geniti per quos est paternitas contracta non possunt adinuicem copulari. Et diuidit in duas partes. In 1. dicit ꝙ dictum est. In 2. inducit similitudinem. 2. ibi, qa leges. Leg. ¶ [Post qui]. i. illi qui ex cōpatre vel commatre [nati fuerunt matrimonio coniungi nō possunt] supple filijs spiritualibus, & sic non est contrariū, vnde ſm Hu. iste sensus est, post quā aliquis suscepit aliquē vel aliquam de fonte, filij eius non possunt coniungi illi suscepto, vel susceptę, sed oībus alijs fratrib. suscepti vel susceptæ possunt copulari. Et nisi sic intelligatur frustra induceretur exēplū de leg. ſm Hu. per ꝙ simile patet, ꝙ Paschalis nō loquit̄ nisi de cōiunctione inter filios naturales & spūales eiusdem, naturalis. n. filius gerit. vicem non emācipati, spūalis vicē adoptiui, quia sicut non emancipatus se habet ad adoptiuū, sic filius naturalis non emancipatus non pōt iungi adoptiuo licet fratri & sorori licite pōt iungi. Et hoc est quod dr̄, ꝙ non possunt coniungi suscepto vel tēto, sed fratrib. eius, vnde sequitur quia non emācipatos naturales [adoptiuis] sed fratribus eorum licite coniunguntur.

Si quis. §. est, hic incipit 3. pars quæstionis, in qua probat ꝙ non solum filius alicuius potest ducere in vxorem sororem suscepti à patre, sed etiam ipse pater, ad quod inducit sequens capitulum.

Illud.

ILlud. Capitulum hoc ſumptum eſt ex cō cilio Tiburien.Summa eſt in rubro. Breue eſt.Lege text. ¶ [Illud etiam.] Ecce aperte probatur autoritate huius concilij,ꝙ filius alicuius poteſt ducere vxorem ſororem ſuſcepti à patre, quia ipſe pōt de quo minus videtur,quia pater coniunctior eſt ſuſcepto quam filius[illud].ſ.ꝙ quis poſſit ducere filiam commatris in vxorē[nec refutamus] quia non eſt interdictum, vnde præſumitur eſſe licitum[filiam]non illam quam ſuſcepit[ſed aliam].ſ. ſororem illius, per quam deuentum eſt ad compaternitatem[fortuito]maxime ſupple,quia idē eſt ſi ex certa ſcientia.Hu.Nota hic ꝙ per adoptionem non acquiritur cōpaternitas, nec commaternitas. item nec per adoptionem factā à marito legalis cognatio acquiritur vxori.non.n.quia maritus adoptat aliquē,ille efficitur adoptiuus filius vxoris,nec propter hoc intelligitur adoptare. Regulare.n.eſt ꝙ fœminæ non poſſunt adoptare vt ſupradictum eſt circa c.ita,ſed ſecus eſt in ſpirituali cognatione,quę ſemper per virum acquiritur vxori,& econuerſo.Item notat hic gloſ. huius capituli.

¶ *Quæſtio quarta.*

RElictam: Hic incipit 4.queſtio.ſ.an quis poſſit accipere ī vxorem relictam compatris ſuæ vxoris, & quamuis ſub hac verborum forma hic ponatur,hoc dūtaxat videtur hic in quæſtione vtrum aliquis diuerſis temporib. poſſit contrahere cum duabus commatribus.Et diuiditur hæc quæſtio in tres partes.In 1.probat per tria capitula ꝙ non.In 2.ponuntur duo caſus,in quibus poteſt habere duas commatres. In tertia quæritur, vtrum vir & vxor debeant recipere vnum ſpiritualem filium, & dicitur quòd ſuperfluum eſt 2.ibi,ꝙ autem.

1 *Commatres duas an aliquis poſsit habere in vxores, quod ſic, in c.poſt vxoris.nu.2.*

SCiſcitatur. Primum capitulum eſt,qđ inducitur pro parte negatiua,& eſt Nicolai papæ. Summa eſt in rubro. Et diuiditur in duas partes. In 1.ponit q̄ſtionem.In 2.reſpondet,2.ibi, in qua meminiſſe. 1

1 Leg. ¶ [Sciſcitatur.]†Queſierat iſte an aliquis poſſet habere duas cōmatres, huic quæſtioni vario modo reſpondetur à diuerſis,vt tangitur in gl.ſed vera ſolutio eſt ſm Hu.quod refert an paternitas vel commaternitas præcedant carnalem copulam,an ſequatur.Si pręcedat eſt cōcluſio,ꝙ licite pōt habere duas commatres,v.g. Maria & Berta factæ ſunt commatres, poſtea Martinus accipit Mariam,& cognoſcit, nō propter hoc Berta facta eſt commater Martino,quia per vnionem carnis ſequentem non pertrāſitur ad vnionem ſpiritus præcedentem,vt.j.e.poſt vxoris.Mortua ergo Maria licite Martinus poteſt ducere Bertam.Si vero ſequatur diſtingue,aut alteram,vterque coniugum ſuſcipit filium alterius,aut communis filius eorum ſuſcipitur ab alio,aut filius alterius eorū tm̄ ſuſcipit. In 1. & in 2.caſu eſt concluſio ꝙ non pōt quis habere duas com a matres[a] In 3.poteſt.v.g.Martinus vel Maria ſuſcipit filium Bertę,vel Berta ſuſcipit filium cōem illorum.In vtroq; caſu Berta efficitur commater vtrique illorū, vnde mortua Maria vxore Martini,non poterit Martinus ducere Bertā in vxorem,quia ſua commater eſt, ſed ecce Berta ſuſcipit filium Mariæ nō de Martino,ſed de alio Berta efficitur cōmater Mariæ ſed non marito eius.ſ.Martino.vnde mortua Maria poterit Martinus licite contrahere cum Berta, niſi aliud impediat.vnde breuiter teneas ꝙ ſi cōpaternitas ſequatur copulā carnalem in nullo caſu poteſt aliquis habere duas commatres, vel aliqua duos compatres, niſi is hoc ſolo caſu quando filius tm̄ alterius ſuſcipitur de ſacro fonte,de qua materia ſatis legitur,& no.ex.de cog.ſpirit.c. cū Martinus,& e.ti.c.1.li.6.Et hoc modo videtur reſpondere ad quæſtionem papa Nicolaus hic dicendo, ꝙ nullus pōt habere duas commatres.Nam ponit talem caſum. Maria vxor Martini poſtquam eſt effecta vna caro cum eo ſuſcipit filium Bertæ, & ea Mediante martinus ſimiliter factus eſt compater Bertæ, & ideo mortua Maria non pōt vxorē habere Bertā [habere in vxores duas commatres]inter ſe [in qua]2.pars.i.in cuius quæſtionis ſolutione[per connubium].i.carnalem copulam[nimirum].i.certe[virum].ſ. Martinum[illi mulieri].ſ.Bertę.aſſumpta olim ante talem commaternitatē [vxor].ſ.Martini [commater]videbatur ſupple,erat[& idcirco liquet virū].ſ.Martinum.[fœminæ] .i.Bertæ[quæ].ſ.Berta,erat effectu commater poſt carnalē copulam inter Martinum & eius vxorem[eius].ſ. Mariæ, cum qua Maria fuerat ante prædictam compaternitatem contractam inter Mariam & Bertam vna caro effectus.

a ¶ Commatres. Cōmater an poſſit accuſare occiſorem ſui cōpatris vide gl.1.in c.q. dormierit ſupra 27.q 2.Bal.in l. 1.C. qui accuſ.non poſſūt. Iaſon in l.apertiſſimi. C.de iudi. & in l.generaliter. ff.de in ius vocan.

SI pater. Ad idem eſt hoc c. ex concilio Calcedonen.Summa eſt in rub. Et breue eſt.¶[Si pater duobus commatribus]quarū vna ante commaternitatem fuerat vxor,vel concubina eius, & ipſa poſt ꝙ fuerat cognita ab eo ſuſcepit filium alterius de ſacro fonte, vel tenuit ad chriſtianitatem vel chriſma. Et illa vel altera tenuit filium communem illorum. Et in vtroque caſu illa altera eſt effecta commater illi viro.Et pp hoc verbum inducunt c.hoc Hug.[antiquā] in aliquo canone vel decreto antiquo hoc ſtatutū erat[8.] regularis pœnitentia cuiuſlibet mortalis eſt ſeptennis, vt 33.q.2.hoc ipſum,ſed ꝙ maior q̄nque imponitur facit hoc vel enormitas criminis,vel excellentia,vel aliquid aliud ſimile,vt 33.q.2.§.hoc autem,& diſt.82.presbyter.

SI quis. Ad idem eſt hoc c.Inno.papæ.Summa patet breue eſt.¶[Si quis vno ex coniugio].i. vnus coniugum,ſiue maſculus,ſiue fœmina[ſuſceperit myſterium].i.ſacramentum,cetera patent.

Econtra. §.eſt,in quo ſm Io.deeſt 2.pars quæſtionis in qua ponuntur duo caſus, in quibus pōt quis habere duas cōmatres,ſed Hu.dicit ꝙ non eſt contra, ſed intelligitur in alio caſu.Lege tex.¶[Qui ſpiritualem] Caſus eſt,iſte Martinus & Maria ſunt coniuges, Martinus ex alia vxore vel concubina habet filium,quem Ioannes ſuſcepit de fonte,& ſic efficitur compater martini,ſed nō Mariæ,mortuo Martino Ioannes licite duxit eam,ſ. Mariam in vxorem[compatris] niſi aliquid aliud impediat, & ſic illa habebit duos compatres,& hoc eſt quod dicit[licet ei].ſ. Ioanni[qui habet ſpiritualem compatrem].ſ.Martinū[ſpirituali vinculo]compaternitatis ſibi coniunctum [eius] ſ. Martini vxor ob hoc commater nō eſt, cum ſit filius communis. [nunquid] quaſi diceret imo.

1 POſt vxoris. Ad idem eſt hoc c. Paſchalis papæ 2. Summa eſt† qđ vnus pōt habere duas cōmatres ſucceſſiue in vxores.Et ē caſus talis.Martin⁹ hēt Mariā vxorē,illa hēt filiū ex alio,iſtū filiū ſuſcepit Berta de ſacro fonte, & ſic efficitur cōmater Mariæ & nō Martini, quam Bertā licite poteſt ducere in vxorem Martinus mortua Maria, & ſic habebit duas cōmatres,ſic conſtrue,nulla ratio vel autoritas videtur prohibere Martinum, copulari cōiugio cum Berta cōmatre Mariæ olim vxoris.ſ.ipſius Martini,copulari coniugio[vel Berta commatre]Mariæ[olim vxoris].ſ.ipſius Martini[nunc ſuperſtitis].i.poſt obitū ſuæ vxoris.ſ. Mariæ,nec mireris ꝙ ponantur propria nomina,quia hoc non fit niſi ad maiorē intelligentiam,verū quia poſſet aliquis credere, quod cognatio ſpūalis ſicut cognatio carnalis acquireretur marito p vxorē.ſ.ꝙ ſicut affines & cōſanguinei vxoris oēs mediāte vxore efficiuntur affines mariti, ita cōpatres & cōmatres vxoris efficerētur cōpatres & commatres mariti,& ita videretur ꝙ Berta eſſet effecta commater Martini per vxorem,& ſic non poſſet eam habere,ideo oſtendit ꝙ nō eſt ſic in cognatione ſpūali,ſicut in carnali,cum ait, nec.n.cognatione carnis[cognatio ſpūs cōparatur].i.aſſimilatur in hoc quod dictum eſt.Et aſſignans rōnem ait,[nec.n.per vnionē carnis ſequentem pertranſitur ad vnionem ſpiritus].i. ad cognationem ſpūalem præcedentem copulā carnis.Si vero vnio carnis præcedat cōmaternitatē, tunc per vnionem carnis q̄nque pertrāſitur ad vnionē ſpūs.ſ.cum alter coniugum ſuſcipit filium alterius[q̄nque non pertranſitur]puta ſi filius tm̄ vnius coniugū ſuſcipiatur Hu.& gl.[vnde hic reprobatur intellectus Gratiani.qui exprimitur in.§.ſequenti.

Caſus.

Notandum. §.eſt Gratia.volentis rn̄dere q̄ōni ꝓpoſitę.dicit.¶[Aliud eſt cognoſcere vxorē ſuā iā factā cōmatrē alicuius fœminæ].i.poſtquā effecta eſt cōmater alicuius feminę, in quo caſu ſm Gratia. nō poterit mortua vxore ſua illā fęminā ducere,cui⁹ cōma-

ter effecta est vxor sua, in quo non dicit verum, & contradicit superiori capitulo, [& aliud est derelictam]. i. separatam aliqua de causa ab aliquo marito postea fieri commatrem alicuius fœminæ & postea cognosci à viro, in quo casu secundum Gratianum vir mortua illa derelicta poterit illam ducere. [autoritas illa Nicolai] supra 1. cap. [& Calcedoneum] cap. 2. [illum.] ista solutio nullius momenti est, nec autoritate firmatur & contradicit superioribus capitulis. Hug.

Quæritur. §. est. Occasione. n. præmissorum capitulorum & præcipue illius si quis, interserit hanc quæstionem Hugu.

1 *Patrini an intelligantur omnes qui tangunt puerum.*
2 *Patrini an dicantur omnes tangentes lintheum.*


Vod autem. De præfata quæstione inducit hoc c. Vrbani papæ. patet. ¶ [Quod autem nulla autoritate]. Contra de consc. dist. 4. non plures, vbi prohibetur à Leone papa, plures accedere ad suscipiendum puerum de fonte. Respondetur prætextu paternitatis non inuenitur prohibitum, de hoc .n. dubitauerat Vitalis vtrum compaternitas cōtraheretur inter suscipientes puerum. Et ideo consuluit Vrbanum de viro & vxore, an possent simul suscipere nulla compaternitate veniente. Et respondetur quod prætextu compaternitatis non inuenitur prohibitum, sed tantum propter populares, qui forte credunt inter suscipientes aliquam spiritualem proximitatem contrahi [prohibitum est]. s. ne credatur [ab eis]. s. popularibus virum ob hoc vxori compatrē fieri. Et ideo deinceps non possent commisceri, & sic si cōmiscerentur à popularibus infamarentur [& hoc sed vt puritas & c. infamia] de facto. [maledicerēt de eis] quasi de cōpatribus, nec ideo dicit hoc quod vnquam compaternitas sit inter eos ob hoc, sed quia sic crederetur à popularibus. Eadem de causa fuit generaliter prohibitum, ne plures simul ad suscipiendum puerum accedant propter populares. s. vt crederent inter tales compaternitatem nasci, quod esse non potest quia ad hoc quod aliqui sint compatres exigitur vt vnus sit pater spiritualis, & alter carnalis, vt dicit Hu. [minime præsumant] peccant ergo si plures simul accedant, tamen non seruatur vbique. ¶ Sed surgit quæstio. 1 an omnes qui tangunt puerum intelligantur patrini. Rñdetur iuxta. Hu. ꝙ sic si tāgunt in fonte, vel statim suscipiēdo à presbytero, dummodo talia faciant ad hoc. ea. n. quæ incontinenti fiunt, intelliguntur inesse. ext. de elec. officij. 2 sed iterum surgit quæstio. † Sæpe contingit, ꝙ multi tenēt linteum circunquaque, & puer ponitur in medio, & ita suscipiunt in linteo. Quæritur vtrum omnes sint patrini. Credit Hug. ꝙ sic, præsertim si in ipso fonte ita suscipiunt, isti tñ licet efficiant compatres patri carnali suscepti, non tamen inter se nascitur ex hoc compaternitas, ita intellige hoc & de cognatione spirituali c. quāuis. in 6. [quia vero] 2. pars. [piaculare]. i. mortale. [flagitium] hoc refertur ad proxi. §. quod ab hinc dicitur refertur ad principalem quæstionem. Hug. duabus commatribus] expone vt in cap. qui spiritualem Hug.

Exponit literam. Quæstio. Respondet.

Quæstio. Respondet.

Illud. §. est, quia. n. finis præcedentis c. videtur contra dicere illi c. qui spiritualē, sicut & duo prima cā. ideo vult soluere illam contrarietatē, vnde melius hoc poneretur hic velut esse alterius solutionis, vna solutio est ante hanc prohibitionem. s. Vrbani quo ad finem capituli dīctum. Et ita videtur dicere ꝙ illud c. sit abrogatū. Et quia fortassis incongruum videretur dicere, quod sit abrogatum, ponit aliam solutionem cum ait vel vxor commater accipiatur, non ex eodem filio cum viro, vnde ibi negaē commater, sed ex alio quem vir habuerat de alia. ſm Hu.

¶ Quæstio quinta.


Vod autem. Quinta quæstio q̄ in themate fuit posita est, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet, & dicendum ꝙ non præiudicaret, si constet de ea: extra de clandesti. despon. quod nobis. Sed quia ecclesiæ non constat de ea, præiudicat ei manifestum, deficit ergo in hoc casu non ius, sed probatio, vnde quo ad ecclesiam manifesta præiudicat, nisi clandestina probetur. Ecclesia. n. de occultis non iudicat. vt di. 32. erubescant, & quia hæc quæstio quasi omnino nota facile soluit, ideo noluit eam magister soluere, nec ponere, sed aliam annectit. s. vtrum clandestina coniugia debeant fieri, & diuiditur ista quæstio in quatuor partes. in prima probat, ꝙ clandestina coniungia fieri non debeant sed legitima, alias nisi consensus occurrat legitimus non valet quod actum est. In secunda ostendit, quid sibi valent hmōi solennitates, impositio annuli, & hmōi. in tertia probat, ꝙ verecundiam debent muliers prætendere cum nubant. In quarta probat, ꝙ clandestinum matrimonium tenet si posset probari. Nā sine vera probatione nullus debet damnari, & hoc probat per vnam legem, & quatuor capitula. 2. ibi, fœminne. 3. ibi, nec illud. 4. ibi, sed obijcitur.

2 *Matrimonii ad esse sufficit legitimitas in personis: & vnitas in consensu.*
3 *Puella qualiter dicatur esse in potestate patris.*
5 *Matrimonium clandestinum dicitur tripliciter.*
6 *Paranymphi qui dicantur.*


Liter. Hoc in primis inducitur pro prima parte, capitulū est Euaristi papæ. Summa est in rubro. pro pleniori intelligentia huius c. Quæruntur duo.

1 ¶ Primum est utrum consensus expressus per verba de presenti in occulto faciat verum matrimonium.

4 ¶ Secundum est quare prohibitum est matrimonium contrahi in occulto, si alias sit licitum magis quam baptizare in occulto.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et uidetur ꝙ cōsensus per uerba de præsenti expressus in occulto non faciat verum matrimonium. primo ex præsenti c. vbi dicitur, quod talia clandestina cōnubia nō sunt coniugia, sed adulteria, vel fornicationes. ¶ Secundo sic, ratione persone quæ per institutionem ecclesiæ non sunt legitime ad matrimonium contrahēdum, vt frater & soror. In 2. gradu, si de facto contrahunt, nihil faciunt, imo separātur, cum ergo hmōi clandestina matrimonia sunt cōtra prohibitionē ecclesiæ, nihil fit in eis. ¶ Tertio sic. si aliquis contrahat cum aliqua in occulto, & cum alia in manifesto, & veniatur ad iudicium ecclesiæ, ecclesia dicet illam esse vxorem quam accepit in manifesto, ergo si recte iudicat illa est vxor, ergo alia non fuit vxor. ¶ Quarto sic. res in potestate alterius existens non transfertur in potestatem alterius nisi consentiente illo in cuius potestate erat, sed puella erat in ptāte parentum. ergo non pōt per matrimonium transire in potestatem viri sine consensu patris, & ita si hac in occulto, consensus per verba de præsenti expressus non faciet matrimonium. ¶ In oppositum ar. ex. c. iudicantem j. e. vbi de illis qui clandestinè contraxerunt dr, quod vterque incurrit reatum adulterij dum vtroque eorum viuēte alijs se copulauerint, sed hoc non esset verum, nisi per mutuum consensum clandestinum contraxissent verum matrimonium, ergo talis consensus verū efficit matrimoniū. ¶ Secundo ratione sic, posita cā ponitur effectus, sed causa sufficiens matrimonij est consensus per verba de præsenti expssus, ergo siue fiat in manifesto, siue in occulto, efficiet matrimonium verum. ¶ Respondeo dicendum est iuxta S. Th. ꝙ sicut in alijs sacramentis quædam sunt de essentia sacramenti, quibus omissis non est sacramentum. Quædā autem ad solennitatem sacramenti, quibus omissis verum perficitur sacramentum quāuis peccat, qui omittit, ita est in matrimonio. Nā consensus per verba de præsenti inter personas legitimas ad cōtrahendū matrimoniū facit, quia hæc duo sunt de essentia sacramenti, alia autem oīa sunt de solennitate sacramenti, quia ad hoc adhibentur vt conuenientius fiat, vnde si omittātur verum matrimonium est, quamuis peccent sic contrahentes. nisi per aliquā cām legi 2 timā excusentur. Concordat do. Bonauē. dicēs, † ad esse matrimonij ista duo sufficiūt. s. legitimitas in personis, & vnitas in consensu. Ad solennitatem vero & decorem requiritur & parentum traditio, & sacerdotum benedictio, hæc aūt ita sunt ad decorem sacramenti, vt tñ sint de necessitate præcepti. Et ratio huius est vitatio periculi, quia frequēter qui in occulto cōtrahunt, pœnitent, & cū alijs de facto cōtrahunt, & cū nō pōt primus cōtractus probari, necesse habet

Primū ar.
Secundū ar.
Tertiū ar.

habet ecclesia decipi, & contra veritatem dare sententiam. Et ideo oportuit talia prohiberi. Hinc est, quòd si aliquis cum aliqua cõtrahit in occulto, quamuis sit matrimoniũ, tamen coniunctio illa non est sine peccato. sicut nec coniunctio fornicarij, non tamẽ tantum. Et inde est, quod hic Euaristus dicit, quod non sunt connubia, sed adulteria propter culpam. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam de c. præsenti. iam quasi patet responsio. Dr̃ etiam quia præceptum est quod coniuges ante benedictionẽ nõ concubent, vt extra de ferijs, capellanus, quia ante benedictionem libidinosus videtur esse concubitus, & videtur vti vxore quasi concubina, non expectant. n. benedictionẽ, vt crescant in prolem per Dei benedictionem suscipiẽdã. Et quantum ad hoc dr̃ in text. quod talia connubia potius sunt stupra, & fornicationes, quam legitima cõiugia, quia ante benedictionem, vtitur vir vxore sua, quasi cõcubina, quia talis concubitus ante nuptiarum benedictionem est illicitus cum vxore, vel respondetur tertio iuxta Hu. quod clandestinum coniugium dr̃ non esse coniugium non pp iuris defectum .i. quod non sit verum cõiugiũ, sed propter defectum probationis, i. quia non potest probari. j. 32. q. 2. solet. ¶ Ad secundam respondetur negando consequẽtiã. Et ratio est iuxta S. Thom. & dominum Bonauenturam, quia non est simile de omnibus prohibitis per ecclesiam. Quædam. n. prohibentur, quia sunt contra essentialia sacramenti, & talia irritat sicut est cum contrahitur matrimonium cum illegitimis personis, de quibus in argumento. Alia quia sunt contra honestatem, & decorem. sicut est cõtrahere in occulto, & talia non irritat. ¶ Ad tertiam respõdetur ꝙ in casu illo necessario decipitur ecclesia, nõ tamẽ decipitur, vt non iuste iudicet, quia iuste iudicare est iudicare ƒm allegata, decipitur tamen ƒm veritatem latentem.

3 ¶ Ad quartam respondetur iuxta S. Th. ꝙ puella non est in potestate patris quasi ancilla, vt sui corporis libertatem non habeat, sed quasi filia ad educandum. Et ideo ƒm hoc ꝙ libera est potest se in potestatem alterius absque consensu patris dare, sicut etiam potest aliquis vel aliqua intrare religionem absque consensu parentum cum sit persona libera.

Ad primum argu. — Ad secũm. S. Thom. — Ad tertium — Ad quartũ.

4 Ad secundum dubium in quo quæritur† quare magis talis prohibitio facta est de matrimonio, quam de baptismo. Respondetur iuxta S. Thom. & Bonauenturam ꝙ ideo quia baptismus est sacramentum necessitatis, & per hoc ꝙ suscipiatur in occulto, non est ibi periculum aliquod imo vitatur periculum, matrimonium verum clandestinum prohibetur propter pericula quæ inde euenire solent, quia frequenter in talibus est aliqua fraus. Ex altera parte, frequenter etiam ad alia coniugia transeunt, dum pœnitent de his quæ subito facta sunt, & multa alia mala inde accidunt, & propter hoc speciem turpitudinis habent sicut patet in litera. Lege. ¶ [Aliter non fit]. i. non præsumitur legitimum quo ad solennitatem legibus introductam. i. omnimodo solennitate ve-

5 stitum, vbi notandum † ꝙ vt notat Richardus tripliciter dr̃ matrimonium clãdestinum. primo modo quando contrahitur sine presentia testamentum, ita vt exinde nulla legitima probatio appareat, extra de clandestina despon. ꝙ nobis. ¶ Secundo dr̃ clandestinum, ꝙ sine solennitatibus consuetis contrahitur, licet in præsentia testium contrahatur, sicut in præsenti capitu. ¶ Tertio modo dicitur clãdestinum, quia fit sine præmissa denuntiatione, vt extra de clandesti. despon. cum inhibitio. Et quolibet istorum modorum si consensus per verba de præsenti expressus affuit verum matrimonium est ƒm Dei & conscientiæ iudicium [dominationem]. i. potestatem, & dispositionem, vt sunt parentes, tutores, & curatores, [à parentibus]. i. consensu & autoritate parentum. i. cognatorum, & propinquorum. [& legibus]. i. ƒm legem. i. facultatem iubentis [& suo tem-

6 pore]. i. apto, & congruo. Hu. [à paranymphis] † paranymphi dicuntur custodes puellarum, & eis assistentes, & docẽtes qualiter debeãt se habere à para, quod est iuxta, & nympha, ꝙ est puella, sic dis. 23. c. vlt. Hug. [& biduo] vel triduo infra eodem cum sponsus. [dicitur de vna nocte] dic, ꝙ consilium est tam hoc, quam illud, & habuit hoc initium à veteri testamento, vbi legitur ꝙ Thobias filius Thobię cum accepisset Saram filiam Raguelis in vxorẽ, ad admonitionem angeli Raphaelis biduo cum illa in continentia permansit. Thobiæ 7. Hug. [ita peracta]. i. adhibita tanta solen-

Respondet, S. Thomas. Bonauent. — Exponit literam. Richardus.

nitate [scitote &c. aliter contubernia]. i. cum concubinis. [adulteria] cum coniugatis. [stupra] cum virginibus [fornicationes] simplices cum solutis [non dubitatur esse]. i. contubernij vel adulterij, vel stupri, vel fornicationis speciem tenentia vel habentia, vel non dubitantur. i. præsumuntur non esse coniugia, sed hæc vel illa donec probetur contrarium. Cum. n. nescitur esse coniugium, præsumitur contubernium, vel fornicatio &c. [nisi voluntas]. i. voluntarius cõsensus coram ecclesia manifestus [suffragauerit]. i. assumptione adulterij excusauerit, & vota simul coram ecclesia manifesta propria voce pęnituerint. Hugu. de hoc non infra. §. de his ita, &c.

NVllus. Ad idem est hoc cap. ex decreto Hormisdæ papæ. Summa est in rubro. Causam huius prohibitionis habes, infra. §. his ita. litera patet.

NOstrates. Ad idem est hoc cap. quod est Nicolai papæ. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Nostrates]. s. Romani. Hu. tangit consuetudinem aliquorum talia obseruãtium [Bulgarorum] ad quorum consulta respõdet papa Nicolaus, isti nuper ad fidem cõuersi erant, & inter multa alia consulta consuluerũt de his quæ in hoc capitulo continentur. s. quæ solennitates in matrimonio contrahendo obseruandæ sunt, & vtrum his prætermissis matrimonium posset contrahi sine peccato [non gatura] sicut fiebat alicubi [nuptialia fœdera]. i. sponsalia, sed circa finem capituli nuptialia fedęra dicuntur carnalis coniunctio, sed post sponsalia [fœdera quoque]. i. cõsensus de præsenti [horum in quorum &c.] hoc de honestate. Hu. [annuol fidei]. i. qui significat mutuum amorem, & fidem coniugalem esse seruandam inter eos vt infra c. fœminæ. Hu. [dotem]. i. donationem propter nuptias [scripto] debẽt. n. dotalia instrumenta fieri, in quibus describuntur pacta de dote, & donatione propter nuptias [aut mox]. i. statim, ꝙ sponsalia sint contracta, aut tempore apto nuptijs. Hug. [ad nuptialia fędera]. i. carnale commercium, vel cõuiuia nuptialia cum oblationibus secundum religionis illius cõsuetudinem [cœleste]. i. misticum aliquod spirituale significans, hæc sunt quæ in sponsalibus exiguntur [hæc cuncta &c. aliqui dicunt excipitur benedictio sacerdotis, quia cum illa cadat sub præcepto, vt extra de ferijs. capellanus, non potest omitti sine peccato. Hu. dicit contrarium dicẽs, quod omnia illa possunt omitti sine peccato, quia omnia de consilio suadentur, & nullum præcipitur, vnde aliter facere non est peccatum.

1 *Promoueri non debet qui primo cognouit aliquam, & postea eam desponsauit, & duxit.*

QValis. Ad idem est hoc cap. Leonis papæ. Summa est in rubro, vel qualis debet esse sponsa more sanctorum antiquorum patrum, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit qualis debet esse desponsanda, & quòd publice debet desponsari. In secunda ostendit quid iuris si fuerit fornicata. secũda ibi, si fornicata. Lege. ¶ [Qualis] ista litera vno modo potest legi sic, & videtur nobis bene ad mentem Leonis papæ [secundum legem] secundum legem enim docemur exemplo patriarcharum Abraham, Isaac, & Iacob, & plurimorum aliorum, qui seruauerunt hunc modum in suscipiendo sponsam, & publice fecerunt, & non in occulto [euangelium] quod patet Ioann. secundo vbi Christus venit ad nuptias, & mater eius, & discipuli [vt non in occulto] sed in manifesto, & publice nuptiæ cohęrentur, & cum benedictione, quam designauit Christus conuertendo aquam in vinum. Rebecca cum benedictione parentũ tradita est per seruum Isaac, & cum magna solennitate, Genesis 24. Et similiter Lya & Racchel Iacob, & patet Genes. 29. [separanda] Matt. 19. quos Deus coniunxit &c. [si &c.] secunda pars, patet ibi. Matth. 19. aliter legit Hug. hc qualis supp. [debeat] ad hoc, quod quis ex eius copula non repellatur à promotione secundum legem promotionis, scilicet vt à promotione quis inde impediri non possit virgo [potest quis contrahere cum corrupta, sed postea promoueri non potest, non quia sit peccatum contrahere cum corrupta, sed propter sacra-

Diuisio. — Exponit literam.

menti defectum efficitur indignus promotione [casta] .i. postea castitatem seruans. Nã si postea adulteratur, & post adulterium maritus cognoscit repellitur à promotione, vt dis. 34. si laici. Hu. [desponsata in virginitate] ar. † ꝙ ille qui
Hugu. 1 primo cognouit aliquam, & postea desponsauit & duxit, non debet promoueri tanquam ille qui accepit corruptã. ar. di. 34. curandum præcipimus, & di. 26. acutius, dicunt tamen quidam, quod promoueri potest quia ratio & causa quare maritus corruptæ promoueri non potest, non videtur esse eo quod duxit mulierem corruptam, non. n. iste vel ista diuisit carnem suam in duas. Est. n. vnus vnius, quæ est vna, sed forte nõ est ista sola causa, imo generaliter prohibitum est. s. ne maritus corruptæ promoueatur, nec exceptio aliqua innuitur & expresse in hoc capitulo dicitur, ꝙ desponsata in virginitate debeat desponsari. Hu. [propter hominem] .i. sua autoritate, & hoc est quod in euangelio habetur, quos Deus coniunxit &c. [si fornicata] 2. pars. [dimittenda] Matth. 19. [ob solam causam fornicationis] non debet aliam ducere, quod si fecerint adulterantur Mat. 19. & 5. & pœnitentia iniuncta aut iniungenda illi scribitur in charta, & pęnam promittat si tenderit in adulterium, sicut faciunt ab hæresi reuertentes & multi alij, & 1. q. 7. cõueniẽtibus, & c. quoties Hu.




Ponsus. Ad idem est hoc cap. ex concilio apud Aluarinam. patet ibi, pro reuerentia. Ex hoc colligitur quod non est peccatum si aliter fiat Hugutio, & gloss. hoc capitul. loquitur de concilio, & sequens.

1 *Vxor non est ducenda sine publicis nuptijs.*




Vllus. Ad idem est hoc c. ex. concilio Arelatẽsi. 6. Summa † ꝙ sine publicis nuptijs non est vxor ducenda. Lege. [Nullum iuxta possibilitatem] secundum facultatem, & viri nobi-
Exponit literam. 1 litatem, vt. ff. de iure dotium, quæro. ff. de reli. si quis sepulchrum. §. vltim. gloss. [fiat dos] loquitur de honestate, quia nuptiæ extra dotalia documenta, & ex solo affectu valent, & sunt rata, vt in aut. quibus mo. na. fin. effi. legi. §. illud
Archi. quoque. colla. sexta. Archidiacon. Dicunt quod semper est dandum aliquid in dotem, licet nimia paupertas cogat, vnde dicitur iusta possibilitatem, quòd non credo esse verum Hug. gloss.



Ed quæritur. Hic incipit secunda pars quæstionis, in qua declarat quid sibi velint istæ solennitates, q̃ in nuptijs obseruantur, pro quo inducit sequẽtia capitula.

1 *Mulieres debent velari cum nubunt.*
2 *Annuli impositio vel immissio facit præsumptionem pro matrimonio.*



Oeminæ. Hoc capitulum est beati Isidori in 2. lib. de officiis. Sum-
Exponit literam. 1 ma est, † ꝙ mulieres velari debent cum viros ducunt. Lege. ¶ [Fœminæ velentur] quodam velo dum benedicuntur, de hoc sic dicit apostolus 1. Corinth. 11. quod omnis viri caput Christus est. Caput autem mulieris vir, etenim debet mulier velamen habere super caput suum in signum. s. subiectionis, q̃a mulier est sub potestate viri, nõ. n. vir ex muliere sed mulier ex viro. Genesis 2. mulieriquoque dictum est Genesis 3. sub potestate quoque viri eris. Ex quo colligitur quod talis reuelatio non competit viro [copulantur] .i. colligant inuicem [vitta] .i. vno vinculo, qualiter hoc fiat nescio, & forte colligantur sicut boues, nec hoc fit vbique, sed tangit consuetudinem alicuius loci. Hugu. & hoc in signum quòd coniuges vinculo coniugalis societatis coniunguntur, nec in vita separentur. Genesis 20. propter hoc
Hugu. relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ [at vero vitta] id est velum &c. supple sit ideo. Hug. [vt hoc signo] .s. candidi & purpurei coloris [in primis] .i. circa principium desponsationis [mutuæ] id est reciprocæ, & circularis sicut annulus in se reciprocatur & circulatur [vt eodem pignore] .i. signo [corda iungantur .i. iuncta esse
2 vinculo matrimonij ostendatur. Hug. argum. † quòd semper præsumitur pro matrimonio per impositionẽ vel immissionem annuli, & si nulla alia indicia appareant pro matrimonio, vt 37. q. 2. si quis vxorem. Et hoc est verum, nisi probetur in contrarium. s. ꝙ causa loci vel experientiæ, & non causa matrimonij hoc fecerit, & semper incũbit onus probationis ei, qui vult venire contra matrimonium. Hu. de quo vide plenius in gl. [vnde] .i. quia signum est coniunctionis corporum futuræ [inseritur] non sine causa sed ex eo, quòd in eo vena. inseritur autem tali digito. s. quarto ad significandum quòd ideo coniunguntur, vt prolem relinquant. Hug.

1 *Matrimonium potest contrahi inter absentes.*



Ec illud. Ad idẽ est hoc capitulum Ambrosij in libro de patriarchis. Summa est in rubro. patet capitulum. Lege. ¶ [Nec illud otiosum] .i. sine causa factũ Hu. vel non sine ministerio factum est [Rebecca] de qua dr̃ Genesi. 24. vbi hæc historia habetur [descendit] in signum reuerentię viri, & propriæ humilitatis [obnubere] .i. tegere, seu cooperire in signum subiectionis, & verecũdiæ, quæ maxime regnare debet in virginibus cum ad nuptias deducuntur [vxor esse ducitur]
1 argumen. † quòd inter absentes potest contrahi matrimonium, qui nunquam se viderunt, quod est verum si fama vel aliquo modo se nouerint. Hugu. & glossa [inde nuptiæ & cætera.]

1 *Iurauit aliquis de ducendo aliquam in vxorem, an sit propterea ducenda eius vxor.*

Sed obijcitur. §. est, in quo incipit quarta pars quæstionis, in qua probat quòd clandestinum matrimonium tenet si probari potest. Nam sine vera probatione nullus debet cõdemnari. Et hoc probat per vnam legem & quatuor capitula Ioann. de Lege. ¶ [Sed obijcitur ex post facto conualescunt] vt in decimis à laico concessis monasterio. primo non valet, sed accedente consensu episcopi valet, vt 16. quæst. prima quoniam quicquid. Hug. [vouentes] hoc intellige de omnibus vouentibus. Hugu. [vnde & Euaristus hinc & in nouella] hic surgit quæstio, vtrum sit verum quod dicitur hic. s.
1 † quòd si quis iurat aliquam ducendam in vxorem, quod talis sit legitima vxor eius arguitur in gloss. ad vtranque partem. Quod sic. tenet Bernardus & Innocentius extra de spon. ex parte. Et gloss. in summa de clandestina desponsa. §. sed quæritur. Sed Hug. videtur aliter dicere. Et Laurent. Sed quod prius dicitur verius credo ait Archidiacon. [his ita respondetur] ibi [nisi quæ certis] & verosimilibus probationibus, quibus standum est donec in contrarium probetur [comprobantur] 11. quæst. 3. in cunctis, & infra. eod. nullum [manifesto iudicio] .i. manifeste in iudicio [iudiciario ordine] .i. sententia ordine iuris probata. Sæpe. n. per sententiam vnius iudicis fit fides alteri iudici, vt 2. quæst. 1. multi, & 11. q. 3. corę.

1 *Iudex debet iudicare secundum allegata.*



Vllum. Ad idem est hoc capitu. papæ Euaristi. summa est in rubro. Lege. ¶ [Nullum ante veram] .s. vt crimẽ vel causa subsit. Hu. [iustam] .i. ordine iuris .s. legitime factam [testante apostolo] ad Rom. 9. [alienum] .i. ab alio iudicandum Hug. suo domino stat remunerandus, si bene fecerit, aut stat puniendus si male fecerit [mala &c.] hæc verba habes 2. q. 1. Deus [passim] .i. indistinctè [pręcipitando] quod sæpe fit ex ira tempore commotionis, & tunc differenda est sententia argum. quinto quæst. relatum, & 11. quæst. secunda,
1 illa ex omnibus his capitulis habetur † quòd iudex debet iudicare secundum allegata tertia quæst. 7. iudicet, & 11. q. tertia, graue Hug.

1 *Aduocati debent audiri a iudice donec velint allegare.*
2 *Interrogationes iudiciales locum habent vsque ad sententiam.*



Vdicantem. Ad idem est hoc capitulũ papæ Eleutherij. Summa est in rubro. non diuiditur. Lege. ¶ [Iudicãtem riminari] & potest interrogare de facto quoties aliqua dubitatio occurrat, vt extra

vt extra de fide instrumen. cum Io. circa finem. Nam quandocunque & ante litem contestatam & post vbicunque æquitas monet ipsum iudicem debet interrogare, vt in ca
1 pitulo iudicantem Arch. [patientia] ar. † ꝙ aduocati debēt audiri à iudice donec velint allegare, alias potest ei obijci hoc capitulum, si tamen inutilia dicant, & non ad rem, repellendi sunt], Hu. [actio]. i. causa vel negotium. Hu. [quod proponant] ergo ex quo partes abrenuntiant allegationibus, non sunt postea audiendæ, & statim potest ferri sententia. Hug. [frequenter interrogari oportet] a iudice vsq; ad probationem sententiæ, vt extra de fide instru. cum Io. debet. n. inducere cōtra aliam partem si prætermissum est aliquid vtile, ex alia parte propter imperitiam aduocatorum, & inde interrogare quo modo hoc intelligat. Et ad hoc respondeat. Et sic vtrique parti debet obijcere. Hug.
2 †Et no. ꝙ istæ interrogationes iudiciales locum habent vsque ad sententiam. ff. de interroga. ac. vbicunque Arc. Arch.

Ex præmissis. §. est in quo concludit Gratianus rationem, quare clandestina matrimonia sint prohibita. ¶ [Calisti papæ] 3. q. 9. testes [quæ sub earum præsentia] nisi in consanguinitate, & in solutione pecuniæ, tunc. n. recipitur testimonium de auditu, vt 3. quæst. nona. §. de his, & 35. quæst. 6. de parentela [apparet] verba sunt Gratiani [se copulauerint] supple si primum fuerit legitimum. Exponit literam.

¶ Causa trigesima prima.



Xorem. Hic incipit & intitulatur causa 31. quæ sic continuari potest: magister Gratianus tractauit in causa proxima de cognatione spirituali, & legali, & de clandestinis matrimonijs, hic incipit tractare de duobus alijs impedimentis. s. enormitate criminis. In prima quæstione duo proponit. s. illam non esse ducēdam in matrimonium, quam quis polluit per adulterium, & coactionem. In secunda ostendit puellam nulli esse tradēdam inuitam, adiungit etiam in 3. quæstione de fide sponsalium non frangenda, vt autem hæc conuenientius expediat, ponit more solito thema & ex eo elicit tres quæstiones supradictas.

¶ Quæstio prima.



Dulterio. Hic incipit prima quæstio quæ diuiditur in tres partes. in prima probat per sex capitula, ꝙ nullus ducat in matrimonium quam polluit per adulterium. In secunda vtrum sit peccatum cōtrahere secundas nuptias, & probat ꝙ sic. in tertia probat contrarium. s. quod non sit peccatum contrahere secundas nuptias, nec deinceps. secunda ibi, de his. tertia ibi, aperiant.



Vllus. Pro parte negatiua quæstionis primæ inducitur hoc capitulū quod est Leonis papæ, summa est in rubro. breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius partis
1 quæritur † vtrum quis possit ducere in vxorem quam polluit per adulterium. Et videtur ꝙ non. primo ex capitulo præsenti. ¶ In oppositum sic, ecclesia reijcere non debet quod Deus licitum esse monstrauit, sed Deus mōstrauit adulteros coniungi licitum esse, quia nullo præcepto prohibetur, nec in veteri nec in nouo testamento. ergo &c. ¶ Secundo sic. in alijs sacramentis si seruatur forma & assit materia fit sacramentum, sed ista sunt in isto cōtractu, ergo &c. Tertio sic. quibus nullum obstat impedimentum legitime possunt contrahere, sed istis nullum obstat impedimentum. ergo sunt legitimæ personæ. ergo &c.

Item in oppositum est in c. sequenti, quod est beati Augu. ¶ Respondeo dicendum pro pleniori notitia præsentis
2 materiæ est notandum † quædam crimina impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt cōtractum. Et sunt septem. primum est incestus vt. 32. q. 7. si quis viduam, & cap. qui dormierit, & c. concubuisti. secundum est de illo qui interfecit propriam vxorem 33. q. 2. admonere. & c. interfectores, tertium est quando quis rapuit sponsam alterius 27. quæst. 2. statutū, quartum si quis insidiādo proprio matrimonio proprium filium suscepit de sacro fonte baptismatis, vt possit priuare vxorem debito coniugali 3. q. 1. de eo. quintum est quando quis interfecit sacerdotem. extra de pœn. & re. qui presbyterum. sextum est solenniter pœnitens 33. q. 2. de his, & ca. antiqui. septimum est si quis monialem scienter in vxorem accipit 27. q. 1. hi qui, omnes prædictos casus ponit Ray. Albert. S. Tho. in 4. & Petrus & etiam Host. præter vltimum quem solus Host. addit, licet autem hæc & forte alia impediant contrahendum, si tamen continetur de incontinentia debet eis episcopus concedere licentiam nubendi. ar. 33. q. 2. antiqui, & c. in adolescentia, & extra de eo qui cog. consanguineam vxoris, ex literis. Et secundum ꝙ addit Guil. sufficit licentia proprij sacerdotis, imo ꝙ de consuetudine non serua-
3 tur iste rigor petendi licentiam † quædam vero sunt crimina quæ dirimunt matrimonium contractum. primum est si mulier machinata fuerit in mortem vxoris alterius, & ipsam cum effectu occiderit animo habendi virum illius in suum. Et similiter si quis machinatus fuerit, & cum effectu occiderit virum alicuius, vt habeat eius vxorem, tales si contraxerint sunt omnino separandi, vt infra eod. si quis. viuente. secundum crimen est adulterium, & de hoc ponitur ista conclusio responsiua ad quæstionem iuxta gloss.
4 & sanctum Thom. & Albertum † quod indistincte & absolute potest quis ducere in vxorem quam polluit per adulterium nisi in tribus casibus. ¶ Primus est si viuente marito fidem ei dedit, quod eo mortuo duceret eam in vxorē, hoc intelligendum est vt dicit S. Thom. quando tam adulter quam adultera sciebat impedimentum, alias matrimonium non dirimeretur. ¶ Secundus est, si alter eorum in mortem mariti machinatus est cum effectu, in his duobus casibus impeditur matrimonium contrahendum, & dirimitur contractum, quia talis prohibitio perpetua est, vt infra eadem relatum, & ca. si quis, & extra de eo qui capit. vltim. ¶ Tertius est quando contraxit de facto cum ea. primum. n. matrimonium facit quod non stat secundum, vt dicit S. Thom. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de cap. præsenti dicendum est, quod hoc capitulum restringitur & intelligitur de casibus tribus assignatis. ¶ Ad primam in oppositum respondetur iuxta Albertum magnum. primo quod hoc rationabiliter est ordinatū ab ecclesia, vt plurima homicidia, & adulteria euitentur, quę illius causa familiaritatis fieri possent. Ad argumentum dicendum, ꝙ multa non leguntur expresse prohibita in lege, quę ecclesiæ suę prohibenda commisit, dedit. n. ei Deus claues, & inspirationem sancti spiritus, vt in talibus ordinet & statuat expedientia, & hæc non sunt tam statuta humana, quam etiā diuina vt dicit Albertus. ¶ Ad secundam rādetur iuxta eundem Albertum, ꝙ hic nō est materia sub debita dispositione ordinaria, quia malitia criminis obstantis est in materia. ¶ Ad tertiam respōdetur negando minorem. dicitur. n. quod obstat eis impedimentum criminis. Litera patet ex dictis.

S. Thom. Albertus. Ad primum argu. In opposi- tum. Ad secūm. Ad tertium.



Enique. Pro parte contraria inducitur hoc capitulum beati Augustini libr. de nuptijs & concupiscentia. Summa est in rubro. patet. Leg. ¶ [Denique fieri potest] nisi in casibus in capitulo superiori assignatis, nisi ergo alter istorum casuum interueniat, vt infra 22. q. 7. quid. Exponit literam.



Osse. Ad idem etiam hoc capitulum Aug. libr. de bono coniugali. Lege. ¶ [Posse ex personis illicite] siue per fornicationē, siue per adulterium. Sicut. n. generaliter loquitur, ita etiam generaliter potest intelligi. Hu. simile 22. q. 4. inter [placito]. i. maritali affectu voluntario. Hug. Exponit literam.

Hæc vltima. §. est, in quo magister Gratianus determinat pdicta capitula, dicit. Hu. quòd

quòd non est authentica ista determinatio. Lege ¶ [Hæc vltima] scilicet capitulum proximi, scilicet posse, de concubinis loquitur, & quare non de adulterinis. Hu. pro hibens sine non, prima autoritas .s. denique [de repudiata] per fornicationem, vel de facto [habet aliquã veniã] quasi nõ omnimodã, qa ignorãtia iuris nõ excusat à crimine licet alleuiet pœnã, in eodem tamen genere delicti semper grauius peccat sciens, quam nesciens, vt 32. quæst. 7. quemadmodum [dum creditur esse licita] ignorantia iuris, quia credit licere derelictam à viro duci in vxorem primo viro viuente, quo casu nullus excusatur, quia nulli licet ignorare hoc ius, cum sit naturale, & euangelicum. Hu.



Llud. Ad idem est hoc capitulum sumptum ex concilio Alpheno. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit statutum. In secunda explanat quomodo sit intelligendum. secũda ibi, hic subaudiendum est, patet Lege. ¶ [Illud præiudicamus].i. præ alijs iudicamus .i. firmiter statuimus [aditus illicitus]. ¶ Surgit hic. qõ. quæ tangit in gl. & apud Hug. quasi similis & eadem est responsio [nec vlterius ei iungatur] restringe tamen ad tres casus notatos supra. Si tamen intelligatur generaliter prohibetur tamen, quia nõ est honestum vt contrahant. vnde [sequitur] nec christianę religioni conuenit & c. hic] secunda pars .i. in hoc loco præsentis quæstionis, declarat .n. quomodo sit intelligendum, ꝙ polluta in adulterio non sit ducenda in vxorem, dicit, capitulum primum vbi dicitur & nullus ducat & c. & finis præcedentis capituli, vbi dicitur, non conuenit Christianę religioni & c. intelligenda nisi post peractam vel inceptam pœnitentiam, quia tunc possunt contrahere, & si nihil & c. extrahit duos casus prædictos .s. de eo qui machinatus est in mortem viri, & de eo [qui fidem].i. promissionem nudã vel iuratoriam vel huiusmodi.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio



Elatum. Ad idem est hoc capitulum ex concilio Tiburiẽsi. Summa est in rubro. Sed pro maiori intelligentia huius secundi casus. Quæritur, vtrum sit conueniẽter dictum & videtur quod non, sic. licitum est post mortem viri hanc ducere vxorem. ergo licitum est promittere. ergo propter promissionem nõ debet impediri sequens matrimonium, sed confirmari. si ergo simplex adulterium non impedit, ergo non impeditur cum fide datione. ¶ In oppositum est textus præsens. ¶ Respondeo iuxta dominum Bonauenturam in quarto, quòd talis fides non est fides, sed potius infidelitas, pro eo quòd est contra bonum fidei, quo vxor tenetur alligata viro. Et ideo cum in fidei datione matrimonia inchoentur, & talis fides matrimonio repugnet, non initiat, imo simpliciter inhabiles reddit, quia non initiari amplius inter tales personas potest nec cõsummari, quod vero arguebatur quòd licitum est, respondetur quòd falsum est, tum quia fit ex mala causa. Tum quia occasio multorum malorum. Et ideo si iurat non obligatur ad iuramentum seruandum, sed potius ad pœnitentiam faciendam pro iuramento male & inordinate emisso. Lege. ¶ [Relatum quod & factum est] .i. inter tales matrimonium de facto est contractum. Hug. [anathematizamus] .i. separamus sicut est expositum. 2. q. 1. in primis. Hug. & glos. ¶ Surgit hic questio. Quid si nõ violauit, sed dedit fidem, quòd remanebit cum ea post mortem mariti. dicit Hug. quia de re non vacante non debet fieri promissio, non potest cum ea manere. arg. 2. quæst. 1. in primis. ibi ad Malichitanam. Alij dicunt contrarium, vt in gloss. vide.

Quæstio. Opponit & Respondet Bonauent. Exponit literam. Quæstio Respondet


1 *Pœnitens solenniter prohibetur contrahere matrimonium, nisi timeatur de incontinentia.*

2 *Adulter si machinatus fuerit interficere virum adulterę, & quantum potuit dedit operam, sed nunquam potuit habere effectum, an poterit illam habere in vxorem,*

Et quid si casu interfecit illum. nu. 3.

Et quid si ex certa scientia, sed in bello nu. 4.

Et quid si fecerit eum interfici consilio vel præcepto. nu. 5.



I quis viuente. Ad idem est hoc capitulum ex eodem concilio. Summa est in rubro. patet Lege. ¶ [Si quis accusatur] non dedit fidem de ea ducenda [præsumpsisse] vel voluisse dicere [pœnitentiæ publicæ] id est manifestæ, non solenni † quia pœnitens solenniter prohibetur contrahere matrimonium, nisi cum timetur lapsus incontinentiæ propter iuuenilem ætatem, tunc enim ei conceditur contrahere matrimonium, vt 33. quæstio. 2. in adolescentia. seruabitur regula contrahendi matrimonium, vt contrahat cum illa. Hug. [si expedierit] hoc ideo dicit, quia .s. timeat [lapsus iuuenilis] incontinentiæ, vt 33. quæst. 2. in adolescentia. Hug. & in gloss. [occidisse] hoc ipso vt coniungerentur, vel ei ille dedisse fidem viuente marito [aut propinquitas] .i. consanguinitas, vel affinitas legitime contracta [huiusmodi actio criminalis] .i. affinitas contracta per crimen, puta cognouit matrem, vel sororem, vel cõsanguineam eius, antequã cõtraheret cum ea, & postquam eam cognouerit per adulterium. Hu. [perpetuo] quo ad illam, vel etiam quo ad aliã, & hoc ratione criminis, nisi iuuenis sit, vt 33. quæstione 2. interfectores, & c. in adolescẽtia, quia dicit occidisse. ¶ Surgit hic quæstio donamus † quod adulter machinatus fuerit cum interficere, & quantum potuit dedit operam, sed nunquam potuit habere effectum. Quæritur vtrum talis poterit illam habere in vxorem. Quidam dicunt quod non. Sed Hug. dicit, quod sic, quia in capitulo dicitur occidisse. Si ergo alibi inuenitur, quod non debeat quis habere illã, qui in morte viri machinatus est, intellige cum effectu. Nã in tali casu verba sunt cum effectu accipienda. Non ergo sufficit machinari, nisi occidat. ¶ Item surgit alia quæstio. 3 † Quid si casu interficit illum. Respondetur quod non imputabitur ei. dist. 55. qui partem. Hug. Surgit alia quæstio 4 † quid si ex certa scientia sed in bello, vtpote quia inimicus eius. Respondetur vt omnia talia vno verbo determinentur, quod quocunque modo vel ex quacunque causa eum interficiat, non imputabitur ei ad hoc, nisi idem interfecerit vt eam duceret. Hu. ¶ Alia quæstio † quid si fecerit eum 5 interfici præcepto vel consilio. Respondetur secundum Hug. quod imputatur ei, quasi ipse occidisset. arg. dictæ .l. si quis viduã. ¶ Surgit quæstio quid si non mandauit, nec consuluit sed postquam fuit interfectus ratum habuit. Respondetur secundum Gulielmum & Laurent. quod licet secundum aliquos in maleficio ratihabitio retrotrahat ex mandato, comparet, tamen propter hoc non dirimetur matrimonium sequens.

Exponit literam. Hugu. Quæstio Respondet.



I qua. Ad idem est hoc cap. ex eodem concilio & ponitur extra de diuor. cap. 1. palea est, sed exponitur sic litera [conciliata] .i. machinata, vt extra de eo qui duxit in matri. significasti. [aliam vxorem ducere] .s. post mortem vxoris, vt extra de dist. cap. primo alias non tenet quod hic non dicitur, vt 33. quæst. secunda quicquid, & quæst. 7. dominus, & cap. omnes, secundum gloss. Archid.



I qua vidua. Ad idem est hoc capitulum ex concilio Eliberitano. Summa est quòd vidua potest eum cũ quo adulterata est ducere in maritum, post peractam pœnitentiam, breue est & patet. Lege. ¶ [Si qua męchata] cum alio primo viuente viro. Hu. [postquam] quinquennium. Sed nonne pro adulterio debet imponi septennis pœnitentia, sic vt 33. quæst. tertia, hoc ipsum. sed pœnitentiæ sunt arbitrariæ. Hug. & Laurent. vt de pœn. distinct. prima. mensuram, vel dicendum. secundum Hug. quòd non dicitur quòd plures non pœniteat sed quod prius non reconcilietur ad communionem sacramentorum..

Exponit literam.

1 *Immolatio animalium fuit præceptum in lege veteri.*

2 *Dauid interpretatur manu fortis.*

3 *Vrias interpretatur lux mea Deus.*

4 *Bersabeæ interpretatur puteus septem.*

Sed obijcitur. §. est, in quo ponitur obiectio contra prædicta. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit obiectionem. In secunda soluit vno modo. In tertia assignat aliam rationem prohibitionis ecclesiæ. secunda ibi, sed in veteri. tertia ibi, sed est alia, ratio. Lege. ¶ [Sed obijcitur] quia Dauid vt habetur secundo. Reg. 11. & habetur distinct. 50. §. econtra. Adulterium m

2 † Adulteriũ Adde q̃ adulteriũ dr̃ cõmittere ꝗ post spõ̃salia de pñ̃ti alterã cognoscit Pe. de Anch in c significauit nu. 1. de eo qui du. ĩ matri. quã pol. p adulte.

rium,² commisit cum Bersabeæ & Machinatus est in mortem viri illius, imo eo præcipiente mortuus est Vrias vir Bersabeæ adulteræ,& tamen post mortem Vriæ Dauid duxit Bersabeæ in vxorem[Sed in veteri]secunda pars. licet autem Gratianus verum dicat dicens q̃ multa permittebãtur &c.non tamẽ bene soluit obiectionem.planius & breuius dixisset,q̃ inter Bersabeæ & Dauid fuit matrimoniũ quia nondum erat prohibitum.Ecclesia.n.postea instituit talem prohibitionem[sicut permittebantur]hæc permissio comparatiua fuit,quia fuit permissum vt vitaretur grauius.s.homicidiũ.simile 33.q.2.si q̃ verius Hu.[sicut deus permisit]imo nõ solum permisit immolari animalia,imo præcepit decernendo aĩalia munda ab immundis quæ figurabãt immolationem domini nostri Iesu in ara crucis. præcipitur.n.Exod.12.immolatio agni paschalis & aliorũ aĩalium de quibus Apostolus dr̃ ad Hæb.9.Si sanguis Taurorum,Hircorũ,& vitulorum,& cinis aspersus vitulę emũdabat inquinatos ad emundationem carnis,quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis†vnde immolatio animalium non fuit pmis-
1 sio imo præceptum ad significandum verum sacrificium Iesu Christi,qui est agnus Dei,qui tollit peccata mũdi Io. 1.[sacramenta futurorum]vt de pœn.dist. 3. illud † Dauid
2 .n.interpretatur manu fortis,quæ intelligitur Christus, q fortiter debellauit aereas potestates,mortẽ superauit,diabolum destruxit†Vrias interpretatur lux mea Deus qui lu-
3
4 cidus fuit creatus & voluit esse vt Deus†Bersabeæ interpretatur puteus 7.& significat ecclesiam gentilem,quæ septiformi grã spũ sancti repleta est,hæc olim fuit vxor Vriæ, quia diabolo adherebat per idolatriam,sed postea interfecto Vria.i.destructa potestate diaboli,copulauit sibi Bersabeæ,ecclesiam de gentilitate collectam sibi amoris vinculo colligauit Hu.[sed est alia ratio]tertia pars.ponit aliam rationem quare vxor defuncti huic nubere nõ possit.s.ne nimium & frequenter matrimonia contrahantur, & ad hoc prohibent presbyteri interesse ad benedicendum.

Hugu.

1 *Presbyter qui interest secundis nuptijs durantibus primis debet deponi.*

DE his. Hic est secunda pars quæstionis, in qua loquitur de secũdis nuptijs quarum quædam licitæ & quædam illicitæ.Capitulum hoc est sumptum ex concilio Neocesariensi.Et diuiditur in duas partes.In 1.ostẽdit eos peccare,qui frequenter ducunt vxores simul,modo vnam,cras aliam.In secunda statuit presbyterum non debere talibus nuptijs interesse.secunda ibi, presbyterum vero,& ista summa capituli. ¶[De his]hoc c.ego intelligo non de secundis nuptijs licitis,sed de secundo nubentibus primis maritis vel vxoribus adhuc viuentibus,qui vel quę plures habent maritos vel vxores.Et q̃ de talibus hoc capitu. intelligatur ex ipsa litera ex concilio Martini Papæ infra 32.quæstione.7.si quis multis[frequenter ducunt &c.]hodie vnam,cras aliam prima viuente,similiter post cras aliam, & sic de cæteris, & ita simul habent plures vxores sicut habent saraceni.[sæpius nubunt] primo vni postmodum alij primo viuente[manifestum est tempus].s.pœnitentiæ[constitutum esse his.sed conuersatio].i.fidelis,& deuota conuersatio [tempus abbreuiet] 32.q.7.si quis,& dist.77.monachus[etiam quandoque præcellat conuersatio tempus pœnitentiæ]vt dis.50.domino & c.hi qui.Hu.26.q.7.sacerdos Arc.[præsbyterum]secunda pars.[secundarum].s.talium Hu.maxime secundis nu-
1 ptijs contrahentibus durantibus primis Hu.†vnde presbyter qui talibus secundis nuptijs interfuit, debet deponi si prior vxor viuat 11.q.3.Theugaldum,vel etiam non debet interesse,quando personæ contrahentes sunt illegitimæ vel quando contrahuntur tempore prohibito [conuiuium]gulosus est & puniendus presbyter,qui propter cõuiuium indebitas nuptias honorat [consentiat] vt benedicat Hugu.

Diuisio.

Exponit literam.

Archi.

1 *Incontinentia magis præsumitur in secundis nuptijs quam in primis.*

2 *Præcipimus verbum aliquando ponitur pro permittimus.*

HAc ratione Ad idem propositũ.s.de secũdis nuptijs quo modo concedantur,& an sint licitæ sunt sequentia capitula. inter quæ est hoc primum beati Io. Chrysostomi.summa videtur esse quod in rubro.Et diuiditur ĩ duas partes.In prima ponit duas permissiones factas, vnam in veteri testamento per Moysem,qui permisit q̃ quis daret libellum repudij vxoris,vt eam dimitteret,& illa viuẽte aliam superinduceret.in nouo testamento facta est ab apostolis permissio de ducenda secunda vxore prima mortua.In secunda parte comparat vnam promissionem alteri,& ostendit eas in aliquo similes,& in aliquo dissimiles. secunda ibi,nam secundam,vt aut melius intelligatur tenor pręsentis c.& descẽsus ad literam,nota, quod ista sunt verba Chrysostomi exponentis illum locum Matthæi. dictum est autem quicunque dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij.Ego autem dico vobis, quia omnis q dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mechari.locum illũ exponẽs dicit ibi permisit Moyses dari libellum repudij,ne per odium effunderetur sanguis,permisit fieri mala ne fierẽt peiora,& tandem supponit q̃ hic dr̃.hac rõne.i.simili. sicut.n.Moyses permisit dari libellum repudij ,vt vitaretur homicidium,sic apostoli permiserunt secundas nuptias,vt vitetur malum fornicationis.Legc. ¶[Hac ratione].i.simili sicut dictum est[apostoli]alij facto , Paulus scripto.¶Sed surgit quæstio . Nonne in veteri testamento & statim post peccatum hoc fuit pemissum . respondetur q̃ sic. sed apostolus permisit & permissum in scriptis redegit Hu.[præceperunt].i. permiserunt[secundas nuptias].i.coitum qui fit cum vxore causa incontinentiæ.¶Surgit quæstio,nunquid hoc idem est
1 in primis nuptijs respondetur q̃ sic.Sed dr̃ secundis†quia magis præsumitur de incontinẽtia in secũdis nuptijs[nam secundam] secunda pars,vbi ostendit q̃ non sunt in omnibus prædictæ permissiones[nam præceptum].i.permissio accipiendi secundam mortua prima[licitum est]1.Cor.7. infra e.Deus.vbi ait mortuo viro nubat cui voluerit tantum in domino Hu.[secundum].i.sed accipere secundam [secundum permissionem Mosaicam].s.prima viuente vere est fornicatio secundum veritatem,siue adulterium Hugu.ab hinc tantum de illo permissione Mosaica, sed cum permittente Deo[per Moysen hoc talis fornicatio].s.secũdam duceret prima viuẽte[licenter].i.sine pœna legali, qa corporaliter secundum legem non puniebantur licet peccarent mortaliter[sit honesta fornicatio].i.impunita,quia non puniebatur corporaliter vt dictum est,non tamen excusabatur à peccato, vel pœna æterna , propterea q̃ talis fornicatio erat Moysi permissa, non præcepta[propterea benedixit Christus in euangelio]Matthe.19.& dicere potuit,qa oĩs q dimisit &c.sic potuit præcipere vt nullus daret libellũ repudij Hug.[quia Moyses non præcepit]si.n.pcepisset,postea dñs non daret præcepta cõtraria præcepto serui,sed qa ille tantum permisit sine vlla contrarietate,potuit ille prohibere,qa permissio & prohibitio non sunt cõtraria Hu.[aliud.n.est nolentes].i.quando non approbantes[præcipimus].i.permittimus,qa prohibere vel punire
2 non possumus†nota hic in proprietatem huius verbi præcipimus,pro permittimus.

Exponit literam. Quæstio. Respondet.

Quæstio. Respondet.

Hugut.

1 *Vir vnus simul non debet habere nisi vnam vxorem,& econuerso.*

2 *Catachysmus quid dicatur.*

3 *Lamech quare fuerit plus quam Cain.*

4 *Bigamia Lamech non fuit vera bigamia , sed potius adulterium.*

5 *Bigamus proprie quis dicatur.*



VOmodo. Ad idem est hoc cap. quod est B. Hierony. summa est in rubro.diuiditur ĩ quinque partes. In 1. redarguit eos,& eas,q vel quæ habent plures simul vxores,vel maritos,vt nunc habent saraceni,primo exẽplo Samaritanę inde à dño reprehensę.secundo exemplo & rõne primæ ĩstitutionis cõiugij.3.exemplo Lamech inde grauiter puniti.quarto vtẽdo argumento à maiori.vlt.reprehendit quosdam q dicebant secunda matrimonia,non esse concessa viduis,nisi in casu secunda ibi,vna costa.tertia ibi,primus Lamech.quarta ibi,quam sancta.quinta ibi,si autem panis.Leg.¶[Quomodo].i.sicut Hu.[concedit apostolus nuptias].i.coitum, qui fit causa incontinentiæ cum vxore,vel marito[periculo].i.propter vitandum periculum fornicationis,& excusabile

Diuisio.

Exponit literam.

Diuisio.

sabile [quod inter coniuges geritur] .i. excusat coitum illum ab adulterio, vel fornicatione [quod per se non appetitur] .i. non est appetibile .i. non debet appeti propter se tã quam summum bonum, sed debet appeti causa prolis, vel causa vitandæ fornicationis [concedit] .i. permittit secunda matrimonia [quoniam melius est] electiue ponitur, quasi diceret, hoc bene fit, & illud male virum vnum solum habere vno tempore [licet] .i. quanuis [alterum] .i. secundum [&] .i. vel tertium, vel quartum &c. infra nosse plures succesiue viros legitime copulatos .s. vnum post mortem alteri' [quoniam plures simul tolerabilius est] electiue ponitur quasi diceret hoc est tolerabile, & illud [prostitutam] .i. nuptam [improprie vni] .i. vno tempore [quoniam multis simul & eodem tempore esse prostitutam] hic proprie .i. simul habere plures maritos de facto, vt habent saraceni si quidem, & exemplum in euangelio Io. 4. [sextum maritũ] quia à qnque fuerat repudiata, & nõ habebat sextũ cõtra in euangelio dicitur ꝙ ipsa dixit se non habere virũ. respõdetur ꝙ Hieronymus hoc refert ad opinionem eius, quã illa gerebat in corde. [credebat .n. illum esse suum virum, licet ore aliter dixerit, voca virum tuum quasi quem putas esse virum tuum [& hunc quem habes] .i. putas virum habere. vnde illa consentiendo se sic sentire, & sic credere dixit domine vt video propheta es tu Hu. & gl. Arguitur, ꝙ nõ sit vir eius, quia simul illum & alios habebat. vnde nullus erat vir eius, nisi forte vnus [vbi numerus maritorum est] .i. plures mariti simul habẽtur [qui] simplex relatio est .i. debet esse vnus tantum vno tempore [desistit esse vir] .i. non est vir .i. nullus talis est maritus Hug. [vna costa] secunda pars vbi ponitur alia ratio ad probãdum† ꝙ simul vnus vir nõ debet habere nisi vnam vxorem, & vna mulier vnũ virum, vt sint duo in carne vna. rõne ergo primæ institutionis cõiugij patet. ꝙ quisque debet esse cõtentus vna vxore vno tempore [inquit Adam] .s. prophetico spũ &c. [alioq] non supple dixisset erunt duo in carne vna, sed plures [primus] 3. ps. tertia probatio [ex punitione Lamech] licet primus non debet cõstrui cũ illa dictione sanguinarius, & homicida, quia hoc esset falsum. Nam non ipse sed Cain fuit primus homicida, sed construitur cum illa dictione diuisit carnem vnam in duas vxores, in quo peccauit, cum tũc mos non esset, & ideo peccatum fuit, & ideo venit puniendus [atque] pro id est [fratricidium] id est Cain, qui fratrem suum Abel interfecit [& bigamiam] .i. adulterium cũ duabus vxoribus de facto, quarum neutra erat legitima, vel altera tantum Hu. [cataclysm] .i. diluuij tã cata qđ est circum, & clism quod est mundus quasi diluuium circumquaque mundum ex omni parte occupans [deleuit] .i. puniuit. in eo .n. punita sunt peccata eius & aliorum [de altero] .s. de Cain .i. de peccato eius [vindicatum est septies] .i. vindicta sumpta est vsq; ad Lamech 7. ad Adã & 6. a Cain [de altero] .s. Lamech [septuagesies septies vindicatum est] quia in 77. animabus quæ egressæ sunt de Lamech punita fuit, quæ omnes pro peccato Lamech periérũt in diluuio Hu. & gl. [tantum distat in numero] .i. maioritate Hu.† Lamech fuit plus punitus quia non tantum homocidium fecit, sed etiam adulterium, siue bigami [introduxit quã sancta] Ironice loquitur secunda pars. & loquitur de altera. i. vera bigamia† quia bigamia Lamech non fuit vera bigamia, sed potius adulterium† proprie quidem dicitur bigamusᵃ qui legitime habuit duas vxores vnam post alterã. Et est ar. à minori in maius quasi diceret. Si propter talem bigamiam quis remouetur à clericatu, multofortius propter illam cum quis simul habet duas vxores [quam sancta] .i. non laudanda, non approbanda, vt 32. qõ. 1. nuptiæ. [bigamus verus non potest iure communi ad clerum] .i. ad ordinem quemcunque clericalem etiam minorem. vt d. 26. vbi disputauimus plene de bigamia, ibi vide, si placet dispensatiue tamen potest promoueri vsque ad Subdiaconatum, vt dist. 34. lector. [idem apostolus] .1. ad Ti. 3. [eligatur] in prælationem [60. annorum] hociam non obseruatur, vel eligatur ad ministerium ecclesiæ vt habitent cum clericis, & faciant eis seruitia domus. de quibus non erit suspitio. vnde apostolus videtur loqui de tẽpore suo in quo ducebant propter prædicationem fœminas sexagenarias, de quibus nulla suspicio haberetur in seruitium eorum, secundum Hu. [vidua] idem esset si sit virgo, dum tamẽ talis ætatis Deo deuota [non meretur accipere] ratione ministerij ecclesiastici, quia prohibetur talis ecclesiæ ministrare. Et ideo ratione sui officij non meretur stipendium ecclesiæ. sed debet ei dari de misericordia. Nam nec Hieron. dicit, non accipiat, nec dicit ꝙ non detur, sed non meretur accipere. ¶ [Si autem panis.] quinta pars, arguit à minori [tollitur illi bigamiæ] quę duos viros habuit, sed nõ simul. tollitur dico .i. non datur ei rõne ministerij ecclesiastici q̃to magis ille panis qui de cœlo descendit Ioan. 6. [ꝙ quamuis &c.] debet tolli illi bigamo qui duas vel plures simul habet, vel habuit, quãq̃ hoc recipit principium capituli [testimonia] Apostoli [quibus concedit] viduis. secunda matrimonia supra in principio capituli, sorte in superiori capitulo, quod hic non est [quidam] quasi diceret, non ego vnde datur intelligi, ꝙ ipse non approbat, dicebant .n. ꝙ illæ tantum viduæ poterant contrahere, quas mortuis maritis infidelibus fides iam viduas inueniebat, quæ viduæ iam factæ conuertebantur, sed hæc interpretatio nulla est, cum apostolus dicat, generaliter mortuo viro soluta est mulier nubat cui vult in domino.

Verum. §. Est, in quo magister Gratianus intelligit hoc capitulum de secundis nuptijs licitis, & duo præcedentia, & tunc dicit verũ. Et ad hoc bene consonant capitula sequentia nihilominus competẽtius intelliguntur de his, qui simul plures habent aliter exemplum de Lamech non faceret ad propositum. Et ideo non videtur approbanda, multum hæc solutio, qualiter præterea tã aspera diceret Hiero. si aliud vellet dicere, item cum codẽ capitulo auctoritate apostoli ostendat secunda matrimonia esse licita qualiter postea de illis talia diceret.

ᵃ ¶ Bigamus Bigami 'ordinati q̃ sit pœna vide p P. de An. in c. super e. n. 2. de biga.

1 *Nuptiæ secundæ an sint licitæ, quod sic. nu. 2.*



Periant. Capitulum est Hieron. contra suos emulos, qui dicebant ipsũ damnare nuptias, omnes etiam primas, præsertim secundas. Et ostendit eos falsum dicere, & iniquæ ei talia imponere Summa est in rubro. ¶ Pro pleniori intelligentia huius partis. Quæritur† vtrum secũdæ nuptiæ licitæ sint. Et videtur ꝙ non. primo quia iudicium de se debet esse secundum veritatem, dicit autem Chrysostomus in c. supra e. hac rõne, ꝙ secundum virum accipere, secũdum veritatem est fornicatio, quæ non est licita. ¶ Secundo sic. Ambro. dicit a 2. die Deus subtraxit benedictionem nobis intelligentiam relinquens, non bonum esse matrimonium duplex, quia ab vnitate diuidit, sed ibi præfigurantur secundarum fœdera nuptiarum, ergo &c. ¶ Tertio sic. nullus reportat pœnam nisi pro culpa, sed pro secũdis nuptijs aliquam reportat pœnam irregularitatis. ergo non sunt licitæ. ¶ In oppositum est c. præsens. & sequentia. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione† ꝙ nuptiæ secũdæ & trinę & deinceps sunt licitæ, dum tamen bono fine fiãt. s. propter prolem generandam vel propter necessitatem suam sustinendam, vt cum contrahit cum muliere vt ipsum foueat, vel econuerso. probatur ista conclusio primo, quia Abraham legitur secundas nuptias contraxisse. vt legitur Gen. 25. cũ Cethura, & in hoc non reprehenditur. ergo &c. ¶ Secundo sic. ex illo Pauli j. ad Tim. 5. volo autem iuniores nubere filios procreare, matres familias esse, & loqtur de viduis. ergo & cætera. ¶ Tertio sic nuptiæ sunt in remedium, sed cũ mulier moritur viuente marito, vel econuerso, manet morbus & nõ adest remedium, ergo licitum est remedium adhibere, ergo & matrimonium secundo contrahere. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam de Chrysostomo respondetur primo, quod non loquitur de nuptijs licitis, sed de illicitis, quando .s. quis accipit secũdam viuente prima: vt in prædicto c. hac rõne est expositum vel dicẽdũ secundum S. Tho. ꝙ Chryso. loquitur ibi quantum ad causam q̃ aliquando solet ad secundas nuptias incitare .s. concupiscẽtiam, quæ etiam ad fornicationem excitat. ¶ Ad secũdam de beato Ambrosio respondetur secundum S. Tho. ꝙ matrimonium non dicitur esse bonum, non quia sit illicitum sed quia caret illo honore significationis, qui est in primis nuptijs, vt sit vna vnius, sicut est in Christo & in ecclesia. Concordat dominus Bonauentura dicens dr non bonũ, quia non honorabile. ¶ Ad tertiam respondetur quod irregularitas ista .s. non posse ascendere ad sacros ordines, non est pœna, quia etiam nec mutilatus potest ostendere. non tamen est hoc ei in pœnam, sed quia non est idoneus. Leg.


¶ [Aperiant

¶[Aperiant mei]qui dicunt me damnare matrimonia[& uideant me secundas,& tertias in domino concessisse].i. concessas ostendisse.primum arguit à minori ad maius,dicens,quomodo primum matrimonium damnare potuit qui secundas & tertias nuptias non damnauit?[idem non damno &c.idem ego &c.]falsum ergo imponunt,quod nuptias damnem.



Deus. Ad idem est hoc capitulum quod est beati August.2.li.contra aduersarium legis & prophetarum. Sũma est in rubro patet.Lege.¶[Deus propagandi].i.multiplicã di[nuptiali castitate].i.uinculo matrimonij, quod utrunque castitatem exigit.unde inter coniuges sancta castitas dicit esse.ut d.30.hæc scripsimus.Et eorũ cõcubitus dr̃ esse casus.i.castus actus,ut d.31. Nicena. utrinque surgit quæstio qualiter apostolus dicitur permisisse.i.ꝙ ante erat permissum & licitum in scripturis redegit propter quosdam qui dicebant neminem debere uxorem cognoscere causa incontinentiæ Hu.

1 *Benedictio nuptiarum est duplex.*
3 *Virgo si contrahit cum illo qui habuit aliam vxorem nuptiæ benedicuntur.*
4 *Anima non potest esse sponsa alterius quam Christi.*
5 *Diffinire vel determinare non licet quod casus non definit, vel determinat.*



Vod si dormierit &c. Ad idem inducit hoc capitulum eiusdem Hieronymi.Summa est eadem cum summa præcedentis capituli. pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

1 ¶Primum est utrum secundum matrimoniũ sit sacramentum,siue utrum secundæ nuptiæ sint sacramentales.
2 ¶Secundum est utrum secundæ nuptiæ sint honorabiles.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et uidetur ꝙ secundum matrimonium non sit sacramẽtum. primo sic,omne sacramentum est sacræ rei signum, ergo quod cadit à significando,cadit à nomine & ratione sacramenti.sed secundum matrimonium non significat.patet quia significatum matrimonij est quod unica sit unici, siue una unius,sicut ecclesia & Christus,ergo non est sacramentum.¶Secundo sic.Nulli sacramento facienda est iniuria, ergo si secundum matrimonium esset sacramẽtum, nullo modo esset iterãdum. ¶Tertio sic,omne sacramentum est fiendum cum benedictione sacerdotum,sed ut dicit Ambro.secundæ nuptiæ non fiunt cum benedictione sacerdotum,ergo &c.¶In oppositum arguitur sic.Coitus in secundis nuptijs est sicut in primis,sed per bona matrimonij excusatur coitus,quæ sunt fides,proles,& sacramẽtum.ergo secundum matrimonium est sacramentum.¶Secundo sic,qui cognoscit secundam coitu fornicario,nõ incurrit irregularitatem.vnde non efficitur irregularis, sed qui cognoscit secundam cum qua contraxit efficitur irregularis.ergo amplior est vnio hic,quam ibi,sed non nisi sacramentalis.ergo &c.Respondeo dicendum sub ista conclusione,ꝙ secundum matrimonium est sacramẽtum.Ista conclusio patet sic,vbicunque inueniuntur illa,quæ sunt, de essentia sacramenti,est sacramentum,sed in secũdis nuptijs inueniuntur omnia,quæ sunt de essentia sacramenti .s.debita materia,quam facit legitimitas, & debita forma .s.expressio consensus interioris per verba.ergo secũdum matrimonium est vere sacramẽtum.¶Ad rationes in oppositum dicendum.Ad primam respondetur iuxta S.Th. Albertum,& Bonauẽturam,ꝙ dupliciter loqui possumus de secundis nuptijs,vno modo in se,aut in relatione ad primas.Si in se est perfectum sacramẽtum,cum ibi sit expressus cõsensus,& in legitimas personas.Si autem loquamur de eis in comparatione ad primas,sic manet in eis sacramenti ratio incompleta propter carnis diuisionem , quia in primis carnem suam vniuit cum vno,Et in secundis cũ alio,& talis diuisio tollit de plenitudine significationis.

Secũdũ ar.

Tertiũ arg.

Oppon.in contrariũ

Secũda op.

Respondet.

Ad primũ argu.

S.Thoma.

¶Ad secundam respondetur iuxta S.Tho.negando consequentiam,dr̃.n.ꝙ intelligitur de sacramento,ꝙ inducit ꝑpetuum effectum,tunc.n.si reiteratur daretur intelligi, ꝙ primum non fuit efficax,& sic primo fit iniuria,sicut patet in omnibus sacramentis,quæ imprimũt characterem, sed illa sacramenta quæ non habẽt effectum perpetuum , possunt iterari sine iniuria sacramenti sicut patet de pœnitentia.Et quia vinculum matrimoniale tollitur per mortem, nulla iniuria fit sacramento,si mulier mortuo viro iterato nubat.Sicut ait apostolus,& habet in hoc c. ¶Ad tertiam de benedictione respondetur iuxta Albertum , ꝙ duplex est benedictio.s.quæ fit in facie ecclesiæ,& alia quæ pertinet ad solennitatem.primam autem habent secundæ nuptiæ, quia in facie ecclesiæ approbantibus sacerdotibus contrahunt,secundam non habent,quia signum sunt concupiscentiæ, cui signo non debent sacerdotes interesse. Secundum vero S. Tho.nuptiæ secundæ non benedicuntur,quando tam ex parte viri quam mulieris vel ex parte
3 mulieris tantum sunt secundæ. † Si vero virgo contrahat cum illo qui habuit aliam vxorem , nihilominus nuptiæ benedicuntur,saluatur.n.aliquo modo significatio ẽt in ordine ad primas nuptias,quia Christus & si vnam ecclesiam sponsam habeat, habet tamen plures personas desponsa-
4 tas in vna ecclesia†sed anima non potest esse spõsa alterius quam Christi,quia cũ demone fornicatur, nec est ibi matrimonium spũale.Et propter hoc quando mulier secũdo nubit,nuptiæ non benedicuntur propter defectum sacramenti.Et multo minus benedicendæ sunt,quando ex parte vtriusque sunt secundæ,quia magis deficit ratio scri.

S.Thoma.

5 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ secundæ nuptiæ sint honorabiles. primo sic,omne illud in quo saluatur ratio honesti saluatur ratio honorabilis,sed in secundis nuptijs saluatur ratio honesti,quia vitatur inhonestas fornicationis , ergo &c. ¶Secundo sic,sacramenta omnia sunt honorãda. ergo oẽ quod tenet rationem sacramenti tenet rationem honorabilis,sed secũdæ nuptiæ sunt huiusmodi, vt in præcedenti articulo probatum est,ergo sunt honorabiles.¶In oppositum videtur ex præsenti capitulo , vbi ait Hieronymus. nec eis verecundiam numerositatis auferrem . ¶Secundo dicit Ambro.ꝙ secundæ nuptiæ in præsenti carent gloria. ¶Respondeo dicendum iuxta dominum Bonauenturam ꝙ sacramentum matrimonij est vtile & honorabile, vtiles quidem sunt nuptiæ,quia vt venter,est secundus, & ꝗa remedium præstat.honorabile quidem est matrimonium ratione sacramenti in Christo & in ecclesia. Si loquamur ergo de secundis nuptijs dicimus ꝙ saluatur in eis ratio vtilitatis,quia sunt in officium & in remedium . ratio vero honorabilitatis inuenitur imperfecte & defectiue . Nam significatio sacramentalis defectiue est secundum veritatem in eis, vt dictum est.Et ideo in comparatione ad primas dicuntur minus honorabiles,& carere gloria in ꝑsenti.vnde non benedicuntur benedictione solenni, tamẽ quia carent culpa non sunt vituperabiles. sed sunt tolerabiles.vnde nec dominus nec sancti eas prohibent , tanquã malas,sed tamen eas non persuadent, quasi defectiuas, vt dicit d.Bonauentura.¶Ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur iuxta dominum Bonauenturam, ꝙ vitatur per secundas nuptias fornicatio,sed in statu imperfectionis,& ideo potius ad vtilitatem,quam ad laudem vel honorem dignoscitur pertinere.¶Ad secundam respondetur,ꝙ verum est,ꝙ matrimonium secundum est sacramẽtum,sed tamen est cum defectu,rõne cuius habet quandã ignobilitatem.ac per hoc potius minuitur gloria, quã amplificetur in talis sacramenti contractionem.Leg.¶[Qđ si dormierit vir eius]hucusque sunt verba apostoli[non dicit].s.apostolus[nec nobis diffiniendum est]argumentum
6 †ꝙ non licet alicui diffinire vel determinare,vel excipere ꝙ canõ non diffinit vel determinat vel excipit. ar. 55.dis.si euangelica[auferre]prohibendo,ne tot ducant Hu. [verecundiã] quia verecundũ est alicui tot vxores [septem viros].i.quæ septem viros habuit[non dãnauit]cum quæ reretur cui deberet coniungi in resurrectione[nõ audeo dicere].i.prohibere,vel dicere.i.ꝓcipere, hoc supple audeo dicere[beatior] quia continentia vidualis præfertur matrimonio in tantum,in quantum fructus sexagenarius excedit 30.iuxta saluatoris parabolam Mat.13.capit.

Primũ ar.

Secundũ ar.

Opponit in cõtrarium

Respondet. Bonauent.

Ad primum arg.

Ad secundũ

Exponit literam.

¶ Quæstio secunda.

2 *Coactio vel violentia dicitur duplex.*
3 *Coactio simpliciter & absolute non cadit in voluntate.*
Et quid de ea quæ facit necessitatem conditionatam nu. 4.

5 Metus

5 *Metus quid dicatur.*
6 *Coactio siue metus qui sit qui cadit in constantem virum. Et respectu quorum nu. 7.*
8 *Coactio conditionata quæ cadit in constantem virum tollit siue impedit matrimonium.*
11 *Matrimonium contractum per consensum metu coactum an ratificetur si firmetur per iuramentum.*



QVod autem. Hic intitulatur secunda questio. s. an aliqua sit cogenda matrimonialiter alicui copulari. vt autem huius quæstionis veritas amplius habeatur disputandum venit.
1 ¶ Primo vtrum consensus coactus tollat siue impediat matrimonium.
9 ¶ Secundo vtrum consensus coactus saltem ex parte cogentis efficiat matrimonium.
10 ¶ Tertio vtrum persona consentiens in alteram sibi non consentientem, possit illa viuente contrahere matrimonium.
11 ¶ Quartum vtrum matrimonium per coactionem contractum ratificetur post per copulam carnalem vel non.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur quod cõsensus coactus non impediat matrimonium, primo sic. Quod nihil est, matrimonium nõ impedit. sed nulla est consensus coactio, quia consensus est actus liberi arbitrij quod non potest cogi. ergo &c. ¶ Secũdo sic. omnis vir aut est constans, aut inconstans. sed coactio per metum non cadens in constantem virum, non impedit matrimoninm. Coactio autem per metum non cadit in constantem virum, quia sicut dicit philosophus 3. Eth. fortis impauidus est. ergo &c. ¶ Tertio sic. Sicut ad matrimonium requiritur consensus, ita ad baptismum requiritur intentio, sed coactus timore ad recipiendum baptismum recipit sacramentum baptismi. ergo coactus ad consentiendum aliquo timore matrimonio obligatur.

¶ In oppositum est capitulum præsens & sequentia huius quæstionis. ¶ Secundo est decretalis extra de spõ. cum locum. vbi dicit, cum consensus locum non habeat vbi metus vel coactio intercidit, necesse est, vt vbi communis cõsensus requiritur coactionis materia repellatur. ¶ Respondeo pro pleniori intellectu questionis 4. veniunt videnda. primum est quæ coactio potest cadere in consensum. secũdo qui coactus metus potest cadere in constantem virum. tertio respectu quorum cadit metus vel coactio in constãtem virum. quarto quis coactus consensus possit impedire matrimonium. ¶ Pro quo notandum est cum S. Tho. in 4. 2 †q duplex est coactio vel violentia, vna quæ facit necessitatem absolutam, & tale violẽtum dr̃ à philosopho violentũ 3 simpliciter. vt cum quis aliũ corporaliter impellit ad metum, & tale violentum diffinitur ab Aristo. & Grego. Nazãzeno & Damasceno, cuius principium est in alio nihil conferẽte vim passo. in digestis sic. vis est maioris rei impetus qui repelli non potest. Alia est coactio siue violentia, quæ facit necessitatem conditionatam, & hanc vocat apostolus voluntarium mistũ, sicut cum quis proijcit merces in Mari ne periclitetur, & in isto voluntario quanuis hoc quod fit non sit per se voluntarium, tamen cõsideratis circũstantijs hic & nunc voluntarium est. Et quia actus in particularibus sunt, ideo simpliciter voluntarium est, sed secundũ quid inuoluntarium. ¶ His habitis sit ista prima conclusio 3 †coactio simpliciter & absoluta non cadit in voluntatem. patet conclusio. quia voluntas simpliciter & absolute cogi non potest. Nam à necessitate libera est, vbi non est necessitas, ibi non est libertas. vbi non est libertas, ibi non est, voluntas, nec meritũ, vt dicit magister sententiarum in 2. di. 17. ¶ Secundo sic dominium libertati opponitur, sed coactio talis ad dominium pertinet, patet. dicit. n. Tullius, vis est impeditus dominantis retinẽs rem infra terminos alienos. ergo vis in libero arbitrio non cadit, & ita nec in consensu, qui est actus eius. ¶ Alia conclusio† coactio secunda 4 potest esse in consensu qui est actus voluntatis. patet conclusio, quia talis non est aliud, nisi quædam inductio, qua. s. voluntas propter aliquas circunstantias particulares vult aliquid, q simpliciter & absolute nollet sicut patet in eo q propter periculum submersionis eligit proijcere merces in mari. ¶ Secundo patet sic, in contractibus potest esse voluntas coacta, vnde legislator in integrum restitutionem adiudicat ratum non habens q vi metusve causa factum est, ergo aliqua coactio potest cadere in consensum. ¶ Item notandum q quia legislator considerat non solum interiores actus sed magis exteriores, ideo per vim intelligit coactionem simpliciter, propter quod vim contra metum diuidit, cum ait de his quæ vi, metusve causa fiunt. Sed nunc cum loquimur de matrimonio agitur de consensu interiori in quem non agit coactio, sed vis, quæ à metu distinguitur. ideo quantum ad propositum pertinet idem est coa- 5 ctio qui metus. †Est autem metus secũdum iurisperitos instantis vel futuri periculi mentis trepidatio. ¶ Circa secun- 6 dum. s. †qualis coactio siue metus cadit incõstantem virũ, pro quo sit ista conclusio, coactio metus cadit quandoque in cõstantem virum, ista cõclusio patet, tum exẽplo Abraham & Isaac cõstantium virorum, in quos cecidit iste metus. Nam ratione metus dixerunt vxores suas sibi esse sorores, tum ratione sic. Cadere metum in aliquem est aliquẽ metu cogi ad faciendum aliquid, q alias nollet facere, ad euitandum aliquid quod timet, sed hoc frequenter accidit viris constantibus, ergo conclusio vera. Sed notandum est aliter huiusmodi coactio metus cadit in constantem virũ, & aliter in inconstantem. Nam distinguuntur quãtum ad duo, vt dicit S. Tho. primo quantum ad qualitatem periculi, quod timetur, quia constans sequitur rationem rectam per quam scit quid pro quo dimittendum sit, vel faciendũ semper. n. minus malum & magis bonum est eligẽdum. Et ideo vir constans ad minus malum sustinendum cogitur metu maioris mali, nõ autem cogitur ad maius malũ pp metum minoris mali, sicut ad peccatum pp metũ corporalis pœnæ. Sed pertinax è cõtrario nõ potest cogi etiã ad minus malum sustinendum, vel etiam faciẽdũ, vt euitet maius malũ. vnde cõstans est medius inter incõstantem & pertinacem. ¶ Secũdo differt quantum ad æstimationem periculi imminentis, quia constans nõ nisi ex forti ęstimatione & probabili coniectura periculi grãdis cogitur, sed inconstans ex leui æstimatione cogitur. Prouerb. 27 fugit 7 impius nemine persequente. ¶ Circa tertium. s. † respectu a quorum cadit metus vel coactio in constantem virum no tandum q malum siue inconueniens proprie & maxime dr̃ malum culpæ siue mortalis, siue venialis. Et de huiusmodi malo sit ista conclusio, q constans ad talia mala culpæ, non põt cogi. vnde ẜm philoso. 3. Ethi. Constans potius eligit mortem pati, q̃ malum culpæ quodcunq; facere. Alia sunt dãna corporalia, & ista sũt minora mala, inter ista tñ sunt qdã alijs grauiora, inter quæ præcipue sunt, quæ pertinent ad grauamen propriæ personæ, vel Personæ coniũctæ, sicut vxoris, vel filiorum cuiusmodi sunt quatuor, videlicet metus mortis, secundum cruciatus corporis, extra e. cum dilecti. tertium metus stupri, quartum est seruitutis. ff. e. nec timore. & l. isti quidem. §. 1 & 2. Et de talib. est conclusio, q metus talis bene cadit in constantem virum, vt cum quis interuenit, vel minatur mortem, vel corporis grauem læsionem, vel seruitutem, vel dehonestationem virtutis in se, vel in persona sibi coniuncta, vel cum quis minatur denigrationem famæ. ¶ Circa quartum sit ista cõ- 8 clusio responsiua† q coactio conditionata quæ cadit incõstantem virum tollit siue impedit matrimonium, ista conclusio multipliciter ostenditur. primo sic iuxta S. Tho. vinculum matrimonij perpetuum est. vnde illud quod perpetuitati repugnat matrimonium tollit, sed metus qui cadit in constantem virum perpetuitatem contractus tollit, qa potest peti restitutio in integrum. ergo talis metus impedit matrimonium. ¶ Secundo sic, matrimonium significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quæ fit per libertatẽ amoris. ergo non potest fieri per coactum cõsensum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur negãdo minorem, licet autem vt dictum est non possit cogi coactione absoluta voluntas hoĩs, potest tamen coactione conditionata vt patuit. ¶ Ad secundam respondetur negãdo minorem. Nam vt visum est coactio conditionata bene cadit in constantem virum. Et ad dictum Aristotelis respondetur, q vt patet ex litera Aristotelis non habetur, q fortis virtuosus nihil timeat, sed q nõ timeat non timenda. vnde Albertus Magnus dicit, cõstãs vir est qui non timet non timenda, cuius intellectus principaliter accipitur, à virtute aĩ q habeat fiduciam multam vitandi pericula sibi proportionata, & non deijciatur statim vt

[Marginalia: Primum ar. | Secundũ ar. | Tertium ar. | Opponit in cõtrarium. | Respondet | S. Thomas | Greg. Nazanzenus. Damascenus | Prima cõc. | Tullius. | Scd̃a conc. | S. Thomas | a ¶ In cõstãtẽ virũ. Et quomõ talis metus possit cognosci. vide P. d̃ An. in c. ad audiẽtiã nu. 3. de his q vi metusue causa fiũt. | Respondet. | S. Tho. | Ad primum argu. | Ad secundũ | Alb. Mag.]

tim vt vir vanus & formidolosus de quo dr̃ ī psalmis. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secũdum S. Tho. quia intentio non est causa efficiens sacramenti in baptismum, sed solum eliciens actionem agentis, sed consensus est efficiens matrimonium. vnde non est simile.

Ad tertium S. Thoma.

9 Ad secundum †Respondetur sub vna conclusione videlicet, ꝙ cõsensus coactus ex parte cogentis non facit matrimonium. ista conclusio probatur sic, matrimonium est relatio æquiparantiæ, sed omnis talis relatio est equaliter in vtroque. ergo si sit impedimentum ex parte vnius non erit matrimonium ex parte alteri⁹. ¶ Secũdo sic, vbi ē matrimonialis obligatio ibi ē vir & vxor sed vxor dr̃ respectu viri sicut parer respectu filij, & ecõuerso, ergo sicut sequit̃, iste nõ ē filius huius, ergo iste non est pater huius, ita hic, ista non est vxor huius, ergo nec iste vir illius. ergo inter tales nõ est aliquo modo matrimonium.

Respondet.

10 Ad tertium Dubium. s. an persona consentiens in alteram sibi non consentientem, possit illa viuente contrahere matrimonium. Et idem quęritur de persona consentiente per metum cadentem in cõstantem virum: respondetur sub distinctione sic iuxta Richardum in quarto. persona non consentiens in corde aut exterius significat se consentire aut non. Si non, nõ est matrimonium nec secundum Dei iudicium nec secundum iudicium ecclesiæ. vnde est conclusio, ꝙ non obstante consensu ex altera parte licebit cuilibet cum alia persona contrahere. patet conclusio, Deus. n. qui matrimonium instituit non vult vinculũ matrimoniale posse contrahi, nisi cũ mutua obligatione per consensum mutuum contracta. Si autem persona non consentiens in corde significat per verba de præsenti se consentire, est conclusio secunda, ꝙ tale matrimonium est præsumptum, vnde persona quæ cõsensit debet reputare verũ matrimoniũ esse contractũ, etiam si alia persona per temporis interuallum iuret se nũquam cõsensisse corde, quia sicut dr̃, extra de proba. per tuas indignum est iuxta legitimas sanctiones, vt quod sua quisq; voce dilucide protestatus est, in eũdem casum proprio valeat testimonio infirmare. vnde videtur ꝙ in hoc casu talis conclusio rationabilis est, ꝙ non licet personæ quæ consensit cum alia contrahere illa viuente, patet, quia si cõtraheret se probabili periculo adulterij exponeret. Si tamen non consentiens qui verbis se significauit consentire, incõtinenti reuocet præsumi potest, ꝙ ex errore primum dictum protulerit, & tunc persona quæ consensit stare poterit verbis secundo prolatis, arg. ad hoc extra de testi. coge. præterea. Et in hoc casu vr̃ cõclusio vera, ꝙ licitũ esset ꝙ ꝑsona q̃ cõsensit possit contrahere cũ alia priore viuente.

Respondet. Richardus.

Prima con.

Secunda cõc.

11 Ad quartum Dubium. s. vtrum matrimonium per coactionem contractum, ratificetur per consensum tacitum, vel per sequẽtem copulam carnalem. respondetur dicendum, ꝙ vtroque modo verũ iuxta ratificationem per consensum tantum est distinguẽdum, iuxta Richardum in quarto, quia tale matrimoniũ aut est contractum per coactionem consensus viri, vel mulieris tantum, aut vtriusque simul. Si primo modo ille qui libere consensit ligatus est, alter non. Si tamen potest tacite consentiat libere persona ligata in consensu pristino persistente, verum efficitur matrimonium, & tunc vterq; est ligatus, quia quanuis tacitus consensus per se non sufficerit, tamen cum expressione exteriori quæ præcessit sufficit. Si autem persona ligata resiliuit à cõsensu alterius, tũc distinguo, quod aut contraxit matrimonium aliud, & tũc dico, ꝙ illud secundum matrimonium tenet, quamuis peccauerit contrahendo, sed congruo tempore non expectauerit liberum consensum alterius tacitum, vel expressum, aut non contraxit aliud matrimonium, & tunc secundum iudicium ecclesiæ præsumeretur in eodem consensu permanere, quia qui in aliquem semel consenserit, amplius non poterit dissentire, si aliquis non negauerit pręstare consensum, extra de despon. impu. de illis. Secundum tamen iudicium Dei non est verum matrimonium, quia tale non potest esse sine contextu mutui cõsensus interioris, si autem vtraque persona fuit coacta, tunc ad hoc ꝙ sit verum matrimonium requiritur nouus consensus ex vtraq; parte, sed nõ noua exterior expressio. verũ dicit Richard⁹ ꝙ proprie loquendo melius dicitur, illud matrimonium per sequentem tacitum perfici, quam ratificari, & consensus coactus qui consensus fuit non ratus per sequentem cõsensum ratificari. ¶ Cęterum quantum ad aliam partẽ vtrũ ratificetur per sequentem carnalem copulam distinguendum est, quia illa mulier quæ contraxit per cõsensum coactum metu cadente in mulierem constantem si postea cũ illo cum quo cõtraxit carnaliter copulatur, aut ad hoc cogitur per vim absolutam, aut per sufficientem metum, aut per leuem. primis duobus modis non ratificatur prædictum matrimonium, nec quantum ad forum Dei, nec quantum ad iudiciũ fori per copulam carnalem. Si tertio modo ratificatur per eum siue consentiat interius, siue nõ, quia ex hoc ꝙ inducitur per leuem metum, & habita opportunitate reclamandi promittit se cognosci pręsumitur interius consentire. Si autem non consentiat in matrimonium non efficitur matrimonium verum secundum iudicium Poli. Si vero non cogitur sed voluntarie se permittit cognosci vel etiam sine reclamatione ecclesia iudicat matrimonium est. Aliqui autẽ theologi distinguunt, quia aut permittit se cognosci vt fornicariam malens esse fornicaria ad tempus, quam consentire in coniugium, aut permittit se cognosci vt coniugem. in primo casu nõ ratificatur quia deest consensus interior. Et ita in foro conscientiæ non est matrimonium. in secundo casu matrimonium est ratificatum in foro conscientiæ. ¶ Præterea circa hoc est, dubium†vtrum matrimonium per consensum metu coa-

Respondet. Richadus.

12 ctum contractum ratificetur si per iuramentum firmetur. Respondet prædictus magister Richardus, ꝙ circa hoc est duplex modus dicendi. Quidam dicunt ꝙ ratificatur sic ꝑ iuramentum saltem in foro conscientiæ, quia quando cõtractus qui non tenet si non per iuramentum firmetur, per interpositionem fidei validus efficitur si firmetur per alterum illorum. extra de his quæ vi metusve causa fiunt c. ad aures. vbi dr̃, ꝙ renunciatio electionis facta ad terrorem laicorũ non tenet nisi iuramẽto vel fide interposita firmetur, alij dicunt & probabilius, & matrimonium contractũ coactione per metum ² qui tendit in constantem virum firmatum per iuramentum non tenet, nec in foro exteriori, nec in foro conscientiæ, quia aut illo iuramẽto iuratur aliquid præteritum, aut aliquid præsens, aut aliquid futurum. Si primo modo planum est, ꝙ non potest ratificare matrimonium, ꝙ alias esset nullum quia si coactus iurat, ꝙ vere consensit tale iuramentum non potest facere consensum iam præteritum esse validum, si ante non valuit. Si secundo modo etiam ratificare non potest, quia si contrahẽdo iuret, ꝙ in rei veritate consensit interius in corde, & nõ consentiat, periurus est, periurium autem matrimonium ratificare non potest. Si autem vere consentit quanuis verum iuret, tamen illud iuramentum non ratificat, quia tale iuramentum est assertorium. vnde illo non fit nisi testificatio de præsentia interioris consensus. vnde si interius consensus de se est inualidus & inefficax ad matrimonium contrahendum, testificatio pręsentię talis consensus nihil facit ad matrimonium. Si autem aliquid iuretur de futuro sic, iuro tibi ꝙ consentiam in te, planum est, ꝙ tale iuramentum non potest ratificare matrimoniũ contractum, per verba de præsenti, quæ præcesserũt quia tali iuramento non firmatur, nisi promissio de contrahendo. Ad decretalem allegatam pro alia opinione respondetur, ꝙ non est simile, quia maior libertas requiritur in cõtrahendo matrimonium, quam in renuntiatione electionis, vnde extra e. c. abbas. dr̃ in gl. ꝙ matrimonium contractum per metum non tenet nec obligatus est, qui hoc fecit etiam si iurat quia matrimonia libera debent esse & cętera. Lege. ⁴ [Quod autem aliqua non sit cogenda nubat cui vult in domino] & exponens hoc ait [sine suspitione turpitudinis] id est non consanguineo, non affini, non deuoto, siue conuerso, non monacho, non canonico regulari, non clerico constituto, in sacris ordinibus, non vxorato, non omnino alicui, cui non licet, nubat. Hu. [viro suæ religionis]. i. christiano, nõ pagano vel gentili, vel Iudæo [malos exitus] q̃. n. malo inchoant̃ principio vix bono peragunt exitu. prima quest. prima. principatus. 1 Ratihabitio trahitur retro.


Quæstio

Respondet.

² ¶ Per metũ Met⁹ & v s qualiter differãt vide P. d' An. super rub. de his quæ vi met. vel cã fi. nu. 3.

Exponit litteram.

Hug.



I verum, Ad idem est hoc c. Vrbani papæ iudicium Vrbani. i. forma iudiciaria. Non. n. debet sententiam cum causam delegauerit, sed formauit sententiam, & instruxit iudicem

iudicem delegatum, qualiter debeat procedere, Summa patet in rubro. diuiditur in duas partes. In 1. narrat casum, & concedit, ꝙ vbi compertum fuerit, ꝙ secutus fuerit aliquis consensus parentum & filiæ, ꝙ sit validum id, ꝙ inceptum erat. In secunda ostendit, ꝙ si talis cõsensus non fuerit, ꝙ talis, filia non impediatur alteri nubere. secunda ibi. Sin autem. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius capituli. Quæruntur duo. primum est vtrum persona consentiens in alteram sibi non consentientem possit illa viuente contrahere matrimonium. secundum vtrum matrimonium per coactionem contractum ratificetur per consensum tacitũ, vel per sequentem copulam carnalem. vide responsiones istorum dubiorum in principio huius quæstionis secundæ, q̃ incipit, ꝙ autem aliqua non sit cogẽda, & ibi inuenies &c.

Diuisio.

Exponit literam. Casus.

Lege. ¶ [Si verum.] Casus est Raynaldus petebat filiã Iordani tanquam sibi desponsatam, Iordanus vero denegabat illam ei, allegans coactionem, & dicens se coactum illam desponsasse ei inuitam, & renitentem, mandat ergo Vrbanus, ꝙ si Iordanus & filia volunt cõsentire saltẽ nunc perficiatur matrimonium. Si nolũt legatus audiat [coactus] hoc non fecisset multum ad rem, nisi filia simul etiam cõtradixisset. Nam quantumcunque ille esset coactus, si tamen illa consensisset in illum & e conuerso, non minus esset matrimonium Hu. [infantula] hoc solum potuit sufficere, vt nihil ageretur, si illa esset infantula. i. infra septẽnium, sed de hac causa proprie non procedit, imo vt dicit glo. forte ponetur infantula pro puella [flentem] hæc sunt signa, ꝙ non consensit Hu. [non assentientibus] hoc autem non ponit ideo, ꝙ sine patris & matris & sanguineorum consensu non sit matrimonium firmum, sed debet ibi esse de honestate, non de necessitate. Hu. temperamus dicit quia licet poterat papa audito casu præcipere, vt amplius Raynaldus de facto non se intromitteret, sed istum rigorem tẽperauit [cum assensu] quo ad patrem & matrem, & parentelam expone vt supra consensus solius filiæ erat in hac re necessarius [inceptum] de facto, non de iure Hu. Et est arg.

Hugu.

1 †ꝙ ratihabitio retrotrahitur, & cõfirmat quod illegitime factum erat. Sæpe. n. quod de iure factum nõ est, per sequẽtem legitimatur consensum, & confirmatur vt supra dictũ est in quæstione [si autem] secunda pars. [amplius]. i. aliud quod ipsam desponsauerit [impediat sacramentum] testiũ ab ipso Iordano. i. ex parte ipsius Iordani. s. vt ipse Iordan. probet idoneis testibus exceptionem exactionis, Iordanus. n. excipiendo ꝙ coactus illam inuitam ei desponsauerat, fecit se actorem, & ideo onus probationis ei incumbebat [constent hæc]. s. ꝙ illa fuerit inuita, & ꝙ in eum non consenserit [vt dicta sunt] ex parte Iordani [nubat] sed nũquid similiter Raynaldus poterit alteri nubere, dicẽdum est ꝙ sic, vt in quæstione visum est. Et Hu. hic affirmat.

2 *Puella inuita nulli est copulanda.*
3 *Filij an obligentur ex sponsalibus quæ pro eis patres contrahunt.*

De neptis tuæ coniugio. Ad idẽ est hoc capitulum eiusdem papæ Vrbani. Sũma est † ꝙ puella inuita nulli est copulanda. diuidit in duas partes. In prima præcipit vt puella inuita nulli copuletur. In secunda assignat rationem secunda ibi, quorum. n. ¶ Pro pleniori declaratione huius materiæ † quæritur vtrum ex sponsalibus quæ parentes pro filijs contrahunt filij obligentur. respondetur quod si filij cõsenserint expresse, vel tacite, vt si præsentes fuerint nec contradixerint, obligantur, & ex eis oritur publicæ honestatis iustitia. idem dicendum est si absentes fuerunt, & postquam sciuerũt ratificauerunt tacite, vel expresse. alias ex sponsalibus factis à parentibus filij non obligantur, nec orit̃ publicæ honestatis iustitia ext. de despon. imp. si infantes lib. 6.

Diuisio. 1


Quæstio. 2

Respondet.

Exponit literam.

Lege. ¶ [De neptis necessitatis]. i. coactionis p metum [persistit quorum. n.] simplex est relatio, & generalis sentẽtia, quia qui futuri sunt vnum corpus per commistionem carnis, primo debent vniri in animo per vinculũ matrimonij, vel sicut maritus & vxor sunt vnum in corpore, ita debent esse vinculo amoris [vnum corpus est]. i. debet esse [& vnus animus]. i. in animo vniti vinculo matrimoniali, uel amoris [contra domini apostolique præceptum] s. illud j. Cor. 7. nubat cui uult [reatum desidij]. i. odij, quia ex quo aliqua inuita iungitur alicui, non diligit eum vel [fornicationis] ob hoc supponendo se alij, & non seruando ei fidem, vel cũ eo fornicando, ex quo nõ consentit in maritalem affectum [cuius peccati]. i. fornicationis vel desidij [redundare] qui. n. occasionem damni dat & c. ar. 5 1. q 2. si tu Hu. & extra de homi. c. decætero. in glo.

1 *Exceptio metus repellitur ratione personæ.*
2 *Metus vel coactio non excusat a pœna in his quæ sunt contra Deum nisi forte a grauiori.*
3 *Iudicari nemo debet a suspectis vel inimicis iudicibus.*
4 *Iudicium appellationis & causæ principalis est idem.*



Lotharius. Ad idem propositũ est hoc capitulum Nicolai papæ. Sũma est in rubro. Casus capituli est iste. Lotharius Tebergani legitimam vxorem expulit & Gualdradam superinduxit, qui cum argueretur, à papa misit ei excusatoriam epistolam asserens mendaciter se prius legitimam ei & solẽniter accepisse Gualdradam, sed post metu Huberti Tebergam duxisse, delegat ergo illam causam. Et diuiditur capitulũ in duas partes principales. In prima instruit iudices delegatos, qualiter procedent. s. vt adiudicent ei Gualdradam si potest probare exceptionem suam contra Tebergam. s. ꝙ primo acceperit Gualdradam. Si autem hoc non probauerit, adiudicent ei Tebergam, quam etiam per confessionẽ ipsius Lotharij constabat illius coniugem esse. & hæc pars protenditur vsque ibi. Præterea vos & c. secunda pars, ubi instruit eos de alio articulo. Teberga significauit papæ, ꝙ Lotharius eam cogebat vt diceret se commisisse adulteriũ vel aliquid aliud. vnde posset alias puniri, dicit ergo papa quod si fuerit Tebergæ obiectum, quod cõtra se fuerit aliquid confessa, illa allegat violentiam & coactiones, uel si allegent iudices ipsa dicit ipsos suspectos ex integror, mãdat quod causam videat, & bene & maturè. vt nullus iniustitiæ mole opprimatur.

Casus.

Diuisio.

Lege. ¶ [Lotharius in commonitorio] in libello petitorio, vel epistola, siue scriptura, in qua commonuit & instruxerit nos de facto suo [primũ]. s. matrimonium. s. ꝙ fuerit primum præmissis dotib. maxime quia idem esset siue his solennitatibus [& publica manifestatione]. i. publicè & manifeste admissa est [antequam Teberga filia Bosonis]. s. Teberga quæ filia erat Bosonis [tantus rex]. i. Lotharius. q. d. non est verosimile, quod præten

Exponit literam.

1 dit arg. † ꝙ ratione personæ repellitur exceptio metus [magis reprehensibile] & est ar. † ꝙ in his quæ sunt contra deũ 2
metus vel coactio non excusat à pœna, nisi forte à grauiori ar. 22. q. 5. si quis coactus [amori hominum postposuit] contracta illud Mat. 10. qui amat patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios & c. non est me dignus [timendi] Matt. 7. nolite timere eos, qui occidunt corpus & c. [manifestatione sua] quia dixit se accepisse Tebergam [eodem coniucto rege per propriam confessionem Hu. [diffiniatis] adiudicando ei Tebergam, si non probauerit se prius accepisse Gualdradam, & hoc vult dicere licet obscure dicat. Et est sensus iste, diffiniatis adiudicando Gualdradam, si probauerit exceptionẽ suã cõtra Tebergã. s. quod prius Gualdradam accepit, sed si non probauerit, habeat Tebergam & hoc est [si vero & c. legitimam]. s. Tebergam [Innocens] à crimine fornicationis [præterea] secũda pars [piaculum] id est crimen fornicationis, vel aliud [quod magna pœna piandum] id est purgandum. vnde ipsa deberet interfici vel comburi. Hugu. [innotuit] id est notificauit [inimicos
3 iudices.] † Nam suspectis vel inimicis iudicibus non debet quis iudicari, quod si fit, debet irritari. vt tertia quæstio. quinta quia Hug. [renouetis]. i. eam de nouo audiatis, quasi nunquam fuisset audita. Et est ar. † quod idem est iu 4
dicium appellationis & causæ principalis arg. 2. quæstione 6. omnis oppressus.

Huguti.

¶ Quæstio tertia.

1 *Sponsalia contracta a parentibus filiorũ consensu interuenientẽ vel subsequente, valent, & tenent.*
Et quid si sponsalia sint de futuro. nu. 2.
Et quid si fiant sine consensu filiorum. nu. 3.

Quod



Vod autem. Hic incipit tertia questio.s.vtrũ post patris vel parentum sponsionem filius aut filia possit alij nubere. Ad hanc quæstionem communiter respondetur sub certis conclusionib. ¶ Prima est. †Si spõsalia sint contracta à parentibus filiorum consensũ interueniente vel subsequente siue in adulta ætate, siue ante dummodo post septennium valent, & tenent, nec licet filijs ab eis discedere. patet conclusio 27.q.2.per totum. ¶ †Secunda conclusio, si sponsalia sunt de futuro licet filij non debeant cum alijs contrahere, si tamen cum alijs contraxerint de præsenti valebit & tenebit matrimonium cum alijs, nisi aliquid aliud impediat, ista colligitur aperte supra 27.q.2.§.sed obijcitur, & extra de sponsa duorum.duobus. †Si vero sponsalia sunt contracta à parentibus sine consensu filiorum, siue filijs contradicentib. siue non, siue ante septenniũ, siue postea, siue in adulta ætate, siue ante. Est conclusio tertia ꝙ filij nisi postea consentiant, nec valent nec tenent, nec coguntur stare illis, & sine peccato possunt discedere, & alijs nubere 30.q.2.c.vnico. honestum tamen esset stare sponsioni paternæ, sed non cõpelluntur sicut dictum est.

Prima cõc 1 — Scda conc. 2 — 3 — Tertia con.



I qui parentes. Inducit magist. Gratianus hoc c.ex concilio Elibertino ad probandum, ꝙ tales filij nubere non valeant. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, si vero sponsus. Ex litera patet totum. Leg. ¶ [Si qui parentes] pro nuptijs filiorum iuramentum præstantes Hu. [fidem] iuramento interposito firmatam [fregerint] filios non copulando, sicut iurauerunt de volutate & consensu filiorum [triennij] sed nõne periuro debet imponi septennis pœnitentia. vt 6.q.1.q cunque. Respondetur primo, ꝙ pœnitẽtiæ arbitrariæ sunt secundo potest dici, ꝙ in hoc ꝙ tales debent abstinere ab eucharistia triennio, detur intelligi ꝙ pœnitere debent septem annis, tribus primis debẽt abstinere ab eucharistia & in quarto accipere. vt 12.q.2.de viro & 33.q.2.datorem nisi forte ex causa aliqua mitius agatur vel asperius specialiter circa aliquem Hu. [Si vero] secunda pars [crimine] dissensionis, & repudij sponsalium non fuerint deprehensi, quia ipsi bene volunt seruare fidem, & cõtrahere licet parentes contradicant excusati non quantum ad reatum seu quo ad Deum, quia periuri reatu apud Deum tenentur, sed quantum ad ecclesiam quia non tantæ pœnitentiæ subijcieteos, nec pro tali periurio notabit eos de infamia Hu. [Si vero in eodem vitio] separationis, & diuortij, quia nolunt coniungi, licet eorum consensu sponsalia sint contracta [consentientes iniquitati & voluntati parentum] ipsi filij polluerunt se contrahendo cum alijs, polluendo dicit, quia peccant mortaliter ex quo eorum consensu fuerunt sponsalia contracta Hu. [sententia]. i. pœnitentia seruetur circa parentes, & etiam circa filios. s. vt triennio à cõmunione abstineant Hu. Ecce non licet nisi filij inexorabiliter dissentiant [consensu eorum]. s. filiorum. Nam si absque consensu filiorum sponsalia à parentibus contrahuntur, filijs eis stare non tenentur, ipsi tamẽ parentes filios ad hoc inducere debent.

Diuisio. — Exponit literam. — Opponit in cõtrarium Respondet. — Hugu. — Hugu.

¶ *Causa trigesima secunda.*



Vidam vir. Hic incipit causa 32. quæ sic continuatur ad præcedentem. in præcedẽti causa tractatum est, qualiter quis possit, vel non possit sibi copulari in matrimonium, quam prius polluit per adulterium, sed quia meretrix non multum distat ab adultera, ideo ex cõtinenti subnectit causam istam, in qua ostendit, vtrum meretrix possit vel non possit duci in matrimonium, & si inducta fuerit vtrum sit vxor appellanda, adiungit etiam de publici institutione coniugij, & de his qui abortum procurant, & de illis qui ex ancillis sobolem procreare volunt. Et de his quæ per violentiam corrumpunt. Et de multis alijs, sicut videbit in processu causæ & vt ista conuenientius tractaret, thema ponit, ex quo elicit octo quæstiones 1. est vtrũ meretrix licete ducatur in vxorem. secunda est an ea quæ causa incõtinentiæ ducitur, sit coniux appellanda. de alijs videbitur infra.

Continua-

¶ *Quæstio prima.*



Vod autem. Hic intitulatur & incipit prima quæstio. s. an quis ducere possit meretricem in coniugem. Et diuiditur hæc quæstio in quatuor partes. In prima probat per quatuor autoritates sanctorum, ꝙ nullus debeat ducere meretricem antequam pœniteat, quia etiam vxorem adulteram tenere non debet, quia patronus esset turpitudinis. In secunda probat per tria capitula, quam meritorium est viro eam retinere post pœnitentiam. In 3. laudat & præfert virginitatem matrimonio non tamen improbatur nuptiæ, & sic intellige capitula sequentia. In quarta soluit Gratianus, ꝙ si desinunt meretricari, possunt in vxores duci secunda ibi benedictio. tertia ibi, nuptiæ. quarta ibi, nõ est culpandus. Lege. ¶ [Quod autem ingenui] ingenuus est qui statim vt natus est liber est. i. qui ex sola natiuitate libertatem consequitur Hu. [originarij]. i. sani Hu.

Diuisio. — Exponit literam.

1 *Meretrix potest duci in vxorem.*
Et talis ducens eam meretur. nu. 3.
2 *Meretricem non licet ducere quando non est spes correctionis, bene tamen si est spes correctionis.*
4 *Meretricem ducere in vxorem, aliquando non est licitum imo graue peccatum.*
5 *Maritus qui potest probare tenetur accusare vxorem incorrigibile.*



Icut Inducit in primis hoc c. Chrysostomi super Mattheum pro parte quæstionis negatiua. Summa est in rubro. pro responsione autem ad quæstionem ponimus duas sequentes cõclusiones. prima est
1 †ꝙ meretrix potest duci in vxorem. Quæ conclusio probatur sic, inter illos potest esse matrimoniũ inter quos potest esse mutuus consensus per verba de præsenti, sed inter meretricem, & virum potest esse mutuus, consensus expressus per verba de præsenti, quia meretricium non tollit mulieri proprium consensum, cum non obstante meretricio habeat potestatem corporis sui, nec etiam per meretricium est alicui alligata, & ita potest consentire. ergo conclusio vera. ¶ Secunda conclusio est
2 †quando non est spes correctionis eius non licet meretricem ducere, patet conclusio ex capitulis sequentibus & c. præsenti. Cum vero est spes de correctione meretricis licite potest duci, patet conclusio infra e.c.vlt. & infra e. qui ducit in ma.c. significasti, pro cuius cõclusionis pleniori intelligentia est distinguendum sic, quia vir talem meretricem ducens in vxorem, aut ducit eam credẽs & existimãs reuocare à turpitudine meretricij, & ad bona matrimonij
3 inducere, si sic est conclusio † ꝙ talis laudabiliter facit [a] &
a opus minime impedit reuocando mulierem à turpitudine peccati ad honestatem coniugij, & meretur in hoc, vt habetur extra de spon. inter opera. vnde de tali potest dici illud Ezec. 18. animam eius saluasti. Si vero vir indu-
4 cit eam, vt meretricetur cum ea, & de acquisitis, per meretricium & adulterium viuat, & particeps lucri fiat. †Est cõclusio ꝙ talis inducens meretricem in coniugem grauiter peccat. patet cõclusio ex c. præsenti. dum quia abutitur matrimonio contra bona matrimonii. facit. n. illam fidem frãgere, operatur contra bonum prolis, & violat sacramentũ quia non manent duo in carne vna, sed in carne plurium, defendatur. Præterea grauiter peccat qui adulterio consentit, & eam adulterare facit. Non ergo meretrix ducẽda est sed abijcienda sicut loquuntur capitula sequentia. Surgit hic quæstio. diceret quis, hoc non habetur ex istis capitulis quia non faciunt mẽtionem de meretrice, sed de adultera, dicendum, ꝙ imo faciunt mentionem. Et probat arguendo à maiori, ꝙ meretrix non sit ducenda in vxorem legitimam, si meretricari ceperit, non debet quis tenere, nisi pœnitentiam velit agere, multo ergo minus meretricẽ debet quis sibi copulare. assumptum probatur ab isto loco vsque ad. §. illũ. si ergo. Lege. ¶ [Sicut crudelis negligens famam

Prima con. — Secunda cõ. — a ¶ Laudabiliter facit Adde Pe. de Anc. in c. inter opera nu. 1. de spõsa.

niam suam retinet]cohabitando, debitum reddendo, exigendo, cum eius crimen sit notorium, vel cum potest eam punire, vel est inde iam confessa, vel conuicta, vt vir prætextu incrudelitatis suam patientiam dissimulare non possit [meretrice].i.ab adulterio non desistentem, nec desistere volentem [patronus est]celat cum possit probare [vxoris]desistere nolentis.†maritus ergo qui probare potest tenetur accusare vxorem incorrigibilem, non tamen in scribendo vel denuntiando, ecclesiæ ad agendam pœnitentiã. Mat.18.dic ecclesiæ ar.1.q.1.quisquis.& 2.q.7.qua ꝓpter. Hu.& in gl.satis plene dicit ibi vide.

1 *Vxor non est dimittenda propter suspicionem fornicationis, nisi fuerit suspicio probata.*
2 *Vir dimittens vxorem propter fornicationem non potest aliam ducere, & si duxerit mechatur.*



Dixit dominus. Ad idem est hoc capitulum quod est Hieronymi super Matth.19. Summa est in rubro. Lege.¶[Dixit dominus in euangelio]Matth.19.[sola fornicatio vincit].i.separat, & remouet[affectum vxoris].i.affectu viri, qui debetur vxori, vt vir vxorẽ nõ diligat, sed odiat[i alia diuidit]adulterando cũ alio[nõ debet retineri]nisi ab adulterio recedere velit iuxta euangelium[vxor dimittat]& abijciatur à toro viri. [maledicto].i.vituperio, & ignominia.dr Prouerb.18.qui tenet adulterã stultus est, & impius. stultus quippe est quia stultam rem agit, dum in damnũ prolis & suæ domus adulteram sustinet, per cuius turpitudinem vinculis ignominiæ constringitur, de quo Prouerb.7.nescis quod ad vincula trahatur stultus, Est etiam impius quia crudeliter famam suã denigrat vel fornicationis suspició] †, ꝓpter suspicionem.n.fornicationis non est dimittenda vxor, nisi fuerit suspicio probata.vnde pro eodem dicit Hu.reputatur supitio & fornicatio, quia probata fornicatione probata est suspitio[faceret calumniam].i.falsum crimen imponeret, & conuinceret ob secundum copulatiuam contrahendam[iubetur]infra e.q.7.apostolus.[vxorem]adulterã [secundam non habeat]hoc bene additur, quia cum vir dimittit vxorem causa fornicationis, soluitur vir ab vxore quo ad torum.Non autem pro hoc soluitur matrimoniũ.
2 †vnde illa viuente non potest aliã ducere & si duxerit mechatur, vt dicit Saluator Mat.19.

1 *Fornicatio quæ maculat corpus viri polluit etiam vxorem.*
2 *Adulter occultus non perdit debitum, nec priuatur iure petendi.*



IN coniugio. Ad idem est hoc capitulum quod est B. Hieronymi. Sũma est in rubro. Breue est. Lege.¶[In coniugio peccata]alia à fornicatione[coinquinat]quæ ad ipsum, quia interceditur ei, tanquam aliquid immundum & coinquinatum. Cum.n.vir & vxor sint vnum corpus, altero fornicante, altero coinquinari dicitur, quod nõ contingit de alio peccato, etiam si matrem quis interficiat 33.q.2.latorem.cætera.n.peccata vt ait apostolus extra corpus sunt quia eis anima & non corpus polluitur, sed in fornicatione corpus cum anima polluitur. Cum ergo in anima vxor non sit vnum cum viro, cætera peccata quæ viri tantum animam maculant, vxorem maculare non possunt
1 †fornicatio vero quæ viri corpus maculat, etiam vxorem cum qua est vnum corpus polluit. vnde apostolus qui fornicatur in copus suum.i.in vxorem cum qua est vnum corpus.i.contra honorem suæ coniugis facit & eam ostendit secundum Hu.vnde dupliciter ista litera exponitur. primo sic[vt iam non sit viro].i.quantum ad virum.[licita].i.munda[sed adultera].i.immunda, ita vt non sit viro licitum exigere ab ea debitum, sed ita debet abstinere ab ea, quo ad exigendum[quasi esset adultera].i.immunda, sed debitum ei denegare non debet si ipsa exegerit.secundo sic, vt iam non sit viro licita ad exigendum.i.iam licite ab eo impenitenti nõ debet exigere debitum, nisi forte dicta infirmitate carnis tunc adulterata est.i. partis adulterii videtur esse patrona adulterij mariti, si sic, exigit ab eo, cum possit & debeat eum punire dimittendo, vt supra c.sicut Hu.Est ta-
2 men notandum secundum Bernar.Hispa.† ꝙ quando aliquis adulteratur nõ perdit debitum, nec priuatur iure petendi dibitum, si est occultum sed tantum quando est notorium. Archidiaconus.




SI quis. Ad idem est hoc c.Chrysostomi.Sũma est in rubro. Diuiditur in duas partes.2.ibi.similiter si patet.hoc c.intelligendũ est cum vxoris crimẽ publicũ est, & notorium.Lege.¶[Si quis adulteram]per sententiam, vel quia publicè moratur cum adultero, vel alias euidentiam facti Hu.[adulteram]nec ab adulterio desistentem.Hu.[& postea].i.ex quo eam talem inuenit hoc vel illo modo[habere ante pœnitentiam in matrimonio.i.in vsu matrimonii.in commistione carnali se misceuerit[duobus annis]quia cum adultera.id est in adulterio perseuerante [purgatam] per cordis contritionẽ [aut].i.& abstinent & c.vt.s.illis duobus annis quib. pœnitet, nõ exigat ab ea debitum[donec expleatur.similiter] secunda pars.[non ad imparia]extra de diuor.gaudemus.[quo ad hoc].s.debitũ nõ exigendũ, donec vir pœniteat.sicut nõ ad imparia iudicantur vir & vxor quo ad debitum reddendum, quo ad diuortium quo ad accusationem, vt infra ea.q.5.præcepit Hug.

Subaudiatur. §.Est, vbi incipit secunda pars quæstionis, in qua probatur per octo capitula, ꝙ meritoriũ est viro eam.s.meretricem post penitentiam retinere.[Subaudiatur] hoc respicit ad illud qd dictum est supra in c.dixit.s.non debere retineri, & ꝙ iubetur dimittere[subauditur]nisi ab adulterio.

1 *Apulia est patrimonium Beati Petri.*
2 *Vir si noluerit præstare cautionem an sit ei reddenda vxor.*
3 *Vxor si recedit a viro propter odium an vir teneatur præstare cautionem.*



DE benedicto. Ad idem est hoc capitulũ Pelagii papę.Sũ est in rubro.Leg.¶[De benedicto mactare].i.punire.Hu.[caluatos].i.dehonestatos, & tonsuratos, vt moris est quibusdam locis[in ignomiam adulterorum]ideo vt & capilli & vestes incidãtur eis ante & retro.Hu.[& illum quidẽ] supple iubemus
1 migrare [in patrioniũ]†.i.in apuliam, quę est patrimoniũ B.Petri [illã vero sine dolo aliquo] quia posset eã recipere, dolose & frauduléter, & sic postea facilius possit in eã seuire vel occidendo, vel mẽbris debilitando, vel alio mõ Hu.[tua ordinatione].i.te ordinante & disponente[sub cautela]præscita de impunitate corporis, vel iuratoria, vel fideiussoria Hug.dicunt autem aliqui ꝙ debent præstare cautionem, ꝙ nullum periculum ei inferat, nisi simile committat. Et dicunt quod hæc dictio nullum abnegat vtrunque participium.i.non committenti vllum simile & non illaturus vllum periculum.Sed pessimus est istorum intellectus, dicit Hu.dico ergo ꝙ non abnegatur nisi hoc participium illaturus.Et dico ꝙ debet præstare cautionem, ꝙ si cõtingat vxorem tale quid committere, non inferat ei aliquod periculũ corporis.s. mortis aut membrorum debilitationis, sed iudicio ecclesiæ dimittat eã, si voluerit, quia licet in legibus aliter dicatur, tamen in canonibus cautum est, ꝙ viri nunquam interficere vxores suas vt 37.q.2.
2 interfectores.surgit quæstio. † Quid si noluerit præstare cautionem, reddetur ei vxor si timetur periculum. Non secũdum Hu.vt 33.q.2.fine.¶Surgit alia quæstio.†si mulier
3 recessit alia de causa, puta propter odium, nunquid vir tenetur tunc præstare cautionem prædictam secundum Hu. dicitur ꝙ sic, si suspectus est ex quacunque causa illa discesserit vt 28.di.c.de syracusanæ & 17.q.4.Hug.in alium locũ pœna adulterij etiam secundum leges cõmutata est in intrusionem monasterii.C.de adulteriis.sed hodie.



SI quis. Ad idem est hoc c.ex pęnitẽtiali Theodosii.Summa est in rubro.Breue est & planum.loquitur in eodem casu, in quo illud supra c.si quis Hu.Lege.¶[Si quis scit]tunc dicitur scire quando dissimulare nõ potest.[habere]cum effectu.i.ei commiscetur tres supra e.si quis.dicit de duobus, sed varietas canonum est, vt ostendatur ꝙ pęnitentię sunt arbitrariæ [quamdiu pœniteat].i. pœnitentiam perficiat vel pœnitere incipiat[abstineat]quo ad exigendum.Nam si illa exigit tenebitur reddere, nisi sint separati iudicio ecclesiæ, vel illa sit morata cum adultero.Hug.

1 Vir

1 *Vir potest sibi reconciliare adulteram post pœnitentiam.*
2 *Mulier an possit accusari de adulterio post pœnitentiam actam vel post baptismum susceptum.*
3 *Crimen omne tollitur in baptismo quo ad Deum.*




Vod autem. Ad idem est hoc c.B.Augu.ad Pollentium.Sũma
1 est.† ꝙ vir adulteram post pœnitẽtiam potest sibi reconciliare.Diuiditur hoc c.in duas partes.In 1.dicit hoc non esse dubitandum, si fides in nobis assit circa effectus diuinorum sacramentorum baptismatis & pœnitentiæ.In 2.ostẽdit differentiam inter vetus & nouum testamentum circa hmői crimina.Et inde concludit propositum. secunda ibi, hæc crimina.¶ Pro intelligentia pleniori huius capituli.Quæ-
2 ritur† vtrum potest accusari de adulterio post pœnitentiã actam vel post baptismum susceptum.Et videtur quod sic ex præsenti c.¶ Secundo sic.dona baptismi sunt sine luctu de conse.d.4.c.1.& c.sine pnĩa.ergo videtur ꝙ post baptismum ad minus non possit accusari.¶ Tertio sic.pœnitentia delet omne crimen Ezec.18. omnium iniquitatũ eius non recordabor dicit dominus.ergo non poterit amplius accusari.¶ In oppositum est c.gaudemꝰ.extra de diuortijs. ¶ Respondeo dicendum iuxta S.Tho.in tertia parte.q.69. ar.2.ꝙ in pœnis quæ in iudicio humano inferuntur non solum attenditur qua pœna sit homo dignus quo ad Deum, sed etiam in quo sit obligatus quo ad hoĩes,qui sunt læsi & scandalizati per peccatum alicuius.vnde dicit Pe.de Palude in 4.d.4.baptismus non tollit pœnam,quæ debetur peccato in foro humano,puta laico propter furtum commissum non tollit suspendium,nec pœnam ecclesiasticam, vt irregularitatem,quę contrahitur ex bigamia,& sic de alijs potest dici.alias vt dicit S.Th.vt supra per baptismum tollitur rigor humanæ disciplinæ,quod est inconueniens. veniendo ad propopositum dicimus iuxta gl.in prædicto c.
3 gaudemus. † ꝙ omne crimen tollitur in baptismo quo ad Deum,quia quodcunque contraxit ante adulterando,vel fornicando,vel quatenus illa fornicatio respiciebat virum non tollitur in baptismo,quia illud crimen non tam vxorem,quam virum commaculat.vt supra e.in coniugio, & sic ius quod competebat viro ex illa fornicatione remanet ei saluum,& potest excipere contra ipsam.Sic etiam ꝑ pœnitentiam tollitur crimen,quod mulier contraxit fornicando quo ad Deum,& tamen post quancunque pœnitentiam post illam accusare vt infra 33.q.2.admonere.Nec eam recipere compellitur post pœnitentiã,ext.de cõu.coniu.gaudemus.vnde dicit Aug.id quod in fœminæ huius c. dr,de non accusanda vxore,de ea recipienda post pnĩam, consilium est,quo casu intelliguntur oĩa ea,quæ inferunt, ꝙ quis non possit accusari de crimine purgato per pœnitẽtiam,sed de differentia,quæ fit de ablutis in baptismo,& ꝑ pnĩam,licet in aliquo vera sit,non tamen in toto.Ita vt cõcludat contrarium.Et per ista patet responsio ad argumẽta.Leg.¶ [Quod autem si fides].s.credulitas petam post baptismum & pnĩam deleri,non erit[durũ].i.difficile ad credendum.s.ꝙ mulier adultera per pnĩam emundata possit reconciliari viro suo,vnde ait[cur.n.adhuc]q.d.non debemus,& per consequens sunt recipiendæ à viris.Et quia poterat quis arguere ex testamento veteri subiungit differentiam cũ hoc de veteri & nouo dicẽs[hæc crimina].s. adulteria raptus & similia Hu.[in veteri lege nullis sacrificijs legalibus mundabantur]quo ad hoc ꝙ excusarentur à pœna tpali, qa sine miseratione lapidabatur,vt patet Leu. 20. & Deutero.22.quæ in lege[noui testamenti absque mundatione ablutionis] exterioris sacrificij,sed sola pœnitentia, & ideo tunc quia lapidabaẽ non erat locus receptioni. sed etiam sine lapidatione,quia post datum libellum repudij prohibebatur maritus eam recipere ar.34.q.1.non satis [quanuis Dauid] Dauid.n.vxorem suam Michol quã Saul sibi abstulerat & alteri dederat in vxorem.s.Salatiel mortuo Saule petijt sibi restitui vxorem suam 2.Reg.3. dicens. Redde mihi vxorem Michol quam despondi centum præputijs Philistim,quæ restituta fuit sibi.Et ĩ hoc Dauid magis figurator fuit noui testamenti,in quo erat futurum,ꝙ reconciliatio adulteræ nõ prohibetur,præsertim si voluerit ab adulterio abstinere,& viro legitimo adhærere. Nũc autem postquam arguit ex facto Christi dicit Io.8.[maritum debere]consilium est,non.n.compellitur eam recipere supra e.c.de bene & infra c.proximo Hu.



On erit. Ad idem est hoc c. eiusdẽ Aug. li.de adulterinis coniugijs.Summa est eadem.Breue est & planum.Le.¶ [Non erit.per claues regni cœlorum]. i. ecclesiæ. i. per eos.s.sacerdotes,per quos in ecclesia ministrantur & exercentur,vt de pœni.dist. 1.in actione Christi.[remittũtur peccata] ministerio,vnde Ma. 16.ait Christus Petro,tibi dabo claues & c.Non ideo vt ob hoc dico vt adultera[reuocetur].i.vir ad eam reuocandã non cogatur de iure,licet persuadetur sibi de consilio, vt in præcedenti c.adultera in adulterio perseuerans & nolẽs desistere,quæ non est recipienda,sed potius repellẽda Hu. non vocetur adultera quo ad reatum præsentem supra e.c. proximo adultera vocari non debet,quæ per claues ecclesiæ ab adulterio emundata est domino reconciliata.

1 *Remissio peccatorum an præcedat naturaliter infusionem gratiæ. & nu.2.& 3.*
4 *Iustificatio impij fit in instanti.*



Vum renunciatur: Ad idem est hoc ca.Beati Ambro.Summa est in rubro.¶ Pro cuius am-
1 pliori intelligẽtia.Quæritur † vtrum sit verũ, ꝙ infusionem gratiæ naturaliter præcedat remissio peccatorum.Et videtur ꝙ non.Primo sic.Naturaliter causa præcedit effectum,sed infusio gratię est causa remissionis culpæ,quia infundẽdo gratiam Deus remittit culpam,ergo infusio gratiæ naturaliter præcedit remissionem peccatorum.¶ Secundo sic,dicit Ambro,ꝙ ꝑfecta virtus in anima intrans iniquitatem tollit, sed prius est vnumquodq; naturaliter quam agat.ergo prius est virtus & gratia quam peccatum tollat.¶ Tertio sic, sicut quãdoque culpa remittitur per gratiam, ita aliquando gratia expellitur per culpam præcedentem expulsionem grãe ergo similiter culpa remittitur per gratiam pręcedentem culpæ remissionem.¶ In oppositum videtur capitulum ꝑsens & gl.eiusdem.¶ Rñdeo dicendum iuxta S.Th. tam in 4.d.17.quã in 1.2.& in qõnibus de veritate in qb. locis disputat istam materiam. Quod oĩs prioritas secũdum ordine naturæ reducitur ad ordinẽ causæ & causati.quia principium & causa idem sunt,in causis autem contingit, pro idẽ est causa & causatum ẽm diuersum genus causæ,vt patet 2.Physicorum & 5.Metaphysicæ,sic ambulatio efficiẽs sanitatis & sanatio est causa finalis ambulationis.Et similiter est in habitatione quæ est inter materiã & formam,qa ẽm genus causę materialis, materia est quasi causa formę, quasi sustentans ipsam,& forma est materiæ quasi faciens eam esse actu ẽm genus causæ formalis.Ex parte aũt causę materialis se tenet ẽm quãdam reductionem,oẽ illud per ꝙ materia efficitur propria hmői formæ sint dispõnes & remotiones impedimentorũ.Et ideo in gñatione naturali qm̃ corruptio vnius est generatio alterius,per hoc ꝙ forma vna inducitur & alia expellit,remotio formæ præexistens se tenet ex parte causæ materialis,& ideo ẽm ordinẽ causæ ꝓcedit naturaliter introductionem alterius formæ, sed ẽm ordinẽ causæ formalis est econuerso, & quia forma & finis & agens incidunt in idem numero vel spẽ,ideo et in ordine causæ efficiẽtis introductio formæ prior est, qa forma introducta est similitudo formæ agẽtis, per quã agens agit.Et similiter in ordine causæ finalis,quia natura principaliter intendit introductionem formæ.& ad hanc ordinat expulsionem oĩs rei,cum qua non potest stare in troductio formæ,vnde cum gratiæ infusio & remissio culpæ se habeãt sicut introductio vnius formæ,& expulsio alterius.patet rñsio ad ꝑdictam qõnem sub duab.sequentib.
2 conclusionib.prima†quia infusio grãe naturaliter ꝓcedit remissionem culpæ ẽm ordinem causæ formalis efficiẽtis & finalis.Ista cõclusio fulcit rõnib.primis factis.¶ Scd̃a cõclu-
3 sio.†remissio culpæ ẽm ordinem causæ materialis ꝓcedit infusionẽ grãe.Quæ cõclusio ꝓbatur sic.remissio culpæ & infusio grãe se hñt sicut illuminatio & purgatio,sed purgatio ẽm Dio.ꝓcedit illuminationẽ,ergo remissio culpæ ꝓcedit infusionẽ grãe.¶ Scd̃o sic.ĩ quolibet motu recessus à termino à quo ꝓcedit accessum ad terminũ ad quẽ, vel tpe si sit,motus successiuus,vel saltẽ natura,si sit mutatio subita, sed iustificationis terminus à quo ẽ culpa,terminus ad quẽ est grã, ergo remissio culpæ ꝓcedit infusionem gratiæ ẽm ordinẽ.s.illũ causæ materialis,& ꝓp hãc differentiam ordi

nis vtrumque inuenitur dici causa alterius. infusio gratiæ est causa remissionis culpæ per modum causæ formaliter, sed extirpatio vitiorum dr̄ operari virtutum ingressum p modum causæ materialis. dicit autem S. Tho. in quæstionib. de veritate, ꝙ simpliciter prior ordine naturæ est dicenda infusio gratiæ, quam remissio culpæ, quia illud dr̄ simpliciter natura prius, ꝙ ſm ordinem causæ finalis est prius. Rn̄sio ad argumenta patet per prædicta. Lege. ¶ [Cum renūtiatur improbitati] statim, non. n. est ibi interuallum tpis. 15. q. 1. nec is. †Iustificatio. n. impij non est successiua, sed fit
4 in instanti, quia iustificatio impij est quædam illuminatio spūalis, sed illuminatio corporalis fit in instanti, non in tpe. Cū ergo spūalia sint simpliciora corporalib. & minus tpi subiecta, iustificatio impij est in instanti. ¶ Ad hmōi intelligentiam pleniorem notandum circa sanctum doctorē in q. de veritate, ꝙ quando dr̄ aliqua mutatio in instāti nō intelligitur, ꝙ duo termini eius sint in instāti, hoc. n. est impossibile, cum oīs mutatio sit inter duos terminos oppositos per se loquendo, sed intelligitur ꝙ transitus de vno termino ad alterum est in instanti, ꝙ quidem in aliquibus oppositis cōtingit, & in aliquib. non contingit. Qn̄cunque inter terminos motus est accipere aliquod mediū, oportet ꝙ trāsitus de vno termino in alium sit successiuus, quia medium est in quod primo mutatur quod mouetur continuè, quam in vltimum, vt patet per philosophum 5. physico. Quādocūque vero inter duos terminos motus vel mutationis non pōt esse medium aliqñ tunc transitus de vno termino in alium non est in tpe, sed in instāti, sicut est illuminatio, generatio, & corruptio, & alia hmōi. Cū aūt extrema iustificationis sint gratia, & priuatio gratiæ, inter quæ non cadit medium circa proprium susceptibile, oportet ꝙ transitus de vno in alterū sit in instanti, & sic gratię infusio fit in instanti. Et quia expulsio culpæ est formalis effectus gratiæ infusæ, inde est, ꝙ tota iustificatio impij est in instāti. [ingressum]. i. vitio egrediente virtus ingreditur. Non. n. est dare medium inter virtutem & vitium, nec cū sint opposita simul esse possunt [eodemq; studio innocentia]. i. virtus copulatur. i. generatur vel infunditur.

Apud. Ad idem propositum de virtute pęnitētiæ est hoc c. B. Gregorij in registro. Sūma est, ꝙ non est fallax qui de mēdacio pænitēs ad veritatem reuertitur. breue est. Le. ¶ [Apud] Saluator. n. vere pœnitentibus peccata remittit psal. 31. dixi confitebor aduersum me & c. & quibus peccata dimittit ipsa tegit. vnde in eodem psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates & c. [abscondit] i. ad pœnam æternam non imputat, quod est peccatum dimittere Hug.

Quod si. §. Est, & respicit supra e. §. subauditur quæ dicta sunt intelligantur de adulteris pœnitentibus. Nam in pœnitentibus adulteris coniugi est patronum sceleris & turpitudinis se constituere, & hoc sequentibus probatur.

1 *Vxor & maritus in accusatione adulterij iudicantur non ad imparia.*

Crimen. Hoc sumptū est ex. 9. li. Codicis, & est lex rōnabilis multū. Primo, qa dum vir adulteram nolit nole desistere ab adulterijs, non pōt se excusare eam secum detinēdo, quin illius turpitudini consentiat, & quasi leno & procurator adulterij censeatur. secundo quia detinendo alterā in domo, aut ipsa sustentat de bonis domesticis viri, & tunc de suo fouet in pc̄tō adulterij. Aut ipse de lucro adulterij viuit, & sic nutrit, & fouet adulteriū, & ꝓcurat, vt leno ꝓdicat vxoris. tertio rōnabilis lex ē q̄ adulterā ex suspicione non damnat, cum de crimine non debeat sententia ferri damnationis. nisi sufficienter constet. Lege. ¶ [Crimen. deprehensam] per sententiam, vel rei euidentiam, siue publicationem facti Hu [in matrimonio]. i. in officio matrimonij. s. carnaliter cum ea cōmiscendo. vt supra e. c. si qs Hug. de hoc no. [hoc autem]. s. ꝙ mulieres possent accusare viros de adulterio [non obtinet] secundum leges Hu. [reos facere]. s. accusare corā. Leges vxorem accusantem virum de adulterio non admittunt, sed quicquid dicant leges ego se
1 quens mentem canonum dico† ꝙ vxor & maritus in accusatione adulterij iudicantur non ad imparia infra q. 5. præcipit & c. Christiana, & supra e. c. si quis vxorem. sicut ergo maritus non potest accusare de adulterio, sic, & illa eum, & in quocunque casu ille, & illa. Sed surgit quæstio. quid ergo de legibus. Respondetur ꝙ leges nō dedignantur imitari sacros canones, & sic in hoc capitulo eis imponitur silentium. secundum Hug.

1 *Adulterium est publicum crimen.*
2 *Fornicatio simplex non est crimen publicum.*
3 *Vxores quare non possint accusare maritos de adulterio coram iudice seculari.*



Publico. Ad idem est hoc c. ex eodem Codice eadem sn̄ia est. Lege. ¶ [Publico iudicio] quod datur ī adulteros.
1 †Adulterium. n. publicum crimē est. Et ideo quilibet de populo dummodo alias non sit repellendus. s. rōne infamiæ, vel criminis, vel aliter, potest accusare adulteram de adulterio, quod verum est, quantum ad pęnam legalem, sed quantum ad se-
2 parationem tori solus maritus secundum Hug. † Et no. ꝙ simplex fornicatio licet quādoque cēseatur nomine adulterij, non est tamen publicum crimen [accusationē] in maritos suos [quæri]. i. conquæri [velint] accusando [lex Iulia] de adulterij, q̄ data est à diuo Aug. Hu. [masculis]. i. maritis adulterarum Hu. [iure]. i. priuilegio mariti. i. sine metu calumniæ. & hoc infra 40. dies vtiles. Alij dicunt iure mariti. i. sine metu calumniæ sine inscriptione & ex sola suspitione. Et dicūtur hec esse de iure. i. priuilegio mariti, qa nullū eorū 13 alteri, nisi marito, nec ei nisi. ī. 40. dies, sed vt dixi melius est vt in his oībus non notetur nisi vnum speciale. s. sine metu calūniæ Hu. [nō idē priuilegiū]. i. nō possunt accusare maritos de adulterio corā seculari Iudice.† Et vide-
3 tur aliquibus rationabile hoc. Tum quia ſm philosophum mulier inualidi consilij est 1. Pol. & ideo ne faciliter & indiscrete moueatur in adulterij accusationem priuilegiū accusandi sibi non conceditur, sicut viro. Tum secūdo quia mulier ad impudicitiam faciliter traheretur pp sexus fragilitatem, ne ergo mala concupiscentia vrgente moueatur appetens à iure viri liberari, interdicitur sibi priuilegium accusandi, potest tamen cōqueri de matrimonio violato, & sic faciliter succurritur sexui muliebri.

Si ergo. §. Est. Cōcludit ex præmissis ꝙ adultera nō est retinenda à viro, & minus in cōiugium ducenda meretrix, cuius pudicitiæ nulla spes & c. quandiu viuit, vt de pœ. d. 7. Hugu.

1 *Matrimonium non consistit in sola carnis commistione.*



Non enim. Ad probandum ꝙ vbi deficit fides & scr̄m nō cōiuges sed adulteri appellandi sunt, inducit hoc c. B. Aug. ꝯ Iulia-
1 nū. †Summa ꝙ nō in sola carnis cōmistione cōsistit mr̄imonium nō diuidit. Iulianus hęreticus ꝯ quē scribit Aug. erat in hac opinione, in qua erat Grat. & sunt adhuc multi alij. s. ꝙ nō sit verū & pfectum mr̄monium sine cōmistione carnali. Cōtra quos loqtur ibi Grat. Et dr̄ ꝙ veritas matrimonij potius quā carnis cōmistione consistit in trib. bonis mr̄imonij. s. fide, prole, & sacramēto. de fide tangit ibi. s. tori coniugalis fides. de ꝓle ibi, cura ordinate, de sacramento ibi, bonus vsus malis sed multum obscure. Hu. Lege. ¶ [Non ī sola vt deliras]. i. deciperis. [veritas]. i. substantia, sed veritas nuptiarū est ex consensu mutuo viri & mulieris expresso p verba de p̄nti. vñ psolū cōsensum fit mr̄imonium, & si nunquā carnalis copula sequat. vñ verū fuit mr̄imonium īter virginē Mariam & Ioseph, sicut superius ꝓbatū est [quis sine illa] s. cōmistione [ꝓcreare & c]. s. naturał̄r, sed bn̄ pōt fieri virtute diuina, sicut patuit in Xpo quem virgo concepit, virgo peperit, & virgo inuiolata permansit. iuxta illud Esa. 7. Ecce virgo cōcipiet & c. [sed alia sunt]. s. tria bona cōiugij [ꝓprie]. i. à principio. Nam & si sine illis possit existere mr̄monium non tn̄ pōt incipere H. [nuptiæ]. s. carnales commistiones cōtra quidem excusantur ab adulterio p tria bona illa coniugij Hu. [ab adulterinis cōiunctionibus] sicut est tori fides [cura]. i. intētio [ordinate]. i. ordinato iure, non promiscuo. [vt canes] vt 27. q. 1. nuptiarum Hu. & Arc. [bonus vsus mali]. s. qn̄ concupiscentia refrenatur coniugio siue eo vtatur incontinentia in gl. ponunt quatuor differentiæ vsus, quæ capiūtur ex Hu. [male] qua sola cā explendæ libidinis siue delectionis carnalis [hæc sunt] commendātur nuptiæ & ab illicito vsu & c.


Nuptiæ.

Vptiæ. Incipit tertia pars quæstionis, in qua pfertur virginitas matrimonio. In hoc capitulo arguitur ĩ oppositum ex authoritate Ambro. in qua Ambrosius videtur nuptias improbare, licet in veritate non faciat. Lege. ¶[Nuptiæ terram implent] per hoc.n.non intendit Ambro. ꝙ nuptiæ sic impleant terrã, & virginitas paradisum, ꝙ solæ virgines possideant paradisum, & non coniugati. Constat.n. Abrahã Isaac & Iacob & Dauid & cæteri sancti patres qui in fide vicerunt regna vt dicit Apostolus ad Hæbre. 11. possident paradisum, & in nouo Petrus & cæteri sancti noui testamẽti, quorũ multi fuerunt coniugati martyres, & confessores per ecclesiã etiam canonizati possident paradisum. sed hoc ideo dictũ est, quia facilius virgines possunt peruenire, quia coniugati circa carnalem & terrenam prolem sunt intenti & non virgines. vnde apostolus 1. Cor. 7. qui sine vxore est, solicitus est, quæ domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autẽ cum vxore est solicitus est quæ sunt mundi, & quomodo placeat vxori, & diuisus. [instituendum] ex his, quæ dicta sunt à domino in operibus sex dierum, in quorum quolibet dominus ait [vidit Deus, ꝙ esset bonum] Gen. 1. cũ autem coniungit hominem & mulierem in matrimonium non legitur Genes. 2. ꝙ Deus hoc dixerit. Et sic, sumitur argumẽtum, ꝙ matrimonium nõ sit bonum. Sed ad illud multipliciter respondetur, primo ꝙ à secunda die non dixit. vidit deus ꝙ esset bonum &c. Non est vera ratio literalis illa quæ assignatur. s. ꝙ binarius numerus malum significet, quia binarius laudabilis in scriptura sancta habetur in multis. vnde duo testamenta dicuntur. Item in duobus pręceptis dicitur pendere lex, & prophetæ. Christus binos ac binos misit apostolos &c. sed vt dicit S. Th. quia opus diei secundæ in tertia die est consumatum, & ideo benedictio tertiæ diei ad vtrumlibet refertur. illa autẽ ratio quæ hic ab Ambrosio assignatur, & ponitur à magistro sentẽtiarũ in secundo di. 9. est mystica. Ex mysticis aũt nõ sumitur argumentum efficax, vt Dionysius & Aug. dicunt. ¶ Secundo respondetur, ꝙ licet in secundo die nõ sit dictum, vidit Deus ꝙ esset bonum, nihilominus in ea benedixit matrimonio. vnde Gen. 2. masculum & fœminam creauit eos, benedixitque eis dicens. Crescite &c. Item ibidem non est bonum hoĩem esse solum faciamus ei adiutorium &c. solum hominem esse dixit nõ esse bonum, igitur per hoc dixit bonum esse hoĩes & mulierem esse simul per matrimonium coniunctos non esse bonum. i. non semper habere significationem bonam [fœdera nuptiarum]. s. secundarum, põt ẽt intelligi de primis. quia in quolibet coniugio duo sunt coniugati Hu. vnde ad ostendendum ꝙ non semper bonũ significat sed est signum diuisionis [immunda sunt] i. immunda dicit ẜm tempus Moysi, in quo immunda vocabant ea, q̃ non ruminabant, vt porci, & quæ non habebant vngulas fissas, vt equi & asini, & in natantibus quæ non habebant squãmas, & generaliter quæ lex prohibuit Hu. [impar numerus est mundus]. i. sub impari numero ingrediebantur munda [quanquam] q. d. quanquam mũda bina ingressa sunt, binarius tamen numerus non semper bonam signationem habet [aliud sacramentum]. i. alia signatio, siue signum alterius rei reprobationis bigamię, & septena secundum genus suum vt Noe responsio est ad tacitam obiectionem. posset enim aliquis dicere, quare talia ingressa sunt sub numero impari. Ad hoc respondet vt &c. quia de mundis debebat offerre non de immundis, nec debebat fęmellã à masculo separare. Quare aũt sub septenario rationem non assignat sed forte propter perfectionẽ Hug.

Verum. §. Vbi magister Gra. quia quædam dixerat Ambro. quæ videntur improbare nuptias, ostendet, quo sensu ea dixerat dicẽs hoc ad exhortationẽ.

2 *Bonum hominum est triplex.*

3 *Debitum aliquid dicitur dupliciter.*

Ntegritas. Inducit hoc c. Amb. magister Gra. ad oñdendũ ꝙ dixerat, ꝙ verba pdicta Ambr. nõ sunt recipienda ꝙ velit ĩprobare nuptias sed exhortari ad virginitatẽ. Sũma est in ru. Pro pleniori intelligẽtia tria veniũt q̃rẽda.

1 ¶ Primum est vtrum virginitas sit expetenda.

4 ¶ Secundo vtrum virginitas sit virtus.

5 ¶ Tertio vtrum virginitas sit excellentior matrimonio.

1 Ad primum Sic pceditur. †Et videtur ꝙ virginitas non sit expetenda. Primo sic, virginitas non est expetenda. consequentia patet. antecedens probatur, quia contrariatur præcepto legis naturæ Gene. 1. Crescite & multiplicamini. ¶ Secundo sic. nihil ꝙ est vitiosum est expetendum, vt patet, sed virginitas est quid vitiosum, ergo non est expetendã. probatur minor. id quod recedit à medio virtutis ẽ vitiosum, sed virginitas recedit à medio virtutis ab oĩbus delectationibus abstinens, dicit .n. philosophus 2. Eth. ꝙ omni voluptate potit, nec ab vna recedit impatiens est. qui autem omnes fugit agrestis est, & insensibilis. ergo virginitas est quid vitiosum. ¶ Tertio sic. pœna non debetur nisi vitio, sed apud antiquos puniebantur ẜm leges illi, qui semper cœlibem vitam ducebãt, vt Valerius maximus dr̃. ergo virginitas est peccatum. ¶ In oppositum est c. præsens vbi dicit Ambr. integritas corporis à nobis expetenda est. ¶ Rñdeo dicẽdum, ꝙ virginitas licita est, & bona, & per consequens expetenda. Ista conclusio patet primo ex præsenti c. secũdo sic, nullũ pc̃m cadit sub consilio. sed virginitas cadit sub consilio. dr̃ aũt 1. Cor. 7. de virginib. aũt pceptum non habeo consilium aũt do. & Ambro. in pñti c. ait de ea quã. s. integritatem corporis ego pro consilio suadeo, non pro imperio pcipio. patet ẽt conclusio eo, ꝙ B. Io. de virginitate cõmendabatur. Et in psal. 34. habeẽ adducenẽ regi virgines &c. Pro cuius conclusionis euidentia est sciendũ iuxta S. Th. in 2.2. q. 152. ꝙ in humanis actibus illud est vitiosum, quod est præter rõnẽ rectã, habet aũt rõ recta, vt his q̃ sunt ad finẽ vtatur aliqs ẜm naturam, q̃ cõgruit fini.

2 †Est aũt triplex hoĩm bonũ vt dr̃. 1. Ethi. vnum quidẽ ꝙ cõsistit in exteriorib. rebus, puta in diuitijs. Aliud autem quod consistit in bonis corporis. ẜm ꝙ consistit in bonis aĩæ, inter q̃ ẽt bona contemplatiuæ uitæ sunt potiora bonis uitæ actiuæ, ut philosophus probat 10. Eth. Et dominus Luc. 10. Maria optimã partem elegit. Quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea q̃ sunt corporis. Ea uero quæ sunt corporis ad ea q̃ sunt aĩæ. & ulterius ea quæ sunt uitæ actiuæ ad ea, quæ sunt uitæ cõtemplatiuæ. pertinet ergo ad rectitudinẽ rõnis, ut aliquis utatur exterioribus bonis ẜm eam mensuram quæ conuenit corpori, & sl̃r de alijs. uñ si quis abstineat ab aliquib. possidendis, quæ alias esset bonum possidere, ut consulat saluti corporali, uel etiam contemplationi ueritatis nõ est uitiosum sed ẜm rõnem rectam. sl̃r si quis abstineat à delectationib. corporalib. ut liberius uacet cõtemplationi ueritatis pertinet hoc ad rectitudinem rõnis. Ad hoc aũtem pia uirginitas ab oĩ uenerea delectatione abstinet, ut liberius diuinæ contemplationi uacet. 1. ad Cor. 7. mulier innupta & uirgo cogitat quæ dñi sunt, ut sit sctã corpore, & spũ, q̃ autẽ nupta est, cogitat q̃ sunt mundi, qũo placeat uiro. unde relinquitur conclusio uera, ꝙ uirginitas non sit aliquid uitiosum, sed laudabile & p cõsequens expetendũ. ¶ Ad rõnes. ad primam negatur añcedens. Et ad probationem cum dr̃, ꝙ ɔ̃dicit præcepto legis naturæ negatur: qm̃ illud pceptum non respicit singulos hoĩes, ita ꝙ à singulis implendũ esset, sed cõitatem. ut in ea ab aliqbus impleret pro quo notandum iuxta S. Tho. ubi supra.

3 †ꝙ pręceptum habet rõnem debiti. dupliciter aũt est aliqd debitum. uno modo ut impleatur ab uno & hoc debitum sine peccato pteriri non põt. aliud autẽ est debitum implendum multitudine. Et ad illud debitum implendum non tenetur quilibet de multitudine. multa.n. sunt multitudini necessaria ad quæ implẽda unus non sufficit, sed implentur a multitudine dũ unus facit unũ, & alius aliud pręceptũ. ergo legis naturæ datũ homini comestione de necesse est ꝙ ab unoquoq; impleatur, aliter.n. indiuiduũ conseruari nõ potest. sed præceptum de generatione respicit totam multitudinem hominum, cui necessarium est non solum ꝙ multiplicetur corporaliter, sed etiam ꝙ spiritualiter proficiat. Et ideo sufficienter prouidetur humanæ multitudini si quidam carnali generationi operam dãt, quidam uero ab hac abstinentes contemplationi diuinorum uacent ad totius humani generis pulchritudinem & salutem, sicut etiam in exercitu corporali, quidam castra custodiunt, quidam signa deferunt. quidam gladijs decertant, quę tamen omnia debita sunt multitudini. sed per unũ impleri non possunt, uel dr̃ quod illud præceptũ fuit affirmatiuũ. ¶ Ad sedam negaẽ minor. Et ad probationẽ iterũ negaẽ minor. dicim⁹ .n. cum S. Tho. quod uirginitas non abstinet ab omni dele-

ctatione sed solũ delectatione venerea, & ab hac abstinet secundum rationem rectam vt dictum est. ¶ Ad tertiam negatur consequentia, quia quando dicitur de antiquis nõ habet autoritatem. dicimus. n. iuxta dominum Pe. de Palu de ꝙ apud gentiles error ille increbuerat, quia dedit eos Deus in reprobum sensum vt licita putarent illicita, & econuerso. vt fornicationem & idolatriam. vnde cum Plato sacrificauit non sacrificauit quia repręsentaret virginitatem illicitam. sed vt satisfaceret peruersæ opinioni plebis vt dicit Augustinus.

4 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur ꝙ virginitas nõ sit virtus. Primo sic. nulla virtus inest nobis à natura, vt dicit philosophus 2. Eth. sed virginitas inest nobis à natura, quilibet. n. mox natus ē virgo, ergo virginitas nõ ē virtus. ¶ Secũdo sic. nullus habitus est vno tempore virtuosus, & alio tempore vitiosus, quia vna forma non mutatur in aliam sibi contrariam, sed virginitas fuit aliquando vitiosa. s. quando Deus præcepit Gen. 1. Crescite &c. ergo nullo tempore virginitas est virtus. ¶ Tertio sic quicunque habet vnam virtutem habet omnes. sed aliquid habent alias virtutes qui non habent virginitatem, ergo &c. ¶ Quarto omnis virtus restituitur per pœnitentiã. sed virginitas non. ergo &c. ¶ Quinto nulla virtus perditur sine peccato, sed virginitas perditur sine peccato per matrimonium. ergo &c. ¶ In oppositum est tex. huius. c. ¶ Respõdeo dicendũ ꝙ virginitas sit virtus & spãlis virtus, patet tñ ex diffinitione virtutis q̃ est, virtus, est bona qualitas mentis &c. Rõne sic iuxta S. Th. in virginitate est sicut formale & cõplementum propositum siue completiuum perpetuo abstinẽdi à delectatione venerea, quod quidem propositum laudabile redditur ex fine inquantum. s. hoc fit ad vacandum rebus diuinis. materiale aũt in virginitate est integritas carnis absque omni experimento venereæ delectationis. manifestum est autem, ꝙ vbi est spãlis materia habens specialem excellentiam ibi inuenitur spãlis ratio virtutis, hoc autem ꝙ est conseruare se immunem ab experimento venereæ voluptatis, habent q̃dam excellentiam laudis supra hoc ꝙ est conseruare se immunem ab inordinatione venereæ voluptatis, quod est castitatis. Et ideo virginitas est specialis virtus habens se ad castitatem sicut magnificẽtia ad liberalitatem. Alij autem dicunt quod virginitas non nominat virtutem, sed statum perfectũ virtutis. Et hac rõne sancti qñq; eam virtutẽ nominant. Secundum quam opinionẽ facile esset rñdere ad argumenta posita in principio qõnis, tñ sustinendo opinionem primam quę est S. Tho. rñdendum est ad obiecta. Ad primam rñdetur negando minorem. dicimus. n. cum S. T. ꝙ homines ex sua natiuitate habent id ad quod materiale est in virginitate, scilicet integritatem carnis immunem ab experimento venereorum. Non tñ hñt idem ꝙ est formale in virginitate vt. s. habeãt ꝓpositũ seruãdi hmõi integritatẽ ꝑ deũ, & ex habet rõnẽ virginitatis seu virtutis. vñ breuiter dr̃, ꝙ virginitas in qua hõ nascitur non est ꝓprie virginitas, sed decor carnis & ornatus. ¶ Ad secundã negatur minor. dicim⁹. n. iuxta Richa. ꝙ licet aliquo tpe fuisset vitiosum abstinere ab oĩ carnali copula, qñ erat in pcepto fidelium multiplicatio, tñ ex hoc non sequitur ꝙ habitus virginitatis tunc fuisset vitiosus, qa pro illo tempore determinabat voluntatẽ ad cõiugalem cõcubitũ ꝑ bonũ ꝓlis, sicut non ẽnte pdicta necessitate determinat voluntatẽ ad oẽm delectationẽ venereã respuendam. ¶ Ad tertiam rñdet̃ iuxta S. Th. ꝙ ille qui habet vnã virtutẽ habet aliquo mõ oẽs non tñ ad oẽ illud ꝙ est in virtute, vñ cõnexio virtutũ accipit̃ ẽm id ꝙ formale est in virtutibus. s. ẽm charitatem, vel ẽm prudẽtiã, non aũt ẽm id ꝙ est materiale in virtutib. nihil n. ꝓhibet alicui virtuoso suppetere materiam vnius virtutis, nõ aũt materiã alterius, sicut pauper hẽt materiã tẽperãtiæ, nõ aũt materiã magnificẽtiæ. & hoc modo alicui hñti alias virtutes deest materia virginitatis. i. pdicta integritas carnis, tñ põt id ꝙ est formale in virginitate habere. s. in ꝑpatione mentis prædictæ integritatis conseruandæ ꝓpositũ si hoc sibi cõpeteret sicut pauper habet in ꝑparatione aĩ hr̃e ꝓpositum magnificos sumptus faciẽdi, si sibi cõpeteret, & sir̃ ille q est in ꝓsperitate habet in ꝑparatione aĩ ꝓpositũ æquanimiter tolerandi & sine hac ꝑparatione aĩ nõ põt aliquis esse vitiosus. ¶ Ad quartã rñdet̃ negando minorem. dicimus. n. iuxta S. Th. ꝙ virtus virginitatis ꝑ pęnitentiã reparari potest quantum ad id quod est formale in virtute, non autem quantum ad id quod est materiale in ipsa. Non. n. si quis est magnificus & consumpsit omnes diuitias suas per pœnitentiam peccati restituũtur ei diuitiæ. Et similiter ille qui peccando virginitatem amisit, per pñiam non recuperat virginitatis materiam, sed recuperat virginitatis propositum. verum ꝙ circa virginitatis materiam est aliquid ꝙ miraculose reparari poterit diuinitus, scilicet integritas membri. Aliud autem est, ꝙ nec miraculo reparari, quod scilicet qui expertus est voluptatem veneream, fiat non expertus, non. n. deus potest facere, vt ea quæ facta sunt non sint facta, vel dicendum ẽm Petrum de Palude, ꝙ hoc intelligitur de virtutibus necessarijs ad salutem, non autem de alijs. & sic rõ non procedit. ¶ Ad quintam respondetur negando assumptum gñaliter de oĩ virtute. nam vt dicit S. Tho. in 4. status ille virtutis in quo virtus in actum suum exire possit põt amitti sine peccato, & cum peccato indifferenter nec recuperatur per pęnitentiam, sicut aliquis ditissimus magnificus potest dare, oĩa sua pauperibus, & sic sine peccato eueniet ei, quod in actum virtutis exteriorem exire nõ poterit. Si vero in turpes vsus facultates suas cõsumat, hoc erit cum peccato, nec tamen statũ primum recuperabit. Et ideo virginitas quæ statum illũ dicit virtutis, in quo virtus possit exire in actũ & per peccatum omitti in fornicatione, & sine peccato in actu matrimonij, nec unquam per pœnitentiam recuperatur, vt superius dictum est. quare ratio non procedit.

5 Ad tertium Sic proceditur. †Et videtur ꝙ virginitas non sit excellentior matrimonio. Primo sic. dicit. n. Aug. lib. de bono coniugali. Non impar meritum continentiæ est in Ioã. qui nullas est expertus nuptias, & in Abraham qui filios generauit, sed maiori virtutis maius est meritũ. ergo virginitas nõ est potior virtus quam castitas coniugalis. ¶ Secundo sic. Ex virtute dependet laus virtuosi. si ergo virginitas præferretur cõtinentiæ coniugali, videretur quod quælibet virgo esset laudabilior qualibet coniugata, sed hoc est falsum. ergo virginitas non præfertur coniugio. ¶ Tertio sic, bonum commune potius est bono priuato, vt patet 1. Ethi. sed coniugium ordinatur ad bonum commune. virginitas autem ad bonum priuatum, ergo &c. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti capitu. vbi dr̃, ꝙ virginitas est in consilio, sed opera perfectionis cadunt sub consilio, ergo &c. ¶ Secũdo idem arguitur ex illo Beati Augu. lib. de virginitate. Certa rõne & sanctarum scripturarum authoritate nec peccatũ esse nuptias inuenimus nec eas bono vel virginali continentiæ, vel etiam viduali æquamus. ¶ Respondeo dicendum est omnino, ꝙ virginitas excellentior sit continentia coniugali. Nam vt patet in lib. Hierony. contra Iouinianũ. Error fuit Iouiniani virginitatem non esse matrimonio præferendã quidem error præcipue destruitur vt dicit S. Tho. in secunda secundæ. Et exẽplo Christi, qui & matrẽ virginẽ elegit, & ipse virginitatem seruauit. ¶ Secundo ex doctrina apostoli, qui 1. Cor. 7. virginitatem consuluit, tãquam melius & excellentius. ¶ Tum tertio, quia bonum diuinum est potius bono humano. ¶ Quarto quia bonum animæ præfert bono corporis. ¶ Quinto quia bonum contemplatiuæ vitæ præfertur bono actiuę vitę, virginitas autem ordinatur ad bonum aĩæ secundum viam contemplatiuam, quod est cogitare ea quæ Dei sunt. Coniugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod est multiplicatio generis humani, & pertinet ad vitam actiuam, quia vir & mulier in matrimonio viuentes necesse habent cogitare, quæ sunt mundi vt patet 1. Cor. 7. ¶ Ad rationes in oppositum dicẽdum est. Ad primam respondetur negando consequentiam absolute. licet. n. in Abraham non fuerit minoris meriti castitas coniugalis, quam virginitas Ioannis, non tamen sequitur, ꝙ simpliciter sint ęquales. in Abraham ideo castitas coniugalis non fuit minoris meriti, quia vt ipse S. Tho. dicit, meritum non pensentatur solum ex genere actus, sed magis ex animo operantis. habuit autem Abraham animum sic dispositum, vt paratus esset virginitatem seruare, si esset tempus congruum, ex quo meritum coniugalis, continentiæ in ipso æquatur merito continentiæ virginalis in Ioanne respectu præmij essentialis, non autem respectu præmij accidentalis. vnde August. dicit in libro de bono coniugali. ꝙ Ioannis cœlibatus & Abrahæ coniugium, pro tẽporis distributione Christo militarunt, sed cõtinentiã Ioetiam in opere, Abraham autem in solo habitu habebat.

¶ Ad


¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio huius est secundum S.Tho. quia licet continentia virginalis melior sit quam continẽtia coniugalis, tamẽ coniugatus melior est, quam virgo. Et hoc duplici ratione. primo ex parte ipsius castitatis, s.s. ille qui est coniugatus habeat animum magis paratum ad virginitatem seruandam, si oporteret, quã ille q est actu virgo. secundo quia forte ille qui non est virgo habet aliquam excellentiorem virtutẽ occultam siue incognitam. ¶ Ad tertiam respondetur negando vniuersaliter assumptum. bonum enim commune non semper est potius bono priuato, nisi quando sunt eiusdem generis, sed quando sunt diuersorum generum non oportet. Nam potest esse ꝙ bonum priuatum sit melius secundum genus suum, & hoc modo virginitas Deo dedicata præfertur fœcunditati carnali. Lege. ¶ [Integritas corporis]. i. virginalis continentia, quæ teste Augustino libro de virginitate & continentia, per quam integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis vouetur, consecratur, & seruatur. & Ambrosius libro de virginitate dicit, ꝙ virginitas est expers contagionis integritas [quæ persuaderi potest sola]. i. solummodo [imperari non potest] hoc intelligitur ab initio, antequam quis facit sibi præiudiciũ per votum, vel ordinem sacrum, vel per habitum regularẽ, Hug. vnde imperatur clericis. fecerũt. n. sibi prȩiudiciũ accipiendo ordines sacros. Similiter imperatur monachis conuersis deuotis vt di. 31. sacerdotibus & 17. q. 1. [voti]. i. arbitrij & spontaneæ voluntatis [prȩceptum]. i. coactionis & necessitatis.

Cum ergo. §. Est, in quo magister concludit, ꝙ cum de meretrice nõ sit spes &c. Sed obijcit conclusionem præfatam probans, ꝙ meretrix potest in coniugium duci. Et hoc per exempla sacræ scripturæ. Et primo de Raab meretrice, de qua habetur Iosuæ 6. quæ nupta fuit Salomoni, qui erat princeps de tribus Iuda vt patet 1. Paralippo. 2. hæc autem meretrix dicitur fuisse meretrix de Hierico. [Christus] vt patet Matth. primo. [nasci] per successionem Hugu. dignatus est enim non solum de bonis, sed etiam de malis parentib. nasci, vt se ostẽderet propter bonos & malos conuertendos se in mundũ venisse. secundo docet hoc exemplo Oseæ. [primus] non ratione temporis, sed ordinis. liber. n. eius ponitur primus inter 12. prophetas qui ex præcepto domini sumpsit sibi vxorem fornicariam, vt faceret filios fornicationum vt dicitur Oseæ primo. [sed aliud est] hic contrarietatem soluit quia ducere meretricem in vxorem, vt eam à meretricio reuocet, & ad castitatem reducat, hoc est bonum & sanctum. aliud vero est meretricem ducere, vt adulteretur, & hoc est damnabile.

Non est culpandus. Ad probandũ hoc quod dixerat inducit hoc capitu. Hieronymus super Oseæ in 1. capitulo. Summa patet. Lege. ¶ [Si societur malo] quia ex quo persistit bonus tantum corpore sociatur malo, non autem in crimine, vel in consensu, nec alias qui polluitur ex coniunctione mali, vt 23. quæstione quarta. ita Hugut. [pudicitiam] mentis.

¶ *Quæstio secunda.*

1 *Vxor ducta causa incontinentiæ est dicenda vera vxor.*
2 *Matrimonij institutio fuit duplex.*



Quod autem. Hic intitulatur secunda questio. s. an illa sit coniux dicenda, quæ causa continẽtiæ ducitur. Et hæc quæstio diuiditur in septem partes. In prima videtur probare superficialiter, ꝙ causa incontinentiæ ducta non est vxor, quia honor mulierum est procreare filios. In secunda loquitur de duplici institutione matrimonij. In tertia dicitur, quod virtute spiritus sancti quandoque coniugalis actus agitur. In quarta quæritur, si vocetur vxor quæ ducitur ad tempus, siue sub conditione, vt prolem euitet. In quinta quæritur an sit homicida, qui percutit mulierem, & facit abortum. In sexta quæritur vtrum peccet concubinarius dimittendo concubinam & adhærendo vxori suæ &c. In septima intendit probare Gratianus, quod verecundæ debent esse mulieres. secunda ibi, his ita respondetur. tertia ibi, connubia. quarta ibi, solet quæri. quinta ibi, quod vero. sexta ibi, ancillam. septima ibi, honoratur. ¶ [Quod autem] pro parte negatiua arguit sic, matrimonium nõ fuit institutum causa explendæ libidinis sed causa propagationis, quod patet, quia ex ipsa benedictione Dei dicẽtis. Crescite & multiplicamini. ergo non est dicenda vxor, quæ ducitur causa incontinentiæ. Ad istam quæstionem respõ-
1 detur† quod vxor ducta causa incontinentiæ est vere vxor dicenda, si affuit inter eos consensus expressus per verba de præsenti. Ad argumentum respondetur vt hic infra di-
2 citur in tex. & in gloss.† quod duplex fuit institutio matrimonij, vna fuit ante peccatum. Et ista fuit facta causa procreandæ prolis, siue causa multiplicandi generis humani. secunda institutio fuit post peccatum, & ista non tantum causa prolis procreandæ, sed etiam causa vitandæ fornicationis. vnde apostolus prima Corint. 7. Concedit ad vitandam incõtinentiam & fornicationem nuptias esse, vbi ait, quod si non continent nubant. melius est enim nubere, quam vri. Et ideo vxor quæ hac de causa ducitur in vxorem per mutuum consensum per verba de præsenti est vere vxor dicenda.



Pudor est fœminis. Ad idem inducit hoc ca. quod est Beati Ambrosij super Lucam. Summa est in rubro. ¶ [Pudor præmia]. i. filios non habere, si tamen per eas non staret, quo minus habeant, non est cur habeant pudere Hu. & glo. [sola]. i. præcipua [est]. i. esse debet Hug. & gloss. [principem mundi] id diabolum, qui dicitur princeps mũdi. i. mundanorum. i. malorum qui mundana præferunt cœlestibus & terrena præponunt æternis [falleret] cum. n. videret Liam habere filium, non credidit eam esse virginẽ, & sic est deceptus. alia causa talis ignorãtiæ redditur supra 28. q. 2. inuenta, qui ergo &c.



Sicut non omnis. Ad idem probandum inducit hoc c. Hierony. super epistolam ad Co. Summa est in rubro. Sequitur litera. ¶ [Sicut non] hæc negatio non bene coniũgitur cũ ly omnis, quia tunc æquipolleret huic, quidam non, sed coniungitur cum verbo potest, & tũc est sensus. nulla congregatio hæreticorum est Christi ecclesia. bene dicit Christi, quia semp sunt ecclesia malignãtiũ, quæ est ecclesia diaboli, Hu. [matrimonium]. i. coniunctio sine copula, & hic similiter negatio refertur ad verbum, quia nulla copula contra præcepta. i. quando cum consanguineis vel alijs personis prohibitis [adulterium]. i. coniunctio fornicaria Hu. & gl.

2 *Bonum prolis potest tripliciter considerari.*

His ita respondetur. Hic est secunda pars q̃stionis, vbi pro solutione propositæ quæstionis inducit, ꝙ matrimonium bis institutum est. [extra paradisum]. i. ostensa esse facta Hu. [exciperetur]. i. excluderet à fornicatione Hu. [vnde apostol⁹] 1. Cor. 7. [reuertimini] consilium est quo ad exigendũ præceptum quo ad reddendum Hu. [in idipsum]. i. in carnalẽ vsum [non tñ ideo nuptiæ sunt malæ] aut culpãdæ Hu. [veniale]. i. nõ mortale. i. ad mortẽ æternã imputabile pp̃ [nuptiarum, & tripertitum]. s. fides, proles, & sacramẽtum. de quibus licet supra 27. q. 2. in c. omne dixerimus. nihilominus pro pleniori intelligentia huius quæruntur tria.

1 ¶ Primum est vtrum ad contrahendũ matrimoniũ necessarium sit illa tria bona esse in contrahentium intentione.

3 ¶ Secundum vtrum ad esse matrimonij necessarium sit illa esse in obligatione.

4 ¶ Tertium est vtrũ ad conseruationem matrimonij necessarium sit illa bona esse in matrimonij executione.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur ꝙ ad cõtrahendum matrimonium necessarium sit illa tria esse in contrahentium intentione. Primo sic. Ad contrahendum matrimonium necessarium est consentire in ea quæ sunt de essentia matrimonij. sed prædicta bona non sunt de essentia matrimonii. ergo ad contrahendum necessarium est contrahentes consentire in illa. non possunt autem consentire in illa nisi sint in

eorum intentione. ergo &c. ¶ Secundo illa intentio est necessaria ad contrahendum, cuius opposita impedit matrimonium, sed si contrahentes intendant agere contra bonũ prolis, vel fidei, vel sacramenti, non contrahunt matrimonium, vnde de procurantibus venena sterilitatis dicit Au. in c. aliquando infra e. ꝙ si ab initio tales sunt non sibi per connubium sed per stuprum potius conueniunt. ergo ad contrahendum matrimonium verum necessarium est illa tria esse in contrahentiũ intentione. ¶ Tertio ꝙ bonum fidei sit de necessitate sacramenti sic arguitur. dt̃ Aug. ꝙ si qs cõsentiat in aliquam, vt postmodum aliam accipiat, nõ est sacramẽtum, sed hoc est propter defectum fidei, ergo &c. ¶ In oppositum arguitur. homo potest contrahere cum illa, quam scit non posse parere, sed sic contrahens non põt habere bonum in intentione. ergo illud bonum nõ est necessarium esse in intentione contrahens matrimonium. ¶ Item vir potest cum muliere verum matrimonium cõtrahere, quanuis intendat aliam mulierem adulterando cognoscere. sed talis non habet in intenione bonũ fidei, imo habet in intentione oppositum. ergo bonum fidei non est necessarium esse in intentione contrahentis verum matrimonium. ¶ Tertio probatur ꝙ nec sacramẽtum sit de necessitate, siue substantia matrimonij. quia si aliquis contrahat cum aliqua per verba de præsenti est matrimoniũ cõtractũ, & tñ illo trãseunte ad religionem, ista potest nubere. ergo non erat vinculum inseparabile. ¶ Respondeo dicendum iuxta Rychar. in 10. ꝙ prædicta tria bona esse in intentione, põt intelligi dupliciter, aut in habitu, & implicite, aut in actu, & explicite. Qua distinctione habita sit ista conclusio. necessarium est prædicta tria esse aliquo prædictorum modorum. s. habitualiter & implicite in intẽtione contrahentium. patet conclusio. primo de bono sacramentali, quia contrahentes necessario cum cõtrahunt cõsentiunt in vinculi inseparabilitate, rõne cuius est matrimonium bonum sacramenti. vnde Au. sacramentum ita inseparabiliter adheret coniugio, vt sine illo esse non videat̃ illo ẽt modo necessario est bonum fidei esse in intentione contrahentium aliquo modo. in bono n. fidei considerant duo, vnum. s. essentiale, quod est non negare vsum sui corporis, si coniux alius petat alterum accidentale bonum fidei accessorium est non exhibere alteri quam suo coniugi vsum sui corporis. Rõne primi, necessarium est bonum fidei esse in intentione contrahentium, ad minus habitualr̃, & implicite, rõne aũt alterius non est necessarium ad contrahendum matrimonium, de bono prolis, ẽt patet conclu-
2 sio pro quo notandum † ꝙ bonum prolis tripl'r põt considerari. s. aut prolis susceptione, & educatione absolute. aut sub conditione, si deus eam dederit seu pro non procurando aliquod impedimentum prolis, primo modo nõ est necessariũ bonum prolis esse in contrahentium intentione, nec actualiter nec habitualiter, & implicite. vnde si contrahentes intenderent non suscipere prolem, nec educare, si deus ea daret, vel venena sterilitatis procurarent, ne proles veniret matrimonium sic contractum esset nullum, vt supra inductum est in vno argumentorum, loquendo de esse actualiter in intentione contrahentium sit ista cõclusio actualiter & explicite sic, ad contrahendum matrimoniũ non est necessarium aliquod prædictorum bonorum esse in ꝯhentium intentione. sufficit. n. ꝙ in contrahendo intendant illud quod inter contrahẽtes requiritur ad matrimonium. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primam respondetur, ꝙ rõ procedit de intentione in habitu & implicite, & de bono prolis ẽm ꝙ accipitur pro susceptione & religiosa educatione, sub hac conditione ẽt vt dictum est, & de eo ꝙ est essentiale in bono fidei. ¶ Ad secundam patet responsio per ea quæ dicta sunt de bono prolis. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ ratio non procedit, vt dt̃ dñs Bonauentura, tamen quia ante copulam carnalem non est ibi sacramentum secundum completam & plenã rationem. Tum quia etiam ibi non soluitur matrimoniũ, nisi per mortem spiritualem, sicut cõsummatum, nisi per mortẽ corporalẽ. ¶ Ad argumẽta pro alia parte patet responsio ex dictis. quoniam primum procedit de bono prolis, vt accipit pro prolis susceptione absolute. ¶ Secũdum vero argumentum procedit eo quod in bono fidei est accidentale seu accessorium. concordat satis Archidiachon, qui hic mouet hanc quæstionem dicens, & si nihil cogitent de his bonis est verum matrimonium. sufficit. n. ꝙ nõ apponant conditionem, vel pactum, quod contra faciant arg. de condi. appo. c. vlti.

3 **Ad secundum** Dubium †. s. vtrum ad esse matrimonij necessarium sit illa bona esse in obligationem. Respondeo secundum Richardum ꝙ sic. patet, quia in omni matrimonio est obligatio ad inseparabilitatem, ita ꝙ ab illo coniuges se mutuo absoluere non possunt vita corporali durante. Si tamen sit matrimonium consummatum, quanuis hoc possunt ante matrimonij consummationem per religionis ingressum, & etiam in omni matrimonio de necessitate obligatio ad ꝓlis sustẽtationem & religiosam educationem, si proles affuerit, & obligatio ad fidei obseruationẽ, non tantum quantum ad illud, quod in bono fidei essentiale quod est non negare vsum corporis sui alteri coniugi hoc exigẽti, sed etiam quantum ad illud quod est accessorium seu accidentale, ꝙ est non concedere vsum sui corporis alteri, quam suo coniugi, quia autem contractus obligat contrahentem ad aliquid, à quo actualiter dissentit dum contrahait absque hoc quod de tali dissensu fit contractus. Et ideo quanuis sine prolis susceptione & fidei obseruatione possit remanere m̃rimoniũ, ꝙ solus cõsensus efficit, tñ obligatio ad ꝓlis sustẽtationẽ si venerit & ad fidei obseruationẽ, ita sunt essentiales matrimonio quod ab illis separari non potest, nisi ab obligatione reddendi debitũ mutuo se absoluãt ꝑ cõtinentię votum ex vtriusq; consensu, vel nisi interueniat separatio quantum ad torum ob fornicationis causam, vnde quia ꝑdicta bona sunt de necessitate obligationis, ideo in cõtrahendo quicunque apponeret conditionem cõtrariam obligationi, ad aliquod prædictorum, non contraheretur matrimonium.

4 **Ad tertium** Dubiũ scilicet vtrum ad conseruationem matrimonij necessarium sit illa bona esse in executione matrimonij. Respõdeo secundum eundem Richardum & alios, quod non, patet. inseparabilitas, non enim respicit per se & primo matrimoniales actus, sed matrimonij essentiam. Bonum autem prolis & fidei respiciunt matrimoniales actus in quibus consistit matrimonij executio, non est necessarium, quod per actus matrimoniales proueniat bonũ prolis, quia in matrimonio cum muliere sterili prouenire non potest, & tamen cum illa potest manere matrimonium. nec etiam est necessarium vsum corporis alteri coniugi dare, vel negare alteri, quod suo coniugi. Nam manet vinculum coniugale inter coniuges, etiã si à se descendentes alijs adhæserint. vnde dominus Bonauẽtura dicit in quarto, si loquamur quantum ad matrimonij vsum sic proles & fides sunt de bene esse quam vsus matrimonij absque his esse potest sicut tota die est & non solum absque his, sed etiam cum suis oppositis.


1 *Actus coniugalis an possit esse sine omni culpa.*
Quod sic aliquando num. 2.
3 *Actus coniugalis potest ordinari ad quatuor vel quinque.*



QVicquid. Sequitur ca. hoc B. August. quomodo concubitus coniugalis per bona matrimonij excusatur. Sũma est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In 1. ostendit, quod si inter se coniugati habeant aliquid sordidum, non propter hoc nuptiæ sunt maledicendæ. In secunda ostendit, qualiter cõcubitus coniugalis qui fit causa vitandæ incontinentiæ ꝓ bono matrimonij defenditur à peccato. In 3. concludit, ꝙ coniugati debent sibi inuicem seruare fidelitatem. siue seruitutem. secunda ibi, nam in ipsa. tertia ibi, debent ergo. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli & glossæ quæ-
1 ritur † vtrum actus coniugalis possit esse sine oĩ culpa. Et videtur quod sic. Primo matrimonium est sanctum & bonum, patet quia à Deo est institutum, & confirmatum per præsentiam suam ad nuptias. Ioannis secundo, & approbatum per responsionem suam Matthe. decimo nono. sed sancta re potest homo sancte vti, & sine peccato. ergo &c. ¶ Secundo sic. omne quod Deus præcepit, potest fieri sine peccato, sed Deus præcepit prolem procreare Gene. 2. post lapsum ergo possibile ẽ hoc facere sine peccato. ¶ Cõtra videtur capitulum præsens, vbi ait, ꝙ coitus q fit causa incontinẽtiæ vitandæ sit peccatum veniale. ¶ Respondeo dicendum,


2 dicendum, quod actus coniugalis quandoque est sine omni peccato. Quandoque est cum peccato veniali, quandoque cum mortali. pro euidentia huius conclusionis, est notandum
3 quod vt partim tangitur in glos. quod ad quatuor vel quinq; potest actus coniugalis ordinari. Primo ad bonum prolis procreandæ ad cultum diuinum. Et tunc est ista conclusio: quod actus coniugalis est sine omni peccato. patet rationibus primo factis in principio quæstionis. ¶ Secunda conclusio. quod non modo actus coniugalis qui fit causa prolis procreandæ ad cultum diuinum, sit sine peccato, sed etiam est meritori⁹ probatur cõclusio sic. Exercere actũ illũ illo mõ & illo fine quod directe cadit sub præcepto Dei meritorium est, sed act⁹ matrimonialis directe cadit sub præcepto diuino vt ordinatur ad bonum prolis Gen. 2. & 9. vbi ponitur istud præceptum semper. dicit crescite, & multiplicamini &c. ¶ Secundo actus ille potest ordinari ad redditionem debiti coniugis petentis expresse vel interpretatiue etiã quãdo nulla spes est de prole, sicut post conceptionem. & isto modo est conclusio, quod actus coniugalis est sine peccato, & etiam meritorius. Ista conclusio patet. quia dicit Au. quod quñ coniuges seruata fide tori cõueniunt, actus ille nullam culpam habet, sed magis meritum. ad fidem vero tori pertinet, quod quilibet alteri indigenti & petenti subueniat remedium adhibendo. ¶ Secundo patet, quia actus iustitiæ factus ex charitate meritorius est. reddere autem debitum actus iustitiæ est 1. Cor. 7. vir vxori debitum reddat, & iõ actus coniugalis propter hoc mere exercitus meritorius est. ¶ Tertio potest ordinari actus ille ad explendam libidinem extra legem matrimonij, quod fit quando iste sic accedit ad vxorem non propter redditionem debiti, vel bonum prolis, sed ad satisfaciendum libidini, qui deliberatiue consentit in hoc, quod idem faceret, esto quod nõ esset vxor sua. Et isto modo est conclusio, quod talis peccat mortaliter. patet cõclusio ex illo Hierony. dicentis infra q. 4. c. liberorum. quod voluptates quæ de meretricum amplexibus capiũtur in vxore dãnandæ sunt. ergo si tales voluptates in vxore quærantur damnabiles sunt quia ad damnationem ducunt. ¶ Quarto potest ordinari actus coniugalis ad satisfaciendum concupiscentiæ propriæ tamen infra legem matrimonij, puta coniux. s. vir tentatur, & tunc volens tentationi satisfacere cognoscit cõiugem, sic tamẽ quod nullo modo faceret nisi esset coniux, & hoc modo actus ille est cum peccato veniali, probatur ista conclusio sic. vti re non propter debitum finem semper est peccatum saltem veniale. sic facit iste vtendo vxore ad satisfaciendum concupiscentiæ suæ. ergo &c. maior patet, quia omnis abusus rei peccatum est, minor patet, quia finis actus matrimonij est bonũ prolis, vel redditio debiti. vtrunque istorum finium iste prætermittit. ergo peccat saltẽ venialiter. ¶ Quinto põt actus coniugalis ordinari ad remedium contra morbum corporalem, puta iudicant medici quod vir vel vxor incurret morbum periculosum nisi vacent tali actui, de isto modo videtur esse conclusio quod sit peccatum veniale secundum S. Th. & Pet. de palude. rõ eorum quia quanuis intendere conseruationem sanitatis nõ sit per malum, tamen hæc intentio efficitur mala, si ex aliqua sanitas intendatur, quod non est ad hoc ordinatum nec principaliter nec minus principaliter, nullo modo potest finis matrimonij sicut qui ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem quæreret. Et similiter est in proposito. de actu matrimonij. hæc S. Tho. ¶ Sexto potest ordinari actus coniugalis propter vitãdam fornicationem in se vel in vxore, tunc sit ista conclusio. quod si fit ad vitandum fornicationem in vxorem, tunc talis actus est sine peccato. Si vero ad vitandum fornicationem in seipso, sic est peccatum veniale. ista conclusio est S. Th. sic dicentis in quarto, si aliquis per actum matrimonij intẽdat vitare fornicationem in coniuge, non est aliquod peccatum, quia hæc est quædam reductio debiti quod ad bonum fidei pertinet. Si vero intendat vitare fornicationem in se, sic est aliqua superfluitas, & secundum hoc est ibi peccatum veniale. nam ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam quæ est de peccatis venialib. ista ẽt conclusio colligitur ex præsenti c. Lege. ¶ [Quicqd inter se coniugati] causa incontinentiæ, aut explendæ libidinis. Hu. [immodestum &c. iam] secũda pars. [in ipsa immoderata exactione debiti carnalis] i. coitu, q̃ fit causa incontinentiæ Hu. [sed secundum veniam concedit] eo modo quo sequitur. s. [vt ẽt præter &c.] Hu. [defendant illum] i. coitum, causa incontinentiæ vitandæ [ab adulterio vel fornicatione nec illud] i. coitus incontinentiæ [admittit] i. imperatur. [ignoscitur] i. facile purgatur, ad instar venialis peccati Hu. [debet ergo] tertia pars. [prima] i. præcipua & maxima. [humanæ societatis] i. quare inuicem sociétur matrimonialiter, vel sic. [quæ est] i. quæ fuit [prima societas humanæ] i. prima institutio nuptiarum, quibus homines sociantur, quasi diceret solum propter primam institutionẽ, q̃ fuit facta causa filiorum, vel etiam propter secundam quæ fuit facta causa incontinentiæ tenentur ad mutuã seruitutem reddendi debitum Hu. [perpetua] s. emitte re votum perpetuæ continentiæ.

Non autem datur præsentia. Scilicet sancti spiritus. §. est tertia pars quæstionis, in qua parte ostendit, quod præsentia spiritus sancti non adest, quando coniugalis actus agitur.



Connubia. Ad probationẽ huius quod dixerat, inducit hoc capitulum Beati Hieronymi super Mattheum. Summa est in rubro. breue est. Quia supra disputauimus an actus matrimonialis sit licitus, sit sæpe sine peccato, sit etiam meritorius, non est opus iterum repetere, sed intendamus expositioni literæ quam magis conuenientem credimus. ¶ [Connubia legitima] i. quæ fiunt ad fines, ad quod diuina lex ordinauit. s. ad procreationem prolis, ad cultum diuinum, ad reddendum debitum, sunt sine peccato sicut in præcedenti capitulo ostendimus, nec tamen præsentia spiritus sancti, ad actũ prophetandi & intẽdẽdæ contẽplationi vel cogitãdi vel similia, per hæc autem non negatur præsentia spiritus sancti per gratiam gratum facientem, quæ ipsum actum coniugalem non solum sine peccato, sed etiam meritorium facit, pro quo notandum iuxta S. Tho. in 10. quod Deo iungimur & secundum habitum gratiæ, & secundum actum cõtemplationis, & amoris. quod. n. primam coniunctionem separat semper est peccatum secundum illud Esa. 89. iniquitates diuiserunt inter me & vos, non autem est peccatum, quod separat secundam coniunctionem, quia aliqua occupatio licita circa res inferiores aĩum distrahit, vt actu deo cõiũgi non sit idoneus, & hoc præcipue accidit in carnali cõiunctione, in qua deprimitur mens propter delectationẽ intensam, & propter hoc illis quibus cõpetit diuina contẽplari, aut sacra tractare, inducitur pro tempore isto abstinendum ab vxoribus. vnde Exodi 19. præcipitur populo, q̃ debebat deum videre, quod nõ accedant ad vxores suas. Et sm hoc Hieronym. dicit, quod spũs sanctus quam ad actum reuelationis secretorum non tangebat mentes prophetarum in vsu matrimonij, etiam si propheta officio generationis carnalis. sed & alia plura sunt. s. actus indifferentes, vt comedere, & mouere digitum. [sola] non excludit authoritatem diuinã, quia sine Deo nihil fieri potest sed excludit huiusmodi presentia. s. sancti secundum gratias gratis datas, tũ quia res non exposcit siue non indiget nec talibus rebus decet adesse præsentiam spiritus sancti.

Hic ergo. §. Est, in quo concludit ex illo c. quod sit quod sicut concubitus qui causa incontinentiæ vitandæ licitus est, id est non prohibitus Hugu. sic coniunctio de qua quæritur in themate non est fornicaria, sed licita.



Concubinæ. Ad tempus &c. sic econtrario datur ĩtelligi. hic incipit quarta pars quæstionis, in qua quæritur, an sit vxor quæ ducitur ad tẽpus aut sub conditione, vt vitet prolem, & dicitur quod non, & infert hoc Grat. ex dicto Au. proximæ concubinæ &c. de his qui coniugali &c.



Solet quæri. Ad probandum quod dixerat inducit Aug. in de bono coniugali. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima ostendit, quod maritali affectu ẽt sola vitandæ incontinentiæ causa sunt vere coniuges, si inter eos tria bona matrimonij obseruentur. primo quod sit fides media inter eos. secundo quod vsque ad mortem sit inter eos coniunctio. tertio si non vitent prolẽ. In 2. ondit, quod si alterũ desit, nõ erit inter eos mr̃imoniũ. In 3. ostendit, quod ẽt si aliquis contrahat cum aliqua ad tempus non est matrimonium inter eos. secunda ibi, cæterum si, tertia ibi, &. n. si aliquam.

si aliquam. Lege. ¶ [Solet quæri copulantur] maritali affe-ctu Hug. [connubium] licet nullæ solennitates matrimo-nio sint adhibitæ. vnde hic dicitur connubium propter de-fectum solennitatis vt di. 34. is qui christiano [cæterum] se-cunda pars patet. [etenim] tertia pars [animo]. i. quia talem animum gerit [adulter]. i. fornicator, species ponitur, pro genere. Sic sæpe quilibet illicitus coitus dr adulterium, vt infra q 4. meretrices. [nec cum illa] supple est adulter. [sed cum illa &c.] supple est adulter Hu.



Liquando eousque. Ad idē est hoc c. Beati Au. de nuptijs & concupiscentijs. Summa est in rubro diuiditur in 2. partes. In prima ponit casum triplicem. In secunda ponit quid iuris. secunda ibi, prorsus. patet. Leg. ¶ [Aliquā-do eousque] tres casus ponuntur in hoc capitulo. Quidam .n. coniuges faciunt, vt nō cōcipiant, si hoc nō possunt vitare, faciunt, vt partus conceptus non aiet. Si hoc nō hēt effectum, faciunt vt non exeat ad lucem. isti tales si in cōtrahendo talem habuerunt intentionem, non fuit matrimonium inter eos. Si autē ex post facto matrimonio tales facti sunt licet sint coniuges, tamen adulteri iudicantur quia ad modum adulterij se habent, cum nolunt sibi filios nasci [sterilitatis]. s. vt fœmina non concipiat Hug. [si tales sunt ambo]. s. ex post facto, legitime quidē cōtraxerunt, sed ad hoc deuenerunt [nō sunt coniuges]. i. iura coniugij nō obseruant. q. d. non faciunt quod coiugium exigit. i. quod boni coniuges faciunt. i. non se habent ad instar coiugijs, sed adulterorum, qui nolūt sibi nasci filios, & tamē matrimonium est inter eos [& si ab initio tales sint]. s. cum cōtrahebant, per hoc intelligo, ꝙ primo dixit de illis, qui ex post facto sunt facti tales, ꝙ extinguerent, vel vitarent, & ita fecerunt contra naturam matrimonij, de cuius substātia est intentio prolis, non per connubium [si autem] respicitur ad primum membrum quando. s. ex post facto facti sunt tales, ambo non sunt tales, quia alter nō est talis, imo libenter vult suscipere ꝓlē. [meretrix ē mariti]. i. cū marito se habet ad instar meretricis, quæ non vult sibi nasci filios. Hu. vel meretrix. i. digna est pœna qua est digna aliqua meretrix. [adulter] expone eodem modo, i. dignus pœna, qua dignus est adulter, matrimonium tamen est inter eos.

1 *Homicida an dicatur qui percutit mulierem quæ facit abortū.*

De his qui abortum. Incipit quinta pars quæstionis, in qua q̄ritur an sit homicida, qui percutit mulierem, & facit abortum. In hac quæstione breuiter distinguitur, aut. n. quis facit maleficium, ne fœtus concipiatur, aut vt conceptus extinguatur, si facit ne cōcipiatur, vt homicida tenetur le uius tamen punietur quam pro homicidio pro arbitrio sacerdotis. si faciat vt fætus extinguatur, tunc dicitur ꝓprie aborsio, & tunc aut facit hoc voluntate, aut à casu: si casu. non punitur. vt di. 50. quantū. nisi forte ad cautelam ei aliqua pœnitentia iniungatur. si vero voluntate, distinguitur aut animatus erat fœtus, aut non, si est animatus, est homicida, & canonicā pro homicidio debet subire pœnitentiā, si vero nō est animatus, similiter homicida reputabitur, saltem quo ad reatum, sed non quo ad factum vt 2. q. 5. consuluisti, minus tamen punietur, quia reuera non occidit hominem, & debet pęnitere tribus annis, sicut dicitur in Brochardo li. 17. si qua mulier Hu.

2 *Sententia non est danda certa in dubijs.*



Vod. autem non sit homicida in rei veritate qui abortum procurat antequam animæ corpori infundatur, ꝓbat per tria capitula sequentia. Et in primis inducit hoc capitulum Augustinus in libro de quæstionibus Exodi. Summa est quæ dicta est. Lege. ¶ [Quod] pro quia, id est quia loquitur Augustinus in hoc capitulo super illa verba Moysi, quæ in sequenti capitulo cōtinentur. Pro quo nota quod fuerūt quidam hæretici, qui dicebant quod omnes animæ ab initio simul creatæ sunt, & positæ in comparibus stellis, & quotidie infunduntur nouis in corporibus, & cum infunduntur incarcerantur cum corporibus hominum ad stellas compares reuersuræ, si bene uixerunt. Alij hæretici dicebant animas creari ex traduce id est simul cum corpore. Cum enim corpus seminatur, & anima vt dicunt seminatur, & ita antequam corpus humanum sit formatum, est animatum secundum eos, quia simul cum ipso semine ipsi corpori anima infunditur. Contra quos hæreticos Augustin. loquitur hic, & in sequenti capitulo quod congruentius debuit præcedere hoc capitulum secundum Hugut. dicit ergo. [quod] id est quia [noluit lex.] Exodi. 21. [ad homicidium pertinere] quo ad factum, & veritatem, & nominis etymologiam, quia non interficitur homo Hug. [profecto nec hominem] deputauerit [quod tale]. s. adhuc nō formatum [in vtero geritur.] ergo nō est ibi homicidium. vt infra eo. sicut Hugu. [hic de anima agitari] ab hæreticis. Quæstio quæ agitatur est ista. vtrum nec animatum possit intelligi, hoc verum est, quia antequam plenam effigiem humanam & lineamenta corporis recipiat, non infundit anima vt infra proximo capitulo & capitulo sicut. [& ideo homicidium non fit & cætera] ista pars quæstionis est vera. [Item si sequitur] alia pars quæstionis si. scilicet. [Illud informe] id est formam & distinctionem membrorum non habens [iam quidem] id est antequam effigiem & distinctionem membrorum recipiat [quoniam magna quæstio] mota est inter nos & hæreticos scilicet de hoc quod dicunt cum semine infundi animam [non est præcipitandi sententia] argumentum. † quod in dubijs non 1 est certa danda sententia à 6. quæstione prima quæro. Et a loquitur Ironice & derisorie, quod inde patet, quia statim subdit sententiam dicens [ideo lex & cætera non potest dici anima viua] id est viuere [in corpore quod caret sensu] id est vita, quod fit quosque puerperium recipiat distinctionem membrorum, & sic infundatur anima. Hugut.

a ¶ Non est danda sua Adde ꝙ nō est pcipitā da P. de Anchar. in c. cū Iī j. n. 6. de in inte. restit. Et qñ fertur falsa cā an teneat idem j. c. sicut nobis n. 8. de sen. & re iudic.

1 *Anima rationalis an sit ex traduce, id est traducatur à parentibus in semine.*

2 *Quod non, sed à Deo per creationem. nu. 2.*

3 *Traductio proprie dicitur in generatione animatorum.*

4 *Percutiens mulierem quæ fecit abortum an repellatur à promotione.*



Oyses. Sequitur ad idem est hoc capitulum eiusdem Augu. in quo loquitur contra eosdem hæreticos dicentes animam nasci ex semine, & probat August. authoritate Moysi & exemplo domini in factura Adæ. ¶ Verum pro maiori intelligentia huius ca-

1 pituli & aliorum de materia. Quæritur † vtrū anima rationalis sit ex traduce. i. à parentibus in semine traducatur. Et videtur quod sic. Primo ex illo Gene. 47. Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob, sed nō egreditur aliqd filij ex femore patris, nisi per traductionem seminis. ergo videtur, ꝙ hoc modo anima filii à parentibus veniat ¶ Secundo sic, inconueniens est dicere, ꝙ deus cooperetur peccantibus, sed si animæ rationales crearentur à Deo Deus interdum cooperaretur adulteris, ex quorum illicito coitu proles interdum generatur, non ergo anima rationalis infunditur à Deo sed traducitur à patre. ¶ Tertio sic, filii à parentibus originale peccatum contrahunt. vt apostolus docet ad Rom. 7. Sed accidēs non potest traduci nisi subiectum eius traducatur, ergo videtur ꝙ aīa rōnalis q̄ est subiecta culpæ originalis à parentibus traducat. ¶ Quarto sic in omni generatione vniuoca generans generat sibi simi lem, vnde dat speciem suam generato, quia agens & finis generationis incidunt in idem specie. in 2. physicorum, sed cum homo ex homine procedat est generatio vniuoca, vt species humana cōstituat ex aīa rōnali, videt ꝙ aīa rōnalis fit à generante. ¶ In oppositum est capitulum præcedens, & præsens, & sequens. ¶ Secundo dicitur in libro de eccle-

2 siasticis dogmatibus, quod animæ rationales non seminātur per coitum. ¶ Respondeo dicendum † ꝙ anima rationalis non est ex traduce, sed à Deo per creationem. ista conclusio probatur multipliciter. primo dicit philoso. 16. de animalibus, ꝙ intellectus ab extrinseco est, & in libro de proprietatibus elementorum dicit, quod innat' sit spiritus vitæ iussu Dei, & ita videtur, quod non traducatur à patre. ¶ Secundo ostenditur authoritate sacræ scripturæ dicitur Gene. secundo, hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, multo fortius diceretur anima de anima mea, vt caro de carne, & os de osse, & Esaias. 42. dicitur in persona

In persona domini, omnem flatum ego feci.i.animam. Et sic videtur anima rationalis non ex traduce, sed a Deo per creationem esse. Eadem conclusio probatur ratione, pro quo notandum iuxta S. Tho. in 2. sententiarum, ꝙ traductio duo importat.s.originem, & diuisionem. non.n.ignis generatus ab igne generante traduci proprie dr, similiter nec lignum diuisum in partes dr ꝙ eius pars vna ab alia traducatur. vnde traductio proprie dr in generatione anima-
3 torum, quæ est per decisionem seminis. Et ideo nõ potest dici traduci ab aliquo, illud quod ab eo originem non habet, nec diuisionem recepit. ¶ Arguitur ergo primo sic, anima rationalis non potest diuidi, ergo non potest ab aliquo traduci per modũ diuisionis; consequentia est bona, antecedes probatur sic. diuiditur autem aliquid dupliciter .s.per se vt corpus, & per accidens, vt forma corporalis materiæ impressa, sed anima rationalis nec corpus est, nec virtus corporalis; quod ipsa sua operatio ostendit quæ sine corpore est, ergo diuisibilis non est, & per consequens nec traducibilis per modum diuisionis. Et in hoc consistit rõ Aristotelis in 16. de animalibus. vult.n.ꝙ quorum principiorum operationes sunt sine corpore, illa principia non traducantur per semen. ¶ Secundo arguitur sic, ꝙ anima rationalis non possit traduci per modum originis à generante per semen, sic impossibile est virtutem actiuam quæ est in materia extendere suam actionem ad producendũ in materialem effectum. manifestum est autem ꝙ principium intellectiuum in homine est principium transcendens materiam, habet.n.operationem in qua non communicat corpus, ergo impossibile est ꝙ virtus quæ est in semine sit productiua intellectiui principij. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ locutio illa est synecdochica, ponitur inquam pars principalis.s.anima, pro toto homine. Et hic modus loquẽdi consuetus est in sacra scriptura, & etiam apud philosophos, vnde philosophus dicit 9. Eth. ꝙ totus homo dicitur intellectus per modum etiam quo tota ciuitas dicitur rector ciuitatis. ¶ Ad secũdã respõdet, ꝙ operatio adulterij põt dupliciter considerari, aut ſm esse mortale, & sic put difformis non coöperatur ad ipsam Deus, sed prohibet, aut ſm ꝙ est in specie naturali, & sic est bonum quoddam vnde non est inconueniens vt tali operatione inquantum bona est, Deus qui in omnibus operatur complementum apponat. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia vt dicit S. Tho. quamuis peccatũ originale sit in anima, sicut in subiecto, tamen causatur in anima ex infectione seminis, & est in eo. s. in semine, quãuis non sicut in subiecto, tamen sicut in causa. Et ideo per traductionem seminis & non animæ peccatum originale traducitur. ¶ Ad quartam respondetur negando consequẽtiam, & ratio est, quia ꝙ agens agat sibi simile cõtingit dupliciter, aut quia forma secundum quã similitudo attenditur per actionem agentis de potẽtia in actum educitur, aut quia per actionem disponit materia, vt sit necessitas ad receptionem talis formæ. ¶ Ad primum modum pertinent omnes formæ substantiales materiales, anima vero rationalis ad secundum, & hic modus sufficit ad hoc, ꝙ agens agat sibi simile, quia non proprie forma generatur, sed cõpositum. Lege. ¶ [Moyses det animam], i.vitam. Hu. [pecu-
4 nia] non ergo omne peccatum mortale puniebant morte. Surgit hic quæstio† vtrum tale peccatum hodie repelleret à promotione, cum olim morte non puniretur. Respõdetur secundum Hug. ꝙ sic, quia non illa sola quæ olim puniebantur morte, sed illa omnia & multa alia impediunt promotionem, vt hoc & raptus & vltio iniuriarum, vt dis. 46. seditionarios, & 22. quæstione 2. si quis Hug. & rationem subdens Moyses quare dicit, vt pecunia multaretur dixit, vt probaret non esse &c. formam humani corporis. Hug. Ex hoc arguit [si datur].i.infunditur, non ergo nascitur vt dicunt hæretici [cum semine].i.ex semine, anima ergo rationalis non est ex traduce, sed per creationem infunditur corpori iam formato quo ad membra & cætera corporis organa. [Nam si] arguit deducendo ad inconueniens dicens. [Nam si &] id est, etiam [anima existit ex anima patris sicut corpus ex corpore cum semine] id est per deriuationem seminis, tunc sequitur, quod multæ animæ pereũt quotidie, sicut & multa corpora pereunt, quod est inconueniens, cum quælibet anima rationalis sit indiuisibilis, & immortalis, probat consequentiam, quia semẽ ex defluxu quodammodo sæpe nõ proficit natiuitati, quia homo non nascitur vel formatur inde. Consequenter ostẽdit idem exemplo Christi in factura Adæ. [sed si &c.] secunda pars, quasi diceret, si respiciamus ordinem, quem Deus seruauit in factura Adæ, prius.n.formauit corpus, & postea animam inspirauit, sicut habetur Gene. 2. sic hodie fit ad mysteria, nõ per naturæ permistionem, sed intrusionẽ, Lauren. Arch. [sed ratione informabatur].i.destituebatur, .i. non videbatur rationabile quo ad nos, vt aliquis fieret prius ꝙ haberet domũ.i.corpus, & sic habitatorem.i. aĩam. anima certe quia spiritus est.s. viuificatiuus corporis cui infunditur in sicco habitare non potest.s. per animationẽ .s.ad hoc ꝙ vegetet, viuificet, & animet, & ideo in sanguine dicitur habitare. Deut. 12. Caue ne sanguinem comedas. Sanguis.n. eorum est pro anima, non quòd sanguis sit aĩa, sed quia anima (vt dicit philosophus. 2. de anima.) est actus corporis physici organici vitam habentis. Corpus autem vt vitam ab anima recipiat, oportet esse debite dispositũ, & complexionatum, & organizatum, secundum diuersa membra & organa, & debitam proportionem humorum, inter quos ad vitam hominis principatum obtinet sanguis vt dicatur sanguis pro anima quia ad conseruandum vnionẽ corporis & animæ plurimum disponit inter alios humores sanguis. [cum ergo] concludit intentum [vbi erit anima] quasi diceret, nullibi, sed nonne anima habitat extra corpus, sic ex quo exiunt à corpore, sed cum creatur in corpore creatur, & non extra. Bene ergo arguit cum ergo non sit adhuc corpus quod reget, & in alio creari non debet, nec extra illud vbi erit, ergo.


Icuti. Ad idem est hoc capitulum Hierony. ad Gelasium. summa est ea-dem cum præcedenti capitulo. Breue est. Leg. ¶ [Sicut semina formantur] operantur diuina potentia, vt dis. 56. nasci. Hu. [non reputatur homicidium] quia non est homo.s.e.ꝙ vero. ante.n.infusionẽ animæ rationalis non potest dici natus homo. Et ideo cum fetus ante infusionem animæ rationalis extinguitur homicidium non committitur [ita sensus].i.cogitatio siue bona voluntas in ratione concepta siue proposita, nisi in opera prorumpant [adhuc in ventre].i. in corde tantum retinetur, & cito perit [aborsum ab hoste].i. per suggestionem diaboli, cum obijcit contrariam cogitationem.

Cum ergo. §.est. Et incipit 6. pars huius quæstionis. in qua quæritur, vtrum peccat cõcubinarius dimittendo concubinam, & adhærendo vxori suæ. Et dicit ꝙ non, nec alius qui non sit ei consanguineus dat illi.s.adultero filiam suam in coniugem respicit hic. §. finem illius capituli.s.e.solet.


Ncillam. Inducit ad hoc probandum quod dixerat hoc c.quod est Leonis papæ. Summa est in rubro. diuiditur in tres partes. In prima ostendit, ꝙ honestũ est abijcere concubinam. In secunda ostendit, quod tales habentes sunt culpandi. In tertia quare inde non sunt desperandi. secunda ibi, culpanda. 3. ibi, nemo .n.Lege. ¶ [Ancillam] non per connubium copulatam. Hu. seu quamlibet aliam fornicariam. Hu. [abijcit] sua autoritate [culpanda sit 2. pars [negligentia] imo malitia [talium] .s.habentium concubinas, & eas dimittere nolentium. dicunt.n.se nolle nubere, quia non possunt esse cõtenti vna. Hu [vt crebris exortationibus incitati] relictis concubinis [quod].s.vsum mulierum [quem expetiuerunt] fornicãdo [necessario] proprer.s.necessitatem carnis [hoc fideliter].i. cum fide coniugali, & honestate matrimonij [exequãtur.] Et reddens rationem quare non sint desperandi, dicit [nemo n.] quia in hac vita liberum arbitrium vertibile est à malo in bonum, & quẽ vrit iuuenilis ætas ad luxuriã prouocans refrigescit maturior. Et quod vno tempore placet, alio tempore non placet, quare de nullo est desperandum in hac vita. Scribitur prouerbiorum 19. erudi filium tuũ, ne desperes, vnde vsque ad dissolutionem corporis semper est locus pœnitentiæ, vt de pœnit. dist. 7. nemo [diffidẽtia ætatis] iuuenilis, vt in pueris, & iuuenibus, qui differunt vel facere pœnitentiam, vel contrahere matrimonium [Consilio & cætera] vt supra trigesima quæstio. tertia: illud.

1 *Matrimonium contrahitur inter seruos secundum canones.*



Non omnis. Ad idem sequitur hoc cap. eiusdē Leonis papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. In prima ostendit, quæ differentia sit inter vxorem & concubinam. In secunda inducit testimonium apostoli ad hoc. In tertia concludit, ꝙ in rubrica dicitur, ꝙ legitimo matrimonio compellatur, quæ concubinam prius habenti traditur. 2. ibi, propter ꝙ etiam. 3. ibi, igitur cuiuslibet. Lege. ¶ [Non omnis, sed nec omnis]. 3. c. q. 4. dicat. [si filius] supple legitimus. ergo hæres [legitima] omnino, nam secundum leges humanas contracta inter ancillas & seruum siue liberum dicūt
1 non esse matrimonium, sed contubernium.† Sed s̄m canones contrahitur matrimonium inter seruos, sed non legitime plene, Hu. [coequales]. i. adultos. s. vt sint puberes alias, non contrahitur matrimoniū. extra de spon. de illis. & multo prius fuerunt. Hu. [cōstituente] in paradiso, cum masculum & fœminā fecit in adulta ætate, & liberos eos coniunxit matrimonialiter. Hu. [itaque] concludit principium capituli [propter quod] 2. pars. [Apostolus] ad Gala. 4. [harum personarum]. i. liberę, & ancillæ, vel vxoris, & concubinæ, quia de illis intēdit Leo [igitur cuiuslibet] 3. pars. [loci] occidentalis, vel orientalis, vel ecclesiæ secularis, vel regularis, vel loci. i. dignitatis [clericus] idem de quolibet clerico Hu. [dederit] in matrimonium istis iunge [nisi forte &c.] & subintelligitur maxime quia. idem est si his cessantibus facta sit vxor [quia paterno] videtur à contrario sensu, ꝙ nō carent culpa, si consensus parentum non requiratur, dicit Hug. ꝙ verum est, si ex contemptu fiat, alias non peccant cum consilium sit de requirendo consensu paterno. [Cum ergo]. i. est à sensu contrario argumentatur, sicut iam dictū est in fi. capituli [desideretur] s̄m leges. sed ego dico, ꝙ parentum consensus non est necessarius, sed est bene honestus & vtilis sit, sicut supra exposuimus 30. q. 7. aliter, illam autoritatē euasisti quam inducit hic Gratianus, [legitimæ nuptiæ]. i. omnem solennitatem legalem habentes. sufficit tamen solus consensus secundum canones 27. q. 2. sufficiat Hug. & Archidiaco.

1 *Matrimonium potest contrahi inter absentes per procuratorem.*

2 *Verecundia ingenuos prodit naturales.*



Honorantur. Ad idem sequitur hoc capitul. Ambro. in lib. de patriarchis. dicitur hic esse 7. pars quęstionis. In qua magister probare intendit, ꝙ verecundæ debent esse mulieres, & magis rogari à viris, quam econuerso. Io. vel dicitur, ꝙ inducit hic exemplum in parentibus Rebeccæ, qualiter eorum cōsensus requirebatur. ¶ [Muneribus] dicit gl. quòd argumētum est ꝙ pro matrimonio contrahendo potest exigi pecunia, falsum dicit, ꝙ hoc habeatur ex hoc loco. Nam seruus Abrahæ gratis dedit munera parentibus Rebeccæ, nō exactus. veruntamen est ꝙ exigi potest & dari nec est simoniacum s̄m Hu. [Consulitur non de sponsalibus]. i. si vis accipere maritum, quia in hoc expectauit iudicium parentum, cui in omnibus subijciebatur [non. n. &c. sed ex perfectionis die &c. Nō attulit] sed cum fuit interrogata sine dilatione dixit, vadam ad maritum. † Argumentum ꝙ inter
1 absentes per procuratorem potest contrahi matrimoniū, ar. s. 3. q. 5. nec illud [inde] confirmat authoritate eiusdem philosophi qui dictus est. Euripidion [sponsalium meorū pater meus &c.] ratione huius verbi introducitur hoc verbum philosophi [mirati sunt]. i. laudauerunt, & approbauerunt electionem [deserat] consilium est honestatis, non præceptum necessitatis. Licet. n. pater habeat filium in potestate sua, nō tamen quo ad sponsalia, vel matrimonium contrahendum, vt supra declarauimus [appetentiæ]. i. appetitus & desiderij. i. luxuriæ & voluptatis [estimetur author] cōis generis est. [expetita] vt sic carior habetur, vt 27. q. 2. institutum. Hu. [verecundia &c.] † Nam verecundia ingenuos prodit naturales, vt di. 86. non satis.
2

1 *Virgo sæpe appellatur mulier in sacra scriptura.*



Mulier. Ad idem inducit hoc c. Gratianus ex libro numerorum. Lege. ¶ [Mulier]
1 . i. in puellari ætate. i. in puberi.† sæpe. n. in sacra scriptura mulier virgo appellatur. Sic virgo Maria appellata est mulier Ioan. 2. quid mihi & tibi mulier, & Ioan. 19. mulier ecce filius tuus. [puellari] ideo dicit, quia si esset in maiori ætate, teneretur adimplere votum, & iuramentum licet pater prohiberet ar. 20. q. 2. c. 1. & 2. Hu. [nō rea erit] ar. à contrario ꝙ rea esset si pater non contradicat, & ipsa nō obseruet, hoc verum est si intelligebat, quid ageret. Hu. [statim] quia si non statim reuocat. & scit, & potest, videtur consentire, nec potest reuocare. Hug. intellige hoc capitulum de puero, vel puella ante annos discretionis non postea.



Merito. Ad idem est hoc c. quod est beati Aug. Summa est ꝙ hic. 1. in hac autoritate posita iuxta immediate in c. mulier, etiā intelligatur de voto virginitatis. Quod. n. Moyses dixerat mulier, & mulier solet accipi pro corrupta, videbatur, quod ibi non comprehendetur votum virginitatis, & ideo cōgrue subdit Augu[st]. quod comprehenditur, nam nomine mulieris virgo sæpe designatur sicut dictum est. Lege textum. ¶ [Merito hic]. i. in isto loco, siue in hac authoritate numeri quęritur de voto virginitatis, vtrum possit reuocari à patre virginis, sicut & aliud votum potest reuocari, sicut & quodlibet aliud. Idem ergo est in voto virginitatis sicut & in alijs, nec obuiat quod dixit Moyses mulier [qa etiam virgines] solent mulieres appellari [videtur etiā apostolus] 1. ad Cor. 7. [seruet] quasi diceret in potestate patris est, vtrum velit eam tradere nuptui & illa non potest facere votum virginitatis patre contradicente [E contra inuenitur]. s. ꝙ votum virginitatis non sit in potestate patris.



Hoc sanctum. Inducitur ad hoc capitulū ex concilio quarto Toletano, sed reuera non est contrarietas, nam præcedens capitulum loquitur de his qui non sunt in potestate patris. Diuiditur autem capitulum in duas partes. In prima ponit, ꝙ viduæ & virgines sua propria voluntate maritos eligant. In secūda punit impeditores propositi viduitatis, aut virginitatis. secunda ibi, si quis vero. Lege. ¶ [Hoc priusquam profiteatur] quia postea non licet, vt 27. quæst. 1. nubendi [parentum.] Consilium est. Hug. vel suam nisi forte fecerit sibi præiudicium per sponsalia, vel aliquo alio modo.


Præmissis authoritatibus. §. est in quo cōcludit Gratianus, licet valde remote inter eos qui se coniungunt matrimonialiter propter incontinentiam, & non causa prolis procreandæ esse nihilominus matrimonium.

¶ Quæstio Tertia.



De tertia. Hic intitulatur tertia quęstio. s. an puella in matrimonio contrahendo sequi debeat arbitrium patris serui, an liberi alij. Et indistincte respondetur, quòd aui, quia seruus non habet liberum arbitrium ad ea, quæ libere homo potest facere, vt in sequent. capitul.

1 *Seruus quare non habeat liberum arbitrium in sobole sua.*



Patrem. Ad hoc inducit hoc capitulum Pelagij papæ, qui hanc quæstionem diffiniuit. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Patrem famulum]. i. seruum, & supra in themate magister vocauit eum originarium. Hu. [electionem] i. voluntatem & cōsensum [liberum] quo ad hoc & ad quædam alia, quæ libero homini conueniunt & in hoc monachus assimilatur seruo, quia liberum non habet arbitrium, vt 12. q. 1. nō di
1 catis. ¶ Sed surgit hic quęstio.† cum seruus liberum habeat arbitrium ad matrimonium contrahēdum, cur sic non in sobole sua habet liberum arbitrium. R̄ndetur iuxta Hu. ꝙ ideo hic non habet liberum arbitriū, quia filia non erat in potestate patris, sed aui liberi [decernimus] ergo videtur esse præceptum de consensu parentum requirendo, sed dico quod persuadendo hoc dicit, vel secūdum leges. Hu. [Electione aui]. i. voluntate, & consensu.

¶ Quæstio

¶ Quæstio quarta.

2 Ius naturale dicitur tripliciter.
3 Concubinam habere est contra ius naturale. Et contra legem naturæ.nu.4. Limita nu.5.



Vod autem Hic incipit 4. q̃ō.s. an liceat alicui viuente sua vxore quærere filios ex ancilla. & respondetur indistincte ꝙ non licet hodie, secus olim. Et diuiditur hæc questio in sex partes. In prima queritur. vtrum teneatur aliquis propter sterilitatem vxoris quærere filios ex ancilla sicut fecit Abraham, & Iacob. In secunda excusat Abraham, quia præuenit legem, & quia habuit præceptum. In tertia probat ꝙ rite debet homo diligere vxorem suam, non tãquam adulter. In 4. quia melius est mori sine filijs, quã eos quærere de dãnato coitu. In 5. quæritur vtrum simplex fornicatio sit prohibita in dialogo. In sexta ostendit ꝙ filij sequuntur matrem quo ad conditionem maxime illegitimitatis. 2. ibi, dixit. 3. ibi, origo. 4. ibi, sicut. 5. ibi, meretrices. 6. ibi, liberi. Pro pleniori intelligentia huius partis primo de concubinis quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum concubitus concubinarum sit contra legem naturæ.

6 ¶ Secundum est vtrum concubitus concubinarum possit fieri ex dispensatione sine peccato mortali.

1 Ad primum sic pcedit̃. †Et videt̃ ꝙ cõcubit⁹ concubinarum non sit cõtra legem naturæ. Primo sic, ex capitulo præsenti, vbi habetur, ꝙ viri sancti Abraham & Iacob ꝑ sterilitatem vxorũ ingressi sunt ad ancillas, qui non creduntur in hoc egisse contra legem naturæ. ergo &c. ¶ Secundo sic, ius positiuum à naturali lege profectum est, vt Tullius dicit, sed ſm ius positiuum fornicatio simplex non prohibebatur, imo potius in pœnam ſm antiquas leges, mulieres lupanaribus tradendæ condẽnabantur, ergo habere concubinam non est contra legem naturæ. ¶ Tertio sic. Quicunque re sua vtitur vt vult, nemini facit iniuriã, sed ancilla est res domini, ergo si dominus vtatur ea ad libitum, non facit iniuriam alicui, & ita habere concubinã non est contra legẽ naturæ. ¶ Quarto sic, concubitus qui non est contra bonum prolis neque contra bonum fidei non est contra legem naturæ, sed aliquis concubitus concubinarius potest esse huiusmodi, vt concũbẽtes habeant diligentiam de prole suscipienda & educanda, & seruent sibi inuicem fidem, ergo potest esse concubitus cõcubinarius non contra legem naturæ. ¶ In oppositum arguitur quia secundum omnes leges filij qui de concubinis nascuntur sunt vituperabiles, sed hoc non esset nisi concubitus, ex quo oriuntur esset naturaliter turpis, ergo concubinatus est contra legem naturæ. ¶ Secundo sic dictum est supra circa principiũ 27. q.1. matrimonium est naturale, sed hoc non esset si sine præiudicio legis naturæ posset homo coniungi mulieri præter matrimonium, ergo contra legẽ naturæ est motrimonium. ¶ Respondeo dicendum

2 iuxta S. Thom. & dominum Bonauenturam. †Ius naturale dr̃ tripliciter. Communiter, proprie, & magis proprie. Et secundum hoc tripliciter diffinitur ab Isidoro. vno modo sic, ius naturale est quod in lege & in euangelio cõtinetur, & sicut diffinitur supra in principio decreti dist.1. & sic ac

3 cipiendo ius naturale ponitur ista conclusio. †Quod habere concubinam est contra ius naturale, patet cõclusio quia est contra legem & euangelium, vbi præcipitur non mechaberis vbi prohibetur omnis coitus non matrimonialis. Exod.2. Deut.5. & Matth.7. 2. dr̃. ius naturale proprie, quod est commune omnium nationum. Et hoc ius est ꝙ dictat ratio recta. Et sic accipiendo ius naaurale est conclu

4 sio secunda. † ꝙ habere concubinam est contra legem naturæ, patet pro quo notãdum ꝙ hoc modo dr̃ aliqua actio esse contra legem naturæ, quæ non est conueniens fini debito, siue qua non ordinatur in ipsum per actionem agentis, siue quæ de se est improportionata fini illi, hoc habito probatur sic, primo conclusio. finis ad quem natura ex concubitu tendit est proles procreanda, & educanda & vt bonum hoc quæreretur posuit delectationem in coitu vt Constantinus dicit. Quicunque ergo concubitu vtitur propter delectationem quæ in ipso est non referendo ad finem à natura intentum, contra naturam facit. Sed hu-

a iusmodi est, qui concubinam[a] habet, qui non quærit nisi libidinem & delectationem in coitu, patet ex nomine, res à fine plerunque nominatur tanquam ab optimo, vnde sicut coniunctio matrimonij à prolis bono nomen accepit, q̃d per matrimonium principaliter quæritur. ¶ Secundo sic, ratio naturalis dictat prolis educationem vsque ad perfectum esse, & ideo per consequens vt vult commentator. 8. ethicorum natura vitam coniugum indiuiduam. i. inseparabilem, fornicans autem peracta libidine quærit fugã, & verecundatur se habere prolem, vtpote iniquitatis suæ testem, & ideo non vult educare, illam etiam non confiteri aliquando esse suam. ¶ Tertio sic. ex eodem fundamento natura etiam dictat prolis suæ disciplinationem quo ad scientiam, & virtutem vt dicit commentator, ideo dictat natura non tantum saluare speciem quo ad esse naturale, sed quo ad bene esse & perfectum esse quod consistit in scientia & virtute. Cum autem huiusmodi educatio prolis à parentibus debeatur per longum tempus existit lex naturæ, vt pater & mater in longum tempus commaneant ad subueniendum communiter communi proli, vnde & aues quæ communiter nutriunt pullos ante completam nutritionem non separantur à mutua societate, quæ incepit in concũbendo. Hæc autem obligatio ad commanẽdũ fœminam marito matrimonium facit. Et ideo patet, ꝙ accedere ad mulierem non coniunctam sibi matrimonio, quæ concubina vocatur est contra legem naturæ. ¶ Tertio modo dicitur ius naturale proprijssimè, quod natura docuit omnia animalia. Et capiendo hoc modo ius naturale est conclusio tertia, † ꝙ habere concubinam siue accedere

5 ad non suam per matrimonium non est contra legem naturæ, patet de multis brutis animalibus. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam de patriarchis respondetur, ꝙ ancillæ ad quos patriarchæ leguntur ingressi veræ fuerunt vxores, non autem concubinæ vt dicetur infra. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia in gentilibus quantum ad multa lex non offuscata erat, vnde accedere ad concubinam, malum non reputabant, sed passim fornicatione, quasi re licita vtebantur, vnde leges multæ eorũ fuerunt iniquæ nõ procedentes à lege naturæ, inter quas fuit illa de fornicatione, vnde præualente religione christiana lex illa & multæ aliæ extirpatæ sunt. vnde Ambrosius lib. de patriarchis dicit, nemo sibi blandiatur de legibus hominũ, omne stuprum adulterium est, nec viro licet quod mulieri non licet, eadem à viro, quæ ab vxore debetur castimonia, quicquid in ea quæ non sit legitima vxor commissum fuit adulterij damnatur crimine. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ ratio non procedit multiplici ratione. primo quia iniuria opponitur iustitiæ. lex autẽ naturalis non solum prohibet iniustitiam, sed etiam opposita omnium virtutum. Sic contra legem naturæ est, vt aliquis immoderate comedat, quãuis talis rebus suis vtens nulli faciat iniuriam. Tum secundo facit iniuriam Deo, contra cuius statutum præsumitur agere. Tum tertio, quia facit ibi iniuriam pro eo, ꝙ se deordinando peccat. Tum quarto quia licet ancilla sit res domini, quo ad obsequium non tamen est res sua ad concubitũ. Tum quinto, quia etiam interest qualiter quisque re sua vtatur. Tum sexto, quia talis facit etiam iniuriam proli procreandæ, ad cuius bonum non sufficienter talis coniunctio concubinaria ordinatur, vt dictum est supra. ¶ Ad quartam respondetur negãdo consequentiam. Et ratio est, quia quamuis aliqui sufficienter prouideant proli quantũ ad ea quæ respiciunt bonum prolis, & quamuis in concubando hanc intentionem habeant, hoc tamen eorum concubitum non excusat, quoniam fit contra legem naturæ, quia cum ius non solum scriptum, sed etiam naturale potius adaptetur ad ea quæ fiunt frequenter, illud quod cadit sub legis determinatione iudicatur secundum illud quod in pluribus accidit, & non secundum illud quod raro, & in aliquo casu accidere potest præterea vt dicit. S. Thom. licet aliquis de tali concubitu prolem quærat, non est conueniens talis concubitus ad bonum prolis, in quo non solum intelligitur ipsius procreatio, per quam proles esse accipit, sed etiam educatio, & instructio, sicut dictum est.

6 Ad secundum sic proceditur. † Et videt̃ ꝙ concubitus concubinarius possit esse ex dispensatione sine peccato mortali. Primo sic. Aliquando fuit

a Concubinã. Cõcubina ad hoc vt aliqua dicat̃ q̃d requirat̃ vide Pe. de anc. in c. ꝑ tuas nu. 1. qui si. sint legi.

fuit licitum. ergo &c. antecedens probatur, sicut habere vnam vxorem est de lege naturæ, ita non habere concubinam. ¶ Secundo sic. non est aliqua simul vxor & ancilla, vnde secundum legem ex hoc ipso quod ancilla in matrimoniũ ducebatur libera reddebatur, sed aliqui deo amicissimi leguntur ad suas accessisse ancillas, sicut habetur in c. præsenti, vt Abraham, & Iacob, ergo illæ non erant vxores, & sic aliquando licuit habere cõcubinam. ¶ Tertio sic. matrimonium est vinculum insolubile, sed vt habetur Genesis. 21. Abraham separauit Agar à se, ergo non fuit vxor eius, & tamen ꝙ concubuit cum ea, non reprehenditur, ergo &c. ¶ Quarto Oseæ dictum est vt faceret filios fornicationis. ¶ In oppositum est, quia ea quæ sunt contra legem naturæ siue etiam contra præcepta legis & euangelij nunquam licuerunt, sed habere concubinam est huiusmodi, vt visum est in præcedenti quæstione. ergo &c. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ nullo tempore licitum fuit, nec etiam ex dispensatione habere cõcubinam, patet ista conclusio, quia concubitus cum ea quæ non est matrimonio coniuncta, non est cõueniens actus ad bonum prolis, quod est principalis finis matrimonij, & ita est contra prima præcepta naturæ, quæ dispensationẽ non recipiunt, vnde vbicunque legitur in veteri testamento aliquos habuisse, concubinas quos necesse sit à peccato mortali excusari, oportet eas matrimonio esse coniunctas, & tamen cõcubinas dici, quia aliquid habent de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ. Secundum.n. ꝙ matrimoniũ ordinatur ad suum principalem finem qui est bonum prolis, vxor vero coniungitur insolubili coniunctione, vel saltem diuturna, vt ex dictis patet. Et contra hoc non est aliqua dispensatio, sed quantum ad secundum finem, qui est dispensatio familię, & communicatio operum, vxor iungitur vt socia, sed hoc deerat illis quæ concubinæ nominabãtur. In hoc.n. poterat esse dispensatio, cum sit secundarius matrimonij finis, & ex hac parte habebant aliquid simile cõcubinis ratione cuius cõcubinæ nominãtur. ¶ Ad rõnes in oppositum, ad primam respondetur negando assumptum. Ad probationẽ respondetur negando consequẽtiã. Et rõ est, qa habere plures vxores nõ est cõtra legis naturæ prima pręcepta, sicut hr̃e concubinam, sed de hoc videtur infra melius vbi disputabitur. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ antiqui patres ea dispensatione qua plures vxores habebant ad ancillas accedebant vxorio affectu, vnde vxores erant verę, licet minus principales. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ Agar fuit coniuncta Abrahæ indissolubili vinculo quantum ad mutuam potestatem suorum corporum, vnde secundum rei veritatẽ vxor fuit, sed quia non erat materfamilias in regimine domus, & familiæ, nec proles sua succedere debebat in hæreditate, quo ad hoc erat ancilla, nec licitum fuisset Abrahæ eam à se reijcere ꝑpter Sarę admonitionem, nisi diuinum habuisset mã[illegible] voluit autem Deus eos separari, nõ quo ad matrimonij vinculũ, sed quo ad cohabitationem thori, ad designandum illud mysterium quod explicat Apostolus ad Gala. 4. cum dicit. Abraham duos filios habuit &c. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ Deus non præcepit nec dispensauit Oseæ, ꝙ fornicaretur, sed mandauit ꝙ acciperet mulierem primo fornicariam, & hoc mandato fecit illam esse prophetæ vxorem propheta consentiente. Leg. ¶ [Quod autem] pro parte affirmatiua. s. quod liceat dicere filios ex ancilla inducit exempla de Abraham & Iacob, sed ista nõ probãt, quia illæ ancillæ fuerunt cõiunctæ eis vxorio affectu, vnde vxores fuerunt illorum, licet ancilię dicantur, quia ita erant ancillæ principalium vxorum [sed sicut] 2. pars. q.d. non notantur crimine adulterij [quia sicut hoc primum sed quod infra dicetur [sic videtur] non est verum, sed sic proponit. Hu. & Arc. [illud aũt Au.]. s. ꝙ Abraham duxerit Ceturam post mortẽ Saræ [cõtra aduersariũ.] Tertulianum qui nec legem nec prophetas recipiebat, & fuit hæreticus, quę fuit eius hęresis s. 24. q. 3. habetur. §. sunt quidã, vt Tertulliani.

Ste. Ad hoc propositum inducitur hoc capitulum Beati Aug. libro. 2. contra aduersarium legis & prophetarum. Summa est in rubro. Lege tex. ¶ [Iste]. s. Tertullianus [obijcit crimen pro facto]. i. ideo [alteram]. s. Ceturam [vbi]. i. in quo facto [nullum &c.]. i. si nulla res significaretur. Hug. [propter hoc solum astipulator] id est adiutor, & fautor.

Sacramentum.

§. est, in quo Gratianus explicat, quid significet quod Abraham post mortem Sarę duxerit alteram. s. quòd per bonos mali & boni &c.

1 *Deus quare dicatur, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.*

2 *Esse in virtute ecclesiæ dicitur quis tripliciter.*

3 *Vnitas ecclesiæ est triplex.*


REcurrat animus Hoc capitulum August. super Io. inducitur ad hoc ostendendum. Summa est in rubro, in quo capitulo distinguuntur quatuor generationes carnales, quæ fuerunt in illis tribus patriarchis. Et quatuor spirituales, quæ sunt in ecclesia, quæ significantur per illas carnales. Illæ autem quatuor generationes carnales fuerunt, quia per bonos generati sunt boni vt per Saram Isaac, & per malos mali, vt per Agar Hismael. Et per bonos mali, vt per Rebecam Esau. & per malos boni, vt per Zelpham Gag, & Azer. Et similiter fiũt quatuor generationes spirituales in ecclesia, dicturus ergo Augus. de his generationibus seruat hũc ordinem. primo inuitat ad considerandum carnales generationes trium patriarcharũ, & supponit quid significent, & hoc facit vsque ibi, inuenies.n. Exinde ostendit qualiter ancillæ & vxores pepererunt bonos, & malos ante legem, sub lege & tẽpore gratiæ, vsque ibi, sed cum tales, & exinde distinguit quatuor generationes spirituales .i. quatuor modos generandi spiritualiter. Et sic possemus dicere hoc capitulum diuidi in quatuor partes assignatas &c. Le. ¶ [Recurrat, in istis tribus. i. in duobus istorum trium. s. in Abraham, & Iacob, quia Isaac non habuit nisi vnicam vxorem .s. Rebecam liberam, ex qua genuit Esau, & Iacob vt patet Gen. 25. Abraham habuit de vxore Sara libera filiũ Isaac, vt patet Gen. 20. Et de Agar ancilla habuit Hismaelem Genesi. 25. Iacob autem habuit duas vxores liberas, scilicet liam & Rachelem, Ex quibus genuit filios, vt patet Gen. 29. & 30. [ancilla nihil boni significat] Hug. scilicet alias falsum est. Hugu. [eijce] Genesi. 21. [quatuor genera hominum] id est quatuor modos generandi homines in fide. Hug. [completur]. i. significatur [omnis generatio] christianorum. Hugu. [in illis]. i. de illis tribus. s. Exod. 3. Hu. [ego sum Deus Abrahã &c.] Surgit hic quæstio qua-
1 re Deus dicatur Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, de hoc reddit causam Beatus August. 12. contra Faustum c. 12. quia ad istos singulariter facta est promissio quod in semine eorũ benedicturus esset omnes gentes, ait.n. ad Abraham, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Genesi. 22. dictum est etiam ad Isaac Genesi. vigesimo sexto. & ad Iacob Genesi. 28. vnde non immerito dicit dominus. Ego sum Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob. Hug. vero dicit Deus Abraham. i. sperãtium, Deus Isaac. i. credentiũ, & Deus Iacob. i. diligẽtiũ, sed melius dixisset Deus Abrahã .i. Deus credẽtium, quia ad Rom. 4. dicitur. Credidit Deo Abraham &c. & idẽ ad Gal. 4. [in his quatuor gñationib.]. i. in his quatuor modis generandi in fide [inuenies] secunda pars. [bonos vtrobique] supple & malos, quia de liberis & ancillis nati sunt boni, & mali. Hugu. [quando cognouerunt]. i. imitati sunt [quomodo ergo]. i. sicut, applicat ad propositum spiritualium generationum arguendo ex similitudine, ꝙ quemadmodum omnes filij Iacob siue nati ex liberis siue ex ancillis, omnes fuerunt possessores regni terrę promissionis, quia imitati sunt bonum patrem. Sic qui per malos baptizantur in forma ecclesiæ dum malitiã eorum non fuerint imitati, sed bonitatem Christi verbi Dei, ex quo renascuntur hereditatem regni cęlorum possidebunt. Hismael vero de quo dicitur Genes. 21. Eiice ancillam & filium, nõ erit.n. hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac [superbus Hismael] superbus fuit, vt ludere præsumeret Isaac eum lędendo, de quo apostolus ad Galat. 4. Is qui ẽm carnem natus est, persequebatur eum, qui secundum spiritum, & ideo ille expulsus est, filij vero Iacob quia humiles sublimati sunt [vidit Sara illos ludentes] & intellexit ludum eorum significare futuram persecutionem in populo Dei vbi carnalis persequitur spiritualem, & non ecõuerso [quæ autem] tertia pars [quæ autem]. i. ecclesia, & distinguit quos peperit ante legem, sub lege, & tempore gratiæ, siue bonos siue malos. Illa.n. libera quæ rursum est mater

nostra in eadem fide & charitate genuerit,& peperit omnes,tam in veteri,quam in nouo testamento. fratres spirituales]qui Dei spiritu aguntur, de quibus ait apostolus ad Gala.4.nos autem fratres secundum Isaac filij sumus promissionis[sunt ciues ciuitatis ecclesiæ]cuius pars quædam militat in terris, & quædam pars iam triumphat in cœlis, sed ex his & illis vna ecclesia,vna ciuitas,vnus populus constituitur[quę peperit Cain].i.eadem ecclesia vna & eadem ecclesia peperit bonos & malos, siue p bonos siue per malos[animali].i.carnali[in vnitate ecclesiæ] quo ad corporalem cohabitationem.i.qui nondum condemnati, vel conuicti de suis sceleribus corporaliter sunt in ecclesia † dr.n.
2 quis esse in virtute ecclesiæ tripliciter,vno modo,qui corporaliter adhuc conuersatur in ecclesia cum bonis, nec adhuc est conuictus de suis sceleribus, vt hic. Secundo modo quo ad participationem sacramentorum ecclesiæ, vt de consecr.di.e.quomodo est vnitas.tertio est quis in ecclesia quo ad gratiam,& charitatem,vt de consecra.dist.2.
3 qa passus.Est ergo triplex a vnitas ecclesię.s.corporalis habitationis,vnitas communione sacramētorum, vnitas gratiæ & charitatis.In prima & secunda sunt boni & mali. In tertia sunt boni. Hug.[aperta præscissione] vt hæretici & excommunicati.Hu.[sed cum tales 4.pars.s.mali[à spiritualibus].i.à bonis[euangelizantur].i.docentur in fide[Esau] hic mali per bonos generantur,[cum autem per illos].i.p malos mali[idem boni] hic boni generātur per malos[cū vero]hic per bonos boni generantur[caro est].i.qui malus siue in ecclesia videatur bonus, siue ab ecclesia adhuc toleretur,siue per sententiā sit ab ea separatus,& palea &c. [macula]mortalis culpæ[ruga]dolositatis,vt di.21.quāuis, ad Ephes.5.ait apostolus dilexit ecclesiam mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet eam sibi gloriosam non habentem maculam, nec rugam vt sit sancta & immaculata [miscetur] quo ad exteriorem communionem.[de nullo tamen]supra eo. quæst.2.ancillam, & 24.q. 3.corripiantur.Hug.

a¶ Triplex vnitas. Adde Arc.hic nu.1.Et q d sit aut quid significet vnitas ecclesiæ idē Arch.in c. deniq. nu. 7.q.1.

His itaque. §.est,in quo incipit 2.pars quæstionis in qua excusatur Abraham,quia preuenit legem,& quia erat præceptum,vt relinqueret semē super terram,sicut olim faciebāt sacerdotes. Ioan. de.dicit autem Hu.ꝙ magister Gratianus sane loquitur & bene soluit.¶[Pro varietate temporum]varia inueniuntur præcepta diuina,aliquando.n.licuit seruare legalia,nunc vero non promissum erat Genesi.22.[in successione sanguinis] quia ex his sanctis patribus nascentes secundum carnem nascebantur & educabantur in fide veri Dei.[maledicta] non maledictione culpæ, quia non est in potestate sua esse sterilem aut fecundam, sed beneficium est Dei.vnde multæ sanctæ fuerunt steriles longo tempore,sed dr maledicta .i.ignominiosa,quia pudor est fœminis &c.s.e.q.2.c.1.[ac malæ & sinistræ famæ]apud hominum opinionem qui reputabant illam sterilem esse ob sui culpam[sacerdotibus] sacerdotes.n.fiebant secundum generis successionem,vt essent de filijs Aaron [gratia fidei sacerdotium]iam non ex Aaron,sicut docet apostolus ad Hebræ.7.nec ad vnam gentem,sed ad omnes[saluatore præcipiente]dr Matth. vltim. Euntes docete omnes gentes &c.[Nec electio muneris].i. officij sacerdotalis[perfectione vitæ &c.] nec eligēdus est, qui est nobilior genere,sed melior virtute,& scientia[in sacerdotium Christi]ipse.n.non multos potentes elegit,non multos nobiles, sed infirmos, & humiles [piscatores].1. Corinth.1.videte vocationem &c.[imperatur] post ordinem,qui votum continentię habet annexum.argumento. 27.distinctio.Diaconus.[Abraham] ad hoc referuntur illa duo sequentia capitula.dixit,& c.obijciuntur. Hu.& gloss. [nec illorum exemplo]ad hoc referuntur illa capitula. nemo & c.sicut,& c.dicat,& c.si non sunt.Hug.[cum illorum] hoc spectat ad illud c.origo. Hug.[fere]optime temperat, quia non imitatur.Hu.& glo.

2 *Matrimonium triplicem finem habet.*
3 *Pluralitas vxorum non est contra legem naturæ quantum ad primum finem bene tamen quantum ad secundum finem numer.4.*
Et contra tertium.nu.5.
7 *Dispensatio vt recte fiat quatuor debent concurrere.*


Dixit Sara. Ad idem.s.ad excusationem Abrahæ,ꝙ plures vxores, habuit,inducit hoc capitulū, quod est Ambrosij in libro de patriarchis. Alij dicunt in libro de Abraham,in quo Ambrosius intendit excusare Abraham de eo quod rogante vxore commistus est ancillæ. Et excusat eum tripliciter ꝫm quas tres excusationes capitulum hoc potest diuidi in tres partes.2.ibi,secunda illa.3.ibi,adhuc post:Pro pleniori intelligentia huius capitul. Quæruntur tria.
1 ¶ Primum est vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ.
6 ¶ Secundum est vtrum plures vxores habere fuerit aliquādo licitum.
8 ¶ Tertio vtrum nunc eisdem rationibus liceret habere plures vxores.

1 Ad primum sic proceditur.†Et videtur ꝙ non sit contra legem naturæ habere plures vxores.Primo ex præsenti capitulo,vbi habetur,quod ante legem non erat prohibitum.¶ Secundo sic,consuetudo non præiudicat iuri naturali. dist.8. per totum.sed habere plures vxores peccatum non erat, quoniam mos erat ait Aug.ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ.¶ Tertio sic. Quicunque facit contra legem naturæ,facit contra præceptum, quia sicut lex scripta habet sua præcepta,ita lex naturæ,Sed Augu[s]t.dicit quod habere plures vxores non erat contra præceptum,quia nulla lege erat ꝓhibitum,ergo &c.¶ Quarto sic, matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem, sed vnus vir potest ex pluribus prolem recipere plures fœcundando, ergo nō est contra legem naturæ habere plures vxores.¶ In oppositum arguitur, illud videtur præcipue esse de iure naturali,quod homini in sua institutione est inditum, sed quod sit vna vnius in ipsa institutione humanæ naturæ est ei inditum,vt patet Genesi.2. Erunt duo in carne vna,ergo est de lege naturæ.¶ Secundo sic.gl.Gene.5.dicit de Lamech qui habuit duas vxores, primus contra morem & naturā adulterium commisit.¶ Respondeo dicendum iuxta Albertum magnum & Richardum in homine est natura generis,qua est animal,& natura speciei,qua est homo. Et secundum hoc in homine lex naturæ dupliciter dr, vel à natura generis,& sic vt habetur instit. de iure naturali,ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, vel à natura speciei,& sic lex naturali est,quod naturalis ratio practica in agibilibus obseruandum constituit,vt maleficia puniri.homo.n.reponitur in specie hominis per animam rationalem loquendo de lege naturæ,primo modo est conclusio,quod habere plures vxores non est contra legem naturæ,patet ista conclusio,videmus.n. vnum gallū habere plures gallinas, & sic de multis alijs animalibus, loquendo de lege naturæ.secundo modo est conclusio, ꝙ habere simul plures vxores est contra legem naturæ,& quædam non, ꝓ quo notandum iuxta S.Thom.ꝙ natura agit propter [finem].
2 †Triplicem finem habet matrimonium secundum triplex bonum. nam inquantum est in officium à natura generis habet pro fine procreationem prolis,& educationem.secūdo inquantum est à natura speciei in fœdus humanæ societatis habet iuxta bonum fidei & amicitiæ communicationem in operibus ciuilibus. Et inquantum est sacramentū habet pro fine repræsentationem incarnationis,& ex hoc
3 inseparabilitatem.s.hoc habito sit ista cōclusio prima† pluralitas vxorum non est contra legem naturæ quantum ad primum finem,patet quia pluralitas vxorum nec totaliter tollit nec multum impedit primum finem, cum vnus vir sufficiat pluribus vxoribus fœcundandis & educandis fi-
4 lijs ex eis natis.¶ Secunda cōclusio. †habere plures vxores est contra legem naturæ,quantum ad secundum finem & ad alia consequentia,patet ista conclusio primo sic natura lis ratio dictat æqualem debere esse obligationem, quam ad vsum corporum suorum inter virum & vxorem, siue mulierem, sed vxor vna non potest esse plurium virorū nec econuerso. ¶ Secundo sic,naturalis ratio dictat,ꝙ in virum & mulierem sit æqualis amicitiæ, & societatis coniugalis, sed ad hoc quod sit inter eos societas coniugalis dictat ratio naturalis, nullum debere se obligare ad id quod posset esse impossibile alij cui obligat, sed impossibile est vnum virum simul esse obligatum reddere debitum pluribus.ergo &c.¶ Tertio sic,naturalibus ratio dictat virum ad hoc

ad hoc debere intendere vt in domo sit pax, sed hoc multũ impediret vxorum pluralitas, quia cum nõ possit vir vnus sufficere ad satisfaciendum pluribus vxoribus ad votum, & quia communicatio plurium in vno officio causat litẽ, sicut figuli corrixantes adinuicem, & similiter plures vxores vnius viri sicut patet in Sara, & Agar, & Lia, & Rachel.
5 ¶ Tertia conclusio,† pluralitas vxorum est cõtra tertium finem matrimonij, quæ est significatio cõiunctionis Christi, & ecclesiæ, patet quia non est vnus vnius vxoris, sicut vnus Christus vnius ecclesię, & sic omnino tollit hunc finem. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ illud Ambrosij intelligitur ꝙ nõ erat prohibitum per vocem & scripturam aliquam ante legem. ¶ Ad secundam de August. respondetur, ꝙ mos ille erat approbatus non ab hominibus tantum, sed à Deo inspiratus, & ideo peccatum non erat tunc habere plures vxores, alias consuetudo siue mos non valuisset. ¶ Ad tertiam respondetur sicut ad primum, quia Aug. vocat præceptum expressum exterius per vocem vel scripturam, sicut legem Mosaicam, vnde dicit S. Thom. quod illa quæ naturalis ratio dictat quasi ex primis principijs legis naturæ deriuata non habent vim coactiuam per modum præcepti absolute, nisi postquam leges, diuina & humana sancita sunt. Et hoc est quòd dicit August. quia non faciebant contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. ¶ Ad quartum respondetur, quòd bene probat primam conclusionem, quòd illo modo habere plures vxores non est contra legem naturæ.

6 Ad secundum sic proceditur,† Et videtur quod nunquã licuit habere plures vxores. Primo secundum philosophum. 5. Ethicor. ius naturale semper & vbique habet eandem potentiam sed iure naturali prohibetur pluralitas vxorum, vt ex præcedenti articulo patet, ergo sicut modo non licet, ita nec vnquam licuit. ¶ Secundo sic, si aliquando licuit hoc non fuit nisi quia vel per se licitum erat, vel propter aliquam dispensationẽ licebat. Si primo modo sic etiam nunc licitum esset. ¶ Si autem secundo modo hoc esse non potest, quia secundum Aug. Deus cum sit naturæ conditor non facit aliquid contra rationes, quas naturæ inseruit. Cum ergo naturæ nostræ Deus inseruerit, ꝙ sit vna vnius, vt dictum est, videtur quod Deus contra hoc nunquam dispensauerit, sed in dispensatione non debet præmitti maius bonum propter minus bonum, sed fides & sacramentum quæ non videntur posse seruari in matrimonio quo vnus pluribus vxoribus coniungitur, sunt meliora bona quam prolis multiplicatio, ergo videtur male fuisse dispensatum. ¶ Quarto sic. nunqnam fuit dispensatum quod vna esset plurium virorum, ergo cum vna magis sufficeret pluribus viris, quam econuerso, nõ debuit dispensari ꝙ vnus vir esset plurium. ¶ In oppositum videtur ex præsenti capitulo vbi Ambrosius excusat Abraham de pluralitate vxorum, & Iacob plures habuisse vxores sine peccato, sed hoc non esset nisi aliquo modo. s. ex dispensatione fuisset licitũ, ergo &c. ¶ Rñdeo dicendum ꝙ aliqñ licuit plures haberet vxores dispẽsatione diuina. Ista conclusio patet ex suppositione diuinę legis. dr̃. n. Deute. 20. Si habuerit homo duas vxores vnam dilectam, & alteram odiosam, & hoc non redarguitur, aut prohibetur. ergo omnibus erat licitum, ergo cum omnib. videbatur dispensatum. pro istius conclusionis pleniori notitia duo sunt videnda. primum est de possibilitate dispensationis, secundum est de congruitate eius. ¶ Circa primũ est nota. circa S. Thom. quod sicut in speculatiuis quędam sunt quasi principia, quædam vero conclusiones. Et principia sunt eadẽ apud oẽs, conclusiones vero diuersificãtur secundum diuersitatem materiæ cui applicantur. Sic in practicis quædam sunt de dictamine iuris naturalis, qua prima principia, & ista semper stant eadem nec in talibus habet locum dispensatio. Et ista domini præcepta primæ tabulæ, sicut, diliges Deum &c. & super istis nõ potest Deus dispensare. Quædam vero præcepta sunt quasi conclusiones ex primis deductæ. Et ista ita se habent vt in pluribus, vnde secundum diuersitatem temporum & negotiorum variari possunt. Et potest in talibus dispensatio fieri hoc supposito dicimus ꝙ in pluralitate vxorum potuit fieri dispensatio. primo quidem, quia præceptum illud in morali bus non est quasi primum principium, vnde non pertinet ad primam tabulam, sed magis est sicut conclusio pertinẽs ad præcepta secundæ tabulæ, non sicut aliquid expressum, sed sicut implicitum, & ex ipsis deductum, verum quia nõ est facile determinare huiusmodi varietates, in quibus prędictæ conclusiones non habent efficaciam, ideo illi ex cuius autoritate lex efficaciam habet reseruatur, vt licentiã præbeat legem prætermittendi in illis casib. ad quos legis efficacia nõ se extendere deberet, & talis licentia dispensatio dicitur. Lex autem de vnitate vxoris nõ est humanitus, sed diuinitus instituta, nec vnquam verbo aut literis tradita, sed cordi impressa, sicut & alia quæ ad legẽ naturæ qualitercunque pertinent, & ideo in hoc à solo Deo dispẽsatio fieri potuit per inspirationem paternam, quæ quidẽ principaliter patribus sanctis facta est, & per eorum exemplũ ad alios deriuata eo tempore, quo oportebat præceptum illud prætermitti, & hoc de primo puncto. ¶ Circa secundum notandum est secundum dominum Bonauenturam
7 In 10. suo.† ꝙ ad dispẽsationem ad hoc ꝙ debite fiat, & cõuenienter homo ea vtatur. Quatuor sunt concurrentia. s. necessitas, vtilitas, congruitas, & honestas. & ista quatuor sunt hic. primo quidem congruum fuit illud tempus dispẽsationi quoniam tempus fuit figuræ, & qm̃ Christus generare debebat filios & liberos per baptismum & in ecclesia catholica & in hereticis diuerticulis, & in signa pręcedere debuit matrimonium siue generatio ex libera & ancilla. Et rursus, quoniam inter illos qui ab hæreticis baptizãtur quidem hæresim sequuntur quidam ad ecclesiam reuertũtur. Ideo vtriusque figura præcessit primi in Hismaele, de quo dictum est Gen. 21. eijce ancillam & filium eius, secundi in ancillis Iacob quarum filij inter liberos computati sunt. Hoc habetur ab Aug. lib. de baptismo, fuit ergo temporis cõgruitas, fuit etiam necessitas, quia pauci erant Deũ colentes & vt cultus diuinus non periret, necesse fuit, vt filios multiplicarent. Et contigit vt vxores steriles haberent ideo necessitatem habuerunt tunc plures habere, fuit etiã vtilitas, quia filij erudiebantur à parentibus, & mores seruabant. Et ideo quanto plures, tanto cultus Dei erat celebrior. Et ideo erat multũ vtile tunc multos procreare, fuit & honestas, quia non affectu libidinoso, sed casto, non affectu adulteri, sed mariti etiam concubinas cognoscebant. In cuius rei testimonium de Abraham dicit, ꝙ non ipse accepit ancillam, sed vxori obediuit, & ei in ea debitum reddidit, & affectu vxoris cognouit. Ex hoc patet, quod dispensatio a non se extendebat ad tempus naturæ institutæ, nec gratiæ quia tempus naturę institutæ non erat tempus figuræ, nec necessitas sterilitatis. Similiter tempore gratiæ cessauerunt figuræ, & omnes inuitantur ad Christi culturam, & multiplicatum est genus humanũ valde. Sed ratione vtilitatis non se extẽdit ad tempus ante Abraham, quia ante non multiplicabantur ad cultum, sed ad malum, quia imitatores erãt paternorum scelerum, & ideo deleti sunt cum terra. Ratione vero honestatis ad illos se extendit, qui vxoribus & concubinis temperantur, & ad cultum Dei multiplicandum sciebant & volebant vti, aliter eis dispensatio non valebat. Ista autem dispensatio facta est per internam inspirationem in patriarchis, & rege Dauid, quoniã vtrisque de semine facta est repromissio, & quia isti erant capita, & imitandi erant, tanquam sancti, intellexerunt dispensationem hanc ad omnes extendi, qui erãt imitatores eorũ in castitate, & mos fuit ex hoc introductus durans vsque ad Christi aduentũ, sed tunc cessauit necessitas, & congruitas, vt visum est, vnde omnibus quibus licuit solũ ex dispẽsatione, licuit quæ fuit per inspirationem, & hoc habetur extra de diuor. c. gaudemus, vbi dicit Inn. ꝙ nũquam licuit alicui habere plures vxores, nisi diuina dispensatione per diuinam inspirationem habitis. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respõdetur iuxta S. Thom. quod ius naturale semper est vbique, quantum & de se habet eandem potentiam, sed per accidẽs propter aliquod impedimentum quandoque & alicubi potest variari, sicut idem philosophus exemplum ponit in rebus naturalibus. Semper. n. & vbique dextera est melior, quam sinistra ₰m naturam, sed per aliquod accidens contingit aliquem esse ambidextrum, quia natura variabilis est. Similiter etiam est de naturali iusto, vt ibidẽ philosophus dicit, vel dicendum breuius ꝙ assumptum est verum quo ad illa quæ sunt de primo genere iuris naturalis, quæ sunt quasi principia prima, vel conclusiones propinquæ ab eisdẽ emanentes, cõtra q̃ nõ est pluralitas vxorũ vt dictũ est in præcedenti

a ¶ Dispẽsatio. Quid dicatur dispẽsatio vide Pet. de Anc. ca. de multa num 23. de præb.

cedenti articulo.¶ Ad secundam respondetur, ꝙ licuit vti dispensatione sicut dictum est. Et ad argumentũ contra respondetur quod falsum est, quod talis dispensatio sit contra rationem, quia Deus it seruit naturæ nostræ, sed preter illas, quia rationes illæ nõ sunt ordinatæ ad semper, sed ad in pluribus esse, vt dictum est. sicut etiam nõ est contra naturam, ꝙ aliquando accidunt in rebus naturalibus miraculosè præter ea quæ frequenter solent euenire. Concordat cum S.Thom. D. Bonauentura dicens quod verum est qđ Deus instituit, ꝙ vna sit vnius tempore legis naturæ, & tẽpore gratiæ, sed ex causa tempore legis debuit dispensare, nec facit contra institutionem ipse qui rem instituit cum pro loco & tempore dispenset.¶ Ad tertiam respondetur negando minorem, quia vt dicit S.Thom. ſm quod est bonum matrimonij includit fidem ad Deum seruãdam, quia ſm ꝙ proles expectatur ad cultum Dei educanda, ponitur matrimonij bonũ, fides aũt ad Deum seruãda est potior, ꝙ fides vxori seruanda, quæ ponitur bonum matrimonij, & quam significatio quæ pertinet ad sacramentum quia sacramentum ad fidei cognitionem ordinatur. Et ideo non est inconueniens, si propter bonum prolis aliquid detrahitur alijs duobus bonis matrimonij, nec tamen omnino tolluntur, quia & fides manet ad pluries, & sacramentum aliquo modo, quia quamuis non significatur coniunctio Christi ad ecclesiam inquantum est vna, significatur tamẽ distinctio graduum in ecclesia per pluritatem vxorũ, quæ quidem est non solum in ecclesia militante, sed etiam triũphante. Et ideo illorum matrimonia aliquo modo significant conuentionem Christi ad ecclesiam. Concordat d.Bonauentura.¶ Ad quartam respondetur negando consequẽtiam, & ratio est iuxta.S.Thom. quia non est simile. Nam vnum virum habere plures vxores non est contra prima præcepta legis naturæ vt dictum est, sed vnam vxorem habere plures viros est contra prima præcepta legis naturæ, eo ꝙ per hoc quantum ad aliud totaliter tollitur, & quantum ad aliquid impeditur bonum prolis, qui est principalis matrimonij finis, in bono.n. prolis intelligitur non solum procreatio, sed etiam educatio. Ipsa.n. procreatio & si non totaliter non tollitur, quia contingit post impregnationem primam iterum mulierem impregnari, vt dr̃ 19. de animalibus. Cum multum impeditur quia vix potest accidere quoniam corruptio accidat quantum ad vtrunque fœtum, vel quantum ad alterum. Sed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc quod vna mulier plures viros haberet, sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cuius cura necessaria est in educando. Et ideo nulla lege aut consuetudine est permissum vnam vxorem habere plures viros sic econuerso. Concordat Bonauentura dicens, ꝙ vna si esset plurium non esset vtilitas, quia vnus potest fœcundare plures, sed non vna à pluribus. secundo esset etiam dãnum, quia defectus esset trãquillitatis. nõ.n. potest cum pace vnus duobus dominis seruire, sicut vnus dominus duobus seruis imperare, vir caput est, & dominatur mulieri, deesset etiam bonum sacramenti, quia vna anima non duobus viris, sed Christus multis copulatur animabus. Itẽ esset incertitudo prolis, & confusio hæreditatis hæc ille.

8 Ad tertium sic proceditur.†Et videtur ꝙ nunc ẽt liceret habere plures vxores sicubi est eadem causa dispensationis, debet eadem dispensatio fieri, sed causa dispensationis nõ potest alia poni, nisi multiplicatio prolis ad cultum Dei, quæ etiam nũc necessaria est. ergo &c. adhuc dicta dispensatio durat præcipue cum non legatur reuocata.¶ In oppositum arguitur ex capitulo præcedenti, & præsenti, & sequenti.¶ Respondeo dicẽdum ꝙ nullo modo nũc est licitum nec dispensatio dicta durat nunc, sed cessauit cessante causa propter quam dispẽsatio fiebat. Adueniente.n. Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi, per quam cultus Dei in omnes genitos spirituali propagatione diffusus est. Et ideo non est eadem ratio dispensationis, quæ erat ante Christi aduentum, quãdo cultus Dei propagatione carnali multiplicabatur, & cõseruabatur. Item in precedenti quæstione, fuit etiam dictũ satis de hoc lege.¶[Dixit.Sara]Gen.16.[sed considera primum]prima excusatio, [quod Abraham ante legem scriptam] sed non ante naturalem, quæ scripta erat in corde hominis[interdictum]per legem aliquam super hoc specialiter latam. Erat tamen interdictum quodammodo in paradiso, cum dominus ait. Erunt duo in carne vna, vt 31. q.1. quomodo. Et etiam lege naturali quæ scripta erat in mente cuiuscunque, & dictabat cuilibet homini adulteriũ esse malum & inferebat menti cuiuslibet, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, vt in dicto cap.1. [pœna] dico[legalis].i. quæ per legem irrogatur[legis]scriptę[legem]scriptam[rei damnatio]bene dicit damnatio, & nõ peccatum [& rei].i. legem præuaricantis, quia nemo præuaricatur legem antequam lex sit scripta. Hug.[non ergo in legem scriptã]legem scriptam preuenit, qui preuenit constitutionẽ, non debet postea imputari vel irritari ar.di.31. ante, & di.82. proposuisti.¶ Sed quæritur vtrum ista excusatio sufficiat.¶ Respondetur quod non, excusant quidem bene à pœna, non à culpa, nec à qualibet pœna sed à pœna legis, quia nondum erat.[Laudauerat]dicens, crescite & multiplicamini &c.[non damnauerat] expresse aliqua lege scripta, vel præcepto damnauerat, vt dictum est in lege naturali. Hu.[secunda illa est]ista est melior excusatio, adhuc quasi diceret, potest aliter defendi, & est tertia defensio[erat.n.religionis].i.& ad religiosos pertinebat, vt redderet debitum naturæ, quia hoc exigit natura, vt quis relinquat prolem post se, quam natura deduxit ad esse, vnde de illo debito dictum est in lege, maledictus qui non reliquerit &c.[hanc causam].s. raritatem humani generis, & restitutionem[muneris].i. officij publici, quo ad suam opinionem, quia credebant seruire publicæ vtilitati, & restaurationi humani generis[culpam]incestus[priuatam].i. propriam & singularẽ [prætexuit].i. diminuit, & extenuauit aliquantulum, licet non ex toto, vt di.35. sexta die. Sicut autem dicit S.Thom. in 4. in fi. distinctionis 33. licet Loth credatur immunis à peccato mortali fuisse, filiæ tamen eius non omnino excusantur à peccato mortali, sed ex pietate intentionis minus peccauerunt, fuit.n. leuis æstimatio, super quam se fundauerunt. Et preterea si eis pro certo constituisset totum genus humanum perisse, debuissent diuinum consilium & patris expetere in tam horribili facto, quod erat contra primam institutionem matrimonij vbi pater & mater prohibetur. Gen.2. propter hoc relinquet homo &c. Concordat dom. Bonauentura sicut ante dictum est, istæ excusationes non sufficienter excusant, sed ea est vera excusatio, quia instinctu & inspiratione diuina Abraham & Iacob talia fecerũt: Et ideo secure excusantur omnino tam à pœna, quam à culpa, non enim peccauerunt in hoc, sed potius meruerũt, quia Deo obedierunt.



Emo. Ad idem principale propositum contra illos qui simul cum vxoribus volebant habere concubinas, est hoc capitulum Beati Ambrosij. Summa est in rubro, hoc licet competenter posset intelligi de solutis viris. Competentius tamen de coniugatis. Erant.n. quidam coniugati, qui præter vxores volebant habere concubinas solutas. Et dicebant quod hoc non licet fœminis.s. habere alios præter maritos, sed viris licet habere præter vxores alias solutas tamen, & hoc allegabant authoritatem legis humanæ, quæ hoc permittit viris, non vxoribus. Secundo mortale priuilegium .s.ꝙ uir est caput mulieris.& maior in matrimonio, & exẽplum patriarcharum, qui præter vxores miscebãtur ancillis. Ista ergo tria quibus viri volebant se excusare ab adulterio in hoc capitulo remouet Ambrosius secundum hoc potest diuidi capitulum in tres partes. nam primo remouet autoritatem legis humanæ. Secundo priuilegium maritale.2. ibi, nec viro.3. exemplum patriarcharum ibi, tolerabilior est. Lege.¶[Nemo]volens se defendere authoritate legis[sibi blandiatur].i. defendat se.s. sibi licere cum vxore habere concubinam, licet lex romana hoc habeat, ꝙ solutus licite potest habere concubinam, alibi in eadem lege habetur, ꝙ vxor committit adulterium si commisce tur soluto, sed non vir si commisceatur solute, vt.ff. ad l.Iuliam de adul.l. inter liberas.§.lex. Hu.[esse stuprum].i. à cõiugato commissum, sic intelligo capitulũ, vt loquatur de coniugato. Si vero loquitur de soluto tunc dicas cum coniugata commissum, vel dicas, ꝙ hic adulterium large accipitur pro qualibet fornicatione, vt.j.e.q.5. qui viderit Hu.[nec viro]2. pars.[licet].s. cognoscere præter vxorem aliquam aliam [hoc.n. neuter] quia par est conditio eorum quo ad hoc, vnde sequitur[eadem, &c.]vt.j.qõ.5. precepit [commissum] cum coniugato. vel expone, vt.s.Hu.[scire] .i. cognoscere. Hugu. [idcoque] ecce causam secundæ institutionis

stitutionis[cõiugij ius].i.licẽtia & ptãs[cõiugij].i. cõtrahẽdi in laqueũ fornicationis.[& ne cum muliere aliena delinquas]autoritate legis,aut exẽplo patriarcharũ,vel quia vir caput est mulieris[tolerabilior]3.pars.hic remouet exẽplũ patriarcharum [tolerabilior].i.minus mala[si latet].i. si ex ignorantia vel ex latenti infirmitate carnis committatur, vel dicatur esse commissa[quam si culpæ vsurpetur autoritas].i.si culpa vsurpetur, & præsumatur ab aliquo authoritate patriarcharum, qui alias præter vxores cognouerunt .i.si quis voluerit peccatum suum defendere exemplo & authoritate patriarcharum[minus peccabit].s.qui ex ignorantia commisit,vel ex infirmitate,quam iste.Nam retorquere peccatum suum in alium, peccatum graue est apparet in Adam. Hu. & Arch.aliqui exponunt hoc de occulte peccante, sicut patet in glo.sed non videtur esse de mente Ambrosij in hoc cap.nec hoc solum &c. sed omne à coniugato commissum[tamen locus]docet quia grauius est peccatum cum coniugatis commisceri, quam cum soluta.s. Gene.20. vbi habetur qualiter Abimelech qui coniugatus erat voluit agnoscere vxorem Abrahę,quam ob timorem mortis Abraham sororem suã esse dixerat cui in somnijs apparuit sibi dominus dicens.En morieris propter mulierem,quam tulisti,habet.n.virum. Abimelech non tetigerat eam,& ait domino[ꝙ vxorem alienam &c.Respondit ei dominus &c.cognoscimus præsulem]sequitur exposito rie[non patiatur]impune 11.q.3.sicut,ẜm Hu.[& si quis se cerit eũ peccare] cognoscimus[cuius violat legẽ] de adulterio non committendo[& gratiam Dei soluit].i.amicum Hu.[sacramẽtũ].i.vnitatem[cœlestis].i.ecclesia per quodlibet peccatum mortale desinit quis esse de vnitate ecclesiæ merito,licet sit nomine.



Rigo. Ad materiam eandem inducitur hoc capitulum Hieronymi contra Iouinianum. Et est tertia pars quæstionis in qua docet, ꝙ vxores non sunt amandæ vt meretrices.diuiditur in tres partes.In prima dicit,quod origo nuptiarum fuit honesta.In secundo ponit, quod ita potest insanire in re honesta, sicut in re non honesta. In tertia dat salubre consilium coniugibus, vt ad minus imitentur pecudes quæ post conceptum non coeunt.2.ibi.nihil.3.ibi,certe qui.Leg.¶[Origo.]Origo quidem coniugalis amoris tã prolis suscipiendæ & gratia conuiuendi virtuosa societate honesta est, & fuit causa præcipua nuptiarum[sed magnitudo].i.immoderata exactio causa explendæ voluptatis[deformis]virtus.n ẜm philosophum.2.ethi.consistit in medio extremorum opposi torũ.s. excessus & defectus, vt fortitudo est medium inter excessum audaciæ & defectum timoris.Sic actus laudabilis amoris consistit in medio vt non excedat in magnitudinem,ne nimis vir vxorẽ diligat, in eam effrenate feratur, & nimium libidinosè inardescat, velut Salomon cuius cor lapsum fuit ex amore inordinato mulierũ,vt patet 3. Reg. 11.ne nimis parũ diligat, aut odio habeat vxorem,velut illi qui odio moti repudiabant vxores lege Moysi permittente.Deut.24.sed vir diligat vxorem honeste, & ordinate non libidinosè[nihil ante]secũda pars.[ex qua honesta] nihil adeo est licitum, quod non possit pernicies irrogari 23.q.5.de occidendis.Item vsus rei non condemnatur,sed libido,vt dis.41.quisquis. Et sic vides, quod quandoq; peccant in re honesta 14.dist.quod ait gloss.[adulter].i. amor adulterij se habet cum illa. Sic.n.ardet in illa sicut adulter a in adultera, a & sicut adulter accedit ad adulteram,nõ spe prolis,sed causa saturandæ libidinis sic & iste ad vxorem, & peccat mortaliter sic eam cognoscendo, licet propter bonum coniugij minus puniatur,vt.j.e.q.7.adulterij.Hug. [ardentior]quam debeat.Hu.[amator].i.debiti exactor,in tantum.n.ardet in eam,ꝙ si vxor alterius esset,non minus eam cognosceret,si posset[in aliena]omnis amor ad carnale commercium. Hu. turpis est & amor nimius in suam & est turpis,vt pote cum causa explendæ voluptatis misceatur[iudicio].i.discrete, & cum discretione[amare cõiugẽ] .i.misceri ei[non affectu].s.explendæ libidinis[nõ regnat] .i.non debet regnare siue dominari.Hu.[nec præceps] si sapiens fuerit[nihil est fœdius].i. satis est fędum & est exaggeratio vel vsualis loquutio.Hu.[certe]3.pars.Hieronym. salubre consilium dat, ꝙ habẽtes vxores ad prolis generationem cõtineant temporibus congruis, maxime post impregnationem sicut faciunt pecudes.quæ post conceptum

a ¶Adultera adultera Adde qđ adulter põt repeti per vxorẽ adulteram Pe.de An.in c.ex parte nu. 3.de spons.

non coeunt,vt.j.e.q.7.non solum[& postquam] ab eo.n.tẽpore vsque ad tempus impregnationis non debet vxor facere viro copiam sui corporis,vt di.5.ad eius[non perdãt] .i.extinguãt.[nec amatores].i.fornicatores,causa solius voluptatis eos cognoscentes.

1 *Relatiuum identitatis aliquando dicit proportionem non æqualitatem.*




Vis ignorat. Ad idem.i. in excusationem sanctorum patrum inducitur hoc capitulum eiusdem Hieronymi.Summa est ꝙ eiusdem meriti sunt virginalis castitas apud nos,& sanctorum patrum cõiugium Breue est.Lege.¶[Quis ignoret].i.nemo sanæ mẽtis & recta fide ambulans ignorat,ꝙ sancti patres ad prolẽ multiplicandam & ad Dei cultum educandam placuerunt Deo in coniugio,sicut nunc placent virgines in statu contĩnetiæ.qui gratus est Deo fidelibus multiplicatis. Et sicut virginitas nunc in Christianis est laudabilis,sic tunc in sanctis patrib.nuptię erãt honorabiles,& torus immaculatus. [altera].i.sub cõiugali dispẽsatiõe [cuius nũc].i.sub virginali castitate eiusdẽ meriti. Item.n.credebant ꝙ nos, & eãdẽ precepta obseruabantur ab eis,quę à nobis,vt de conse.di.
2 4.sicut.Hu.†intellige tamen,ꝙ illud relatiuum identitatis in hac authoritate non dicit æqualitatem, sed magis dicit proportionem, vt ita intelligatur, ꝙ sicut competit legi euangelij continere,ita nubere, tunc tamen hoc excedit illud absolute,& tempus excedit tempus,& status statum,sicut si fiat cõparatio pueri ad puerum,& viri ad virum. Sic in proposito est intelligendum, vnde sancti non intendũt astruere æqualitatem,sed ostendere statum illum esse bonum, quamuis nobis non competat imitari,vt dicit dominus Bonauent.in 4.[legi naturali]vel consuetudini,quia iuri consuetudinario[& tempori suo]ẜm.n.varietatem temporum varia conditoris,secundum ergo varietatem varia debent fieri,vt omnia suis temporibus conueniant,vt dist. 4.erit,& distinct.35.ab exordio[fines seculorum].i.vltima ætas viuentium. Hug.

1 *Gentiles quare modo non excusentur in habendo plures vxores.*



Bijciuntur. Ad idem.s.quo ad excusandum patres sanctos inducitur hoc cap.Beati Aug.22.lib. contra Faustũ, vbi contra hæreticos qui tot mulierum consortia obijciebant Iacob.pro magnitudine criminis, & excusatur ab August. dupliciter.Et ita potest diuidi capitulum in duas partes.2.ibi,ꝙ quando quia.3.ibi,sic patriarchæ.Lege.¶[Obijciuntur]ab hæreticis,quatuor Iacob.n.habuit,vt habetur Gene.29.duas liberas vxores.s. Liã, & Rachelem filias Laban auunculi sui,& suas ancillas.s.Gelpham ancillam Lię,& Balam ancillã Rachelis,prima excusatio ꝙ in hoc non peccauerat est [quia quando mos].i.diuinus est à Deo spiritus[crimen].i.peccatum,extra de diuor.gaudemus,nec esset peccatum plures habere vxores,si Deus alicui hoc reuelaret.Hug.¶ Surgit
1 qõ.†Quare mõ non excusantur gentiles cum sit mos apud eos.Respondeo quia ille mos non est à Deo. vnde Augu. non dicit quia mos erat,nõ erat crimen, quia si hoc diceret uideretur, ꝙ pagani excusarentur,sed caute dicit quando.In quo insinuat,ꝙ hoc non faciebat consuetudo, sed diuina inspiratio.Et ideo dico quod reprobatur notula,quæ hic dicit ar.ꝙ consuetudo & mos excusant à crimine.In talibus.n.consuetudo non descendit.ar.j.e.q.7.flagitia[sic]2. pars hæc est.2.excusatio,quia sic patriarchæ &c.[propagandæ]multiplicandæ[sic apostoli &c.]patet.

Mori melius est sine filijs quam eos quærere de damnato coitu.



1 Icut satius. Ad idem,sequitur hoc capitulum eiusdem August. ad Publicolam.Et est quarta pars quæstionis. In qua dr̃,†ꝙ melius est mori sine filijs,quam
1 eos quærere de damnato cõcubitu,diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dictũ est. In secunda dicit,quod indifferens est,vndecunque nascantur homines dum non sequantur mores malorum.secunda ibi,vndecunque. Lege.¶[Sicut satius].i.melius.Hug. [idolatitijs].i. idolo immolatis, sed nunquid propter necessitatem famis licitum est comedere idolatitium vno


modo

modo pôt comedi dando honorẽ idolo cui est immolatũ, & sic est potius eligendũ mori, quam idolatitio vesci, quia sic illo vesci, est idolatrare, quod est peccatum grande & magis vitandum, quam mors corporalis, quia vt dicit philosophus 3.ethicorum, ante est moriendum, quam turpe committendum, vnde laudantur sancti, qui per fidem vicerunt regna cœlorum, pro Christo passi, & mortui, nolẽtes idolis immolare, ad Hæbræor. 11. Alio modo potest comedi tanquam creatura Dei bona & mũda & sic licite potest comedi, & debet ad mortem famis vitandã. ẽm Ray. & Hu. dicentes, ꝙ licet cõmedere, dummodo non cum veneratione idoli vel scãdolo fratrum, vel coram idolatris, sicut azima prohibemur comedere coram Iudeis. .s.28. q. 1. nullus & c. omnes. Concordat Goffr. vt ait Arch. [ita fatius]. i. melius [vndecunque.] 2. pars quasi diceret, si quærãt de illicito coitu, tamen si inquisiti fuerunt, non ob hoc damnabuntur apud Deum, dum alias sint boni [homine] bono vel malo.

1 *Vir non debet se commiscere ancillæ quæ non est vxor ad habendum prolem.*

2 *Agar an fuerit vxor Abraham, & quare fuit eiecta.*

3 *Adulterini quamuis sint nati de generoso sanguine non tamen dicuntur nobiles.*



Dicat aliquis. Ad idem est hoc capit Beati Ambrosij in sermone de sancto Ioanne. Summa est, †non

1 esse commiscendum ancillæ, quæ non sit vxor ad habendum prolem, potest diuidi in tres partes. In prima inducit authoritatẽ sacræ scripturę. In 2. ex illa authoritate inducit plus rationes. In tertia dat consilium salubre talibus habentibus concubinas. 2. ibi, si igitur. 3. ibi, mulier igitur. Lege. ¶ [Dicat scriptura] Genesi. 21. & ad Gala. 4. [eijce ancillam]. s. Agar.

2 ¶ Surgit hic quæstio. † quia videtur ꝙ Agar non fuit vxor, quia si sic non potuisset eam eijcere. Sed respondetur primo, quòd hoc fecit mandato domini, & ideo nõ peccauit. Secundo dicitur, ꝙ non fuit separata, quantum ad vinculũ matrimonij, sed quo ad torum, sicut superius diximus plene in principio huius quæstionis quartę, circa secũdum articulum disputatum [si igitur] 2. pars. [ergo nec filius] legitimus, nec successionis. tales. n. nec iure canonico nec legali succedunt, vnde patres talium dicuntur mortui sine filijs

3 vt 35. q. 7. quid ẽ. [Nec sanguinitatis]. i. nobilitatis. † adulterini. n. quamuis de generoso sanguine sint nati non tamen dicuntur nobiles, imo sine patre esse intelliguntur ẽm leges. insti. de nup. §. si tamen. Sicut secundum canones patres eorum intelliguntur esse sine filijs. [& non de alijs.] Nã sæpe qui non est filius, vel ab intestato vel ex testamento succedit [dicit scriptura] sapientiæ 3. [filij adulterorũ abominatio]. i. abominabiles. i. displicent Deo, si parentum sequuntur iniquitatem 55. di. §. ꝙ autem mulier. [igitur] 3. pars. [libertatem] vel expressa faciendo eam liberam, vel interpretatione iuris cõtrahendo cum ea [nomen vxoris] quasi diceret hoc solum sufficere videtur, verũ est ad matrimonium præsumendum, habetur. n. præsumptio ex appellatione nominis, ꝙ matrimonium sit inter eos, & ei standum est, nisi probetur contrarium. ar. .s. 113. dist. dominus 23. q. 1. paratus, & de consecra. di. 4. si eos. ff. de proba. l. vlt. §. vlt. Hu. [adulter]. i. fornicarius.




Sic. Ad idem inducit hoc c. Au. ad Claudium contra Iulianũ. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Sic voluntate] non. n. intuitu alicuius boni faciendum est malum, non. n. faciẽda sunt bona vt veniant mala. ad Rom. 11. & 1. quest. 1. non est [mammona iniquitatis] id est diuitijs, quæ dicuntur mammona iniquitatis, non quia inique acquisitę sint, quia de talibus nõ est eleemosyna faciẽda, sed restituendæ sunt dominis suis, sed quia frequẽter & in pluribus sunt materia iniquitatis & cum multa solicitudine acquiruntur.

1 *Fornicatio simplex quæ dicatur, & quæ duplex.*

Ecce. §. est in quo concludit Gratianus, ꝙ viuente vxore non licet ex ancilla filios quærere, vel ex alia non vxore. Et consequenter ostendit, ꝙ simplex fornicatio prohibeatur, & probat per sequentia capitula. Simplex fornicatio dr̃ ad differẽtiam duplicis. s. adulterij. † Simplex fornicatio est quam committit solutus cũ soluta. duplex autem quam committit coniugatus cum soluta, vel coniugata. In simplici fit iniuria Deo, & nõ vxor, iin dupli ci fit iniuria Deo, & vxori vel marito. Et illa simplex, ista dicitur duplex Hu.

1 *Fornicatio simplex an sit peccatum mortale, quod sic. nu. 2.*



Meretrices. Ad idem inducitur hoc ca. ꝙ est August. in quæst. Deu. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit se non habere ex decalogo aperte prohibitionem simplicis fornicationis, sed bene de adulterio. In secunda ostendit, quomodo interpretatiue arguendo à parte ad totum prohibeatur etiam in decalogo. 2. ibi, sed furti. ¶ Pro *Diuisio.*

1 pleniori intelligentia huius capituli quæritur. ¶ † Vtrum simplex fornicatio sit peccatum mortale. Et videtur quòd non. Primo ex præsenti capitulo, vbi dicit Aug. ꝙ in decalogo non videtur prohibita, sed omnia peccata mortalia videntur prohibita per decalogum, ergo &c. ¶ Secundo sic. nullum peccatum cadit sub præcepto, sed Ozeæ primo præcipitur à domino, vade sume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationis, ergo fornicatio non est peccatum mortale. ¶ Tertio sic, omne peccatum contrariatur charitati, sed fornicatio simplex non obuiat charitati, nec quantum ad dilectionem sui, nec etiam quantum ad dilectionem proximi, quia par hoc homo nulli fecit iniuriã, ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale. ¶ In oppositum est capitulum præsens, vbi dicit Au. ꝙ accedere ad meretrices ꝓhibet dominus. ¶ Respondeo dicendum

Quæstio. Primu arg.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Opponit & Respondet.

2 sub ista conclusione, † ꝙ fornicatio simplex est peccatum mortale. Ista conclusio probatur multiplici autoritate tam veteris quam noui testamenti. In veteri dicitur Deute. 23.

a non erit meretrix de filiabus Israel nec fornicator [a] de filijs Israel. ¶ Secundo dicitur Thobiæ quarto. attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire, vbi fornicationem crimen esse dicit & per consequens peccatum mortale. Item ratione probatur sic. Primo nihil excludit à regno Dei, nisi peccatũ mortale, sed fornicarij excluduntur à regno Dei, vt 1. Cor. 6. ergo fornicatio est peccatum mortale. ¶ Secundo sic. illud quod est contra ius naturale est peccatum mortale, sed fornicatio simplex est huiusmodi, ergo &c. probatur minor. illud est contra ius naturale, per quod tollitur cura & educatio ad quam naturaliter parentes proli tenentur, sed fornicatio simplex sine concubitus vagus est huiusmodi, ergo &c. Minor patet quia in concubitu vago totaliter ignoratur pater, & ideo si cõcubitus omnino vagus esset licitus, nesciret pater quis esset eius filius, nec per consequens teneretur alicui puero ad nutrimentum, & documentum, quod tamen falsum est. ergo &c. ¶ Tertio sic, omnis actus voluntarius qui non ordinatur in debitum finem, vel non ordinatur conuenienter in ipsum est peccatum, sed fornicatio simplex est huiusmodi, ergo &c. Maior patet, quia priuatio debiti ordinis in actu voluntatis culpam inducit. Minor probatur, quia fornicatio vel fit ad delectationem vel ordinatur ad prolem. Si fiat propter delectationem nõ ordinatur ad debitum finem, cum actus non sit propter delectationem, sed delectatio propter actum. Si vero ordinatur ad prolem, nihilominus non ordinatur conuenienter ad hunc finem, quia cum proli debeatur a parentibus educatio & instructio, & prouisio in totam vitam requirit ꝙ inter parẽtes sit obligatio cõmanendi simul nõ ad horã vel ad modicũ tp̃s, sed ad multũ vel totum, vt sicut proles est bonũ cõe patris & matris, sic cõuenienter prouideatur ei ab vtroq;. in fornicatione aũt nulla est obligatio viri ad mulierem ad cõmanendũ, quin possint separari qñ voluerint, ergo fornicatio nõ est actus qui cõueniẽter ordinetur ad ꝓlẽ. Et ita patet minor, & ꝑ cõsequẽs, ꝙ fornicatio simplex est pc̃m mortale. ¶ Quarto cõfirmat̃ sic. illi actus ex suo gñe sunt pc̃ã mortalia, per q̃ fœdus amicitiæ hoĩs ad Deũ & hoĩs ad hoĩem violat̃, hæc aũt sunt ꝯ duo præcepta charitatis, q̃ est aĩæ vita, & iõ cũ cõcubitus fornicarius tollat debitã ordinationẽ parẽtis ad prolẽ, quã natura ex concubitu intẽdit nõ est dubiũ quin fornicatio de sua rõne est pc̃m mortale, ẽt si lex scripta non esset. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam de capitulo præsenti

[a] ¶ Nec fornicator. Ad de ꝙ fornicarij occulti suspẽsi sunt quo ad se & quo ad deũ. Pe. de An. in c. vt cler. nu. 4. de vita & ho. cl. & ibidẽ num. 5. q̃ sit eius pœna.

Ad primum arg. lo præsenti respondetur, quòd in decalogo prohibetur, & si non expresse in verbis formalibus, tamen interpretatum prohibetur sicut dicetur in expositione literæ. ¶ Ad secundam respondetur, vt iam sufficienter dictum est supra. e.q.1.c.integritas.in fine expositionis literę. ¶ Secundo potest responderi iuxta S.Tho.in 2.2.q.154. ꝙ fornicatio dr̃ esse peccatum mortale inquantum est contra rationem rectam. Ratio autem hoīs est ſm ꝙ regulatur voluntate diuina, quæ est prima & summa regula. Et ideo quod homo facit ex voluntate Dei eius præcepto obediens non est cōtra rationem rectam licet videtur esse contra communem ordinem rationis, sicut etiam non est cōtra naturam, quod miraculosè fit virtute diuina, quamuis sit contra cōem cursum naturæ. Et ita etiam Oseę non peccauit fornicando ex præcepto diuino, nec talis concubitus proprie fornicatio debet dici, quāuis fornicatio nominetur referendo ad cursum communem. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. dicimus.n. ꝙ fornicatio simplex contrariatur dilectioni proximi quantum ad hoc, ꝙ repugnat bono prolis nasciturę, vt dictum est.s.dum dat operā generationi non ſm ꝙ conuenit proli nascituræ. Leg. ¶ [Meretrices accedere prohibet Deus] Deut.23. non erit meretrix &c.s.est in decalogo aperte, sed bene interpretatiue ꝓhibuit in scripturis noui & veteris testamenti loquutionis expresse [sed si omnis fornicatio simplex Mæchia].i.adulteriū. Ordina sic [ignoro an inueniri potest] nisi sit in decalogo prohibitum fornicatio, quam faciunt &c.[sed furti] quasi diceret, sicut dicimus, ꝙ cum prohibetur furtum in decalogo, nomine furti non solum intelligatur furtum, vt distinguitur contra rapinam, sed etiam omnis illicita vsurpatio rei alienæ, vt simonia, rapina, vsura, & furtum intelligitur [non.n. rapina.] & alia peccata grauiora, [qui furtum prohibuit] quod minus est [aperte].i. nomine partis.s. furti profecto nomine Męchiæ quæ est pars, siue species vna luxuriæ, oīs illicitus siue cōtra naturam siue ordinem naturæ debet intelligi per illa verba, non mæchaberis, & ita simplex fornicatio est prohibita, de qua erat quæstio.

S.Thomas

Ad secundum

Ad tertium

Exponit literam.




Neo. Ad idem sequitur hoc cap. Hiero. super epistolam ad Cor. Summa ē in rubro. diuiditur in duas partes. In prima ostendit, ꝙ in fornicando plus peccat fidelis, quam infidelis. In secunda ostendit simplicem fornicationem esse prohibitam authoritate Apostoli.2.ibi, ſm opus carnis. Lege. ¶ [In eo].i. propter hoc [fornicator fidelis] maioris criminis est, quam infidelis id est fidelis plus peccat quam infidelis, scilicet in eodem genere fornicationis. Idem intelligo de quolibet alio peccato. sed ratio quæ sequitur specialiter loquitur de fornicatione. Hu. propter hoc inquātum plus peccat, quia [fidelis tollit mēbra Christi].i.seipsum qui est membrum Christi [membra meretricis].i.diaboli, vel meretricis proprie, cum qua fornicatur, & hoc vult litera sequens. cum ait [erunt quippe duo &c.] Gene.2. [sed qui nō est fidelis].i. qui est infidelis membra sua non Christi facit [meretricis proprie] quasi diceret. Ideo minus peccat infidelis, quā fidelis in forma. quia fidelis membrum Christi facit membrum meretricis, vel [meretricis].i. diaboli. Sicut .n. fideles vnū corpus sunt, cuius caput Christus est, ita infideles sunt vnum corpus, cuius caput est diabolus [econtrario] hoc respicit principium capituli quasi diceret, sicut fidelis de templo Dei tollit membrum, ita infidelis in fornicatione sua violet templum Dei [an potius ędificare templum idolo] sed de hoc non erat dubitandum, quia infidelis non violat templum Dei, cum ipse non sit templū Dei, sed ędificat templum idolo.i.diabolo, ideo dicit [nescio].i. non diffinio quia est manifestum, & nullo modo est dubitandum, per quodlibet.n. peccatum mortale efficitur quis templum diaboli, & cum quis plus peccat, plus se ædificat & firmat templum eius, vnde statim subdit [quid sit remedium] quasi diceret, vere ædificat, & non violat templum diaboli fornicando [vitia].i. licet tollātur per sacrificia, quę fiunt eis potius per vitia, & peccata alia, vt dist.37.ideo, & 46.dist.habet [hoc ſm] 2. pars in qua ostendit fornicationem simplicem prohibitam esse autoritate apostoli, quasi diceret, bene dico ꝙ fornicator peccat, quia secundum in enumeratione operum carnis quæ enumerat Apostolus in epistola ad Gal. hoc est immundicia. Sic.n. dicit Apostolus manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, luxuria &c. Immundiciam vocat apostolus omnem illicitum vsum illorum membrorum, siue omnem carnis turpitudinem, siue sit secundum naturam, vt Aug. dicit lib. de natura, & gratia [quomodo].i. sicut probat Hieron. ꝙ in nomine immundicię omnis turpitudo carnalis culpę comprehēdatur, primo ex modo loquendi scripturæ veteris testamenti, quæ omnem turpitudinem carnalis culpæ sub nomine immundiciæ comprehendit. Leuit.15. dicens docebitis igitur filios Israel, vt caueāt immundicias, & nó moriantur in sordibus suis. Secundo ex intentione apostoli ad Gal.5. qui omnis voluptatis fœditatem sub immundicia & luxuria nominauit.

Diuisio.

Exponit literam.

Augu.



Salamon. Ad idem est hoc capitulum eiusdem Hieronymi supra libros regum. Summa est in rubr. ¶ [Immoderato vsu] vt habetur.3.Reg.11. Salomon adamauit mulieres alienigenas, etiā cum senex esset, & vt eas sibi alliceret cępit colere Deos, & idola earum, & tribus idolis ędificauit templa.s. Astarē deam synodiorum. Camoth Deū moabitarum, & Meloch idolo amonitarum, vtrum autem pœnituerit de his Salomon incertum est, quia peccatum eius legitur, sed pęnitentia non legitur, vnde August. 22. contra Faustum dicit, de Salamone quid dicam, quem vehementer scriptura sancta redarguit, ac condemnat, nihilque de eius pœnitentia atq; indulgentia commemorat. Et gl. Esa.2.& 4.reg.23. tenet, ꝙ non pœnituit incertum est, licet quædam scripturæ apocryphæ hoc testentur, & de hoc habetur de pœnitentia di. 2.sic.n.ibi. vide quid diximus.

Exponit literam.

Augu.



Liberorum. Ad idem est hoc cap. eiusdē Hieronymi. Summa est in rubro. Breue est. Lege textum. ¶ [Liberorum].i. coniugali [opera] causa liberorum. [concessa est voluptates dnmnatæ] id est dignæ damnatione, id est si committantur cum vxore causa exsaturandæ libidinis damnatæ, id est dignæ damnatione. Gloss. non videtur hic verum dicere dicendum, quòd Hugu. dicit quòd accedere ad vxorem causa libidinis sit peccatum mortale, quia non dicit hoc, nisi quando hoc facit extra legem matrimonij quando, scilicet hoc etiam faceret cum ea, etiam si non esset vxor sua, & ita intelligitur hic Hieronymus.

Exponit literam.

Quare autem. §. est in quo incipit 6. pars quæstionis, in qua dicitur, ꝙ filius quo ad conditionem maxime sequitur matris, conditionem. Breue est.

1 *Filiorum quatuor sunt genera.*
2 *Spurij quare dicantur.*



Liberi Capitulum est Isidori libro 9. etymologiarum. Summa est in rubro. diuiditur in duas partes. In prima ponit distinctionem filiorum. In secūda ponit, ꝙ filius sequitur conditionem matris. secunda ibi, hi vero. Lege. ¶ [Liberi] † quatuor genera filiorum
1 reperiuntur scilicet qui nascuntur ex liberorum matrimonio, Et hi dicuntur liberi, & qui nascuntur ex matrimonio liberi & ancillæ, vel serui & liberæ matrem sequuntur. Qui ex concubina naturales. Qui ex meretrice vel de illis personis cum quibus non potest esse ma-
2 trimonium vt de consanguineis, vel monialibus, † dicuntur spurij, quasi de spuma riualium nati, de istis habes.ff. de stat.ho.l.vulgo, de his non facit hic mentionem Isidorus, sed de tribus primis generibus [deteriorem] id est debiliorem. Hug. [hic vero]. secunda pars [de legitimo matrimonio] plenariè, scilicet vbi alter est seruilis conditionis, & alter liber [matrem &c.] de ista materia plene disputauimus supra vigesima nona quæstio prima, si fœmina.

¶ *Quæstio quinta.*

1 *Pudicitia est duplex.*
2 *Voluntas coacta voluntas est, licet non litera.*
3 *Aureolam vt non amittat oppressa per violentiam quid requiratur.*

¶ Quæstio


Vod autem. Hic incipit & intitulatur 5.quæstio.s. an pudicitia per violentiam auferatur. Et diuiditur hæc quæstio in septem partes. In prima probat Gratianus per 10.autoritates, quod non perditur pudicitia corporis vel animę, vbi animus non consentit. In 2.dicit, ꝙ nullus debet superbire de castitate, quia cito perditur, & difficile recuperatur, vel nunquam. In tertia probat, quod ex sola voluntate fugatur castitas. In 4.ostendit ꝙ licet fœmina in vita perdat virginitatem, non debet tamen se incontaminatis virginibus adequare. In 5.ostēdit quod postquam semel complacuit coniux eo viuēte alter superinduci non potest in qua ponitur pęna illius, qui vxore dimissa adhesit concubinæ. In 7.quare dimittūt viri vxores propter adulterium, & non econuerso.2.ibi, si Paulus 3. ibi, nec solo tactu.4.ibi, quamuis.5.ibi, horrēdus.6.ibi, præceptum.7.ibi, christiana. Quantum ad primam partem respondet Gratianus ꝙ pudicitia violenter eripi non possit,
1 pro qua parte nota primo†ꝙ duplex est pudicitia .s.corporis & animi. pudicitia corporis quæ carnis integritas dicitur per violentiam aufertur, de qua supra habetur.27.q.1. nuptiarum, pudicitia vero animi per violentiam sine volūtate auferri non potest, probat hoc Gratianus dicens: Est .n.virtus animi cui non infertur vis vt.j.c.ita ne.2.no.iuxta Hug.ꝙ hęc virtus in virginibus proprie dicitur virginitas, in coniugatis pudicitia, in viduis cōtinentibus castitas, vel continentia vidualis[via licentiam non sentit]quia per nullam colligitur ad aliquid, nisi qualiscunque assit voluntas,
2 †nam & voluntas coacta voluntas, est licet non libera. Hu. duplicabitur quod dicit hic Hu. Et videtur glo.sequi quod non intelligitur ad aureolam. Quæ.n.amittunt virginitatē
2 corporis, siue inuite, siue volētes, aureolam non habebūt, non est hoc verum imo vt dicit S.Thom.in 4.dist.48.†ꝙ si aliqua per uiolentiam oppressa fuerit, non amittit propter hoc aureolam, dūmodo propositum perpetuo seruandi virginitatem inuiolabiliter seruet, illi actui nullo modo consentiēs, non tamē per hoc virginitatem perdit, vt supra dictū est. Et hoc dico siue pro fide siue pro quacunq; alia causa violenter corrumpant. Sed si hoc pro fide sustineat hoc erit in meritorium, & ad genus martyrij pertinebit, vnde Lucia dixit. Si me inuitam violare feceris mihi castitas duplicabitur ad coronam. Non quod habeat duas virginitatis aureolas. Sed quia duplex premium reportabit, vnum pro virginitate custodita, aliud pro iniuria, quam passa est, hæc S. Tho.sequitur in litera[non inquinabitur corpus] .s. inquinamento vitij siue peccati[nam & si &c.]patet.


1 *Homo sanctificat locum, non locus hominem.*


Olerabilius est. Ad probandum quod dixerat inducit plures autoritates. Et in primis istam beati Ambrosij in lib.de virginibus. Summa est in rubro. Breue est. Litera.¶[Tolerabilius].i.facilius[habere].i.seruare virginem &c.].i.virginitatem mentis[quam carnis]quasi diceret in periculo oppressionis facilius est virginitatem mentis quam carnis habere[non homini].i.carni[sed Deo].i. per mentem præponitur animus corpori, & castitas mentis præferenda est castitati corporis. Hu.[si non liceat].i.si non potest. Hu.[prostitui] corpore inuita[adulterari non potest inuita].i. rea adulterii constitui non potest, nisi consentiat, & velit[vbicunque virgo est]saltem mente[Dei templum est infamant] in hoc casu cum inuita ducitur ad
1 lupanar[sed castitas virginis Dei abolet infamiā loci]†homo.n.sanctificat locum non locus hominem.in di.40.non loca, & c.multi.Hu.& in gl.



Euera. ad idem est hoc c.eiusdem Hiero. Summa est in rubro. Breue est. Le.¶[Re uera non potest caro corrumpi] peccato siue corruptione peccati, vt exponit magister sententiarum in quarto sententiarum in fine.di.33.vel[non potest corrumpi].i.ad reatum imputari non debet, vel damnationem æternam, vel corruptionis rea affici glos.nihil.n.imputatur nobis siue ad bonum siue ad malum cū aliquid ab extra nobis, infertur, talia.n.nobis imputantur quorum domini sumus, vt dr̄ 3. eth.sed quod dicit gl.vlterius quia obest sibi quo ad aureolam, non dicit verum, vt visum est ex his quæ S. Tho.dicit in principio huius quæstionis. Et ex his quę dicit dom.Bonauent. in expositione huius verbi. In 3.sententiarum vbi supra vbi sic dicit.istud intelligit de corruptione, quæ redundet in amissionem decoris virginitatis. Cum enim sit de magnis bonis nullo modo potest auferri omnino nolenti.hæc ille.


Ta ne. Ad idem sequitur hoc c. August.de ciuitate Dei. Summa est in rub. Breue est & planum. Lege.¶[Ita ne metuitur]interrogatiue, quasi diceret, non debet metui [aliena].i.cui non consentitur[si autem non polluit] ei consentiet &c.[sed cum pudicitia virtus non sit]dicit.n.Hu.& Arch.hoc non est de pudicitia corporis, sed de pudicitia animi, sed isti non intelligunt bene, non.n.proprie sunt duæ pudicitiæ vna corporis, & alia animi, quia vt dicit S.Thom.in 2.pudicitia essentialiter est in anima, cum sit virtus materialiter non finit in carne, sicut hic videtur dicere Augustinus.[comitemque fornicationem] quia quicunque habet vnam virtutem, aliquo modo habet omnes[sed tamen an annuat, &c. quis, &c.] quasi diceret nullus.


Roposito. Ad idem est hoc c.beati Augusti. vbi supra diuiditur in duas partes. In 1.ostendit, ꝙ permanente proposito firmæ pudicitiæ libido aliena non aufert à corpore sanctitatem suam, siue in corruptionē, quia nō imputabitur ei quicquid accidat in corpore in illo casu. In 2.ꝙ deficiente ꝓposito mētis ante actualē corruptionēcorporis iā sanctitas eius est amissa.2.ibi, an vero si.Le.¶[Proposito corpus sanctificatur].i. meretur sanctificari in futuro. H.[non aufert sanctitatē].i. gloriam æternam. Hug. sed melius diceretur, vt supra dixi [meritum gloriæ].i. decorem aureolæ debitæ virginitati. licet hic.Hu.etiam repetit contrariam opinionem.[an vero]2.pars[dicimus] s.non Hu.[absit hic error]vt dicamus eam sanctitatem retinere, & habere[per quam sanctificatur] i.meretur sanctificari in futuro corpus.Hu.


Vcretiam. Ad idem est hoc c.eiusdem Aug.lib.e.Summa est eadē. Lege.¶[Lucretiam]Casus est, Lucretia fuit violenter oppressa à Tarquino filio regis Tarquini, illa &c.[Collatino]proprium nomen erat mariti Lucretiæ, deinde cultello quem abscōsum habebat extracto egra tristis se peremit, in hoc male fecit, & peccauit mortaliter, licet laudetur, ꝙ nō consensit.in nullo.n.casu & nulla de causa licet sibi injicere manus.ar.33.q.5.si non licet.alia patent.


On fidelibus Ad idē est hoc c.eiusdē Aug.li.de libero arbitrio.Leg.¶[Non est. Castitas habens consolationem].s.non consensisse[peccatis eorum] qui carne nostra per violentiā abutuntur.Hu.


Non nisi. Ad idē est hoc c.Aug. in li. de duabus animalibus litera, simul non peccatur mortaliter vt 15.q.1.§.ex voluntate.Hu.


Vdicitia. Ad idē est hoc c.eiusdem Aug.li. de libero arbitrio litera.¶[Quoniam quidem virtus est].i. quia virtus, cum voluntas cogi non possit, ea, quæ sunt in nobis vt virtutes & vitia, nobis uolentib.auferri non possunt, & per consequens nec ipsa pudicitia quę virtus est.


On potest. Ad idem est hoc c. beati Hier. super epistolam ad Romanos eadem est snīa. [litera.¶[Non potest fieri]quia mechia est peccatum voluntarium. non potest fieri nisi voluntate consentiente.

Inge. Ad idē est hoc c.eiusdem Hier.super Lucam litera.¶[Finge].i.pone[apud euangelium]Mat.15.vbi saluator ait.de corde exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes & c.hæc sunt q̄ coinquinant hominē.ergo ꝟm euāgelium violenta virginis oppresio coinquinat, nec sordidat eam, quia ex eius corde nō procedit imo cōtra eius voluntatem, & ita apud euangelium[virgo suscipitur].i.pro virgine habetur[in lege canonica].s.promotionis, vel consecrationis[repudiatur] quia non consecratur, vel promouetur,

mouetur, sed repellitur à consecratione, non quia peccauit, sed in hoc non peccauit, sed propter defectum sacramenti. ar. dist. 26. acutius 15. q. 1. si quis non iratus.



Icut. Ad idem est hoc c. eiusdem August. libro de virginitate. Et est eadem sententia. Breue est litera. ¶ [Seruat] quo ad vitam æternam consequendam, quia pudicitia carnis sæpe habetur sine pudicitia animi, sed non valet ad vitam consequendam æternam. Hug.



Pud Deum. Ad idem est hoc cap. August. ad Victorianum de tribus pueris existentibus in camino ignis. Summa est in rubro. diuiditur in duas partes. In prima ostendit ꝙ Deus fidelibus suis inuocantibus in tribulationibus adest auxiliator. In secunda ostendit quomodo duobus modis dominus præsto est auxiliari virginibus existẽtibus in pressura, aut periculo violationis. secunda ibi, aut nihil. litera. ¶ [Apud Deum ingemiscentibus] plorantibus, aut clamantibus tribus pueris in camino ignis ad Deum, Deus affuit adiutor eorum. Danielis 3. sic ipse suis fidelib. adest in tribunalibus Iudith. 13. non deserit sperantes in se, vnde Apostolus primo Corinthior. 10. dicit Deus qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiã cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Sic dedit prouentum Susannæ in tribulationis angustia, quasi eam lacrimantem & clamantem exaudiuit, & à morte Danielis ministerio liberauit, Daniel. 13. [aut nihil] 2. pars. inter alias tribulationes quas sancti viri sustinebant tempore persecutionis vt scribit Victorianus August. erat ista quòd sanctæ virgines ab hostibus violenter opprimebantur, & deflorabantur. Et August. consolationem fidelium virginum respondet dicens, quòd Deus dare auxilium præsto est, vno modo quantum ad illas quas non permittit ab hostibus tangi, nec violari, sic castissimam Saram Deus tangi nũ permisit à Pharaone. Genesi. 12. nec à Rege Abimelech Gen. 20. nec à presbyteris impudicis Susannam. Danielis 13. nec Agnetem, nec Agatham, nec Luciam virgines. secũdo modo subuenit dominus castis, quia quas permittit in carne violari dat eis virtutem qua ad libidinem non consentiunt, in qua oppressione & violentia non peccat oppressa, quæ non consentit, quia solum patitur & non agit, sed ille peccat qui opprimit, quia agit ꝙ libidinosa voluntate concupiscit. patet reliquum literæ.

Exponit literam Hugu.




On potest. Ad idem est hoc cap. Isidori libro 1. de synonymis Summa est in rubro. Lege. ¶ [Non potest] expone vt supra cap. re vera. Hu. [caro non peccat]. i. ministerio siue actu siue opere carnis peccatum non committitur.



Agis timeamus. Ad idem est hoc cap. Augustin. ad Honoratum Episcopum. Summa est in rubr. litera. ¶ [Magis timeamus]. i. timere debemus [ne sensu interiori] id est intellectu corrupto per errorem petat castitas fidei, anima adhæret Deo per fidem, per quam Christo desponsatur. Oseæ secundo. Sponsabo te mihi in fide. Et apostolus. secundo Corinth. 11. despondi. n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo. i. per fidem, timere dico debemus quantum ne fœminæ & cætera [nec violatur] ita vt imputetur ad peccatum. Hug. [quando voluntas] quæ nulla est in hoc.

Exponit literam.

Exponit literam.



Icut enim peccatum. Ad idem est hoc c. beati Chrysostomi super Mattheum. Summa est in rubro. litera. ¶ [Sicut sine voluntate] qualicunque ad hoc vel ad illud, directa, vel indirecta, coacta vel libera. Nam & peccata sunt nolentium, sed non omnino non voluntaria ex opere exteriori cum dominus ait Matthæi septimo. illa ergo quam necessitas corporis debilitate senio sectione vel ægritudine vel alio impedimento [non potest transgredi] id est violare, cum velit, [sed illa est] loquitur de cõtinentia corporis, quæ si est necessaria de necessitate facti, non est laudabilis, sed voluntaria laudatur, vt 33. quæstio quinta qui sinr.

Exponit literam.

1 *Paulus quare dictus fuit vas gratiæ, & templum spiritussancti.*
2 *Lex quare dicatur fomes peccati.*
3 *Lapsus si timetur circa maiorem, multo magis circa minorem*
4 *Deus an possit suscitare virginem.*
5 *Fratueles qui dicantur.*



I Paulus Incipit. 2. pars quæstionis in qua ostenditur quòd nullus debet superbire de castitate, quia cito perditur, & recuperatur difficile. vel nũquam. itaque in hoc capitulo ostendit Hieronymus scribens ad Eustachium, ꝙ non debet gloriari de virginitate, sed timere semper ne cadat, tum quia facilis est casus, tum 2. quia virginitas sola carnis non saluat. Et sic diuiditur in tres partes. In prima ostendit, ꝙ cadere possit exemplo Pauli, quamuis irritus esset, tamen tentabatur, [& cadere timebat] in secundo idem ostendit authoritate domini & Esaiæ. In tertia inducit ad hoc exemplum multarum virginum quæ ceciderũt. secunda ibi, quæso caue. tertia ibi, timeamus. Lege. ¶ [Si Paulus vas electionis] intransitiue .i. vas electum ad prædicandum. Actuum 9. vnde sequitur ibi, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Paulus dictus est vas gratiæ, templum spiritus sancti, gratia. n. spiritus sancti plenior fuit, quam multi alij [præparatus]. i. segregatus in euangelium, ad Ro. 1. [ob carnis]. i. concupiscentiæ surgentis ex carne. i. quia multum infestabatur, vnde ad Ro. 7. ait. non enim quod volo ago &c. [reprimit corpus suũ &c.] Corinth. 9. castigo corpus meũ & in seruitutem redigo. Super quo dicit Aug. quòd inerant ei motus concupiscentiarum, quos tamen diuina gratia refrenebat. iste autem stimulus siue aculeus dicitur Angelus satanæ. i. Angelus malignus. Est autem Angelus à Deo missus, siue permissus, sed satanæ, quia satanæ intentio est subuertere, Dei vero vt humiliet, & probatum reddat, timeat peccator si apostolus & vas electionis securus non erat. S. Thom. super epistolam ad Corint. vbi supra [aliam legem] ad Rom. 7. quæ quidem lex est fomes peccati, † quæ
2 quidem potest dici lex duplici ratione, dicit S. Tho. super epistolam ad Rom. vno modo propter cõsimiles effectus, quia sicut lex inducit ad bonum faciẽdum, ita fomes inducit ad peccandum. Alio modo propter comparationem ad causam. Cum autem fomes sit quædam pœna peccati, duplicem causam habet, vnam quidem ipsum peccatum, quod in peccãte dominium accepit, & ei legem imposuit, quæ est fomes, sicut dominus seruo victo legem imponit. Alia causa fomitis est Deus, qui hanc pœnam homini peccanti indicit, vt rationi eius vires inferiores non obedirent, & secũdũ hoc ipsa inobedientia inferiorum virium, quæ dicitur fomes, lex dicitur, inquantum est per legem diuinæ iustitię introducta, sicut iustitia iusti iudicis vim legis habet [in membris] licet autem lex originaliter consistat in appetitu sensitiuo, diffusus tamen inuenitur in omnibus membris, quæ deseruiunt concupiscentiæ ad peccãdum, hæc autem lex duos effectus habet in homine. primo namque resistit rationi, & quantũ ad hoc dicitur [repugnãtem legi mentis suæ] id est legi naturali, quæ naturaliter, incerta est animæ, secundus effectus est, quod hominem sub seruitute redigit, & quantum ad hoc subdit [& captiuantem se in lege peccati] id est, sub lege peccati, quæ est in membris meis [si post nuditatem &c.] quam passus frequenter ſm illud ad Rom 7. quis me separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames an nuditas & [in semetipso reuersus] fragilitatem propriam cõsiderans [clamat [infœlix homo &c.] duo facit. primo cõfitetur suam miseriam cum dicit, infœlix ego, quod quidem est per peccatum, quod in homine habitat, siue quantum ad carnẽ tm̃, sicut in sancto, siue etiã quantum ad mentẽ, sicut in peccatore, prouerbiorum 9. miseros facit populos peccatum, secundo quærit, dicens [quis me liberabit de corpore mortis huius, hui⁹ qdẽ qõ vr̃ esse desideratis, ſm illud psa. Educ de carcere aĩam meã. Considerandũ tñ est hic vt dicit S. Tho. ꝙ in corpore hominis cõsiderari põt ipsa natura corporis quæ est conueniens aĩæ, vnde ab ea non vult superari 1. Cor. 2. nolumns spoliari, sed super vestiri. 2. ipsa corruptio corporis, quæ aggrauat animam &c. Et ideo signanter dicit de corpore mortis hæc S. Thom. [tu te putas] argu.
3 † quòd si lapsus timetur circa maiorem, multo fortius circa

Exponit literam.

Augu.

S. Tho.

circa minorem, vbi.n. maior trepidat, multo magis minor trepidare debet. Hugu. [caue] secunda pars[virgo Israel]hoc scriptũ est Amos quinto. vbi sic dicitur, virgo Israel proiecta est in terram suam, [& non est qui sustinet eam] ac si dicat Hieronymus virgini, virgo es, non superbias de viribus tuis, non præsumas de mundicia, non glorieris. Caue casum turpitudinis & inde neque eas suscitari, quia virgo corrupta non recuperatur[audacter dicam &c. his]Surgit quæstio vtrum Hieronymus dicat verum, dicẽs
4 quod suscitare virginem Deus non possit. Et arguitur quod non sit verum per illud Lucæ primo. non est impossibile apud Deum omne verbum, sed istud est verbum quoddam reparare virginem post lapsum. ergo illud potest. ¶ In oppositum est autoritas Hiero. ¶ Respõdeo dicẽdũ iuxta S. Th. quolibeto quinto, quòd in virginitate duo possunt consyderari, quorum vnum est integritas mentis & corporis, & sic Deus virginem potest reparare post ruinam. potest.n. & mentem reintegrare per gratiam, & corpus consolidare per miraculum. Aliud autem est.s. causa integritatis prædictæ, quòd.s. mulier virgo non fuerit cognita à viro, & quantum, ad hoc Deus non potest virginem post ruinam reparare, non.n. potest facere vt ea quæ fuit cognita à viro, non fuerit cognita. sicut nec de aliquo quod factum est potest facere, quod factum non fuerit. potentia.n. de se extendit ad totum ens, vnde non solum id à Dei potentia excluditur, quòd repugnat rationi entis, & hoc est simile esse & non esse. Et eiusdem rationis est quod fuit, non fuisse, vnde Augu. Augu. 26. contra Faustum. quisquis dicit, si omnipotens est Deus, faciat vt ea quæ facta sunt non fuerint, non videt se hoc dicere vt ea quæ vera sunt eo ipso quòd vera sunt falsa sint, vnde etiam philosophus dicit 6. ethico. quod hoc solo priuatur Deus, quod quæ genita sunt, non fuisse, & quæ facta sunt non fuisse. Et secundum hunc loquitur Hieronymus, quia quæ corrupta est non potest sic virgo reparari, quin fuerit corrupta. Ad argumentum contrarium dicendum quod verbum sit conceptus mentis, nihil quod contradictionem implicat verbum dici potest, quia non cadit in conceptu mentis, vt probat. In 4. Meta. de ista materia etiam locuti sumus. s. 33. q. 1. c. integritas. [coronare corruptam]pro virginitate seruata, quia non potest facere, quod non fuerit corrupta[timeamus]3. pars[& virgines]Amos 8. dicit in illa deficient virgines pulchræ, & cadent, & non resurgent vltra. Sunt & virgines bonæ & malæ Mat. 25. Simile est regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Quinque erant fatuæ, & malæ, & quinque prudentes, & bonæ[mulierem]de Matth. 5. sumptum est. [virgines carne]non spiritu, hæ virgines a fatuæ quæ conseruant quod minus est.s. corporis integritatem & perdunt quod maius est.s. pudicitiam in voluntate: tales.n. in lampadibus suis constitutione non habent oleum nitoris, & pudicitiæ, vel oleum bonorum operum, & ideo veniente sponso nõ ingrediuntur thalamum sponsi, sed clausa ianua paradisi inde repelluntur[si autẽ] applicat ad propositum[membra Christi].i. seipsas[tẽplũ] .i. corpus suum.s. e. q. 4. in eo[in lupanari].s. fornicationis[illico].i. consequenter[prophetam]Esaiæ. 47. vbi dicitur, descende, sede in puluere[filia babylõ, sede in terra]bene quod pe illa descendit in puluerem fœditatis facta filia babylonis.i. confusionis, ac in terra prostitutionis quæ virgo erat, & in sublimitate virginale residebat quãdo ad meretriciũ se conuertit, vt sibi dicatur filia Babylonis misera [sede] tace intra tenebras fidelitatis tuæ [filia Caldeorum.] talis filia non est[thronus] in quo sedeat Deus, sed diabolus, tunc enim habitat uellem caldeorum, id est putredinem luxuriæ [quia non uocaberis ultra, mollis & delicata] id est non eris in delicijs Dei, seu uirtutibus, nec pasceris delicato cibo bonorum operum[accipere].i. accipies[molã] .i. moles quasi diceret, ad tantam paupertatem deuenies, quod oportebit te facere hoc, & quæ sequuntur [discooperi].i. discooperies.i. membra quæ nunc habes ornata, & uelata discooperies, quia non habebis unde te tegas, quod sequitur, est expositio.s. [denuda].i. denudabis[crura tua].i. affectiones, & actiones[transi].i. transibis[flumina]per mundana more fluminum labentia[&]cum ista feceris [reuelabitur].i. manifestabitur[ignominia & opprobria tua].i. peccata tua[& hæc post uerba sunt Hieronymi, quia per hæc quæ patieris patebit te malam fuisse[postquam recessisti à sponso tuo] postquam desisti esse thalamum filij

Ad arg.

a ¶ Virgines Adde quod virgo nolens nubere vt casta viuat Deo gaudet priuilegijs nuptiarum. Bal. in l. imperialis sup ver. sed si tales C. de nu. & gaudet priuilegijs familiæ pris. Bar. l. quoties. C de de pri. scho la. li. 12.

5 Dei [post oscula] id est, postquam fide & dilectione sponso tuo Christo desisti coniugi [fratuelis] id est Christi fratueles dicuntur filij duorum fratrum. Sic Christus & ecclesia fratueles dicuntur.s. ex Iacob & Esau, ut dicit glo. & Hu. & postquam desisti esse illa de qua sermo propheticus[astitit regina]quælibet sancta uirgo, uel anima[astitit] in positionibus æternis bonis quæ significantur per dexteram[in uestitu]bonorum operum[deaurato]fulgore charitatis [circumamicta varietate]virtutum[nudabitur] verba sunt Esaiæ quæ inducit Hieronymus quasi sua Hu. [denudabitur]hic virtutibus & bonis operibus. Hu. [posteriora dorsi eius].i. peccata, quasi post tergum existentia non reducebantur ad memoriam, cum ea ante faciem habere debuerit[ponẽtur]in futuro ante faciem eius, ad damnationem eius. Hug. [sedebit]deiecta hic ad aquas [solitudinis] .i. ad tpalia vel doctrinas hæreticorum. Hu. [& posito].i. deposito [vase] cordis.i. depositis virtutibus quæ sunt in vase cordis [diuaricabit] id est, diuertet, ampliabit [pedes suos].i. affectus suos.i. aditum præstabit omni vitio, vel peccato[omnis transeunti].i. intrare volenti, quasi diceret, non resisteret peccatis, vel omni demoni volenti transire sũ per eam, quasi dicere suggerenti diabolo non resistet. Hieremiæ 16. dicitur meretrici. Exposuisti fornicationem tuã omni transeunti &c. [rectius fuerat]redit ad propositum, melius est non incipere, quam à proposito desistere vt 12. q. 1. scimus, & dicitur rectius electiue[&].i. [p plana]sociãdo coniugium. Hu. [altiora] virginitatis & continentiæ[caderet]. Quibus habitis exhortatur Hieronymus, ordina sic. [O filia sion ciuitas tua].i. anima tua, quæ est ciuitas & habitaculum Dei[nõ fiat meretrix ne postquam hospitiũ &c.] .i. postquam sancta trinitas est ibi hospitata per baptismũ, vel per pœnitentiam[demones].i. suggestiones diaboli[sirenes].i. voluptates, & delicíæ seculi, quia sirenes dulciter cantant [ericij].i. spinosæ solicitudines huius mundi, quæ pungunt ad modum ericij.

1 *Peccat quis in mulierem tribus modis.*



NOn solo. Hic incipit tertia pars quõnis in qua probat, quod ex sola voluntate fugit castitas, & hoc probat per duo capitula. Ioan. de. istud capitulum est in regula beati Augu. Summa est in rubro.
1 Breue est. † Trib. modis peccat quis in mulierem.s. tangendo, videndo, considerando, sed non quodlibet videre est peccatum, sed videre ad concupiscendum, & causa delectationis. Et hoc videre prohibetur hic & in sequenti capitulo. Litera. ¶ [Non solo aspectu appetitur cõcupiscentia fœminarum]hoc patuit in Dinana filia Iacob, quæ egressa vt videret mulieres ex solo aspectu adamauit eam Sichen, & rapuit eam, & dormiuit cum ea. Genes. 34. idem patet cum Dauid vidit Bersabeæ in solario se lauantem 2. Regum 11. ideo aspectus prohibendi sunt à consortio mulierum. quia Matthe. 5. dicitur, qui viderit mulierem ad concupiscendum, iam mechatus est in corde suo [& iõ non dicatis &c. impudicus oculus]cuius signum est euagatio, vt distinct. 23. his ergo. Hug. [corda impudica nuntiant sibi inuicem mutuo aspectu etiam tacente lingua & secundum].i. sequendo concupiscentiam & c. [de moribus] .i. de actibus Hug.

Exponit literam.



QVi viderit mulierem. Ad idẽ est hoc capitulum beati Augustini in quæstionibus Exod. Summa est in rubro. diuiditur in tres partes. In prima dicit illud Matth. 6. qui viderit &c. In secunda assignat rationem quare dixit mulierem. In tertia ostendit quot sunt gradus reatus concupiscentiæ. secunda ibi, quia enim. tertia ibi, quod tamen plerunque. Litera: ¶ [Qui viderit] Matth. sexto[ad concupiscendum].s. animo, & dat operam quam potest glo. [quia] secunda pars ostendit, quare dixit mulierem, & non vxorem, secundum proprietatem vocabuli, vtrum quòd mechatus solũ adulter dicitur, extenditur tamen ad omnem fornicationem, vt supra eodem. quæstio. quarta meretrices, mulierem expressit, vt per locum à minori arguatur, quòd si mechus est qui vidit mulierem ad concupiscendum eam, multo magis mechus erit si ad concupiscendum viderit vxorem alienam, quia mechia proprie sicut adulterium, respicit personas matrimonio

Diuisio.

coniugatus, saltem ex vna parte. s. quòd alter mechantium sit coniugatus. secundo vt per hoc pateat, quòd veritas Christus extendit nomen mechiæ non solum ad adulterum, sed etiam ad viri & mulieris qui non sunt matrimonio copulati, sed sunt soluti fornicationem, vnde dicit August. ibidem, ꝙ omnis illicitus concubitus prohibetur cum dr, non mechaberis[quod tamen]2. pars [ex loco] qa plus peccat concupiscendo in loco sacro, quam in alio[ordine]quia plus peccat ordinarius, quam laicus, & plus in sacro ordine, quam in minori [discernitur ab alio]adulterio[si hunc]. s. clericum[sicut illum]. s. laicum, licet sicut dictum est plus clericum. Hu.[non dissimilibus]. i. dissimilit. ratione ordinis. Hu. s. cum vterque est ordinatus, vel nõ ordinatus[distinguitur reatus ex alijs circunstantijs]. s. ex loco tempore, & contemptu.

Exponit literam.

Quamuis. §. est. & incipit quarta pars quæstionis, in qua dicitur, ꝙ licet fœmina inuita pdat virginitatem, non tamen se debet adæquare in contaminatis virginibus. Io. de.

1 *Corruptæ inuitæ an possint dispensatione consecrari.*



Ille. Hic inducit ad probandum hoc ꝙ dixit, capitulum hoc quod est Leonis papæ. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Illæ laudabiliores]videtur ergo, ꝙ licite possunt hoc facere, & non peccent, si nõ fecerint. vnde dicunt quidam esse cõsilium, & ego credo ꝙ sit consilium quo ad alia, sed quo ad consecrationem. s. vt velint consecrari inter virgines, quod non debet esse, non quia peccauerunt, sed propter defectum sacramenti, vt. s. dist. 27. acutius, non ergo tales, de iure cõ-
1 muni possunt consecrari. ¶ Hu. Surgit quæstio† vtrum tales inuitæ corruptæ possunt ex dispensatione cõsecrari, respõdet Hu. ꝙ sic, sicut bigami, & viduarum mariti. quod ergo hic dr intelligitur de iure communi quamuis minus. i. non oberit [si doleant]. i. proderit si doleant. Bonarum enim mentium est, vt ait Gregorius, culpam cognoscere, vbi culpa non est.


Cum ergo. §. est in quo concludit ex præallegatis capitulis, quòd violenter oppressa nõ potest fornicationis crimine inculpari. Et hoc probat per sequentes autoritates[instinctu propriæ libidinis]. i. cum appetit instigat. Hu. vel[alienę cõsensu]. i. cũ ab alia instigatus appetitur, & consentit. Hugu.[fides]coniugalis, quam alter coniugum alteri debet seruare, ne. s. cum altero coeatur[quæ]. s. fides coniugalis ita est seruanda in his corporalibus rebus, & adiectis, vt præferenda etiam sit vitę præsenti, ita ꝙ potius homo debet eligere mortem, quam coniugalem fidem violare secundum Hu.

Non mechaberis. Ad idem est hoc capitulum Isidori super Exodi. summa est in rubro. Breue est, verbũ est decalogi sed Isidorus exponit in tertia persona. patet litera.

Puto christianum. Ad idem est hoc c. Aug. libr. de adulterinis coniugijs. Summa est in rubro[ruluctari]. i. contradicere, alia litera patet.

Cum ergo §. est in quo Gratianus concludit veritatem quæstionis, ꝙ oppressa per violentiam non potest fornicaria dici, nec adultera, nõ potest propter hoc dimitti à uiro. Et dr hic incipere 5. pars quæstionis, in qua dicitur, ꝙ postquam semel placuit quis, eo viuente alter superinduci non potest. Io. de Arc. Leg. ¶ [Cũ ergo nihil horum] de quibus dicitur in duobus præcedentibus capitulis in ista de qua agitur in themate quæstionis nec aliqua occasione excepta causa. Matth. 19.[& apostolus]1. Corinthior. 7.

1 *Approbatum semel non licet reprobari.*
2 *Riuales qui dicantur.*



Horrendus. Ad idem est hoc capitulum Beati Ambrosij in Hexameron. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dicitur in summa. In secunda inducit exemplum ab animalibus, equo, scilicet, uel boue. secunda ibi, comparem. litera. ¶ [Horrendus]. i. in moribus, uel in membris. Hu.[incultus]in uestibus, in uictu, ĩ in cessu, & in loquela, [semel placuit]in ipsum inseparabiliter consentiendo [nunquam alius diligendus est] quasi diceret non
1 ar.†quod semel approbatum non licet reprobari, & ualet ad electionem & ad multa alia arg. dist. 4. in istis, & di. 72. placuit[comparem] secũda pars, probat hoc exemplo animalium sub iugo se iuuantium, bos n. vel equus non trahit iugum, sed cum pari, sed si mutetur compar & adhibeatur alius non bene trahit. Sic vxor cum suo compari viro iugum bene fert, sed cum alio non, imo turpiter violat, & rumpit[nescit cõpar]relictus [alterius]. s. subtracti. i. equus qui remansit nescit cum alio nouiter adhibito trahere [& se non totum putat]propter subtractionem socij. Et est vulgare dictum. Hu. [tu] reprehendit vxorem dicens[tu coniugalem tuum repudias, & sæpe putas mutandum mutas]ironia est[defecerit]. i. recesserit vel defecerit, ne possit reddere debitũ, vel quia absens est, vel quia fatigatus, vel quia infirmus, vel alias impeditus[superduc riualem] ironia est. † riuales dicuntur proprie qui per eundem riuum
2 aquam ducunt, vt. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. Similiter hi exquisiti similitudine riuales dicuntur, qui cum eadem muliere habent consuetudinem. Hug. & gloss. vel ille qui superinducitur, dicitur riualis, quia velut riuulus faciliter superinductus fluit, & stabiliter non perseuerat, nec existit verus maritus, tum quia talis vir de riuo inebriantis adulterij [cum illa petatur] quia vterque tam vir quam mulier adulteratur [incognita causa]. s. quare defecerit vel aliam accesserit. ¶ Surgit hic quæstio, vtrum cognita causa possit hoc facere, non, sed recitat quod sæpe contingit & contingere potest, & loquitur ironice[exequaris]. i. vlciscaris vel vituperando illum, vel supponendo te alteri. Hu. [iniuriam pudoris] id est fidei coniugalis, vel castitatis [quasi cognita] quasi diceret inculpa & vitupera illum, vel commisce te alij, quasi cognoscens illum fregisse fidem coniugalem & tibi iniurias intulisse, & loquitur totum ironice.

1 *Coniuges non possunt ab inuicem separari nisi ex causa fornicationis.*
2 *Vir ante teneatur reddere debitum vxori, si efficiatur leprosa, & econuerso, quod sic, si fuerit requisitus nu. 3.*
Non tamen tenetur de præcepto cohabitare. nu. 4.



Si quis vxorem. Ad similem sententiam ex parte viri inducitur hoc cap. beati August. super Matth.
1 Summa est,† quòd ex nulla causa nisi sola causa fornicationis possunt coniuges abinuicem separari. Matth. 19. etiam si alter coniugum lepra percutiatur, aut alia infirmitate. ¶ Pro cuius capitu
2 li pleniori intelligentia. Quæritur† vtrum vir teneatur reddere debitum vxori, si efficiatur leprosa, vel econuerso vxor viro leproso. Et videtur quòd non. Leuit. 13. præcipitur, vt leprosi extra communionem sanorum eijciantur. ergo cum vxor est sana, debet per legem sequestrari à viro. ¶ Secundo sic. lepra est morbus contagiosus, ergo morbus quem licet cuilibet homini fugere, ergo mulier cum viro leproso non tenetur cohabitare, & per consequens nec debitum reddere. ¶ Tertio lepra est morbus hæreditarius, ergo transmittitur ad prolem, ergo cum morbus quę est causa deformitatis in prole sit contra bonum prolis, & talis sit prohibitus, ergo nullo modo licebit mulieri coire cum leproso, aut econuerso. ¶ In oppositum est capitulum præsens. ¶ Respondet dicendum sub certis conclu-
3 sionibus. prima conclusio† quòd si aliquis coniugum efficitur leprosus, alter tenetur ei debitum reddere si fuerit requisitus, ista conclusio habetur expresse extra de coniug. leprosorum, cap. quoniam, vbi dicitur. Si virum siue vxorem contingat fieri leprosum, & infirmus à sano carnale debitum exigat, generali præcepto apostoli, quòd exigitur est soluendum, cui præcepto nulla in hoc casu exceptio inuenitur, ratione probatur conclusio sic, matrimonium est insolubile, ergo non soluitur per infirmitatem, ergo manet potestas petendi etiam superueniente lepra. Secundo sic, leprosi eo ipso ꝙ leprosi non tenentur ad continentiam, nec possunt cogi, ergo necesse est eorum vxores eis reddi, & econuerso, vxoribus viros. ¶ Secun-
4 da conclusio † licet vno coniugum facto leproso alter

teneatur ei reddere debitum si exigat,non tamen tenetur de præcepto ei cohabitare,patet conclusio propter periculum infectionis, vnde ꝙ dicitur extra de coniugio leprosorum.c.1. vxores viri & viros vxores sequatur,quæ lepræ morbum incurrunt,& eis coniugali affectione ministrēt, exhortatio est,non preceptum,vt patet per literam immediate sequentem in c.quoniam,sed reddere debitū est præceptum.¶ Ad rationes in oppositum dicendum.Ad primā & secundam respondetur iuxta dominum Bonauēturam negando consequentiam. Non.n. sequitur non tenetur cohabitare, ergo non tenetur debitum reddere, siue soluere. Concordat S.Thom.dicens licet vxor teneatur reddere debitum viro leproso,non tamē tenetur cohabitare cum eo, quia non ita cito inficit ex coitu sicut ex frequenti cohabitatione.¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiā, & ratio est iuxta Richardum,quia quamuis proles ex tali concubitu genita infectionem lepræ,vt in pluribus nō euadat, maxime viro existente leproso tempore concubitus, tamen magis est ponderandum coniugum fornicationis periculum,quam prolis infectio, maxime cum melius sit proli sic esse leprosam quam si nunquam exisset in esse. Concordat Sanctus Thomas,& Bonauentura,& gloss.hic. Lege.¶[Si quis vxorem pro sociali fideque].i. pro sociali fide coniugali.Hug.



Ræcepit. Ad idem est hoc capitulum bea. Hieronymi. Summa est in rubro.patet.Lege. ¶ [Præcepit dominus] Mat.19.[seruitus] eandem mutuam seruitutē quo ad debitum reddēdum, & fidem tori seruandam[pari]quo ad excusationem, quo ad dimissionē,vel separationem tori,de his.n.loquuntur hæc capitula.in quibus vir & vxor pares sunt.in cæteris autem puta in votis abstinentiæ vir præest mulieri,vt infra. 33.q. 1.si quis acceperit.Hug.

1 *Clericus qui habet præbendam sub duobus episcopis si excommunicatur ab vno illorum:alius episcopus potest eum priuare præbenda sua.*

2 *Prælatus excommunicatus non habet potestatem disponendi nec ministrandi res ecclesię.*

3 *Vasalli absoluuntur ab obsequio dominorum per excommuncationem dominorum.*



Ræceptum. Incipit 6. pars quæstionis,in qua ponitur,qui vxore dimissa adhæsit concubinæ.ad hoc inducitur hoc c.ex cōcilio 12.Toletano.Summa est in rubro.Et diuidit in duas partes.In prima ponit præceptū. In 2.punit transgressores.2.ibi,itaque.Lege.¶[Præceptum est]Matth.19.[reliquerit]sua autoritate[ab ecclesiastica communione] ar.ꝙ quamuis sit paratus probare adulterium vel consanguinitatem,tamen ante probationem debet eam recipere,quia si non recipit,excommunicatur vt 33.q.2. seculares. Hug. [itaque]2.pars.in talibus.n.semper trina admonitio debet precedere excommunicationē,vt 13.q.7.omnes decimæ, & 12.q.2.indigne[suis meritis].s. malis [dignitatis officio] .i.priuabuntur administratione officij, si quod habeant in palatio,aut in curia principis[separabuntur].i.erunt causa suæ separationis,& excommunicationis, quia si fuerit comes palatinus, ex quo excommunicatus est potest à Rege spoliari comitatu suo propter excommunicationem,sicut
1 clericus à beneficio à proprio Episcopo.itē ar.†quod si clericus qui habet præbendam sub duobus episcopis excommunicatur ab vno illorū, alius episcopus potest eum spoliare præbenda sua. ar.7. q. 1.si quis presbyter 11.quæst.3.
2 si quis à proprio.item ar.†ꝙ prelatus excommunicatus nō habet potestatem disponendi nec ministrandi res ecclesię, & alienatio facta tempore suæ excommunicationis non
3 valet,& debet irritari.arg.25.quæst.prima omne,†argum. quod vasalli per excommunicationem absoluuntur ab obsequio dominorum.a 15. quæst.sexta nos sanctorum,& cap.iuratos. Hug. [testimonium].i.famam, & tunc congrue sequitur[quamdiu]nam infamia canonica quæ infertur per excommunicationem simul cum ipsa excommunicatione cessat.ar.6.q.1.illi,vel testimoniū.i.inter alios generosos,& nobiles nō potest ferre testimonium.Hu.[quia carnem suā].i. seipsos vel vxores suas[desidij iugulo tradiderunt]intransitiue.i.desidio.s.separatione. ibi. n.est quædam iugulatio, & diuisio, & separatio capitis à membro, id est mariti ab vxore quæ est membrum viri,vt 27. quęst. prima nuptiarum.i.quia separauerunt vxores suas à se sine iudicio ecclesiæ.Hug.

a ¶Ab obsequo dominorū.Adde Bal.in c.1. in ver.mō venio ad gl.in tit.hic finitur.lex cōtra. Io. Andr.in c: pia.de excep. lib.6. flor. in.l.si vsusfruct. i prin.de vsu fruct.Ioan. An.i.c.veritatis.de iureiuran.



Vicquid. Ad idem est hoc ca.papę Nicolai. [cogitauerit] prosequendo suam vel suorum iniuriam,vel alio casu licito.Hu.

Sed quæritur. §.est,in quo magister incidētem quæstionem de facto, nō de iure proponit.s. quare viri expellant vxores adulteras, & non cōmunicent cum eis in coitu,vel in cohabitatione,& vxores retinent viros adulteros & communicant se eis, hanc autem quæstionem soluit in sequen.cap.

1 *Adulteri tantum ab ecclesia sunt iudicandi.*

2 *Vxor quare potius dimittatur pro fornicatione quam pro alio crimine.*



Hristiana religio. Hoc c. est Innocentii papæ. Sūma est in rubro.Aperte continetur in hoc ca. ꝙ vxor ita virū potest accusare de adulterio sicut vir eam,sed de facto non accidit.Et hoc ex multiplici ratione. Tum primo quia in alijs vir caput est mulieris, vt dicit Apostolus, vt merito vxor magis reuereatur virum,quam vir vxorem.secundo, quia ex separatione viri ab vxore magis destituitur cura domestica ex discessu viri, quia cedit ad malum prolis, quam discessus vxoris. tertio quia magis verecunda ex cōditione muliebri est vxor,quam vir.Et ideo sic non audet vxor virum accusare,sicut vir vxorem. quarto quia timet post male tractari à viro si defecerit in probationibus, nihil autem horum retardat virum ab accusatione vxoris. quinto quia vir cautius peccat,quam vxor, & ideo vir facilius deprehendit peccatum vxoris, quam vxor peccatum viri, istæ sunt causæ quibus contingit quòd mulier nō ita frequenter vel ita de leui accuset maritum sicut fit econuerso,vel si prosiliat probato adulterio poterit eum dimittere, sicut ille eam. Et hoc est quod intendit hic dicere Innocentius.Hug.Lege tex. ¶[Christiana]Exod. 20.& Deuteron.quinto. [non facile]propter aliquam dictarum causarum.[latentia] quæ ordine iuris non probantur.s.euidentia facti,vel propria confessione, vel testium approbatione, vt secunda quæst.5. consuluisti. [non habent iudicium]quo ad ecclesiam,quæ tamen de manifestis iudicat, vel habent quo ad Deum cuius iudicio occulta seruantur, vt distinct.32.erubescant,& 6.quæst.prima si omnia.Hug. [liberius]quia non ita timent nec erubescunt[apud sacerdotes]argum.† quòd adulteri tantum ab ecclesia sunt iudicandi & causa adulterij tantum coram ecclesiastico iudice debet agitari arg.33.quæst.secunda,seculares.Quòd tātum intelligo cum ad diuortium agitur,vel ad pœnitentiam, nam ad pœnam pecuniariam exigendam potest agi corā iudice seculari.Similiter & ad penam sanguinis[coïo tori] & aliarum rerum.Hu.[non facile].i.nunquam ex suspicionibus temerarijs,& mediocribus,sed ex violenta suspicione[bene abstinetur].i.separatur ab vxore, sicut illa ab illo [qui].s.vir[submouebitur].i.separabitur ab vxore si eius flagitium detegatur.[ordine iuris].s.propria confessione,vel legitima probatione,vel euidentia facti vel suspicione violenta,cum.s.quamuis[interdum tamen quiescit]quo ad ecclesiam, vt 6.quæst.2.si tantum, & 2.quæst.7.plerique.Ex hoc reprobatur lex quæ dicit, ꝙ vxor non possit accusare
2 virum de adulterio.¶ Sed surgit hic quæstio † cum multa alia crimina sint maiora & grauiora quā fornicatio, quare potius pro fornicatione quam pro alio crimine vxor est dimittenda, respondeo quòd ideo,primo, quia maius scandalum sit viro pro tali crimine vxoris,quam pro alio. Tū 2.quia maior iniuria,quia pro alio crimine vxoris non maculatur corpus vel anima viri, sed pro fornicatione vxoris etiam corpus viri maculatur,supra.e.q.1.§. in coniugio,& apostolus 1. Corinth.septimo,qui fornicatur in corpus suum in vxorem. Tum tertio quia cōiux quę adulterat fidem coniugalem frangit,sed frangenti fidem nō est seruanda fides,vt 28.quęst.prima. si infidelis,& dist.95. esto. secundum Hug.

Exponit literam. Hug. Respondet

¶ Quæstio sexta.



Ecce. Hic intitulatur quæstio sexta. s. an adulter possit adulterã dimittere. Et respondetur ꝙ non, quia ex quo vir in eodem peccato existit, non debet vxorem punire accusando cõsimili pctõ delinquentem. Et hoc probat per sequẽtes autoritates, vnde. Io. 8. & in euãgelio Mat. 7. [festucã]. i. minus peccatum. Surgit hic quæstio si alter non vult desistere ab adulterio, alter non potest eum accusare, quia semper ille excipit contra accusantem, dico ꝙ accuset ad pœnitentiam iuxta preceptum domini, & ita non poterit excipere, & cogetur ad pœnitentiam per excõmunicationem secundum Hu.

1 *Vir adulteratus occulte an possit accusare sine peccato vxorẽ manifeste adulterantem.*
2 *Vxor adultera an possit repellere virum ab accusatione post pœnitentiam.*
3 *Adultera potest excipere contra virum in septem casibus.*
4 *Vxor si commisit adulterium, & tandem egit pœnitentiam, & vir reconciliauit eam sibi & cessit iuri quod habebat in dimittendo eam, tandem vir adulteratur, accusatur ab vxore, an vir possit obijcere vxori primum adulterium.*
5 *Vir accusans vxorem de adulterio denuntiando ecclesiæ ad pœnitentiam, an possit eam dimittere.*
6 *Coniuges si ambo sunt conuicti alter per alterum, & neuter potest alterũ dimittere, & si velint ambo diuortium, quid fiet.*




Nihil iniquius. Ad idem est hoc c. lib. de sermone domini in monte. Sũma est in rubro, diuiditur in duas partes. In 1. exprobrat ꝙ adulter adulteram velit dimittere. In 2. ostendit qualis esse debet qui adulteram vult abijcere. 2. ibi, quapropter. Litera. ¶ [Nihil iniquius]. i. valde iniquum est, loquitur exaggeratiue, quia multa sunt iniquiora. Hu. [occurrit illud.] ad Ro. 2. [quapropter] 2. pars [purgatus]. i. immunis, ita ꝙ iniquũ


Diuisio.

Exponit literam.

1 commiserit. ¶ Mouet hic quæstionem Arch. †vtrum vir qui adulteratus ẽ occulte possit accusare sine peccato vxorẽ manifeste adulterantẽ. Respõdet ꝙ nõ quia non deficit vxori ius excipiendi sed probatio. ar. in hac questione per totum. Si tamen vir egisset pœnitentiam, & vxor monita noluerit agere pœnitentiam, sed perseuerat in adulterio, credo ꝙ sine peccato posset eã accusare, & dimittere per sententiam. s. e. q. 1. c. 1. & 3. & 4. Concordat S. Thom. Bo
2 nauentura. ¶ Item quæritur †vtrum vxor adultera post pœnitentiam possit repellere virum ab accusatione, respondetur sm ipsum ꝙ non, quia pœnitentia non tollit causam accusandi, vel excipiendi. vel replicandi in foro iudiciali
3 siue contentioso. di. 25. primum 33. q. 2. admonere. †vnde ... ꝙ septem sunt casus in quibus sm iura adultera põt excipere contra virum, primus est si fornicari cõuincitur 32. q. 6. per totum & extra de diuor. significasti. 2. si quis prostituit eam extra de eo qui cogno. consanguineam vxoris suę, discretioni. tertius cum credebat maritum mortuum, & nupsit alij. 34. q. 1. cum per bellicã. 4. si cognita fuit latenter ab alio, quem credebat esse proprium virum. ar. 34. q. 1. 5. si fuerit oppressa. 32. q. 5. proposito. Sextus si reconciliauit eam post adulterium 32. q. 1. si quis vxorem. Septimus est rarus si infidelis repudiat vxorem infidelem, & illa ducit virum alterum, si veniant ad fidem ambo, debet vir eam recipere, non obstante ꝙ fuerit fornicata extra de
4 diuor. gaudemus. ¶ Item quæritur, †vxor alicuius cõmisit adulterium tandem egit pœnitentiam, & vir reconciliauit eam sibi & cessit iuri, ꝙ habebat in dimittendo eam, tãdem vir adulteratur, accusatur ab vxore, quæritur an primum adulterium possit vir vxori obijcere. dicendum iuxta Hu. ꝙ sic in modum exceptionis, alias non, & ita potuerit eam repellere tali obiecto. Qui. n. crimen intendit inquirendum est si sit purgatus per pœnitentiam, vt dist. 25.
5 primum. ¶ Alia questio vtrũ †vir accusans vxorem de adulterio denuntiando ecclesiæ ad pœnitentiam, possit eam dimittere, dicendum iuxta Hu. ꝙ non, propter hoc potest eã dimittere, nisi agat criminaliter ad separationẽ tori. ¶ Itẽ
6 alia quæstio. †Ecclesiæ constat ꝙ vterque est adulter, vterque est cõuictus per alterum, neuter potest alterum dimittere, volunt tamen ambo diuortium, quid fiet. responde Hu. ecclesia non dictabit sententiam diuortij inter eos. Si tamen illi sua autoritate volunt separari, bene possunt separatim habitare, & inter se debitum non exigere. Si tamẽ alter pœniteat, & debitum & cohabitationem ab altero exigat, illa tenetur reddere, nisi votum continentiæ cõmuni consensu ambo emiserint Hu.



Si ducturi estis. Ad idem est hoc ca. eiusdem August. Summa in rubro. Leg. ¶ [Si ducturi seruate vos] castos, vel virgines, vt vxores quas accipietis inueniãt vos tales, quales eas vultis inuenire, vel post matrimonium contractum seruate vos castos. s. vt ad alias non accedatis, non. n. totum negat quod sequitur quasi diceret non est verum, quod illa possit continere, & tu non possis.



Iniquum. Ad idem est hoc c. eiusdem August. in epistola &c. Summa est in rubr. Breue est, & planum litera [velit iudicare]. i. exigat iudicari, sic 3. q. 8. cuius.

1 *Adulterando quis grauius peccet mulier an vir.*
Et quis magis excedat. nu. 2.



Indignatur. Ad idem est hoc c. eiusdẽ August. de adulterinis cõiugijs. Summa est in rubro. Breue est & planum, litera patet [pendere]. i. sustinere siue pati penas [tanto grauius] ratione. n. maioritatis personæ presumitur peccatum grauius 11. q. 3. præcipue. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli.
1 Quærit †quis grauius peccat vtrum mulier adulterãdo vel vir, ꝙ vero magis vir accipitur ex hoc capitulo vbi dr̃ tanto grauius. ¶ Secundo sexus muliebris est infirmior, & ad lapsum pronior per naturam, ergo magis excusatur à culpa. ¶ Tertio vir ponitur caput mulieris, vt ipsam corrigat ergo magis peccat quam mulier. ¶ In oppositum est quia sexus muliebris naturaliter est verecundior, & viro debet esse subiecta. ergo videtur ꝙ grauius peccat si adulteratur. ¶ Respondeo dicendum quòd ista duo crimina se habent sicut excedentia & excessa: hoc. n ꝙ sexux virilis est stabilior per naturam & debet regere fęminam grauius peccat adulterando, sed quia vir maiorem impulsionem habet ad luxuriam propter fortitudinem caloris, & quia maiorem habet copiam, nec ex eius sexu ita est verecundus per naturam, hinc est quòd mulier grauius peccat & ideo maior ex peccato mulieris oritur infamia tam viro quam mulie
2 ri. †Si quem quis magis excedit, dicendum iuxta S. Thom. quòd quantum ad lęsionem matrimonij quòd adulteriũ supra fornicationem simplicem addit, quia plus peccat mulier, & quia hoc grauius quam simplex fornicatio, ideo simpliciter loquendo plus peccat mulier adultera, quã vir adulter, cæteris paribus. Ad rationes in oppositum patet responsio ex dictis.

Secũdũ ar

Tertium ar

Non mechaberis. Ad idem est hoc c. S. Aug. libr. de decẽ chordis. Summa est in rubro literam patet.

¶ Quæstio septima.

2 *Diuortium tripliciter fit.*
3 *Diuortium & repudium qualiter differant.*
4 *Fornicatio carnis est triplex.*
5 *Christus quare concessit virum dimittere vxorem propter fornicationem.*
6 *Vir potest dimittere vxorem propter fornicationem notoriam nisi in septem casibus.*
7 *Fornicatio quare magis separat matrimonium, quam cætera crimina.*



Nunc autem quæritur. Hic incipit septima quæstio. s. vtrum ille qui dimiserit vxorem suam causa fornicationis potest illa viuente aliam ducere. Et hæc quęstio diuiditur in septem partes. In 1 prima probat per nouem capitula partem quæstionis negatiuam, scilicet quòd talis non

lis non possit ducere aliam illa viuente. In secunda quæritur,quod sit maius peccatum in fornicatione.Et dicitur quod sodomiticum.In tertia detestatur crimen adulterij. In quarta loquitur de arctatione.In quinta probat, quod incestuosi post mortem vxoris non possunt contrahere. In sexta ostendit,quod furiosi nõ possunt contrahere.In septima reuertitur ad principale determinandum. secunda ibi,adulterij.tertia ibi,non solum.quarta ibi, proposuisti. quinta ibi,quædam.sexta ibi,illi qui.septima ibi, tantum. pro intelligentia pleniori primæ partis.Quæruntur tria.

1 ¶Primum est vtrum licitum sit vel aliquando fuerit virũ vxorem dimittere uel repudiare.

8 ¶Secundum est utrum quis vxorem propriam fornicariã dimittere possit propriam authoritate.

9 ¶Tertium est vtrum diuortio celebrato vir possit aliam vxorem ducere,vel vxor alium virum.

1 **Ad primum** Sic proceditur† & videtur,& non sit licitum vxorẽ dimittere primo sic,

Primũ ar. dicitur Matthe.19.quos Deus coniunxit,homo non separet.sed coniuges sunt diuinitus coniuncti,ergo non debet humano iudicio separari, ergo nec diuortium fieri ex

Secundũ ar. aliqua causa.¶Secundo sic, non est reddendum malum pro malo,ergo quamuis vxor fornicando iniurietur, vir non debet ei reddere malum, ergo non debet eam abijcere.

Tertiũ ar. ¶Tertio sicut, dicunt canones per multa capitula in quæstione superiori, utroque fornicante non potest alter ab altero separari. sed maior culpa est cum vterque fornicatur, quam alter, ergo si non potest fieri diuortium ex maiori culpa, non ex minori. ¶ Item circa hoc quæritur qua de causa possit fierit diuortium ex causa fornicationis quam ex alio peccato.¶In oppositum argu.ex.c.2.quod sequitur.vnde licite dimittitur vxor &c.2. Matthe.19.hic dicit dominus.Si quis vxorem dimiserit excepta causa fornicationis &c.ergo si hanc excipit, & vera est exceptio domini,ergo videtur quod ex hoc licet dimittere.¶Respondeo dicendum primo sunt aliqua notanda. primo†quod diuortium secundum Raym.tripliciter

2 habet fieri,quia aliquãdo diuidit matrimonium in toto, ita quod vterque coniugum contrahere potest vt in maleficiis, vel saltem alteri vt in frigidis. Aut diuidit in parte.s.quo ad mutuam seruitutem coniugalis debiti,seu cohabitationis.ita tamen quod neuter eorum contrahere potest,sicut in his qui separantur propter adulterium commissum,de quo est præsens sermo. ¶Secundo notandum

3 iuxta dominum Bonauenturam in quarto.† quod differunt diuortium & repudium,quia repudium fiebat ex indebita causa,sed diuortium ex debita,& illud est permissum,hoc concessum.differunt etiam.vir repudiabat vxorem,& non econuerso.vnde non iudicabantur ad paria. Sed in diuortio sic,& huius ratio est, quia mulier merito primi peccati subiecta est viro, sed per reconciliationem Christi in quo non est seruus,nec liber,nec masculus,& femina,ideo quantum ad legem tori ad paria iudicantur.

¶His notatis ponuntur duæ conclusiones.prima nunquã

Prima cõe. fuit licitum vnum dimittere vxorem,aut econuerso quantum ad vinculum matrimonij.Ista conclusio probatur ex præsenti cap.idem habetur ex sequẽtibus capitulis, quod propter fornicationem licitũ est, & fuerit, fieri diuortiũ, quo ad habitationem & torum inter coniuges altero postulãte.probatur conclusio ex omnibus quasi capitulis huius primæ partis.Secunda conclusio,quo ad habitationẽ, & torum quandoque licitum,fuit,& propter fornicationẽ vxorem dimittere.pro quo notandũ est†ꝙ fornicatio car-

4 nis est triplex scilicet notoria, occulta,præsumpta, de notoria est conclusio quod propter talem fornicationem licitum est dimittere vxorem. patet conclusio, quia domi-

Secunda cõ 5 nus concessit Matthæi,decimo nono.†Quare autem concessit,est duplex ratio. prima quia frangenti fidem non tenetur quis fidem tenere,vel seruare, vxor fornicans facit contra fidem matrimonij ergo viro non tenetur ei fidem seruare debitum reddendo si petierit ¶Secundo quia naturalis æquitas habet, quod in eo puniatur quis, in quo peccauit,& ideo quia vxor adulterãs peccauit in actu carnis,conueniens est, vt in hoc puniatur, quod fit quando

6 licite negatur debitum ipsi petenti.†Et ita propter fornicationem notoriam licet viro dimittere vxorem,exceptis septem casibus, quos posui supra e.quæst.sexta c.nihil iniquius.Si autem fornicatio est occulta, & sic, quod omnino probari non possit in iudicio,tunc est conclusio ꝙ non licet eam dimittere propter scandalum.in occulto tamen potest negare ei debitum,nisi cogatur per ecclesiam, cui non constat de fornicatione.Si vero potest probari, tunc ea probata potest in iudicio ecclesiæ eam dimittere.Si vero fornicatio sit tantum præsumpta, est conclusio ꝙ si est, præsumptio violenta siue grauis,vt cum vidit nudum cum nuda,vel solum cum sola,quæ suspicio talis est,ꝙ ea probata videtur probata fornicatio,nec contra talem suspicionem admittitur excusatio,propter talem suspicionem potest eã dimitetre.Concordat S. Thom.& dominus Bonauentura. Ad primum argu.

¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta dominum Bonauenturam.ꝙ falsum est,ꝙ ab homine fiat diuortiũ,imo à Deo fit ex causa iusta. nõ.n.homo separat,sed Deus quos pœna damnat, Ad secundũ quos reatus accusat,quos maleficium coarctat.¶Ad secũdam respondetur,ꝙ si quis dimittit vxorem in vltionem iniuriæ vtique peccat,sed si dimittit propter scandalum ꝓprium vitandum,& propriam infamiam cauendam,& ꝓpter vxoris vitium corrigendum,vel ad euitandum prolis incertitudinem,non est dare malum pro malo.¶Ad tertiã respondetur,negando consequentiam,quia nõ est simile. Et ratio est,quia diuortium non fit nisi altero petente, qa quando vterque reus est,non habet actionem in altero, qa pares sunt in delicto.vnde ad Rom.2.dicitur.in quo iudicas alterum, teipsum condemnas, cum alter est innocens, potest agere,ita non est simile.¶Ad id autem,ꝙ consequenter quæritur†quare fornicatio separat magis, quã cetera peccata.respondetur iuxta S.Tho.& dominum Bonauenturam,quia fornicatio est culpa,quæ non est tantum contra Deum,& animã & corpus propium, sed directè est cõtra bona matrimonij,quia tollitur per eam certitudo prolis.sed fides frãgitur,& significatio non seruatur cum vnus coniugum carnem suam diuidit.Et ideo alia crimina quãuis forte sint maiora fornicatione,non causant diuortiũ. Sed quia infidelitas quæ dicitur spiritualis fornicatio etiã est contra bonum matrimonij, quod est proles educanda ad cultum dei,etiam ipsa facit diuortium,sed tamen aliter quam corporalis fornicatio,quia propter vnum actum fornicationis corporalis potest procedi ad diuortium. Non autem propter vnum actum infidelitatis,sed propter consuetudinem quæ pertinaciam ostendit,in qua infidelitas perficitur.

8 **Ad secundum** In quo quæritur. † Vtrum liceat alicui dimittere vxorem propria autoritate sine iudicio ecclesiæ,vide infra 33.questione 2. in cap.secures.

9 **Ad tertium** Sic proceditur†& videtur ꝙ vir celebrato diuortio possit aliam vxorem ducere,vel vxor aliũ virũ.primo sic, Mat.19.dr̃.Qui dimiserit vxorem & duxerit aliam.excepta causa fornicationis mechatur,ergo si recta est exceptio licet ex causa fornicationis dimittere,& aliam ducere.¶Secundo sic. post diuortium vir in nullo tenetur vxori,nec quantum ad debitum soluendum,nec quo ad cohabitationẽ,ergo est à lege vxoris solutus.Et si hoc,cum vir solutus à lege vxoris possit cõtrahere,ergo,&c.¶Tertio sic,vxor adulterãdo diuisit carnem suam.Sed sacramentum matrimonij est ꝙ sint duo in carne vna,ergo sacramentum per fornicationem soluitur, ergo non est ibi amplius sacramẽtum.¶In oppositum est capitulum præsens & alia sequentia.¶Respondeo dicendum,ꝙ facto diuortio propter crimen fornicationis non potest contrahere vir,nec mulier.patet conclusio,quia cũ fuerint personæ legitimæ fuit inter eos sacramentum, qđ est vinculum insolubile.vnde diuortium non est separatio quantum ad vinculum sacramentale, vel quantum ad debitum & cohabitationem.probatur conclusio ex illo apostoli 1.Cor.7.præcipio non ego,sed dominus vxorem à viro non discedere quod si discesserit,manere innuptã.¶Secundo sic,ratione.Si alter posset nubere,cum matrimoniũ non claudicet,posset vterque nubere,ergo quotiescunque aliqua vellet alium maritum, posset habere fornicando ꝙ stultum est dicere.¶Tertio sic, si propter fornicationem solueretur matrimonium omnino,ergo si aliquis cognosceret vxorem,ex quo fornicata est cum iam non sit inter eos matrimonium peccaret mortaliter, ꝙ inconueniens est dicere.¶Quarto sic,iuxta S.Tho.nullus debet de peccato reportare commodum,sed reportaret,si liceret adul-

teræ

teræ ad aliud magis desideratum connubium transire, & esset occasio adulterandi volentibus alia matrimonia quærere, ergo non licet &c. ¶ Ad rationes in oppositū. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ratio est, quia exceptio illa in verbis domini non refertur ad vtrunque actum sed ad alterum tantum. s. ad actum dimissionis. S. Tho. & Bonauentura. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia licet vir facto diuortio in nullo teneatur vxori, nec vxor viro, nihilominus tamen sacramētaliter est ligatus ei, & quia est ei alligatus quandiu viuit, ideo non potest alteri alligari viuente viro, potest tamen continentiam vouere viro inuito, nisi videatur ecclesiam deceptam fuisse per falsos testes, sententiando de diuortio, quia in tali casu etiam si votum professionis emisisset restitueretur viro, & teneretur debitum reddere, sed non liceret ei exigere, vt dicit S. Thom. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia non est de ratione sacramēti ꝙ caro sit indiuisa. sed de nobilitate & dignitate, quanuis .n. caro alterius diuidatur nihilominus sunt duo in carne vna. his habitis veniendum est ad autoritates quæ pro ista vltima quæstione faciunt.

Ad primum arg.

Ad secūdum




Nteruueniente. Inducit pro parte negatiua quæstionis plures autoritates, inter quas ista ē prima, quæ est Augustini in libro de bono coniugali. Summa est in rubro. diuiditur in duas partes. In prima ostendit ꝙ interueniente diuortio non rumpitur matrimonium, siue vinculum matrimoniale. In secunda ostendit, quod per consequens cum illis committunt adulterium, qui post diuortium sunt eis copulati. 2. ibi, cum illis autem. Litera. ¶ [Interueniente.] [cōfœderatio]. i. matrimonium quo ad inuicē sunt confederati [cum illis] 2. pars [repudium]. i. diuortiū.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Vir mortuus resuscitatus ad vitam an possit petere vxorem suam.*

Et si contrahit iterum cum ea an dicetur bigamus. nu. 2.



Icite dimittitur Ad idem est hoc c. eiusdem Augu. de adulterinis coniugibus. Summa est in rubro diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ licet dimittatur vxor ob causam fornicationis quo ad torum, & habitationem non tamē dissoluitur vinculum matrimonij. In 2. dicta ad hoc exemplum de sacramento baptismi. 2. ibi, sicut autem. Le. ¶ [Licite vinculum prioris] matrimonij, vel vinculum prioris viri. i. contractum cum priore viro & respicit factum. nam cum secundo viro primo viuente non potest contrahi matrimonium Hu. [manet] quia indissolubile est [sicut autē] 2. pars [regenerationis]. i. baptismi Hu. [coniugij], intransitiue Hu. vide cōgruā similitudinē inter sacramētū cōiugij & sacramētū baptismi & inter separatū ab vxore ꝑ diuortiū & separatum ab ecclesia ꝑ excommunicationem. [Sic est, Sacramentum] matrimonij [non deserit separatum] per diuortium. Sed in hoc est differentia, quia mortuo separato per diuortium sacramentum cōiugij dissoluitur, sed mortuo excommunicato, sacramentum baptismi quod erat, in eo non desinit esse, sed remanet in eo propter characteris perpetuitatem, quæ differētia, notatur ibi cum ait, carebit autem. Et assignationem differentiæ dicit. quia nunquam moritur Deus cui per baptismum homo despōsatur. Oseæ 2. desponsabo te mihi in fide super illo verbo [carebit autem.] Solet moueri. quæstio† vtrum vir mortuus resuscitatus ad vitam possit repetere vxorem suam. Et videtur ꝙ sic, per illud ad Hæb. 11. receperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. ¶ In oppositum est hic tex. Augu. & apostolus ad Rom. 7. qui ait. Si mortuus fuerit vir vxor eius liberata est à lege viri. ¶ Respondeo dicēdū, ꝙ vir resuscitatus non potest repetere eam, quæ fuit vxor sua. Ista conclusio patet per dicta. ¶ Ad arg. in oppositum dicēdum ꝙ vt dicit S. Tho. super epistolam ad Hæbreos. Quidam male intelligentes illam autoritatem apostoli inductam exposuerunt mortuos suos. i. viros suos resuscitatos, per hoc asserentes ꝙ per mortem nō dissoluitur matrimonium. Et ideo vxor tenebatur virum recipere si resurgeret. Quod est contra apostolum ad Ro. 7. quod supra allegatum est, vnde sciendum cum S. Tho. ibi ꝙ in effectibus sacramentorum est quædam differentia. Quædam. n. sacramenta imprimunt characterem, sicut baptismus, confirmatio, & ordo, qui character quia est in anima perpetuo manet. Et iō baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, si resuscitatur, non debet iterari aliquod illorum sacramentorū. Alia ratio. sacramenta non imprimunt characterem, sicut pœnitentia, extrema vnctio, & matrimonium, quia sunt contra aliquod reiterabile, ideo reiterari possunt inter illa autem est matrimonium. Et ideo te. non dicit viros suos sed mortuos, quia matres filios suos mortuos receperunt per resurrectionem. vnde mulier non debet virum admittere si resuscitetur nisi iterum contrahat cum ea, nec ecōuerso vir mulierem resuscitatam. Et ista est vera ratio huius, & non assignatur ab Hu. & glo. dicentibus. ꝙ quia in sacramēto coniugij non confertur gratia in quo dicunt falsum, vt
2 supra est ostensum. ¶ Sed hic surgit alia quæstio† pone, ꝙ iste resuscitatus cōtrahit iterum cum eadem cū qua prius contraxerat, vtrum sit dicendus bigamus. Respondet Hu. ꝙ non, quia diuisio carnis in duas vxores non in duo coniugia facit bigamiam. talis. n. licet cognouerit vxorem quæ duabus coniugijs fuit sibi copulata, non tamen cognouit duas vxores.

Quæstio. 1
Primū arg.
Opponit in contrarium
Respondet.
Ad ar. in op.

Quæstio

4 *Vir si habet spem de correctione vxoris non dimittendo eā non facit contra præceptum domini.*



Postolus. Ad idem est hoc c. Aug. super epistolam Pauli. Summa est in rubro. potest diuidi in quatuor partes. In j. dicit illud ꝙ sæpe replicatum est, ꝙ si vxor à viro discesserit maneat innupta. In secunda dicit ꝙ eadem forma seruanda est de viro. In tertia dicit, ꝙ dominus licet permisit causa fornicationis dimittere vxorem, non tamen iussit. in 4. dicit, ꝙ si non licet cū altero nubere facto diuortio. multo minus adulterari, siue fornicari. 2. ibi, potest enim fieri. tertia ibi, dominus autem. quarta ibi, si fieri pōt. pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum vir potest vxorem dimissam reconciliare sibi.

2 ¶ Secundum est vtrum dimittere vxorem fornicariam sit in præcepto.

3 ¶ Tertium est vtrum vir & vxor debeant in diuortio ad paria iudicari.

1 Ad primum Sic proceditur † & videtur ꝙ vir nō possit reconciliare sibi vxorem dimissam. primo sic, regula est in canone 6. q. 4. quod Semel diffinitum est, nulla debet reiteratione retractari. ergo cū diuortium sit celebratum iudicio ecclesiæ, ergo &c. ¶ Secundo sic, Deutero. 34. non poterit prior maritus accipere eam, ergo &c. ¶ Tertio sic, vir in iudicio petijt & obtinuit separationem, ergo renuntiauit iuri petendi debitum, ergo non videtur posse agere ex eo ꝙ renuntiauit. ¶ In oppositum patet ex capitulo præsenti, & est dictum apostoli 1. Cor. 7. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione S. Th. ꝙ si vxor post diuortium de peccato pœnitentiam agens emendata fuerit, potest eam sibi vir reconciliare. Si autem in peccato incorrigibilis maneat non debet eam sibi assumere eadem ratione, qua non licebat eam nolentem à peccato desistere retinere. Addit autem dominus Bonauentura ꝙ ad reconciliationem faciendam, aut vterque concordat, aut vterque discordat, aut vnꝰ petit, & alius repugnat. Si vterque concordat absque dubio fienda est. Si ambo discordant non potest fieri nec debet fieri, nisi fiat propter scandalum ecclesiæ, quæ scandalizatur pro eo ꝙ vterque fornicatur publice. Si autem alter petit, aut nocens petit innocentem, & sic, non debet cogi ad reconciliationem. Aut innocens nocentem, vt vir castus vxorem adulteram, & sic ipsa inuita debet reconciliari per iudicium ecclesiæ, quia sicut dicunt iura quod in meum fauorem initio dictum est in meum damnum retorqueri non debet. aut nocens nocentem petit, vt mulier quæ prius est fornicata repetit virum, qui post diuortium est fornicatus, & sic restituendus est maritus vxori inuitus, non quia actio mulieris resuscitata sit, sed in pœnam fornicationis viri, quia abusus est priuilegio libertatis, quantumcunque tamen mulier faciat pœnitentiam, nūquam acquirit ius in virum ipso nolente, nisi vir fornicetur, & hoc propter contumeliā, quam intulit matrimonio, quia directe peccauit cōtra bonum fidei. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respō-

deter

detur negando consequentiam,& ratio est iuxta S. Th.qa sententia ecclesiæ diuortium celebrantis non fuit cogens ad separationem,sed licentiam præbens.Et ideo absque re tractatione præcedentis sententiæ potest reconciliatio sequi.¶Ad secundam respondetur, ꝙ illud non procedit,qa intelligitur post secundas nuptias.¶Ad tertiam responde tur negando consequētiam. Et ratio est quia licet propter correctionem vxoris & infamiæ propriæ vitationem, procurauit separationem,non tamen propter hoc amisit ius petendi debitum, si pro loco & tempore vellet eam sibi reconciliare.

2 Ad secundum Sic proceditur†& videtur, ꝙ dimittere vxorem fornicariam sit in præcepto.Et videtur sic,vir est caput mulieris,ergo tenetur eam corrigere,sed separata, à toro ē introducta ad correctionem vxoris fornicantis,ergo tenetur eam separare à se.¶Secundo sic,dicit Chrisostomus sicut crudelis & iniquus est,qui castam dimittit, sic stultus & iniustus,qui retinet meretricem.¶Tertio sic.1. Corint.6.qui adhæret meretrici vnum corpus efficit,sed non pōt esse sil' mēbrū meretricis & Christi,vt ibidem dicitur,ergo vir vxori fornicanti adhærens membrum Christi esse desinit mortaliter peccans.¶In oppositum est capitu. præsens, vbi dr̄.dn̄s autem permisit causa fornicationis vxorē dimitti, sed qa permisit,nō iussit.Et idē est in gl.1.Cor.7.¶Secundo sic,q̄libet potest dimittere alteri ꝙ ī se peccauit,sed vxor fornicando peccat in virum,ergo potest vir ei parcere,& non dimittat eam.¶Respondeo dicendum,ꝙ fornicans cōiux aut fornicatur in occulto,aut in manifesto,si in occulto,sic non potest dimittere,quia non potest probare, & non est nostrum de occultis iudicare,tum propter scandalum. Si in manifesto aut non est spes de correctione,vel perseuerat in malitia,aut conuertitur ad pœnitentiā, si perseuerat in malitia,sic quia scādalizat.Et qa vir tenetur vxorē corrigere iuxta mandatum euangelicum,tenetur eam dimittere,& peccat in retinendo.Si autem pęnitet,& est spes de correctione,non tenetur.Sunt eiusdem sententiæ S.Th.& dominus Bonauentu. Ad rationes in oppositum patet responsio.loquuntur.n.quando peccat vxor in manifesto, & perseuerat in malitia.Aliæ rationes procedunt in alio casu .s.quando vxor pœnitet,& corrigit se.

3 Ad tertium Sic proceditur.†Et videtur ꝙ vir & mulier non debeat in diuortio ad paria iudicari. Primo sic, diuortium conceditur in lege noua loco repudij,quod erat in lege veteri,vt patet Matth.5. sed in repudio vir & vxor non iudicātur ad paria, quia vir poterat repudiare vxorem,& non econuerso, ergo nec in diuortio debent ad paria iudicari.¶Secundo sic,plus est cōtra le.naturæ,ꝙ vxor habeat plures viros,q̄ vir habeat plures vxores. vn̄ hoc qn̄q; licuit diuina dispēsatione,illud vero nūq̄, ergo plus peccat adulterādo quam vir,& ita nō debent ad paria iudicari.¶Tertio sic,plus nocet adultera viro,quam econuerso,quia quandoq; facit hæredē de prole aliena,ergo debet plus puniri.¶In oppositum est ca.præsens,vbi dicit Au.similem formam vult Deus intelligi in masculo,& in fœmina.s.in diuortio. ¶Respondeo dicendum,ꝙ duæ personæ possunt in casu aliquo ad paria iudicari,vel considerando quantitatem delicti,vel considerando pœnam inflictam, & contingit quandoq; vbi ē delictū inæquale,æqualem pœnam infligi, sicut omnis homicida debet suspendi,modo contingit,ꝙ vnus occidit proditiose, alius manifeste,licet vnus peccet grauius altero,tamen simili pœna feriuntur.Cuius ratio est, quia pœnæ legales non ita stricte ponderant quantitates culparum.vnde sufficit legislatori, ꝙ in vtroque sit causa sufficiēs ad suspēdēdum,hoc supposito,dico in proposito,ꝙ in diuortio vir, & vxor iudicantur ad paria,quantum ad pœnam inflictā, non tamen quantum ad culpam,propter quam pœna infligitur,primum,patet quia sicut licet viro propter fornicationem dimittere, ita econuerso licet vxorem dimittere virum,hoc patet autoritate & ratione,autoritas est Hiero. dicentis,vt habetur supra e.q.5.c.percepit.Quicquid viris præcipitur,totū redundat ad fœminas,non.n.mulier adultera dimittenda est, & vir mechus retinendus. ratione patet idem.Ex quo peccatores habent se sic,ꝙ in vtroque est causa sufficiens talis pœnæ infligendæ,iuste potest vtique similis pœna infligi,sed causa ad diuortium sufficiens est fractio fidei in quo sunt pares,ergo possunt pari pœna puniri.Quis autem plus peccat an vir vel vxor adulterando,notauimus supra e.q.6.indignantur. ¶Ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur negando consequentiam,& ratio est quia vt dicit S.Tho.repudium nō permittebatur in veteri lege,nisi ad vitandum homicidium, & quia in viris magis erat hoc periculum,quam in mulieribus,ideo viro permittebatur dimittere vxorem,non autē econuerso per legē repudij.¶Ad secundam respondetur negando consequentiam.Et ratio est,quia licet in comparatione ad bonum prolis,maior sit causa diuortij in adultera quam in viro,non tamen sequitur,ꝙ non iudicentur ad paria vt ex dictis patet.¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam eadē ratione,qua supra,quia licet quo ad aliquam circunstantiam plus peccet mulier, quam vir,non tamen iudicentur ad paria,sicut de duobus latronibus quorum vnus furatur 10.& alius centum,qui puniūtur pari pœna suspendij.litera.¶[Apostolus dicit] 1.Cor. 7.[Non discedere]nisi causa fornationis [& reconciliari viro]ar.ꝙ possibilis est reconciliatio[potest.n.]2.pars,respicit ad hoc ꝙ dixerat,quod si discesserit[permisit]Mat. 19. similem formam in masculo & in fęmina,& quæ sit illa forma seruanda subdit.s. vt si[dimiserit dominus ac.]3. pars.
4 [non iussit]ar.†ꝙ si vir habet spem de correctione vxoris non dimittendo eam non facit contra præceptum domini,sicut supra declarauimus in primo articulo, fieri potest & cætera.patet litera.

Placuit. Ad idem est hoc capitulum ex cōcilio Mileuitano.Summa est in rubro.diuiditur in duas partes.in prima statuit. In 2.punit transgressores.2.ibi,quod si contēpserint.Leg. ¶[Placuit quod si contempserint] 2.pars[præceptum ecclesiæ]de non inducendis alijs vxoribus,vel viris,vel si alias duxerint[contempserint]separari à secundis[redigantur]per excommunicationem,si aliam nolunt corrigi.Hu.

Dominus. Ad idem est hoc capitulum August.libro de sermone domini in monte.Summa est in rubro. Lege. ¶[Dominus sustineri]ar.pro leprosis supra e.q.5.si quis vxorem.[quæ soluta est] id est separata à viro adhuc viuente Hu.

1 *Maritus an possit dimitti propter opus sodomiticum.*
2 *Eunuchorum tria sunt genera.*

Omnes. Ad idem est hoc capitulum Hieronymi ad Damasum papā. Sūma reprobat ꝙ vxor viuente marito alteri nubat.Et ostendit quod nulla causa excusari potest,quia facit contra præceptum Dei & apostoli authoritatem primo Corinthi. septima.Litera. ¶[Omnes actiones] i.excusationes [an putans]vbi dicit,quod vxor non discedat à viro, & si discesserit,maneat innupta, aut reconcilietur viro [proferas]. i. alleges in excusationem [mulieris raptoris violentiam]si post consentit,vel vult esse cum eo,vt 34.q.1.nō satis. [matris præstationem].i.quia à matre fuit tradita[patris autoritatem]quia auctoritate paterna,& voluntate fuit factum [caterua].i.quia ad eam venerunt.[seruorum insidias] qd circumuenta sit ab eis,& decepta ab eis[parentum contumelias]& damna,quæ passa esset ipsa vel sui parentes, nisi
1 hoc fecisset[sodomita]videtur†ꝙ maritus possit dimitti ꝓpter sodomiticum opus.Est.n.pessimum adulterij sue fornicationis vt infra e.q.adulterij Hug.& Lau.Concordat S. Tho.in 4.d 35.dicens.dicendum etiam quod propter vitiū contra naturam potest procedi ad diuortium, sed tamen fit ita mentio de ipso,tum quia est passio innominalis,Tū quia raro accidit,tum quia non ita causat incertitudinem plis[derelictus]de facto Hu.[qui dimittit mechari] quantum in se est[graue]propter molestias carnis,& ꝑp curam rei familiaris.Hu.[non expedit]quo ad facultatem redeūdi ad regna cœlorū vt.'j'. 33.q.5.qui sitit.expedit tamē quo ad vitandam fornicationem vt 28.q.1.sic.n.vel[non expedit nubere].i.bonum est continere[ad quod dominus inquit]recte quidem sentitis,sed non omnes possunt continere[sed qui potest capere continentia de facili]quasi diceret.Cui facile est continere,& vult continere,non de potē
2 tia quilibet potest cōtinere Hu.[trium]. Sunt.n.tria genera eunuchorum.Sunt.n.eunuchi quos castrauit natura.s. frgida

frigida, & isti proprie dicuntur castrati.i.casti nati. Sunt.n. eunuchi quos castrauit violentia hominum qui facti sunt, quales multi sunt in Sicilia & Constantinopoli, & isti pro prie dicuntur spadones à spata, sed nec istorum nec primo rum continentia est multum gloriosa, vt supra e. quæstio. j. sicut.n. sunt tertij eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum.s. qui amore cœlestis patriæ continenter viuunt, vt deuoti continentes. Et isti propriè dicuntur eunuchi, ab eu, quod est bonum, & nuche quod ē victoria, quasi in bono victo pressi. ista genera Eunuchorum domi nus distinguens in euangelio vltimum genus præponit & pfert.s. virginitas lege carnis retinetur ab aliquo, quasi diceret, non est de conditione humana sed de speciali dono spiritus sancti, nam nemo continens nisi Deus dederit.

FIdelis fœmina: Ad idem est hoc c. ex côcilio Eliberitano. Summa est in rub. Breue est & planum. ¶ [Fidelis duxit].i. vult ducere Hu. [cômunionem eucharistiæ.] vult dicere, ꝙ quanuis ante pœniteat, & separetur alij, non tamen ante mortem primi communicabit, nisi in articulo mortis. Et fuit hæc pęna statuta in detestationem criminis, vt.s. ante mor tem primi non communicet, quanuis pęniteat, nisi in articulo necessitatis Aug. & glo.

SI quis. Ad idem est hoc ca. ex concilio Martini. Summa est in rub. Breue est & planum. ¶ [Si quis multis] simul intelligitur aliter non esset ad propositum magistri [tempus pœnitentiæ comprehendat abbreuiãdo] si fideliter pęniteat, & be ne conuersetur, vel dilatando si agat contraria Hu.

1 *Ignorantia inuincibilis totaliter peccatum excusat.*

QVemadmodum. Ad idē est hoc c. Augustini libro de adulterinis coniugijs. Summa est in rubr. Le. ¶ [Quemadmodum si nescit homo] facere bonũ, & non facit, non excusatur à peccato quo ad totum. quia potuit & debuit scire, sed plus peccat sciens, sic etiam relinquens non fornicantem, & aliam ducens plus peccat, quam relinquens fornicantē, & aliam ducens. vnde dominus exprobrando minus, non
1 negauit minus [ignorantiũ] †ignorãtia inuincibilis totaliter peccatũ excusat, ignorantia voluntaria & effecta peccatum aggrauat. ignorantia vero qua quis potest scire & scire negligit, si tamen sciret peccatum non committeret, talis ignorantia quanuis non excuset à peccato, peccatum tamen alleuiat, & indulgentiam impetrat. Sic.n. ait apostolus 1. Ti. veniam côsecutus sum, quia ignorans facie incredulitate mea, & talium ignorantium minora sunt peccata.

Sunt enim in fornicatione. §. est, & est scda pars quæstionis, in qua dicitur, ꝙ maius peccatum in fornicatione sunt, varij gradus siue species luxuriæ, sicut videbitur in capitulis sequentibus de ista diuersitate graduum luxuriæ siue specierum videbitur infra circa primam quæstionem 36. causæ.

1 *Sodomia an sit maximum peccatum super omnia vitia luxuriæ.*
2 *Adulterium est grauius peccatum, quam stuprum.*

ADulterij malum &c. Ad idem probandũ .s. diuersitatem graduũ in fornicatione inducitur hoc capitulum quod est B. Augu. lib. de adulterinis coniugijs. In hoc capitulo Augu. distinguit diuersos gradus in fornicatione, & intendit ostendere, ꝙ fornicatio contra naturã excellit oē genus adulterij. ¶ Pro cuius capit. pleniori intelligentia quæritur. †Vtrum vitium contra naturam sit maximum pecca- 1 Primũ arg. tum super omnia vitia luxuriæ. Et videtur quod non. Primo sic, tanto est aliquod peccatum grauius, quanto magis contrariatur charitati, sed magis videtur contrariari charitati adulterium, & stuprum, & raptus, quæ vergunt in iniuriam proximi, quam peccata contra naturam, per quæ nullus alteri iniuriatur. ergo peccatum contra naturam non est maximum inter species luxuriæ. ¶ Se- Secundũ ar. cundo sic, illa peccata videt esse grauiora, quæ côtra Deũ committuntur, sed sacrilegium contra Deum directe cômittitur quia vergit in iniuriam diuini cultus. ergo sacrilegium est grauius peccatum, quam vitium côtra naturam.
Tertium ar. ¶ Tertio sic, tanto aliquod peccatum est grauius, quanto exercetur in personam quam magis diligere debemus, sed secundum ordinem charitatis magis diligere debemus personas côiunctas quæ polluũtur per incestum, quam personas extraneas, quæ interdum polluũtur per vitium contra naturam. ¶ In oppositum est capitulum præsens. Respondeo dicendum quod vitium contra naturam est maius & grauius peccatũ inter omnes species luxuriæ. patet conclusio primo ex illo Gen. 13. homines sodomiti erant pessimi. ¶ Secundo ratione sic iuxta S. Tho. in secunda secundæ in quolibet genere pessima est principij corruptio, ex quo illa dependēt, principia aũt rationis sunt ea, quæ sunt secũdum naturam. Nam ratio præsuppositis his quæ sunt à natura determinata disponit alia secundum quod conuenit. Et hoc apparet tam in speculatiuis, quam ī operatiuis. Et ideo sicut in speculatiuis error circa ea quorum cognitio est homini naturaliter indita est grauissimus & turpissimus, ita in agendis agere contra ea, quę secundũ naturã determinata sunt est grauissimũ & turpissimũ. Quia ergo in vitijs quę sunt contra naturã transgreditur homo id quod est secundum naturã determinatam circa vsum venereũ, inde est quod in tali materia hoc peccatum est grauissimũ, plusquam incestus, per alias autem luxuriæ species præteritur solum id quod est secundum rationem rectã & determinatam ex suppositione naturalium principiorum. Quia autē magis repugnat rationi ꝙ aliquis venereis vtatur non solum contra id quod conuenit proli generandæ, sed etiam cum iniuria alterius personæ, est minima inter species luxuriæ. Maior autem luxuria est si quis abutatur muliere alterius potestati sub ecta ad vsum generationis,
2 quam ad solam custodiã. †Et ideo adulterium est grauius quam stuprum, & vtrunque aggrauatur per violentiam ꝓpter quod raptus virginum maius quã stuprum, & raptus vxoris maius quam adulterium. Et hæc omnia aggrauantur secundum rationem sacrilegij. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia peccatum ꝯ naturam grauatur charitati, & reuerentiæ q̃ debetur ipsi Deo, patet quia sicut ordo rõnis rectæ est ab homine, ita ordo naturæ est ab ipso Deo. Et ideo in peccatis contra naturã in quibus ipse ordo naturæ violatur, fit iniuria ipsi Deo ordinatori naturæ, vt j. e. c. flagitia. dicit Au. ¶ Ad secundam rñdetur negando consequētiam. Et ratio est quia vitium contra naturã est contra deũ vt iam dictum est, & tanto est grauius quam sacrilegij corruptela, quanto ordo naturæ humanę est prior & stabilior quam quilibet alius ordo superadditus. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia minor est falsa, quia vnicuique indiuiduo magis est côiuncta natura speciei, quam quodcunque aliud indiuiduum. Et iõ peccata quæ sunt contra naturam speciei sunt grauiora. Lege. ¶ [Adulterij malum fornicationem] simplicem, quia in adulterio vltra carnis turpitudinem quam habet etiam simplex fornicatio, est fidei fractio, & vtitur suo corpore ꝯ ius & potestatem alterius coniugis, & sic contra bonum ꝓlis, & sacramentum [vincitur autem] .s. adulterij malum [ab incestu] quia supra adulterium addit sui sanguinis turpitudinem reuelando contra præceptũ domini. Leui. 18. vnus quisque ad proximas sanguinis sui nõ accedat, vt reuelet turpitudinem eius [cum matre] Nunquid idem est in qualibet consanguinea, quod hic de matre. forte sic, quia cum qualibet committitur incestus, qui grauior est adulterio. Hu. Alij dicunt ꝙ nõ quilibet incestus vincit adulterium, quia non nisi personarum, quæ hic enumerantur, sed maledicunt isti secundum Lauren. ff. de adulter. l. si adulteriũ §. 1. Arch. ꝙ contra naturam fit hoc inter peccata luxurię pessimum est, vt ostensum est, de quo ad Ro. 1. propterea tradidit eos, Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam &c. vt si vir &c. [Non ad hoc officium sue vsum] vsus.n. naturalis veniale est.i. ad modum venialis peccatum purgabile ꝓpter bonum matrimonij, licet quandoque sit peccatum mortale cum exit metas matrimonij. Et ita soluitur contrarium supra e. q. 4. origo. [in meretricē
3 damnabile] quia omnis fornicator aut immundus nõ habet partem in regno cœlorum 1. Corin. 5. [iste contra naturam

ram execrabilius[in vxore]quia deterior est abusus in bono coniugij, quã in malo meretricij[deterius]quia in hoc periclitatur bonum prolis inter coniuges,quam inter adulterum & mertricem.Tum etiam quia maior reuerentia debetur vxori, & quã quis plus tenetur diligere. Et ideo magis peccat qui contra eam agit, quam si ageret contra aliam in eodem genere peccati secundum Hu.Et assignando rationem dicti principalis.s.ꝙ peccatum contra naturam omnibus peccatis luxuriæ sit grauius dicit tantũ &c. [in rebus].i.in membris,& rerum eiusdem naturæ secundum Hu.quam membris,quæ non sunt cõcessa vel rerum alterius naturæ, vt bestiarum Hu.

Hugo.


1 *Hospitibus tam receptis quam recipiendis debetur fides & reuerentia.*



Offerebat. Ad idem est hoc capitulum B.Ambrosii lib.de Abraham Summa est in rubro.Vtrum autem Loth peccauerit velle prostituere filias viris luxuriosis propter vitandum peccatum cõtra naturam in hospitibus suis disputauimus supra d.9.in princ.ibi vide.Lege.¶[Offerebat sanctus] in aliis non in hoc cum hoc esset malum,vel sanctus.i.mundus ab illa im munditia contra naturam,qua erant immundi conciues sui,vel sanctus pp affectum quẽ habuit ad hospites illæsos seruandos pro posse zelum Dei habebat,sed non secundũ scientiam.Et repehẽditur ab Au.d.14.quod ait [Barbaras inuiolabilem]hospiti.n.fides promissa est seruãda 23.q.1.
1 noli.†Et est argumentum ꝙ hospitibus tam receptis quã recipiendis,vtrisque.n.fides & reuerentia debetur.

Exponit literam.

1 *Facinus vnde dicatur.*
2 *Non excusatur quis a culpa ratione multitudinis aut consuetudinis.*



Flagitia. Ad idem est hoc capitulum B. Augušt.libro confessionum. Sũma est in rubro.Lege.¶ [Flagitia] Notãdum cum Augu.tertio de doctrina christiana, † ꝙ
1 facinus dicit à facio,& differt à flagitio. Quicquid.n.agit indomita cupiditas ad corrumpẽdum animum & corpus suum flagitium est, sed quicquid agit vt noceat alteri facinus dicitur.Et hæc sunt duo genera omnium peccatorum,sed flagitia priora sunt,quæ cum corruperint animũ ad facinora prosilitur. Sunt.n.flagitia in dictis & cogitationibus,facinora ĩ factis[puniẽda sunt] de pœniten.d.1.qui puero,& extra de exces.prœla.cleri. Arch.[sodomitarum fuerint]Gen.19.[quæ si omnes.] Ar
2 gumentum†q uod ratione multitudinis aut consuetudinis non excusatur quis à culpa ar.1.q.1.reperiuntur & qõ. 3.si quis præbendas.licet quandoque excusatur à pœna ecclesiastica.vt d.4.denique Hu.[societas].i.amicitia[violat] quam Deus habet ad nos propter turpitudinem peccati, quia non est connentio Christi ad Belial,nec lucis ad tenebras 2.Cor.6.[peruersitate].i.peruerso ordine, vel in membris ad hoc non concessis,vel cum bestijs Hug.

Exponit literam.



Vsus. Ad idem est hoc capitulum Hierony. contra Iouinianum. Summa est in rubro.Breue est.Lege. ¶[Vsus naturalis]. i.q fit ĩ mẽbro naturæ ,i. a natura ad hoc cõcesso[licitus est.in coniugio]quia coniugij maritalis causa prolis est [licita]vt pote naturalis, & à Deo instituta,sed omnis alius concubitus carnalis est illicitus,vt patet ex superioribus[contra naturam damnat apostolus]ad Ro.1.& merito,quia fit abusus membrorum, & corporum contra naturam, & contra illud, ad quod sunt instituta.vnde à domino fuit abundantius punitum,in Sodomitis Gene.19.

1 *Fornicatio est duplex.*
Et aa sit animum inter alia vitia carnis.nu.3.4.& 5.
2 *Fornicatio carnis large dicitur adulterium.*
6 *Fornicationis vitium dicitur maius alijs quatuor de causis.*



Non solum. Tertia pars quæstionis, in qua Isidorus detestatur crimen adulterij.Hoc capitulum est beati Isidori libro de summo bono. Summa est in rubro.Diuiditur in tres partes.In prima distinguit de duplici fornicatione.s.carnis & animi. In secunda ostendit,quid sit vtraque.In tertia dicit vitium fornicationis inter vitia criminalia esse maximi sceleris.secũda ibi, fornicatio carnis.tertia ibi,inter cætera.Lege. ¶[Non so-
1 lum.]†Nota fornicatio est duplex.s.animi & carnis,fornicatio animi dicitur quodlibet peccatum mortale, per qđ receditur à Deo,& seruitur diabolo. fornicatio carnis est duplex.Alia tantum procedit ad actum exteriorem,alia in sola voluntate consistit.vtraque est mala,sed illa deterior, quæ procedit ad actum exteriorem,quæ pluribus modis exercetur,quam aliquod aliud peccatum,& hoc nõ est solum de commissa fornicatione. i. perpetrata cum effectu [peccatum regnat]quo ad reatum ante pœnitentiam, sed si etiam adhuc tantum delectatur,ita ꝙ non procedit in actum exteriorem.vnde sequitur[animum teneat].i.compescat,nisi prosiliat ad actum exteriorem,quasi si actu turpia non exerceat,procul dubio regnat quo ad reatum, et quia peccauit mortaliter[fornicatio]secunda pars.[fornicatio carnis]quæ committitur à cõiugato cum alia muliere,est adulterium,& econuerso,quia violat alium torum
2 †fornicatio etiam carnis à non coniugato vel à non coniugata commissa large dicitur adulterium seu Mechia,vt supra c.q.4.c.meretrices.Fornicatio animę est quando anima fornicatur recedens à cultu Dei per infidelitatem, de qua Iudicum 8.auersi sunt filij Israel,& fornicati sunt cum Balim.i.cum quodam idolo, & primo Parali.5.fornicati sunt post Deos alienos &c.vel[fornicatio animi seruitus] .i.peccatum,quo seruit idolo.i.diabolo.Et hęc fornicatio dicitur spiritualis, vnde subditur.[Est autem spiritualis, fornicatio [quia in solo spiritu est. de qua ait dominus Mat.19.Qui viderit,& ad probandum hoc subdit[omnis in immunda pollutio]siue cõstat in animo, siue procedat in actum [fornicatio dicitur]sic omne quod potestatem coniugij adulterium dicitur.supra e.q.4.nemo[inter cætera]tertia pars.s.superbia.Inuidia &c. ¶Pro intelligentia
3 huius partis quæritur.†Vtrum vitium fornicationis inter alia vitia criminalia sit maximi sceleris. Et videtur ꝙ sic. Primo ex capitulo præsenti quod est beati Isidori. ¶Secundo sic.tanto videtur peccatum grauius,quanto ex maiori libidine procedit,sed maxima libido est in fornicatione,dicitur.n.in glo.1.Cor.7.ꝙ ardor libidinis in luxuria est maximus.ergo videtur ꝙ vitium fornicationis sit maximum. ¶ Tertio sic. quanto aliquod bonum est maius, tanto peccatum quod in illud cõmittitur videtur esse grauius.Sed peccatum fornicationis videtur esse contra bonum totius humani generis.Et etiam cõtra Christum, qa vt dicitur hic per illud tẽplum domini violatur, ergo &c. ¶In oppositum arguit ex illo Gregorij ꝙ peccata carnalia sunt minoris culpæ quam peccata spiritulia.Responde-
4 tur dicendum sub duabus conclusionibus.Prima†ꝙ absolute siue secundum se vitium fornicationis non est maius aut grauius inter cætera vitia criminalia.¶Secunda† ꝙ p
5 accidens siue ratione siue ratione alicuius circunstantiæ potest dici inter alia vitia maximum.Pro probatione harum conclusionum est notandum iuxta S.Tho.in secunda secundæ,ꝙ grauitas alicuius peccati dupliciter attendi potest,vno modo secundum se,alio modo secundum accidens.Secundum se quidem attenditur grauitas peccati ex ratione suæ speciei,quæ consideratur secundum bonum cui peccatum opponitur.Fornicatio autem contra bonũ hominis nasciturí.Et ideo grauius peccatum secundũ speciem peccantis quæ sunt bona exteriora, sicut est futurum,& alia huiusmodi,minus autem peccantis,quæ sunt directe contra Deum, & peccato quod est contra vitam hominis iam nati,sicut est homicidium, & sic patet prima conclusio. Pro conclusione secunda, scilicet, quod secundum accidens & aliquas conditiones accidentales potest dici inter alia vitia grauius est. Sciendum quod vt di-
6 cit Alexander de Halis in secundo super sententias†. Sancti dicunt hoc fornicationis vitium maius alijs quatuor de causis.Prima est propter vehementem ardorem libidinis, quæ est in isto peccato secundum quam anima copulatur carni.Et hoc modo intelligitur glo.illa. 1. Cor. 7.supra allegata.¶ Secunda causa est propter generalitatẽ peccantium.Et secundum hoc dicit Isidorus magis p carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo,quam p aliquod aliud vitium,vnde hoc peccatum comparatur sagenę diaboli.vnde sicut in sagena magni pisces & parui capiuntur,ita in peccato luxuriæ magni & parui detinetur.
¶Tertia

2 ¶Fornicatio a1. Fornicatio carnalis & spiritualis quliter differãt vide Pe de An.i c. mulier.n.4. de conuer. coniu.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

¶ Tertia causa est rōne fœditatis, quia fœtidius est inter cętera peccata, & maiorem fœditatem facit in hoīe. ¶ Quarta causa est propter rationem duplicis tentationis. s. hostis & carnis, quæ duplex tentatio nō est in alijs peccatis, vt puta in spiritualibus. vel si sit reperire illas in aliquo, vt in peccato gulæ, non tamen ita vehemens. Hinc dicit Augu. inter omnia Christianorum certamina duriora sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, sed rara est victoria. Et ita patet quod licet vitium fornicationis excedat alia vitia in istis conditionibus nihilominus secundum se est minus & minori pœna dignum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā patet rñsio ex dictis, ꝙ Isidorus dicit hoc vitium inter cætera maximi esse sceleris, ꝑpter rationes dictas, vel exponendum est secundum Hu. maximi. i. valde. ¶ Ad secundam respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est secundum S.Th. quia libido quæ aggrauat peccatum est, quæ consistit in inclinatione voluntatis. Libido autem quę est in appetitu sensitiuo diminuit peccatum, quia quanto aliquis ex maiori passione impulsus peccat, tāto leuius est peccatum, & hoc modo in fornicatione libido est maxima. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia peccatum fornicationis ē contra bonum speciei humanæ, inquantum impedit generationem singularem vnius hominis nascituri. Magis autem pertingit ad rōnes speciei humanæ, qui actu iam participat speciem, q̄ qui est in potētia homo. Et ſm hoc etiā homicidiū est grauius, quam fornicatio & omnes luxuriæ species tanquam magis bono speciei humanæ repugnans. Bonum. n. diuinum est magis bonum bono speciei humanæ. Et ideo etiā peccata quæ sunt contra Deum sunt maiora, nec fornicatio est directe peccatum in Deum, quasi fornicator Dei offensam intendat, sed ex consequenti sicut omnia peccata mortalia. Sicut. n. mēbra corporis nostri sunt membra Christi ēt spiritus noster est vnum cū Christo secundum illud Cor. 6. Qui adhæret Deo vnus spiritus est, vnde etiā peccata spiritualia sunt magis contra Christum, & violant templum eius, quam fornicatio [sunt autem] patet.

Ad primum argu. — *Ad secundā* — *S.Thom.* — *Ad tertium*

1 *Adulterium an sit grauius omnibus peccatis.*
Quod non in quantitate peccati nu. 2.



Vid in omnibus. Ad idem est hoc capitulū ex epistola Clementis. Summa est in rubro. Breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli est quærendum. † Vtrum hoc sit verum qđ adulterium sit grauius omnibus peccatis. Et videtur quod sic, ex præsenti capitulo. ¶ In oppositum arguitur ex c. adulterij malum supra e. vbi dicit Augu. quod adulterium fornicationem vincit, vincitur ab incestu. ¶ Respon. dicendum est † ꝙ adulterium in quantitate peccati non est grauius cæteris, imo incestus & peccatum contra naturam, sicut in superiori autoritate dixit Augu. Ad capitulum autem præsens dicitur iuxta dominum Alexandrū de Hal. quod adulterium dr̄ grauius consideratione pęnę. Sicut. n. peccatum primæ tabulæ, qđ est hæresis vel apostasiam, pœnam habet determinatam, quæ est mortis in veteri testamento. Sic adulteriū cū homicidio habent pœnam mortis determinatam propter iniuriam, qua dissoluitur vnitas societatis humanæ. Nihil. n. ita exasperat hominem quemadmodum iniuria in propriam personam, pro se vel in illius quæ efficitur vna caro cum ipso, vnde sicut habeē in lege veteri. vtrunq; puniebatur pęna mortis Hu. vero & gl. dicunt hic quod adulteriū est delictū grauius in detestationem criminis, vt supra c. q. 6. nihil iniquius. Multa. n. crimina sunt grauiora adulterio, vt homicidium, infra 33. q. 2. si quis. Et incestus, & peccatum contra naturam vt supra e. q. adulteri &c. in glos. Lege. ¶ [Quid in omnibus in pœnis.] Hu. & gl. exponunt. i. in prohibitionibus secundę tabulæ, sed nobis non videtur ad propositum, sed iuxta Alexādrum in pœnis. s. determinatis in lege veteri, quia per hoc quod secundum prohiberetur in secunda tabula, cum ibi prohibeatur omnis illicitus concubitus, non arguitur ꝙ adulterium esset grauius cæteris, vnde videtur exponendum vt dictum est.

Quæstio. 2 — *Opponit in cōtrarium*

His autoritatibus. §. est. Concludit Gratian. bene ex supradictis quod qui causa fornicationis & c.

His ita respondetur. §. Est, & incipit quarta pars quæstionis in qua ponuntur duo capitula de arctatione, vnde hoc non dicit magister asserendo, sed allegādo, vt inducat duo sequētia capitula, & exponat, prima expositio illorum erat, ꝙ autoritates ille loquuntur de illis quorum continentia non ducendi aliā primis viuentibus [infirmitas]. i. arctatio vxorum [non impedit] quia sanæ sunt & bene possunt reddere debitū viris, quia si carnalis infirmitas impediret, possent cū alijs contrahere illis viuentib. & ad hoc allegat c. quod proposuisti. Alia expositio illorum est, quod autoritates ꝑ dictæ loquantur de illis qui coniunxerunt se cum aliquib. committendo incestum, quo casu incestuosus viua vxore non potest aliam ducere, sed vxor eo viuo potest ducere alium. Et ad id allegat sequens capitulum.



Xor. Inducit hoc ca. primum. & sunt verba apostoli usque ibi ideo. Et inde dicuntur verba Ambrosij. Et dicitur etiam super apostolum, ꝙ hoc à fallatoribus fuit insertum & nomine Ambrosij intitulatum. Alij dicunt ꝙ non fuit magnus Ambrosius sed quidam monachus qui dictus est adoptiuus. Hu.



Vod proposuisti. Sequitur ad idem alind c. Gregorij junioris. Summa est in rubro. Leg. ¶ [Quod proposuisti] quia vt interrogasti [infirmitate] arctationis. Hu. [Coniugalis] de facto quo ad opinionem hominū Hu. supple, quia hoc proposuisti, rñdemus sic [bonum esset &c.] improbat probato vitio arctationis in cōspectu ecclesiæ [non tamen opem] victum & vestitum, & hoc de æquitate non de iure. Io. de Deo. Si intelligatur de rebus mariti consilium est, & exhortatio, quia graue esset ei prouidere duabus vel potius intellige. [opem]. i. dotem, quam ab ea acceperat. Eam. n. debet ei reddere, vt inde viuat secundum Hu. [quā]. i. quia [causa] infirmitas coarctationis [non detestabilis culpa]. s. adulterij [excludit] quia tunc nihil tenetur dare, sed lucrifaciat eam, vt extra de dona. inter virū & vxor. plerunque.

Sed illud. §. Est, in quo secundum Io. de. & Arch. incipit quinta pars quæstionis, in qua laborat magister Gratian. pro solutione c. & dicit ꝙ incestuosi tantum post mortem vxoris possunt contrahere, & hoc probat per sex c. quæ sunt restringenda ad ius commune, sed [illud Ambrosij]. s. vxor [istud Gregorij]. s. c. proximū [aduersum quidam vero] imo nulli sunt, vt credo qui tam indiscrete sentiant [patri vel filio &c. in perpetuum] nō dicit verum [superducitur alia] & hoc penitus est falsum Hu. [hic]. i. in hac solutione [si quis contendatur] obiiciēdo nō magis viro quia eadem est conditio mariti & vxoris quo ad debitum reddendum, vel dimissionem, vt supra eo. q. 1. si quis vxorem & q. 5. præcepit cum virtute. [vterque vero si est vir]. i. si non peccauit licitum est contrahere, secundum istos, sed quia & c. potius. n. Gratianus ponit hanc solutionem, vt introducat sequentia capitula quam vt defendat Ambrosium, cum illud dictum ab omnibus refutetur [fornicationis] incestuosæ [adulterii autem]. i. incestuosi si prout. i. debent, & sic hoc ratione delicti. Si tamen contraxerunt matrimonium etiam nisi impediat aliud [sic]. s. de duobus coniugibus [alter]. s. incestuosus [nunquam contrahat] etiam post mortem alterius [sed alter]. s. immunis incestu potest contrahere si superuixerit.

Cōtra Gra.

1 *Incestus cum consanguinea vxoris suæ an impediat matrimonium.*
2 *Incestus cum consanguinea vxoris potest committi dupliciter.*




Vædam cum fratre. Sequitur ca. hoc ex quodam concilio sumptum. Summa est in rubro. Breue est. ¶ Pro cuius tamen pleniori intelligentia & sequentium quæritur † vtrum incestus cum consanguinea vxoris suæ impediat matrimoniū. Et videtur ꝙ nō. Primo sic. Incestus nō ponitur inter impedimenta matrimonii 12. ergo &c. ¶ Scđo sic, mulier non debet puniri pro peccato viri, sed puniretur si matrimonium solueretur, ergo &c. ¶ Tertio sic. plus peccat qui propriam consanguineam cognoscit, quam qui cognoscit consanguineam vxoris. sed primum peccatum non impedit matri-


1 — *Quæstio. Primū arg. Secundū ar.* — *Tertium a*

dit matrimonium, ergo nec secundum. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti c. vbi decretum est, vt incestuosi nunquam matrimonio copulentur. ¶ Secundo sic. per hoc ꝙ quis cognoscit vxoris sororē contrahitur affinitas ad vxorem, sed affinitas dirimit matrimonium cōtractum, ergo
2 & incestus prædictus. ¶ Respondeo dicendum†quod aliquis potest committere incestum cognoscendo sororem vel aliam consanguineam vxoris suæ dupliciter, aut antequam contrahat matrimonium cum sorore, aut post contractionem. Si vero post contractionem matrimonii & cōsummationem matrimonii illud non soluitur, nec debuit totaliter separari, vir tamen amittit ius petendi debitum, nec potest petere sine peccato, sed tamen tenetur reddere petenti, quia vxor non debet puniri de peccato viri. extra de eo qui cogno. consanguineam vxoris c. 1. Sed post mortem vxoris debet omnino manere absq; spe coniugij e.tit.c.1.& c.transmissæ.nisi cum eo dispensetur propter fragilitatem suam, cum timetur de illicito coitu. Si tamen propter dispensationem contrahat, peccat contra statutum ecclesiæ faciens, non tamen propter hoc matrimonium separandum, vt in c.tranlmissæ e.ti. Si vero cognouit consanguineam vxoris ante contractionem matrimonij, & ēt post sponsalia de futuro, nullum est matrimonium contractum ratione contractæ affinitatis, vnde separandi sunt iudicio ecclesiæ, & mulier potest nubere, vir autem quantum est de rigore iuris nubere non potest.
¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, & rō est, quod hoc impedimētum non numeretur inter alia 12. est, qa non dirimit vinculum mr̄monij iam contractum, nec facit personas totaliter illegitimas ad aliud mr̄monium, potest tamen dici quod aliquo modo reducitur ad impedimentum erroris. Concordat S.Thom.& Rychardus. ¶ Ad secundam respondetur, rō non procedit, quia incestus ponitur impedimentū matrimonij, non tam ratione culpæ, quam ratione affinitatis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia licet maius sit peccatum consanguineam propriam cognoscere, quam consanguineam vxoris, non tamen tantum iniuriatur vxori maritus per primum incestum sicut per secundum, nec per primum incestum cōtrahit affinitatem cum vxore, sed contrahit per secundum. & ideo non sic, priuatur iure petendi debitum ab vxore cognoscēdo consanguineam propriam, sicut cognoscēdo cōsanguineam vxoris. Lege. ¶ [Quædam] scienter æque crimen est publicum & notorium Lau. [nunquam copulentur] inter se, & hoc planum est, quia inter eos nō potest esse matrimonium. Isti prohibentur à matrimonio propter delictum. Si tamen contraxerunt cum alijs mortuo viro vel vxore legitima matrimonium erit [non negetur] post mortem vxoris Hug.


Sed & illud. Similiter continua vt supra.



SI quis viduam. Hoc c. est Maguntinē. conf. Sūma ē in rubro, non diuiditur. ¶ [Si quis] præcimus [filiastra] filia vxoris [aut si qua fuerit fornicata nunquam coniugio copulari.] Si tamen contraxerit, tenet matrimonium, vt notat Goff. Philip. & Ber. extra de pœnis c.2.


QVi dormierit cum duabus sororibus. Ad idem sequitur hoc c. ex eodem concilio. Summa est in rubro. Breue est. Leg. ¶ Qui dormierit cum sororibus quarum altera erat vxor] hoc idem capitulum reperitur supra 27. quæsti. 2. & omnia quæ hic dicenda essent ibi inuenies Hug.


HI vero. Ad idem est hoc capitulum beati Gregorij in registro. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Hi vero] causa relationis præponitur iste nominatiuus, & est similis illi. Sermonem quem vos audistis non est meus. Et illi, vrbem quam statuo vestra est. Hugut. [nec cum] scilicet maritum [nec nullam]. s. adulteram Hug. nunq̄ nubat cum illo cū quo cōmisit incestum.

1 *Vir non potest obijcere adulterium vxori adulteranti de eius consensu.*


COncubuisti. Ad idem est hoc capi. Zachariæ papæ. Summa est in rubro. Lege. ¶ Concubuisti conscia &c.] nam nam si fuisset conscia faciendo ratione delicti posset prohiberi à matrimonio. Et est
1 argumentum†ꝙ si qua adulteratur de voluntate & cōsensu mariti, nō potest vir ei obijcere adulteriū, quia is intelligeret facere cuius authoritate & volūtate fit, aliquid ar. 2.q.1. notum. [continere] post mortem mariti [nubat] post mortem viri Hu.


SI quis cum nouerca. Ad idem est hoc c. ex concilio Triburiensi. Summa est in rubro. Breue est. ¶ [Si quis] sed vir eius potest post mortem vxoris cōtinere, nō pōt vel non vult, & similiter de eo &c.

Quanuis. §. Est in quo magister ponit aliam solutionem, & male dicit in omnibus, nec verum dicit, quod Gregorius concesserit Anglicis illud, quod dicit, vide glossam, quæ satis tangit somnia Gratiani in hac parte.

1 *Furiosi non possunt contrahere, sed si contraxerint ante furiam tenet matrimonium.*
2 *Furia an impediat matrimonium.*
3 *Sanus si contrahit ex certa scientia cum furiosa, an teneat tale matrimonium.*
4 *Filij sani & furiosi, an sint legitimi.*


1 SI qui. Sequitur sexta pars quæstionis, in qua dicitur†ꝙ furiosi non possunt contrahere, sed si ante furiam contraxerint tenet matrimonium. Ioan. de Archid. Et est hoc capitulum Nicolai papæ. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. In prima loquitur de furiosis. ¶ In secunda de his quorum mēbra secta sunt, aut obscinduntur. secunda ibi, similiter sciēdum est, patet. Pro pleniori intelligentia huius capituli q̄ritur† Vtrum furia impediat matrimonium. Et videtur ꝙ Quæstio
2 non. Primo sic. matrimonium est ad procreandum prolē ad cultum Dei. ergo qui potest hoc facere, potest matrimonium contrahere, sed furiosus potest generare, ergo & Primū ar.
cætera. ¶ Secundo sic, furiosus potest baptizari, & recepit sacramentum baptismi, ergo consimili ratione potest fu- Secūdū ar.
riosus matrimonium contrahere. ¶ Tertio sic. matrimonium non dirimitur per aliquod impedimentum nisi sit Tertiū ar.
perpetuum, sed de furia non potest sciri, ꝙ sit impedimentum perpetuum. ergo furia non impedit matrimonium. ¶ In oppositum est capitulum præsens. secundo ratione, furiosus nō potest stare in iudicio, nec testificari. ergo nec contractum facere, sed matrimonium est quidam contractus, ergo &c. ¶ Respondeo dicendum sub distinctione. furia aut præcedit matrimonium, aut sequitur. Si sequitur est conclusio, ꝙ nullo modo impedit sicut habet in præsenti c. & sequenti. Si præcedit, tunc habet lucida interualla, aut non. Si habet, est conclusio, ꝙ licet dum est in illo interuallo, non sit tutum ꝙ matrimonium cōtrahat, quia nescit prolem educare, tamē si contrahit, matrimonium est. Si autem non habet lucida interualla, vel si quando nō habet, contrahit, nō est matrimoniū verū, quia non potest esse consensus vbi deest rationis vsus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur negando ꝙ furiosus possit procreare prolem ad cultum Dei, cum non sit compos rationis, cuius est ordinare aliquid ad finem debitum. vnde licet generare possit sine discretione, sicut bestiæ faciūt contrahere tamen non potest. In contractu.n. consensus & discretio sunt necessaria. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est vt inquit S. Tho. quia vsus rationis non requiritur ad baptismum, quasi causa ipsius, sicut exigitur ad matrimonium. Et ideo non est similis ratio. Concordat dominus Bonauentura dicens, nō est simile quia baptismus est sacramentum contra originale peccatum, quod quia contractum est sufficit alienus consensus, nec oportet interuenire proprium, non sic, in proposito, imo oportet quod contrahens cōsentiat. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum, quia momentaneum impedimentum quod causa matrimonij. s. consensum impedit, matrimonium totaliter tollit, sed impedimentum quod impedit actum, oportet esse perpetuum ad hoc quod

hoc quod matrimonium tollat. Lege. ¶ [Hi qui contraxerunt].i.consummauerũt [furor.] ¶ Surgit hic quæstio† vtrũ si sanus ex certa scientia contrahit cum furiosa erit matrimonium. R̃ndet Hu. quod nõ. Item quæritur† si sanus & furiosa contrahant de facto vtrum filij eorum erũt legitimi. dicit Hug. ꝙ si sanus accipiat furiosam scienter nec est matrimoniũ, nec filij sunt legitimi. Sed si accipiat ignoranter re uera non est matrimonium, tamen filij erunt legitimi, sicut illi sunt legitimi, qui nascuntur de cõsanguineis ignoranter coniunctis. furiosa.n. pro ignorante & inscia reputatur, cum non intelligat quid agat, ob hãc infirmitatem sequentem Hug. [similiter] secunda pars. [aut membris] genitalibus.

Exponit literam. 3
4



Nec furiosus. Ad idem est hoc capitulum Fabiani papæ. Summa est in rubro. Breue est & patet. Litera. ¶ [Nec furiosus] in furore cõstitutus. Solo.n. consensu matrimonium contrahitur, sed furiosi nesciunt quid agunt vt 15. q. 1. aliquos. ergo non consentiunt. Et ideo nec matrimonia nec sponsalia contrahere possunt, vt. ff. de spons. furor. & ff. de ritu nupt. l. oratione. §. vlt. [contractum tempore sanæ mentis] ante. s. furorem, vel in interuallo lucido Hu.

Exponit literam.

Vt ergo ex præmissis. §. Est incipit septima pars quæstionis in qua magister reuertitur ad principale propositum. s. ꝙ altero viuente non potest alter contrahere, ad quod probandum inducit c. sequens.

1 *Constitutio aliquando non cessat, cessante causa.*



Tantum Hoc c. est beati August. li. de bono coniugali. Summa est in rubro. Diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ tantæ firmitatis est vinculum matrimoniale, quia si etiam contrahatur causa prolem habendi, & non sequatur, non propter hoc dissoluetur matrimonium, aut licebit viro habere aliam. In secunda ostendit hoc idem esse etiam si contrahentes à principio sciant se filios nõ habituros. secunda ibi. Item manet. Lege. ¶ [Tãtum vinculum sociale] .i. matrimonij, in quo semper duo sociantur inter se, [vt cum] id est quanuis Hugu. [colligatur]. i. contrahitur, vt nec ipsa causa supple cessante. Et est ar. † ꝙ cessante causa non tamen cessat constitutio.i. id quod per illam causam est constitutum ar. supra e. q. 1. dixit. [posset] de facto. [Itẽ manet] secunda pars, vel. i. ipsa causa filiorum cessante vel causa filiorum habendorum ex alijs [quod si fecerint]. s. ꝙ dimittant, & alias ducant. [Adulterium &c.] Consequenter videtur mouere hanc quæstionem, vtrum. s. manente coniugio cum vxore sterili tantum de licentia eius vxoris licitum esset accedere ad concubinam, vt ex ea nascerentur filij, qui essent filij communes marito commistione facta cum ancilla, & vxori iure & potestate, sicut apud antiquos patres fas erat sicut Abraham ad requisitionem Saræ de Ancilla Agar, dicit vtrum nunc liceret siue fas esset. ꝙ non diffinit, nec determinat [vsque adeo potius] electiue [apostata]. i. refuga. i. retro abiens, vt 26. q. 7. non obseruetis [sacramentum fidei] baptismum [ad tumulum] habent ergo mali sacramenta ad perniciem, vt 1. q. 1. quod quidã, & non ad salutem, vt de con. d. 4. nullus autem Hu.

Diuisio.

1 a Constitutio. Adde quod contrarium è regulariter Pet. de An. in c. ex multa nu. 6. de nouo & vo. red.

¶ Quæstio Octaua.



Cum itaque. Hic intitulatur 8. q. s. an liceat fideli ducere infidelem sub illa cõditione, si illa vult fieri Christiana. Et respondetur ꝙ non. Ad quod probandum inducitur c. sequens. Non.n. sunt faciẽda mala, vt eueniant bona. ad Rom. 2.

1 *Peccare nullus debet propter aliquod bonum, vel propter malum vitandum.*
2 *Conditiones generales quæ dicantur, quæ speciales.*
3 *Vouens non comedere carnes si infirmatur, & aliter euadere non potest an liceat ei comedere.*



Non solum. Aug. c. est in li. de adulterinis coniugijs. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ostẽdit, ꝙ ille mechatur, qui dimittit vxorem & aliam ducit, vt illam faciat christianam. In secunda ostẽdit, quod similiter mechatur qui post votum castitatis vxorem ducit etiam vt fiat christiana. secunda ibi, sed etiam quisquis. Lege. ¶ [Non solum mechandum non est, quod facit non quidam] ista est litera melior, & magis ad sequẽtia conueniẽs quam illa quæ habet quod faciũt quidam, vnde sic legitur .s. ꝙ mechandum non est quod facit non quidam. i. pauci, sed omnis ille mechatur qui dimittit &c. [sed etiam] secunda pars. [compensatione] vt veniat contra votum. s. vt fidelis conuertatur. Ar. † ꝙ nullus debet peccare propter aliquod bonum, vel propter aliquod malum, quod debeat vitari. ar. d. 14. quod ait Hu. non licebit ar. ꝙ quædam quæ primo erant licita, mutatione status fiunt illicita [sicut est.] Exemplificat de tribus, quæ licite vouerunt [vidualis castitas] vouenda Hu. seu sicut est ex consensu communi, quia alias non licet [quod]. s. continentiam, quæ sic, vouentur nulla conditione, hic nota † ꝙ sunt quædam conditiones generales, quædam speciales. Generales in omni voto & iuramẽto & promissione intelliguntur, etiam si non exprimãtur, vt si deus voluerit, vel nisi Deus aliter reuelauerit, si potuero, si vixero vt 11. q. 3. ante cesset. Speciales nisi exprimantur non intelliguntur, vt si ille venerit, vel voluerit, vel fecerit hoc, vel illud, vel si Imperator intrauerit Italiam, sic hic nulla conditione speciali expressa, quæ sic vouentur, nulla conditione speciali existente, vel non existente rumpenda sunt. Hu. ¶ † Surgit hic quæstio de vouentibus non cõmedere carnes infirmatur aliquis qui forte aliter euadere non potest, vtrum liceat comedere carnes. Respond. ꝙ sic præcepto sui maioris, imo etiã sine præcepto maiorum, vt credo, si à medicis certificatur ꝙ aliter euadere non possit. Casus.n. necessitatis est qui lege communi non arctatur, vt de conse. dis. 1. sint non alij, & de cons. d. 5. discipulos. In tali.n. voto tacita videtur fuisse conditio. s. nisi necessitas cogat, aut præceptum maioris adesset Hu.

Diuisio.

Exponit literam.

1

Hugu.

2

3

¶ Causa Trigesima tertia.



Quidam maleficijs. Hic incipit 33. cã quæ sic ad superiora cõtinuatur. In septima quæstione superioris causæ generaliter traditum est, quod neuter coniugatorum altero viuente põt contrahere, sed ne videretur ꝙ idem eẽt de frigidis & maleficiatis. Ideo Grat. causam. s. hanc subnectit in qua tractat de frigidis & maleficiatis ostendens, ꝙ ipsis viuentib. vxores eorũ possunt alios accipere, adiũgit ẽt de vxore nõ dimittenda. nisi de iudicio ecclesiæ & de publice pœnitentibus ab vxoribus suis non separandis, qua occasione ad longum interserit tractatum de pœnitentia. Adiungit ẽt quod tempore orationis vacandum est continentiæ, nõ tamen sine consensu communi, vt autem hæc & alia compententius prosequeretur format thema siue casum. Et elicit ex eo quinque quęstiones. Prima est an propter impossibilitatem coeundi à viro suo sunt aliqua separãda. Secunda est &c. Nota ꝙ in hac causa de tribus impedimentis matrimonij tractatur. s. de impossibilitate coeundi ex frigiditate vel maleficio, vt infra e. q. 2. Et de tempore feriarum infra e. q. 4. per totum.

¶ Quæstio Prima.

1 *Impotentia coeundi quid dicatur.*
Et quot sunt duæ. nu. 2.
3 *Impotentia coeundi an impediat matrimonium.*
Quod sic naturalis & perpetua nu. 4. & 5.
Possunt tamen cohabitare si volunt. nu. 6.
7 *Vir si sciat se impotentem ad coeundum, & scienter contrahit cum aliqua, si mulier vult cohabitare cum eo, non potest separationem ab ea petere.*
8 *Impotentia coeundi cui potest subueniri processu ætatis vel medicinis*

dicinis non impedit matrimonium.
9 Frigiditas an impediat matrimonium contrahendum.
10 Impotenia coeundi proueniens propter impedimentum accidentale, an impediat matrimonium.
11 Castratus & spado an possint contrahere.
12 Vir si non potest copulari cum virgine, sed bene cum alia an teneat eius matrimonium contractum cum virgine.
13 Vir si mouetur ad pulchram & non ad turpem, & cõtrahit cum turpi, an teneat matrimonium.
14 Arctatio mulieris an impediat matrimonium.
Quod non si ei potest subueniri beneficio medicinæ sine periculo.nu.15.& nume.17.
16 Mulier arcta separata a primo quod sit modo facta illi idonea per vsum alterius quomodo probabitur.



Vod autem. Hic intitulatur 1. q.s.vtrum impossi
1 bilitas coeundi separet matrimonium. Circa quam quæstionẽ nota primo † ꝙ impotentia coeundi iuxta Raymũdum est vitium animæ, vel corporis, vel vtriusq;, quo quis impeditur carnaliter cõ-
2 misceri, † Secundo nota iuxta eundem duæ sunt principaliter species eius, nam alia est naturalis, vt impotentia pueri, vel frigiditas senis, seu etiam frigiditas complexionis, aut arctatio mulieris. Alia vero est non naturalis, sed accidentalis castratio, viri similiter & maleficium. † Arguitur
3 ergo quod impotentia coeundi nõ impedit matrimoniũ. Primo sic verum est matrimonium sine carnali coitu, sed quandocunque aliquis habet esse perfectum, esse sine aliquo non impeditur per defectum illius, ergo impotentia coeundi non impedit matrimonium. ¶ Secundo sic, volũtas continendi in vtroque coniugum nõ soluit matrimonium, ergo nec necessitas continendi pari ratione, sed vbi est impotentia est necessitas continendi, ergo & c. ¶ Tertio sic, matrimonium est vinculum insolubile, sed possibile est impotentiam coeundi accidentalẽ contrahi, ergo si perpetuum non impeditur nec matrimonium impeditur in potentia coeundi. ¶ In oppositum est capitulum pſens, & extra de frigidis & malefi. quod sedem. Respondeo dicendum sub certis conclusionibus. Prima † quod impoten-
Prima con. 4 tia coeundi naturalis & perpetua impedit matrimonium contrahendum & dirimit iam contractum. Ista conclusio probatur primo sic, in matrimonio obligat homo ad reddendum debitum, sed nullus potest se obligare ad impossibile, sed impotens coire non potest debitum soluere, ergo
Secunda cõ. non potest matrimonium contrahere. ¶ Secũdo sic, matrimonium est institutum in officium & in remedium, ergo inter personas inter quas nec officium nec remedium potest esse, non potest esse matrimonium. ¶ Secunda con-
5 clusio † si alter coniugum petat separationẽ separandi sunt, sed ille ex parte cuius allegatur impedimentum perpetuo maneat absque spe coniugij. Alius vero cui vult nubat.
Tertia con. 6 ¶ Tertia conclusio. † si ambo volũt mutuo cohabitare possunt, vt qui non potest mulierem habere vt sororem ha-
Quarta cõ. 7 beat in vxorem. ¶ Quarta cõclusio † quod si vir sciat se impotentem ad coeundum, & scienter contrahit cum aliqua si mulier vult cohabitare cum eo, non potest separationẽ, ab ea petere, nec potest ab ea recedere. patet conclusio extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit capitulo 1. & extra eo. capitulo consultatio. Verum quia dubium est vtrum impotentia talis sit perpetua. Ideo ecclesia vtrique adhibet debitam diligentiam ad sciendum perpetuitatem, & indicit cohabitare per tres annos, & experiri actum illum fideliter & sine fraude, & remedia si quæ possunt esse contra talem impotentiam. ¶ Ad sciendum autem quod præcesserit siue quid inuentum est, credit iuramento septem testium, vel etiam inspectioni claustrorum, alioqui statur verbo viri, decipitur tamen aliquando ecclesia, & cum constat de deceptione, quia repertum est, quod ille in quo impedimentum inuenitur carnalem copulam cum eadem vel cum alia perfecisse, iubet eos quos separauerat ad priora vota redire, reintegrando præcedens matrimonium & dirimendo secundum. ¶ Si vero impotentia coeundi sit temporalis cui potest subueniri beneficio medicinæ vel processu
Quinta cõ. 8 ætatis est conclusio quinta † quod talis impotentia non impedit matrimonium, Ista conclusio patet C. de nupt. sancimus, & vigesima septima quæstione prima nuptiarum bonum. in principi. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam, quoniam licet actus carnalis copulæ non sit necessarius ad matrimonium potentia tamen coeundi est necessaria, qui per matrimonium datur vtrique coniugum potestas in corpore alterius respectu carnalis copulæ. Concordat Sanctus Thomas & dominus Bonauentura & Rychardus. ¶ Ad secundam per idem patet responsio. voluntas enim continendi non impedit matrimonium, quoniam vt dicit dominus Bonauentura adhuc manet ordinabilitas ad actum cum voluntate, quia non est necesse esse perpetuam pro eo quod voluntas potest verti & ideo non est simile de impotentia coeundi & de voluntate continendi. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia licet verum sit, quam postquam matrimonium contractum est legitime, si tunc superuenerit illegitimitas non soluit matrimonium. Si tamen præcenit impedit contractionem, & ideo impedit, quod & si videatur matrimonium contrahi secundum facies hominum, tamen secundum veritatem non contrahitur. Et ideo dicitur dirimere iam contractum, non quia illud vinculum infringant, sed tantum est impedimentum, quod & si de facto consumetur in facie hominum, nullam tamen soliditatem habet hæc dominus Bonauentura.

Ad primũ argu.
S. Thoma.
Ad secundã
Ad tertium

Consequenter Quia duo impedimenta ponuntur ex parte viri, scilicet frigiditas & sectio, siue castratio, de istis duobus dicemus in primis deinde de impedimento mulieris quæ est ar-
9 ctatio. Primo ergo quæritur. † vtrum frigiditas impediat matrimonium contrahendum. Et videtur quod non. Primo sic. Sicut frigiditas nimia impedit carnalem copulam, ita & nimia caliditas, quia exurit humidum & desiccat hominem, sed nimia caliditas non ponitur impedimentum matrimonij, ergo nec debet poni nimia frigiditas. ¶ Secundo sic, constat ꝙ omnes vetuli sunt frigidi, ergo frigiditas non impedit. ¶ Tertio, mulier vniuersaliter est frigidior viro sed mulieres non impediuntur à matrimonio, ergo nec viri frigidi. ¶ In oppositum est c. præsens itẽ extra de frigi. & malefi. Respondeo dicundum, ꝙ licet ista quæstio satis soluta videatur ex prædictis in superiori q. nihilominus rñdentes dicimus cum tali distinctione ꝙ frigiditas viri aut sequitur matrimonium iam contractum legitime, siue consummatum, siue non consummatũ, & tũc est conclusio. Quod frigiditas viri non impedit matrimonium, nec dirimit ẽm cõem opinionem. aut præcedit matrimonij contractum, & tunc distinguitur aut est tpalis ac perpetua, si est temporalis cui potest per aliquod humanũ subsidium vel auxilium naturę vel artis subueniri, tunc est conclusio. Quod talis frigiditas non impedit matrimoniũ nec dirimit si contrahatur, tamen male facit homo à contrahendo quãdiu est in illo statu, nisi magna necessitas vel vtilitas hoc requirat, Si autem frigiditas est perpetua & iterum subdistinguitur secundum aliquos aut est permanẽs & perpetua cum omni muliere, & sic est conclusio, ꝙ impedit matrimonium & dirimit contractum. patet ista conclusio rationibus positis in præcedenti quæstione de impotentia coeundi perpetua, si vero non cum omni, sed cũ ista vel cum illa quæ æque est vel magis est frigida propter quod non potest excitari natura in viro ad actum carnis cum illa excitatur tamen cum alia calida, Et sic est alia conclusio quod talis frigiditas impedit & dirimit matrimonium cum illa frigida, & non cum illa cum qua coire potest etiam si post diuortium factũ cũ prima, duxerit illam secundam. Et si dicatur quod contra hoc sunt iura, quæ dicunt, quod quando fit separatio ille ex parte cuius allegatur impedimentum debet manere sine spe coniugij. Respondetur quod illud intelligitur, in casu in quo qui frgidus est ad omnẽ mulierem, non in isto casu. Sed dicit Sanctus Thomas in quarto, quod non potest esse perpetuum impedimentum naturale in viro respectu vnius personæ, & non respectu alterius. Et sic iste casus nõ est dandus de impedimẽto frigiditatis perpetuo, & naturali secundũ S. Tho. Circa ꝙ impedimẽtũ impotẽtię coeũdi, Notãdũ ꝙ ꝓbari põt vere vt cũ vir ꝑ testes sufficiẽtes ꝓ-

Primũ ar.
Secũdũ ar.
Tertium ar

bat se anteq̃ mr̃moniũ cõtraheret mẽbris genlilib' prima tum esse, vel præsumptiue, quando.s. cohabitauit per triennniũ & bona fide operi carnali operam dederunt, nec tamẽ mulier est cognita à viro extra de frigidis & maleficia. laudabilem. Et tunc aut vterque proclamat ad iudicium profitetur impedimentum, & tunc propter periculum collusionis vterque iurabit, ꝙ bona fide officio carnali operam dederunt, nec tamen conuenire potuerũt. Iurabunt etiam cũm eis septem personæ propinquæ, vel vicinæ bonæ famæ earum personas & statum cognoscentes. extra de frigidis & maleficia. laudabilem & c. licere. Si autem mulier fuerit prouocata ad separationem dicens se à viro non esse cognitam, viro contrarium asserente, creditur viro quia caput est mulieris. ex. e. ti. c. 1. §. illa autem. Quod intelligendum est, nisi mulier per aspectum corporis proprij velit ꝓbare virum esse mentitum. Si aũt vir dicet se nõ cognouisse vxorem, & petat ab ea separari vxore contradicente, non creditur sibi soli, sed sibi incumbit probatio. Sed quo modo hoc possit probare non video, nisi probando se esse priuatum genitalibus membris, antequam matrimonium contraheret, vel nisi forte vxorem accepit virginem, peteret eam facere inspici, & si integra ĩueniretur, videret suũ propositum probasse, nisi forte mulier replicaret cõtra virum, ꝙ bona fide non dedit operam officio carnali. Separatione vero facta datˢ mulieri licentia contrahendi ex. e. ti. c. laudabilem. frigidus aũt sine spe coniugij permanebit. Qui si cum aliqua cõtraxerit, & eam cognouerit, cogetur redire ad primam. ex. e. ti. c. 1. & c. laudabilem. Cuius rõ est quia tunc constabit ecclesiam esse deceptam in iudicando impedimentum perpetuum, ꝙ erat temporale. ¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositum. Ad primam rñdetur negando consequentiam, quia vt inquit S. Tho. caliditas superflua vix põt esse impedimentũ perpetuũ, si tñ inueniretˢ, ꝙ per triennium impediret carnalem copulã, iudicaretur perpetuum, tñ quia frigiditas magis & frequenter impedit. tollit. n. non solum cõmistionẽ seminum, sed ẽt rigorem membrorum, quo fit coniunctio corporũ. Frigiditas magis hic ponit impedimentũ, quam caliditas, tñ oĩs defectus naturalis ad frigiditatẽ reducitˢ. Concor. Alb. magnus in quarto. ¶ Ad sc̃dam rñdetur negando consequentiã, & rõ est quia veluti quanuis qñq; non habeant caliditatem sufficientẽ ad generandũ, tñ hñt caliditatem sufficientẽ ad carnalem copulã. Et ideo cõcedit̃ eis matrimonium ſm ꝙ est in remediũ, quanuis non cõpetat eis ſm ꝙ est in officium naturæ. ¶ Ad tertiam rñdetur negando cõsequentiam. Et rõ est iuxta S. Tho. quia masculus est agẽs in gñatione, sed fœmina patiens. Et ideo maior caliditas requiritur in viro ad opus generationis, quã in muliere. Vnde frigidas quæ facit virum impotentem non facit mulierem impotentem, sed in muliere potest esse impedimentũ naturale ex causa aliæ. s. arctatione, & tunc idem est iudicium de arctatione mulieris & frigiditate viri.

10 **Secundo** † Quæritur de impotentia viri coeundi ꝓpter impedimentum accidentale, puta ꝑ castrationem, vel sectionem. Quæritur an tales contrahere possint. Ad hanc quæstionem rñdetur iuxta Raymundum ꝙ hoc firmiter tenendum est, quod tales in quib. vterque testiculus abscissus, quia inepti sunt ad reddendum debitum contrahere nõ possunt, sicut nec pueri. ex. de frigidis & malefi. ꝙ sedem. Quod si contraxerint diuidendi sunt, qm̃ nullum est matrimoniũ. Si vero matrimonium ꝓcessit castrationem, siue sectionem non separanˢ, licet vir effectus sit ineptus ad reddendum debitum vxori. 32. q. 7. hi qui intelligitur ista castratio ſm Richardũ. ĩ quarto. trũcatio mẽbrorum genitalium cõprehẽdendo testiculos & virgã. Quidam aũt dicunt, ꝙ si remanet virga quæ erigaˢ, & si abscissis testiculis, ꝙ tunc tale matrimonium nõdum consummatũ non soluitur, sicut dicit gl. de Spadone, nam talis satisfacit mulieri sicut mulier satisfacit viro suo, siue resoluat sperma siue non, nec requiritur in matrimonio ꝙ semper sit spes filiorum, sed sufficit quod carnalem copu-

11 lam exerceat † De castrato & Spadone dicit Petrus de paludein quarto, quod si non impediuntur ab actu generationis, licet ab effectu quia in eis virga erigitur & sẽmẽ emittitur, sed inualidum ad generandum contrahere possunt, sed si non emittunt semen, non possunt contrahere secundum quosdam. 31. q. 7. hi qui nec contrahitur per quos affinitas. Item qui non potest seminare in loco debito, non potest contrahere, quãuis & reliqua & deflorare possit, quia impotentia coeundi est absolute quando quis non potest carnalem copulam exercere, non autem reputatur in iure carnalis copula subsecuta, nisi sit consummata per seminariam ordinariam. extra de spon. c. vltimo. ¶ Hic insurgũt

12 aliquæ paruæ quęstiones primo † quid si aliquis cum virgine copulari non potest. sed cum corrupta bene. Responde tur secundum S. Tho. in quarto, quod possunt medicinaliter cum aliquo instrumento claustra pudoris frangi, nec hoc esset contra naturam quia non fieret ad delectationẽ, sed ad medicamentum. Concordat Albertus. ¶ Secundo Prima qõ Respondet S. Thomas.

14 quæritur † quid si vir mouetur ad pulchram sed non ad turpem. Respondetur secundum S. Tho. vbi supra ꝙ abominatio mulieris non est causa naturalis, sed accidentalis extrinseca. Et ideo de ea est idem iudicium ꝙ de maleficio, de quo infra dicetur. Dicit autẽ Albertus in quarto, ꝙ in tali casu monẽda est mulier, ꝙ se exhibeat mũdicia & ornatu & affabilitate amabilem viro, & ipse monẽdus est vt excogitet causas, quibus amabilior fœmina efficiatur. Et si hoc non potest videtur idem esse quod de maleficiato. Et ideo separari possunt, & alijs coniungi.

14

Tertio Quæritur de impotentia coeũdi ex parte mulieris quæ est arctatio mulieris. † Si arctatio mulieris impediat matrimonium. Ad ꝙ iuxta Petrum de palude qui mihi videtur securus loqui est sic dicendum Prima cõc.

15 sub certis conclusionibus. Prima est † ꝙ si mulieri arctæ potest subueniri sine periculo, beneficio medicinæ siue per incissionem, siue velit siue non, talis arctatio est impedimẽtum temporale, nec dirimit matrimonium, quia si hodie non vult, cras potest velle. vnde voluntas quæ non est perpetua non facit impedimentum perpetuum. ¶ Secũda cõclusio, ꝙ si per vsum istius hoĩs de quo quæritur põt fieri cognoscibilis ab isto, quanuis possit fieri cognoscibilis, tẽporale est impedimentum & per consequens nõ dirimũt. ¶ Tertia conclusio, quod si nec per inscissionem, nec per vsum eius potest fieri cognoscibilis ab isto, quanuis possit fieri cognoscibilis per vsum alterius, non est seperãda ab illo. secundo si cum eo contraxit, nec reddenda primo, ẽt si per alium fuerit aptata, quia quandiu est iuncta non potest ea alter vti, & sic illud remedium est impossibile de iure diuino & positiuo, quia esset adulterium & fornicatio. ¶ Quarta conclusio. si mulier est ita arcta, quod à nullo ordinarie sit cognoscibilis, debet remanere sine spe coniugij, & viro datur licentia cum alia contrahendi. ¶ Quinta conclusio si mulier est arcta quo ad aliquem, puta senem, cognoscibilis autem per alium, puta iuuenem licentianda est ad illum. Et dicitur incognoscibilis quando nõ potest infra eam naturaliter seminare, licet possit extra ordinariè pollui. ¶ Sexta cõclusio. si mulier separata ab vno q̃ nõ poterat cognosci, & commista alteri similis conditionis, & ab illo cognita matrimonialiter vel fornicariè, quia ecclesia tunc fuit decepta, quia vero simile est, quod per longũ vsum fuisset primo aptata, tunc reddenda est primo, quia impedimentum fuit temporale, ẽt si primus iam cum alia contraxerat, quam in hoc casu dimittere debet, & ad primam redire, nisi ipsa prima ad religionem transiuerit & sic solenni voluntate construxerit ad perpetuam continentiam, tunc enim remanebit cum secunda, cum qua post diuortium contraxerat, vt in decretali extra eo. fra- Sc̃da concl. Tertia con. Quarta cõ. Quinta cõ. Sexta conc.

16 ternitatis. Sed hic surgit quæstio multiplex prima est † quomodo constabit quod mulier arcta separata à primo per vsum alterius facta sit modo idonea illi primo. Respõdetur secundum Gulielmum glossatorem Raymundi, ꝙ per iuramentum matronarum à quibus inspicietur ipsa, vel forsan vterque. ¶ Item quid si reddita primo non inuenerit primus aptam sibi dimissis varijs modis dicendi. Respondetur secundum Hostiensis, quod remanere debet cum primo, per triennium quasi præsumatur maleficiatus fuisse, qui si interim eam cognoscere potest cum ea manebit, alias elapso termino restituetur secundo sine spe quod iterum reddetur primo. Idem etiam dicit gloss. super capitulo fraternitatis. ¶ Item quæ

17 ritur † cum muliere quæ est arcta, sed per inscissionem potest fieri apta, potest matrimonium contrahi cum ea. Item quæritur, quid si ante inscissionum, quis ducit eam, nunquid facta inscissione poterit ab ea recedere. Respondeo iuxta Gulielmum, quam si duret adhuc


adhuc primus conſenſus facta inſciſſione non eſt opus
nouo conſenſu, vt dicit Hugut.ſed ſublato impedimento
per inſciſſionem pp quem conſenſus erat inefficax,ad ef-
ficiendum matrimonium iam efficax eſt ad efficiendum.
Leg.¶[Quod autem,ſic.n.Chriſtus ait &c.]iſtæ allegatio
nes non ſunt ſufficientes,nec faciũt ad propoſitum, hæ.n.
autoritates in his habent locum inter quos eſt coniugium
ſed inter frigidum & aliam nunquam eſt vel poteſt eſſe,ſi
cut Augu.exponit 28.q.1.idolatria [non legi]ſubauditur
ſemper,vt ſit ſenſus non eſt alligata legi,alia non dicit ve-
rum,quia vterque tenetur reddere debitum adulteri, niſi
communi conſenſu vouerint continentiam, vel niſi alter
alterum dimiſerit cauſa fornicationis,tunc.n.licet non te-
neatur reddere debitum,tenetur tamen vt ad alia vota nõ
ſe transferat.Hu.[his itaque]non valet hæc reſponſio quã
Gratianus facit ſecundum aliam opinionẽ reprobatam de
inito & conſummato matrimonio.Et ſecũdum quod ma
le allegauit,male reſpondet Hu.[officio]carnali cõmiſtio
ne[antequam confirmet]hoc in nullo caſu eſt verũ,ſi ma-
trimonium eſt contrarium Hug.



Vod autem interrogaſti.

Ad idem inducitur hoc c.quod eſt Gregorij
in regiſtro.Summa eſt in rubro.Breue eſt.
¶[Quod autem]hoc c.habetur ſupra 28 quæ
ſtione 2.quod autem.& ibi expoſitum eſt, &
non te pigeat ibi videre.

1 *Frigiditas eſt impedimentum perpetuum.*
2 *Factum præcedens colligitur ex ſequenti.*
3 *Matrimonium non poteſt diſſolui ratione ſterilitatis.*
4 *Iuramentum an capiatur conuenienter a propinquis in ſeparatione matrimonij.*
5 *Matrimonium an poterit ſeparari ſi nullus ſit propinquus.*
6 *Matrimonij ſeparatio quare magis fit manu propinquorum, quam aliorum.*
Et quare requirantur ſeptem.nu.7.
Et quid ſi tot non poſſunt inueniri.nu.8.



Equiſiuiſti Ad idem eſt hoc capitulũ
quod eſt beati Gregor. ad
Auguſt.Anglorum epiſcopum. Et diuiditur — Diuiſio.
in tres partes. In prima ad quæſtionem qua
quæritur quid faciẽdum ſit, cum ob cauſam
frigiditatis dicunt ſe aliqui nõ poſſe adinuicẽ
carnaliter commiſceri. reſpondet ꝙ ſi vir non poteſt mu
lierem habere pro vxore,habeat pro ſorore,vel ſi ſepara-
ri volunt, maneant innupti.In ſecunda dicit,quod ſi mu-
lier vult procreare filios licentietur ad ſecũdas nuptias.In
tertia dicit,quod ſi contingat quod vir aliam mulierem
cognouit cogant̃ reuerti ad priora connubia. ſecunda ibi,
quod ſi mulier.tertia ibi,quod & ſi ille. iſta materia ſatis
in principio huius quæſtionis eſt diſputata.Lege textum.
¶[Requiſiuiſti commiſceri] carnaliter [hanc eam quaſi — Exponit literam.
ſororem]conſilium eſt quia non cogitur eam retinere vt
infra eadem capitu.ſuper illo.[retinaculum] id eſt, vincu
lum coniugij de facto,vel quo ad opinionem hominum.
Sæpe.n.pro vero ponitur quod eſt in opinione hominum
reſcindere,ergo videtur quod erat,integrum,& per cõſe
quens verum.Reſpon.quod oĩa iſta ſecũdum Hu.ad factũ
vel opinionem referuntur.Concordat dominus Bonauen
ra in quarto.in expoſitione literæ,d.34.dicens,ꝙ ſecundũ
veritatem nõ fuit ibi vinculum matrimoniale,ſed ſm ap
parentiam & æſtimationem[vtrique innupti.] Sed quare
fœmina prohibet̃ à matrimonio cum ei j.e.ti.concedatur
nubere,dico ꝙ verbum illud ſimul accipitur præceptiue
quo ad virum,& conſultiue quo ad mulierem ſecundum
Hu.[naturaliter].i.carnaliter, vel naturali frigiditate inter
1 ueniente.Et eſt ar.†ꝙ frigiditas eſt impedimentum perpe
2 tuum ar.j.e.q.5.qui ſitit.[Igitur ſi vir]patet rõ arg.†ex fa-
cto ſequenti præcedens colligi infra 34.q.1.c.1. Eſt proba
tio canonis contra quam nõ admittitur probatio in con-
trarium.Eo n.ipſo ꝙ aliam vult inducere præſumitur à ca
none,ꝙ eam ex odio dimiſerit, nec recipitur probatio in
contrarium.Et eſt ratio expreſſa, quia ex quo aliã cogno
uit,nunquam poteſt eſſe ꝙ fuerit frigidus, quia frigiditas
naturalis qualitas naturalis, cũ natura incipiens & cum ea
terminatur Hug.[quod ſi mulier]ſecunda pars.[volo eſſe
mater]videtur.n.maledicere,quia pp ſterilitatem vxoris
non poteſt vir allegare contra vxorem,ꝙ velit eſſe pater,
ergo nec pp frigiditatem viri, mulier ꝙ velit eſſe mater,
3 item videtur ex hoc†quod rõne ſterilitatis matrimonium
diſſolui poſſit quod non eſt verum.Reſpondeo ꝙ vt dicit
dominus Bonauentura ſancti curialiter loquuntur,ſm ꝙ
ipſæ mulieres ſunt verecundæ,mulier.i.non poteſt ſepara
ri à viro propter defectum potentiæ generandi,ſed poten
tiæ coeundi.vnde in illa locutione curialiter intelligitur,
ꝙ vult cognoſci à viro.Concordat S. Tho. quod ponitur
hic procreatio filiorum pro culpa quam mulieres verecũ
dãtur expetere.Et iſta argumenta quæ fiebant non proce
dunt[vterque eorum ſeptima manu propinquorum]dicit
quomodo diuortium debeat fieri cum impotentia coeun
di allegatur[ſi vterque confiteatur].ſ.vir & vxor impedi-
mentum, tunc debent iurare,quod bona fide operam dã-
tes carnaliter iungi,nunquam carnaliter cõmiſceri potue
runt.Et vt diuortiũ non de facili celebrent requiritur,qđ
ſeptem de propinquis qui melius de hoc poſſunt ſcire ve-
ritatem,iurent quod credant eos verum dixiſſe.Sed circa
4 hoc ſurgunt multæ quæſtiones.Prima eſt†vtrũ conuenien — Prima q.
ter capiatur hoc iuramentum à propinquis.Et videtur ꝙ
non,quia nullus debet iurare,niſi de eo de quo certus eſt,
ſed nullus propinquorum certus eſt pro eo ꝙ actus ille la
tebras requirit,ergo videtur ꝙ nullus poſſit iurare.¶Item
5 ſecũdo†ſi nullus ſit propinquus,vel pauci,nũquid poterit — Secũda q.
6 ſeparari.¶Tertio † quare magis debet fieri manu propin — Tertia q.
quorum,quam aliorum,cũm propinq magis ſint ſuſpecti
7 quam extranei.¶Quarto†quare requiruntur ſeptem, cũ — Quarta q.
dominus dicat in ore duorum vel trium ſtat omne ver-
bum.¶ Ad iſtã reſpondetur.Ad primam reſpondetur iux
ta dominum Bonauenturam,ꝙ quauis de actu illo nun-
quam habeatur certitudõ per facti euidentiã,homo tamẽ
vt plurimũ per ſigna probabilia,& cõiecturas, quæ quan
uis non ſufficiant ad generandum ſcientiam, ſufficiant tñ
ad generandam fidem,ſiue credulitatem,quæ aliquod ro-
bur præſtat.Concordat dominus Albertus dicẽs,quod te
ſtes illi non iurant,ꝙ illi ſunt commiſti,aut nõ, ſed potius
ꝙ credant illos verũ iuraſſe.vnde illi quorum ab eis denũ
tiatur primo iurant,ꝙ nunquam carnaliter conuenerunt
& alij poſtea iurant,quod credunt eos verum iuraſſe.¶Ad
ſecundam reſpondetur ꝙ non.nam ſi propinqui deſunt,
aſſumuntur vicini,qui & ſi non ſunt alij,aſſumũtur qui ex
ceptione ſunt maiores.Et iſti omnes propinqui eſſe dicũ
tur hoc largo ſumpto vocabulo,vt dicit Albertus magnus.
Cõcordat hic Hu. ¶Ad tertiam quæſtionem rñdetur iux
ta dñm Bonauenturam,quod duplici rõne fit manu ꝓpin
quorum.primo quia ius magis conſtat.ſecundo quia pro-
babile eſt,ꝙ magis pro matrimonio ſtent. Concordat Al
bertus magnus & S.Th.quia hi de hoc melius poſſunt ſci
re veritatem per ſigna probabilia.¶Ad quartam quæſtio
nem reſpondetur iuxta Albertum magnum, ꝙ in fauorẽ
matrimonij & pp horrorem ſeparationis vt cæteri terreã
tur,indictum eſt de teſtium multiplicatione. Quod autẽ
dominus dicit Mat.18.In ore duorum &c.intelligit in cau
ſis,quæ non ſunt adeo fauorabiles,& poſſunt ad notitiam
8 melius venire quam iſta. ¶Surgit hic q.†quid ſi tot nõ poſ
ſunt haberi dicit Hu.Credo ꝙ pauiores ſufficiant arbitrio — Huguti.
iudicis.ar.2.quæſtione.5.presbyter omnibus[humanum
dico].i,diſpenſatiue loquor.i.ſecũdũ eam diſpenſationem
ſm quam dicit apoſtolus,vnuſquiſque habeat ſuam vxorẽ
& cætera, quaſi diceret permittitur tali fœminæ, ſicut &
alij vt contrahat etiam cauſa incontinentiæ vitandæ Hug.
[quod ſi & ille]tertia,pars.[hi qui iurauerunt].ſ. principa-
les perſone ſcilicet vir & vxor.Alij vero teſtes inducti non
ob hoc poſſunt notari periuri. vir enim & vxor iurant in
propria anima,ſic eſſe vt dicunt.Alij vero adiuncti non iu
rant ſic, eſſe verum vt illi dicunt, ſed iurant ſe credere ita
eſſe verum, vt illi dicunt. Secundum autem intellectum
aliquorum poteſt referri etiã adiunctos teſtes.¶Sed tunc
eſt mirum, quod dicantur periuri cum non iurauerunt
ſic, eſſe,ſed ſic,ita credere.Ad hoc dicendum eſt,vt dicit
S.Thomas quod dicuntur periuri rei, quod eorum teſti-
monium ita pro nihilo computatur ac ſi periuri eſſent.nõ
tamen culpam aut infamiam periurij incurrunt, ſi eos
verum dicere credebant. Concordat dominus Bona-
uentura dicens, quod facienda eſt vis in verbo. Non
.n.dicit,quod ſunt periuri, ſed quod rei teneantur,quia re

tractanda est sententia diuortij lata per illa iuramenta, sicut lata esset per iuramenta falsa, pro eo quod facti euidētia ostenditur illa iuramenta fuisse nulla quantum ad illā sententiam fortificandam, sed potius præbuerunt erroris occasionem. Sed lectura prima.s.quod de principalibus loquatur.s.de viro & muliere, magis videtur esse de mēte loquentis, vt patet ex his quæ sequuntur [pœnitentia]. s.de adulterio & periurio, quia adulteri & periuri rei sunt, vir, & vxor, si vterque est in culpa [peracta] vel saltem incepta [cogantur] quia in hoc casu vterque est reus adulterij. Et ideo nemo potest obijcere adulterium vel cogātur nisi velint perpetuo viuere.

Hoc autem seruari præcipitur.

§.Est, in quo incipit secunda pars quæstionis Ioan. de Archid.[Cæterum si vir] pro ista quæstione sequitur capitulum præsens.



I quis acceperit. Ad hoc inducitur hoc capitulum ex concilio apud compendium habito. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶[Si quis aliquo tempore] non diffinit quanto, sed intelligo tempore. s. diffinito. hoc est triennio. Ante enim non potest alter de altero conqueri, quod non redditur ei, quod sibi debetur. hoc enim tempus statutum est in auten. de nupt. §. per occasionem. Sed spacium duorum mensium statutum est, extra de frigidis & malefic. accepisti. sed illud exsufflatum est. Hugutio. [in veritate viri] id est in iuramento de veritate super hoc à viro præstito, vt extra de desponsa. impub. continebatur. Ecce probatio defertur viro, cū est controuersia de carnali commistione inter eum & vxorē cui est maior fides danda, tanquam potiori & capiti ac maioris virtutis & constantiæ, nisi vxor per aspectum corporis vult probare se esse virginem.

Exponit literam.

Hugu.

Ecce. §.Est, & est tertia pars questionis, in quo quærit magister Gratianus quod impossibilitas coeūdi soluit matrimonium. Alio modo potest contingere per maleficium. Et de hoc inquirendum est an impediat matrimonium & respondet per sequens capitulum.

4 *Maleficium est impedimentum perpetuum.*



I per sortiarias. Hic agitur de impedimento quod dicitur maleficium, hoc capitulum est Imari Archiepiscopi Remensis. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit, quod vbi maleficium inuentum fuerit laborandum est vt orationibus & ieiunijs & per quæcunque alia, medicinalia, aut ecclesiastica remedia sanetur. In secunda dicit, ꝙ si sanari nō possit, separādi sunt. In tertia ostendit, ꝙ si postquam separati fuerint, si contingat restitui potentiam coeundi, nunquam reconciliabuntur. secunda ibi, ꝙ si forte. tertia ibi, sed postquam. Pro pleniori intelligentia huius partis quærenda veniunt plura.

Diuisio.

¶Primum est vtrum alicuius maleficij impedimento possit aliquis impediri à potentia coeundi.

¶Secundum est, vtrum maleficium possit impedire matrimonium.

3 ¶Tertium est vtrum maleficium possit impedire siue medicinari per aliquod maleficium.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur quod nō sit tale impedimentum. s. maleficiū quod impediat potentiam coeundi. Primo sic. Potestas dæmonis non legitur data fuisse, nisi sanctis, sed ille qui facit maleficium habet in potestate dæmonē, ergo ipse est sanctus, ergo videtur quod maleficium sit sanctum, ergo nō fit per incantationem. ¶Secundo sic. Si aliquis maleficiatur, necesse est vt hoc aliqua operatione fiat, quæ fiat circa corpus maleficiati, vel circa animam. Si ergo dæmō operatur, quæratur de modo, non enim operari potest per imperium, quia super nihil constitutus est, & non sunt plures modi operationum, ergo dæmon non potest impedire aliquem. ¶Tertio sic, Dæmon magis vult aliquē esse in concupiscentijs fœminarum & coitu, quam esse cōtinentem, cum ergo maleficium facit aliquē cōtinentem videtur quod ipse nullum maleficiat. ¶In oppositum est cap. præsens. Respondeo dicendum, quod vt tangit tam S. Thomas in quarto, quam Bonauentura. Quidam dixerunt, quod maleficium nihil erat in mundo, nisi in æstimatione sola hominum, qui affectus naturales quorum causæ sunt occultæ maleficijs imputabant. Sed hoc est contra authoritates sanctorum, qui dicunt quod dæmones habent potestatem supra corpora & imaginationē hominū, quando à deo permittitur. vnde malefici per eos signa aliqua facere possunt. Sicut patet de magis Pharaonis Exo. 7. procedit autem hæc opinio ex radice infidelitatis, quia non credunt esse dæmones, nisi in æstimatione vulgi tantum, vt terrores quos homo sibi ipsi facit ex sua æstimatione imputet dæmoni, quod & ex imaginatione vehementi aliquando figuræ aliquæ apparēt in sensu tales quales ipse cogitat, ex tunc credūtur homines videri, sed hoc vera fides repudiat, per quam angelos de cœlo cecidisse & dæmones esse credimus, & ex subtilitate suæ naturæ multa posse, quæ nos non possumus, & illi qui eos ad talia facienda inducunt malefici dicuntur. Ponitur ergo conclusio responsiua, ꝙ est impedimentum maleficij, quod impediat potentiam coeundi, patet ista experimento, patet ex autoritate sanctorum, patet ex statutis, quæ in iure ordinata sunt circa maleficiatos. Ratione probatur sic potestas dæmonis est maior quam hominis. Iob quarto. nō est potestas in terra, quæ ei cōparetur, sed opere humano potest aliqs alterum impedire ad carnalem copulā, vel castrando, vel secando per violentiam, vel dando medicinam per virtutem lapidis aliquam occultam, sicut aliqui medici narrant, ergo multo fortius potestate dæmonis potest fieri. ¶Ad rationes in oppositum dicēdum. Ad primam respondetur iuxta Albertum, quod potestas super dæmones coercens eos à maleficijs nō legitur data nisi sanctis, sed potestas dæmonis ad operationem erroris sæpe legitur data infidelibus & malis hominibus, sicut datur Antichristo, & necromanticis tota die data, & ita ratio non procedit. ¶Ad secundam respondetur, ꝙ diabolus ista facit aliqua operatione, & varia permittente Deo, & hoc multipliciter. Nam (vt ait dominus Petrus de Palude, in quarto) habet dæmon ex hoc ꝙ est spiritus potestatem super creaturam corpoream ad motum localem prohibēdum vel faciendum, vnde potest corpora impedire ne sibi mutuo appropinquent vel directe, vel indirecte interponendo se inter eos in corpore assumpto: ¶Secundo modo potest inflammare ad actum illum vel refrigerare ab actu illo adhibendo occulte virtutes rerum, quas optime nouit ad hoc validas. ¶Tertio turbando imaginationem, & fantasiam, & æstimatiuam, qua reddit mulierem exosam, qua potest in imaginatione imprimere. ¶Quarto prohibendo directe rigorem membri, sicut & motum localem cuiuscunque membri. ¶Quinto prohibendo missionem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendāt, vel ne excidatur, vel ne emittatur, & multis alijs modis, qui sunt possibiles dæmonib. & nobis occulti. ¶Ad tertiam respondetur, quod falsum est quod maleficium faciat aliquem continentem sed bene impotentem.

2 **Ad secundum** Sic pceditur, †ꝙ maleficiū non possit impedire matrimoniū. Primo sic. Alia scr̄a non impediunt per maleficium, ergo nec matrimoniū ꝙ minus vr̄ nocere diabolo quam alia scr̄a. ¶Scd̄o sic, fortius est opus Dei, q̄ opus diaboli, sed maleficiū est opus diaboli, ergo non pōt impediri matrimoniū ꝙ ē opus Dei. ¶Tertio sic, carnalis copula nō pōt impediri nisi impediat potētia gn̄andi, q̄ est principiū eius, sed vt vnius viri potētia gn̄atiua se habet ad oēs mulieres ęqualiter, ergo p maleficiū nō pōt dari impedimentum respectu vnius, nisi sit respectu omnium, sed hoc non est, ergo &c. ¶In oppositum est c. præsens, & extra de frigidis & maleficiatis c. literæ. ¶Respondeo dicendum sub tali conclusione, ꝙ impotētia coeūdi proueniens ex maleficio aliquādo impedit, aliquando non, ista cōclusio est oīm doctorū ſm quos est distinguendum, ꝙ talis impotentia pueniens ex maleficio aut est temporalis, aut perpetua. Si temporalis, est conclusio ꝙ non impedit, tunc autem præsumitur temporalis, quādo infra spatiū triū annorum cohabitātes, siue per ecclesiastica sacra, siue per alia remedia quæ tangūtur hic in litera huius capituli, sanari possunt. Si autem non sanantur

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

riantur aliquo remedio præsumitur esse perpetua. Si ergo est perpetua talis impotentia coeundi, aut præcedit contractionem matrimonij, aut sequitur. Si præcedit est conclusio, quod facit personam illegitimã ita ꝙ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractũ de facto. Si vero talis impotentia sequat, est conclusio ꝙ tale maleficium non impedit sicut etiam de sectis dr̃ supra 32. q.7.c.hi qui.vbi dicitur hi qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus amẽtia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit ob hãc causam coniugia talia solui nõ possunt, patet ẽt extra de frigidis & malefic.c.ex literis, vbi in gl.habetur, ꝙ nullum impedimentum dirimit matrimonium nisi præcedat. Et extra de conuer.coniu.ca. ex parte tua.dicit Inno.ex quo matrimonium inter legitimas personas, vel per verba de præsenti contrahitur, in nullo põt casu dissolui, vt viuente reliquo alter possit ad secunda vota transire, in separando autem maleficiatos simili modo procedendum est, sicut in separatione propter frigiditatẽ excepto ꝙ frigido non datur licentia contrahẽdi cum altera, sicut datur maleficiato. Et rõ est vt dicit S.Tho. quia qui impotẽs ẽ ex frigiditate, sicut est impotens ad vnã ita ad aliam. Et ideo quando dirimitur matrimonium nõ datur ei licentia vt alteri coniũgatur, vel ex maleficio homo potest esse impotens ad vnam & non ad aliam. Et ideo qñ iudicio ecclesiæ matrimonium dirimitur, vtrique datur licentia ꝙ alteram copulam quærat. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiã, quia alia sacramenta non habent in ministerio vim generatiuam inter alias potentias magis corruptam & infectã sicut matrimonium. Et ideo diabolus plus potest in hoc, quam in alijs sacramentis. Vnde S.Tho. assignans rationẽ quare magis maleficijs potestas permittitur à Deo in hoc actu.s. generationis, quã in alijs, dicit quia corruptio peccati prima per quam homo seruus factus est diaboli ĩ nos per actum generantem deuenit, sicut in serpẽtibus magis ostenditur virtus maleficiorum, vt dicitur, quam in alijs animalibus, quia per serpentem mulierem diabolus tentauit. ¶ Ad secundam respondetur iuxta Albertũ, ꝙ opus dœmonis propria potestate nõ destruit opus Dei, sed deo permittente & homine promerente, hoc patrari. Sic destruit sæpe diabolus Dei charitatẽ & fidem & effectus aliorum sacramentorum. Concordat S.Tho. dicens opus Dei potest opere diaboli impediri, diuina permissione, non ꝙ diabolus sit Deo fortior, vt per violentiam opera eius destruat. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiã. Et ratio est, quia impedimentum illud non est naturale & ideo non respiceret omnes, sicut frigiditas naturalis æqualiter omnes respicit, sed est impedimentum præstitum à diabolo, qui voluntariè agit non necessitate naturæ. Et potest patrare impedimentum, quandoque quantum ad omnes, quandoque quantum ad vnam, sicut requiritur à sortilegis siue incantatoribus.

Ad primum argu.

S.Thom.

Ad secũm.

Ad tertium

3 **Ad tertiam** Quæstionem sic proceditur. † Et videtur maleficium excludẽdum siue curandum per aliud maleficium. Primo sic, quia hoc docent necromantici.s.vnum maleficium per aliud excludi, sicut patet in libro Ermetis, qui de secretis Aristotelis intitulatus, ergo videtur quod hæc via possit impediri. ¶ Secũdo sic, in medicinis corporalibus vnius artis est facere infirmitatem & curare eandem, ergo & in spiritualibus erit eodem modo, sed necromantia est inferre maleficium, ergo eius erit expellere illud. ergo videtur ꝙ ad ipsam potest recurri pro medicina maleficij. ¶ Tertio sic, dicit Chrysostomus, omnis res per easdem res destruitur, quibus cõponitur, sed maleficium factum est per diabolum, ergo videtur præstolandum diaboli auxilium ad maleficij destructionem. ¶ In oppositum est capitulum præsens, vbi non datur medicina ad hoc, nisi per ieiunia, & orationes, & cõfessionem peccatorũ, & huiusmodi, ergo alia medicina nõ est requirenda. ¶ Respõdeo dicendum sub ista conclusione, quod nullo modo quærenda est medicina pro maleficio per maleficium, siue per incãtatorem, sed potius supertolerandum est maleficium. Quæ conclusio probatur primo sic, Deuterono.18.lex præcipit interfici qui magos cõsulit, & quærens à mortuis veritatem, ergo ad ipsos maleficos nullus debet recurrere. ¶ Secundo sic, graue scelus est facere maleficiũ quo honori diuino detrahitur, & demon actor maleficij, quasi Deus honoratur, ergo nullo modo est faciendum, quia in eo grauissime Deus offenditur. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur, quod illorum dicta pestifera sunt, & falsa docent, & ideo de eis non est curandum. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundum Albertum, quia non est simile, quia medicina est ars salutaris, ratione vtens per operationes naturæ, cui Deus dedit virtutem curandi. vnde dicitur Ecclesiastici trigesima quarta. honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit altissimus, & ibidem, Deus de terra creauit medicinam, & vir prudens non adhorrebit eã, sed necromantia est ars pestifera quo ad operationes suas, & nulla ratione vtitur. Sed vi dæmonis pro antidoto, & ideo ecclesia hoc damnat omnino. de ista materia plurima notauimus, & disputauimus supra vigesima sexta quæstione 2. & 3. &c. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominũ Bonauent. quod omne tale maleficiũ dissolui põt per maleficium, vel humanum consilium, quia malefici sicut per eorum confessionem scitur, aliqua maleficia sciunt facere quæ ipsi ad pœnitentiam conuersi non possunt destruere, nec homines sciunt consilium adhibere propter hoc, quod industria diabolica super excellit humanam, & qm̃ humanum consilium deficit. Et Deus propter meritum peccata præteriti frequenter non exaudit, & diabolus ad hoc non debet inuocari, nec eius patrocinium implorari. hinc est quod tale maleficium dicitur esse perpetuum. Concordat Sanctus Thomas. Lege textum. ¶ [Si per sortiarias ac maledicas artes iudicio Dei] vt 7. quæstione. 1. sciscitaris, & distinctione 56. si gens. Nota hic, quod ista maleficia contingunt homini promerente diabolo per se aut membrum suum hoc agente, & Deo iuste permittente homine promerente, vt quando in actu carnis suam concupiscentiam exercuit, & turpiter cum multis cum eodem actu peccauit, meretur vt matrimonio sit indignus, cum hac vel illa quam desiderat diabolo operante, & hoc vario modo sicut supra exposuimus Deo permittente, quia quando quis sic, turpiter in libidinẽ priuatam & occultam & manifestam inuolutus vixit, Deus iusto iudicio in pœnam peccati permittit, vt quam vult nõ habeat [hortandi sunt.] ¶ Surgit hic quæstio, quia hic præsupponit quod maleficium non sit perpetuum, cum hortantur malefici ad curationem eius per orationes & cætera, & per consequens nullum impedimentum dirimit matrimonium, nisi sit perpetuum, videtur quod maleficium non impediat matrimonium, quod est contra principalem conclusionem huius capituli. Ad hoc ex dictis supra patet responsio. dicimus enim † quod maleficium est impedimentum perpetuum, nec aliud innuitur hic, licet innuatur quod sit curabile non cum humano consilio, vnde maleficium est ita perpetuum, quod non potest habere remedium opere humano, quamuis Deus possit remedium præstare dæmonem cogendo, vel etiam dæmonem desistendo. Non enim oportet, quod id quod per maleficium factum est semper possit per maleficium aliud destrui, vt ipsi malefici confitentur, & tamen si posset per maleficium remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dæmonis auxilium per maleficia inuocare. Similiter non oportet, quod si propter peccatum aliquod data est diabolo potestas in aliquem, quod cessante peccato cesset potestas, quia pœna interdũ remaneret culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi ecclesiæ non valent ad reprimẽdum dæmones semper quantum ad omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc exigente. semper tamen valent contra illas infestationes dæmonum, contra quas principaliter instituta sunt, vt dicit Thomas, semper ergo exhortandi sunt maleficiati recurrere ad Deum, sicut in litera dicitur, corde contrito & cætera [munia] id est officio suffragia vel orationes, vel sacramenta [qui Abimelech.] Genes.21. vbi dicitur, quod orante Abraham sanauit Deus Abimelech & vxorem ancillasq; eius, & pepererunt. Concluserat enim Deus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ, quo exẽplo consuluit Imarus in præsenti c. vt maleficiati orent, & orari faciant ac ecclesiastica auxilia petant, vt exorcismos, & alia sibi per ministros ecclesiæ conferri contra dæmones, & ad placandũ Deũ, vt sua misericordia curat eos [ꝙ si forte].2. pars [separari] post triennium adhibito iuramento 4

cum septima manu propinquorum, quò operam dederunt, quam debebāt ad copulam carnalē, qua ante non audientur Hu.[sed postquam] 3.pars.[expetierint] fœminæ Hu [etiam si possibilitas eis].i.maleficiatis nubendi cum alijs, & non cum primis sed potius contrarium cum tanto tempore fuerint cum illis Hu.

Sed in hoc videtur contrarius.

§.est, in quo magister ponit contrarietatem istius c.ad illud c.requisiuisti.sed dic, quod non est contrarietas, quia hoc capitulum loquitur de maleficiato. Capitulum vero illud requisiuisti, loquitur in frigido naturali supra autem dictum est, ꝙ non est idem de vno & alio in hac parte.

¶ Quæstio Secunda.



Vod autem. Hic intitulatur secunda quæstio.s.an illa possit duci in coniugiū, quam prius polluit quis per adulteriū, sed quia hæc quæstio determinata.supra 31.q.1.vbi dictum est quod si adulter non fuit machinatus in mortem viri, nec vxor fidē dederit adultero de contrahendo cum eo, tunc potest cū illo contrahere, quia mulier mortuo viro soluta est à lege viri, & potest nubere, cui vult in domino.ideo magister ea prætermissa annectit aliam quæstionem incidentem, an.s. maritus sit cogendus recipere vxorem quam propria authoritate dimisit.Sed hæc quæstio aliam quæstionem habet annexam.s.an liceat alicui dimittere vxorem propria autoritate.Diuiditur autem ista quæstio in 10. partes. In prima probat per tria capitula, quod si quis vxorem dimittit sine iudicio ecclesiæ cogendus est ad eam redire.

1 *Vxorem propriam an liceat alicui dimittere propria autoritate, siue sine iudicio ecclesiæ.*
Quod non nisi in quatuor casibus.nu.2.
3 *Maritus potest accusare vxorem de adulterio dupliciter.*
4 *Procedi tribus modis potest in criminibus.*



Eculares Hoc est primum capitulum primæ partis sumptum ex concilio Carthaginensi, in quo interfuit Augustinus.Summa est in rubro.non diuiditur. ¶Pro pleniori intelligentia huius quæstio-
1 nis quæritur. † Vtrum liceat alicui dimittere vxorem propria authoritate siue sine iudicio ecclesiæ, & videtur ꝙ sic. primo sic. dicitur Matthæi 1.quod Ioseph cum esset vir iustus noluit propalare coniugem suam, sed voluit occulte dimittere, quia eam impregnatam videbat. ergo nō est contra iustitiam dimittere vxorem propria authoritate. ¶Secundo sic, 2.quæstione 8.qui crimen, dicitur quod qui crimen obijcit scribat se probaturum, & qui crimen non probauerit quod obijcit, pœnam quam intulerit ipse patiatur. ergo si vir accuset vxorem suam de adulterio siue non probet habet intentum suum, quia si probet separabitur an ea, & si non probet ipsa separabitur ab eo, ergo talis causa non est in iudicium deducenda. ¶Tertio sic, sententiam à iudicio latam absque alio iudicio exequi licet, sed Deus iudex iustus dedit hanc sententiam, vt propter fornicationem vir vxorem dimittere possit, ergo nō requiritur hic aliud iudicium. ¶Quarto sic, plus tenetur homo vxori quam extraneo. sed homo crimen alterius etiam extranei non debet ecclesiæ deferre, nisi monitione præmissa in secreto. Matthæi 18. ergo multo minus potest crimen vxoris ad ecclesiam deferre, eam prius occulte non corripuit. ¶In oppositum est capitulū præsens & duo sequentia. ¶Secundo sic, nullus potest in eadem causa esse actor, & iudex, sed vir est actor impetens vxorem de offensa in se commissa, ergo ipse non potest esse iudex, & per consequens non debet eam proprio arbitrio sine authoritate dimittere. ¶Tertio sic, repudium in lege non licebat fieri, nisi authoritate iudicum ciuitatis cum datione libelli, ergo multo fortius nec in lege noua debet fieri. ¶Respondeo dicendum quod virum dimittere vxorem propter adulterium potest intelligi dupliciter, aut quantum ad torum, & cohabitationem simul. Primo modo est conclusio, quod vir potest dimittere vxorem propria authoritate cognito certitudinaliter, quod fornicata sit, nec debitum tenetur reddere exigenti, nisi p ecclesiam compulsus, sed sic, compulsus reddendo non præiudicaret sibi, quoniam possit agere ad diuortium maxime si protestationem præmisit, quod ad illam copulam accedit non vt velit cedere iuri suo, sed tantum vt sit inobediens ecclesiæ, tamen videtur aliquibus quod ex quo proponit contra vxorem crimen quo vult agere ad diuortium, quod ecclesia non debet sibi præcipere vt carnaliter copuletur cum ea, quousque cognouerit de causa, & diffiniat. Si loquamur de secundo numero dimissionis, scilicet quo ad torum & habitationem, est distinguendū, quia inter virum, & vxorem aut est matrimonium clandestinum tantum, aut contractum in facie ecclesiæ vel saltem coram testibus. Si primo modo est secunda conclusio, quod vir potest proprio arbitrio dimittere vxorem, quia latentia non possunt reduci ad iudicium ecclesiæ, nisi in foro pœnitentiæ. Si secundo modo, est tertia conclusio, quod non licet alicui dimittere vxorem autoritate propria.sed authoritate & iudicio ecclesiæ. Matrimonium enim magnum sacramētum est in facie & authoritate ecclesiæ separandum. Et si alter dimittit, debet cō-
pelli per ecclesiam ad cohabitandum † nisi in certis casi- 2
bus quos tangit gloss.primus est si publicè sit adulterata, vt quod reperta sit in lupanari. ¶Secundus est si timeatur de seuitia viri infra ead.siue extra de diuort.[significasti. ¶Tertius est si dicantur consanguinei indispensabiles & incontinenti probetur exceptio. extra de restitutione spoliator.literas. ¶Quartus quando ipsa propria volūtate recedit à viro, & non petit restitutionem, vt 27.quæstione 2.Agathosa.restitutio non datur nisi volenti, & petenti, vt 2.quæstione 5.super causam, & nota.in prædicto capitu.significasti. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primā de Ioseph respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta Sanct. Tho. tum primo Ioseph nolebat dimittere virginem, quasi suspectam de fornicatione, sed ob reuerentiam sanctitatis eius timens ei cohabitare, si contra hoc arguatur per illud quod Augustinus dicit in sermone quodam in persona Beatæ Mariæ virginis, vir meus putabat, quod ex adulterio concepissem. dicit Petrus de palude, quod exponendum est, id est ad modum putantis se habuit, vnde dictum est ei. Noli timere. tum secundo ratio illa non procedit, quia vt dicit dominus Bonauētura.tunc propter fornicationem non fiebat diuortium, sed homicidium, & ideo Ioseph tanquam pius timebat mortem Mariæ. ¶Ad secundam respondetur negando consequentiam, & ratio est secundum Sanctu. Thom.
3 † quia maritus potest accusare de adulterio dupliciter, vno modo ad tori separationem coram iudice spirituali, & tunc inscriptio debet fieri sine obligatione ad legem talionis, quia sic consequetur intentum suum vt probat obiectio. Alio modo ad punitionem criminis in iudicio seculari, & sic oportet quod præcedat inscriptio, per quam ad talionis se obliget si in probatione deficiat. ¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta dominum Bonauenturam quia falsum est, quod dominus sententiam tulit, non enim tulit sententiam, sed bene expressit siue promulgauit ius, secundum quod sententia in iudicio habet formari. Concordat Sanctus Tho. ¶Ad quartam respondetur negando consequētiam, & ratio est secundum S.Thom.quia verbum domini Matthæi 18.in-
4 telligitur quando agitur per viam denuntiationis, † vbi notandum est, ꝙ in criminibus tribus modis procedi pōt. s. per inquisitionem, quam debet pcedere clamosa insinuatio quę locū accusatoris tenet. scdo per accusationem, quā debet pcedere inscriptio. tertio per denuntiationē, quā debet præcedere fraterna correctio. verbū aūt dn̄i intelligitur, quando agitur per viam denūtiationis, non qn̄ agitur per viam accusationis, quia tunc non solū agitur ad correctionē delinquentis, sed ad punitionē pp bonum cōe conseruandum, quod iustitia deficiente periret. Lege. ¶[Seculares nulla grauiori culpa pro qua dimitti potest vxor coram ecclesia.s.pp fornicationem, vel propter incestū, quē committunt inter se Hu.[& nullas causas] dicunt aliqui ideo pluraliter esse dictum.s.propter fornicationē & fornicationis suspicionem, sed non est hoc verum. ibi enim non est nisi vna causa, ideo ergo dicit pluraliter, qa multæ sunt causæ propter quas licite vxor dimittit.s. fornicatio, consanguinitas,

consanguinitas, affinitas, compaternitas, frigiditas, & huiusmodi. Loquitur.n.de viris & vxoribus, siue de iure, siue de facto Hug.[probabiliter].i.verosimiliter & si non sit ita in rei veritate, sed sufficit si violenter præsumatur & verosimiliter videatur vt supra 32.quæstio.1.dicit Hugu. [illicita].i.stupra[aliena].i.coniugia, id est alienas vxores. Hug.[ad episcopos]distributiue intelligatur, quasi diceret iste ad suum, & ille ad suum, simile 32.q.5.Christiana.non .n.propter tales causas conuocantur episcopi comprouinciales.vnde melius dicitur, quod hoc olim obtinuit quod talis causa agitabatur apud concilium, sed nunc non obtinet, f.vt propter talem causam consilium cogregetur, imo hodie archiepiscopus etiam potest causam huiusmodi tractare ar.extra de cons.& affi.c.1.sed certe hodie ad episcopalem iurisdictionem cognitio matrimonialis causæ spectat, vnde nec abbates, nec alij possunt de matrimonio cognoscere nisi ex concessione glo.



N quod in subditos. Ad idē est hoc ca.beati Ambro.super Lucam. Summa est in rubro.non diuiditur litera.¶[An quod in subditos].i.eos condemnare sine causæ cognitione, & iuris ordine, quod non licet multo minus hoc potest licitè facere alicui[in comparem suum]virum, siue vxorem, & si primum est nephas, secundum magis.quia vir & vxor facti sunt vna caro[lex humana]quæ in multis casibus præter fornicationem diuortiū admittit vt 27.q.2.& c.Agathosa Hu.[non prohibet]in eo casu in quo lex diuina. lex.n.diuina non admittit diuortium nisi causa fornicationis Hu.multa.n.lex humana permittit & non punit, quæ lex diuina vindicat, & punit.vt dicit Augu.primo de libero arbitrio c.11.cum autem lex humana obuiat legi diuinæ, diuinæ magis obediendum est Act.3.obedire oportet deo magis quam hominibus[quos Deus]Matthæi 19.

1 *Induciæ quæ dantur laicis & mulieribus dandæ sunt viris ecclesiasticis.*



Ecclesiastica historia. Casus est qui nobis videtur magis proposito conuenire. Quidam accusauit mulierem suam de castitate violata, & fide sibi non obseruata, qui vir ira, & spiritu zelotiphiæ motus illam spoliauit, & à domo & familiari conuictu absq; iudiciali iudicio eiecit, lege autem imperiali præceptum est, vt primo spoliata restituatur non solum ad bona paraphernalia, sed ad debitū exigendum, & sibi à viro reddendum, & ad curam domesticam, & familiarem cōuictum, & post debet obiectis respondere.litera.¶[Ecclesiastica de castitate violata rem familiarem præcipitur]vt res familiares cum domo ipsius mariti & maritus restituatur ei, sicut dictum est[tunc dæmum]q.diceret non ante Hug.[hoc].f.restitutionem fieri [omnes leges]quæ de hac materia loquuntur[præcipiūt] Hugu.[multo magis]arg.pro fauore clericorum 1 ꝙ induciæ dandæ sunt viris ecclesiasticis quæ dantur laicis viris, & mulieribus.

1 *Iudex debet prouidere cum contentio est inter virum & vxorem quod vxori detur securitas & libertas, vt possit causam suam libere agere.*

2 *Iudex tenetur prouidere partibus de loco iudicij.*



Iue. Secunda pars questionis, in qua p̄bat, quod si fœmina contendat in iudicio cum marito reddenda est suæ libertati Hu. Capitu.hoc est Nicolai papæ. summa est 1 quod iudex debet prouidere cum contētio est inter virum & vxorem, quod vxori detur securitas, & libertas vt possit causam suam libere agere, & prouidere de loco vbi libere possit agi iudicium, & personæ omnes possint secure interesse quibus interest. Et potest diuidi secundum hoc in duas partes.secunda ibi, item etiam locus.litera.¶[Siue]quia superius dixerat, quod restitutio erat fienda, nunc exponit exceptionē quandam, quando non debet fieri.f.cum timetur sæuitia viri.in hoc ergo casu potest vxor petere vt separetur à viro, ne ab illo lædatur, vel debilitetur, vel cogatur aliquod confiteri contra se etiam si causa est duratura per biennuī vel triennium, & tunc debet autoritate ecclesiæ vxor separari à viro, & hoc est verum, quando tanta est sæuitia viri quod nulla cautio potest ei sufficere, vt extra de restitutione spolia.literas.Hugu.& glossa.etiam hoc capitulum est contra Lotharium.[fœdere coniugij.]quod Teberga dicebat interuenisse, sed Lotharius negabat Hugut.[siue de adulterij crimine]quod dicit Lotharius Tebergam cōmisisse[item etiam locus]2.pars.arg. 2 quod iudex tenetur etiam de loco iudicij puidere partibus, a vt in eo velit de causa cognoscere vbi partes libere & secure valeant conuenire supra 3.quæstione nona.hortamur Hugut.& gloss. quod si non fecerit licite appellatur, extra de appellatione ex parte in glo.[vel certas personas]aduocatos, & procuratores Hug.

a ¶ Prouidere partib⁹. adde P... An.in c. accedés. n.3. procur ✕ 1 c.accedens n.6. vt iste non conte.

In hoc capitulo. §.Est, in hoc capit. f. seculares, quanuis ibi causa siue ratio sit reddita sufficienter, quare vir non debet propria authoritate dimittere vxorem. hæc tamen ratio adiungitur quia dimittere vxorem est pœna, pœna autem inferenda non est propria authoritate, cum à iudice sit inferenda omnis pœna f.homicidij siue alia, quod per sequentia capitula probat qualibet alia inferenda ordine iuris pro aliquo peccato grauiori. nam pro leuibus culpis bene potest à viro corrigi, & verberari, vt 7.quæstio.1.sicut alterius, sed in maioribus peccatis vel pœnis recurrere habet ad iudicem Hug.& in gloss.

2 *Vir quod occidat vxorem adulteram potest intelligi tripliciter.*
3 *Congregatio est duplex.*
5 *Occidere vxorem potest quis tripliciter.*
6 *Matrimonium in septem casibus denegatur.*
7 *Indulgentia non est ius.*



Nterfectores. Hic incipit tertia pars questionis huius, in qua ponit qualiter puniri debeant vxorum interfectores. ¶ Pro pleniori intellectu huius partis quæruntur duo.
1 ¶ Primum est vtrum liceat vxorem adulteram occidere.
4 ¶ Secundum est vtrum vxoricidium impediat matrimonium.

1 Ad primum Sic proceditur. 1 Et videtur quod liceat viro vxorem adulteram occidere. Primo ex præsenti capitulo, vbi dicitur. interfectores suarum coniugum, cum non addis adulterarum, quid aliud sunt quam homicidæ, ergo videtur quod interfectores coniugum adulterarum non sunt homicidæ. ¶ Secundo sic, lex diuina præcipit adulteras lapidari, sed qui legem diuinam exequitur non peccat, ergo nec occidens vxorem suam si sit adultera. ¶ Tertio sic, illud quod licet legi, licet illi cui lex committit, sed legi licet interficere adulteram, aut quamlibet personam ream mortis. Cum ergo lex commiserit viro interfectionem vxoris in actu adulterij comprehensam, videtur quod ei liceat. ¶ Quarto viri est vxorem suam corrigere 7.quæstio.1.sicut alterius, & secundum quod grauius peccat grauius debet eam punire, ergo licet viro iustam pœnam infligere pro adulterio. illa autem est secundum legem lapidatio, ergo licet ei vxorem adulteram interficere. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca.& sequentis. ¶ Respondeo dicendum, 2 quod vir occidat vxorem adulteram potest intelligi tripliciter. primo per viam iudicialis sententiæ siue secundum iudicium ciuile, & sic ponitur ista conclusio, quod viro licet vxorem interficere. probatur conclusio. quilibet potest reum coram suo iudice accusare & conuincere seruato ordine correctionis, sed vir non minus tenetur, vxori suæ quam extraneæ personæ, ergo seruato ordine correctionis fraternæ per priuatam monitionem potest vxorem suam de adulterio coram suo iudice accusare, & conuincere, & pœnam debitam expetere pro adulterio, sicut pro quocunque alio peccato, ergo faciendo hoc non peccat, dum tamen ad hoc Zelo iustitiæ non liuore vindictæ, nec odio concitatus est, aut verum, quod talis accusatio non potest fieri coram iudice ecclesiastico, quia ecclesia non habet pœnā sanguinis infligere.

¶ Secundo potest intelligi virum interficere vxorem.s. ꝙ ipsam non accusatam nec condemnatam propria autoritate occidat, quando ipsam inuenit actualiter fornicātem, & sic ponitur secunda conclusio, ꝙ nō licet viro vxorem in adulterio actu existentem occidere, secundum legem diuinam, patet, quia Exo. 20. dicitur non occides, cōtra quod præceptum facit qui alium occidit non publica, sed priuata potestate. ¶ Secundo probatur eadem conclusio, vir & vxor ad paria iudicantur, sed vxori non licet interficere virum in adulterio comprehensum, ergo nec econtra. ¶ Tertia conclusio. hoc nec licet viro facere secundum legem canonicam. patet ex hoc c. & sequenti. ¶ Quarta conclusio, hoc non licet viro facere, secundum legem ciuilē. verū ē ꝙ lex ciuilis nō punit maritū occidētē vxorē actu fornicantē, sed hoc dimittit impunitū, nō q̄dē sicut aliquid licitum, sed sicut minus malum propter maximum incitamentum, quod habet in statu suo ad vxoris occisionem, sicut etiam lex ciuilis non punit vsuras vel simplicē fornicationem. ¶ Tertio potest intelligi virum occidere vxorem adulteram, quod eam non accusatam, nec condemnatam, nec actu fornicantem occidat, licet propter fornicationem de qua certus est, & in hoc fit ista quinta conclusio. ꝙ nullo modo licet viro vxorem adulteram nō accusatam nec condemnatam, imo quod plus est, etiam accusatā, & ad mortē condemnatam propria autoritate occidere, patet cōclusio. Exequi officia communitatis nō pertinet ad quemlibet, sed tantū ad personas publicas ad hoc authoritate principis deputatas, & ideo sicut dico ꝙ peccaret mortaliter vir propria autoritate suspendens etiam latronem cōdemnatum ad mortem nisi esset princeps vel mandatum habens à principe. Sic dico ꝙ peccaret mortaliter vir propria autoritate occidens vxorem adulteram, et condemnatam ad mortem. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam de capitulo præsenti respondetur multipliciter. primo iuxta gl. ꝙ cum dr̄ non adulteram supplendum est maxime, quia grauiores sunt homicidæ, qui sine causa interficiunt vxores suas, quam qui eas inteficiūt pro adulterio sine iudicio. ¶ Secundo respondetur iuxta dominū Bonauen. in 4. ꝙ illud dictum Nicolai est secundum leges humanas. Talis. n. ex quo sine causa & præter iudiciū occidit secundum leges ciuiles puniuntur vt homicidæ, sed si cum causa. s. propter adulterium non iudicātur homicidæ secundum leges humanas, sed secundum ius canonicum, & s̄m ꝙ debent regi matrimonia secundum mandatum ecclesiæ non principum nō licet occidere imo homicidæ iudicantur, sicut expresse testatur capitulum sequens eiusdem Nicolai. hæc Bonauentura Concor. Hu. ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiam, & ratio est secundum S. Tho. quia pęnam illam infligendam non commisit lex personis priuatis, sed personis publicis, quæ ad hoc officium deputantur, vir autem non est iudex vxoris, & ideo nō potest eam interficere, sed coram iudice accusare. vel dicendum, ꝙ illud præceptum veteris legis in noua lege est mitigatum, vnde Christus ad nouam legem aspiciens mulierem adulteram à lapidatione absoluit Io. 8. Concor. Alber. dicens in 4. ꝙ lex timoris fuit lex vetus, & ideo crimina atrociter puniebat, & adulteras condemnabat, & alios criminosos, sed lex noua lex amoris est, & ideo adulteram dominus liberabat Io. 8. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ lex ciuilis non commisit viro occisionem vxoris quasi præcipiens, quia sic non peccaret, sicut nec minister iudicis peccat latronem occidens cōdemnatum ad mortem, sed permisit pœnam non adhibens. vnde etiā difficultates aliquas apposuit, quibus retraherentur viri ab vxoricidio. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam loquendo de pęna estimante, sicut est occisio personæ, quia talis non est nisi qui publica fungitur potestate. pro quo notandum iuxta S. Thom.
3 † quod duplex est congregatio, quædam œconomica sicut familia aliqua, & quædam Politica sicut ciuitas vel regnū. ille igitur ꝙ præest secundæ congregationi vt rex aut iudex, potest infligere pœnam, & corrigere personam, & æstimare ad purgationem communitatis, cuius curam gerit, sed ille qui præest in prima congregatione vt paterfamilias non potest infligere nisi pœnam corrigentem quæ nō se extendat vltra terminos emendationis, quam transcendit pœna morta. Et vir ideo, qui sic præest vxori, non potest eam interficere. sed alias castigare.

4 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur quod vxoricidium non impediat matrimoniū. Primo sic, magis peccat qui occidit matrē, quā qui occidit vxorem, sed matricidium non impedit matrimonium, ergo nec vxoricidium. ¶ Secundo sic, directius opponitur matrimonium adulterium, quam homicidiū, sed adulterium non impedit matrimonium, ergo nec homicidium vxoris. ¶ Tertio sic, remota causa remouetur effectus, sed peccatum homicidij potest per pœnitentiam remoueri, ergo & impedimentum matrimonij, quod ex eo causatur, & ita videtur ꝙ post peractam pœnitentiam non prohibeatur matrimonium contrahere. ¶ In oppositum est c. præsens. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vxoricidiū aliquo modo impedit matrimonium contrahendum, & non dirimat contractum, pro cuius conclusionis euidētia notandum iuxta dominum Bonauenturam, & Petrum de
5 palude. † ꝙ occidere vxorem potest, quis tripliciter, aut ꝑsequendo culpam, aut persequendo naturā, aut persequendo matrimonium, persequendo culpam, vt cum eā in fornicationis crimine deprehendit, & adeo detestatur, quod in vltionem criminis mortem infligit, persequendo naturam vt. s. cū mulier propter aliquē defectum quē habet in se aut turpitudinem non habet gratiam viri, vnde vir eam exosam habet, & grauem. Et propter istam detestationem & odij intentionem furore accenso ipsam perimit. persequendo matrimonium, vt quando mechatur cum aliqua quam vult ducere in vxorem, & nō potest nisi vxore mortua, & ideo ipsam interficit, primum est graue peccatum, secundum grauius, tertium grauissimum. Hoc notato ponitur talis conclusio. Quodlibet istorum impedit matrimonium, sed differenter, quia duo prima homicidia impediunt contrahendum, sed non dirimunt iam contractum, tertium verum impedit contrahendum respectu aliarum fœminarum, respectu vero adulteræ propter cuius amorem propriam vxorem occidit, impedit contrahendum, & etiam dirimit iam contractum. Notandum autem hic quod in quolibet istorum casuum dispensatur ab ecclesia, & maxime in iuuenibus, sed in primo de facili, in secundo difficilius, in tertio quodammodo sic, & quodāmodo non. Respectu enim illius personæ cum qua mechabatur, & propter quam habendam in matrimonio occidit coniugem, nunquam cum eo dispensabitur, primo si iunctus fuerit simpliciter separabitur, sed respectu aliarum propter periculum incontinentiæ dispensatur. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Richardum quia licet matricidium est simpliciter grauius peccatum, tamen non est ita contra matrimonium. Et præterea aliquādo à iure minori peccato maior pœna infligitur propter maiorem ꝓnitatem ad illud, quæ fortiori indiget reprehensione. Concordat Sanctus Thomas dicens, ad cuius pronitatis reprehensionem vxoricidis est matrimonium ab ecclesia interdictum. ¶ Ad secundum respondetur negando consequentiam, quia ratio procedit ex falsis, quia vxoricidium est contra subiectum coniugij, quia perimit subiectum. Adulterium vero contra bonum fidei ei debitæ, & sic adulterium non est magis contra matrimonium, quam vxoricidium. Concordat dominus Bonauentura. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est qa vt ait S. Th. non est necessariū, quod deleta culpa omnis pœna sit remota, sicut de irregularitate patet, non enim pœnitentia restituit in pristinam dignitatem, quanuis possit restituere in pristinum statum gratiæ. Concordat dominus Bonauentura. Lege. ¶ [Interfectores sine iudicio] id est sine autoritate iudicis [non cum addis adulterium] videtur à contrario sensu, quod viri possunt occidere adulteras. Respondetur quod non debet hic sumi argu. à contrario sensu, quia esset contrarium iuri, vt patet in sequenti capitulo. vel dicendum, quod supplendum est maxime, sicut est supra in articulo primo in responsione ad primum argumentum. [quibus pœnitus negatur coniugium] quia ex hoc videtur, quod cum talibus dispensari non possit.
6 Quæritur † pro quibus peccatis coniugium denegatur, & in quibus dispensatur. Respondeo notandum prout dicit dominus Bonauentura in quarto. quod in septem generibus primum est adulterium cum occisione, vel fidei datione. trigesima prima quæstione prima. is qui viuente, secundum est incestus. trigesima

trigesima secunda.quæstione septima.concubuisti.tertium est raptus sponsæ alterius 27.quæstione secunda.statutum,primum est de eo qui insidians matrimonium filiũ de sacro fonte leuauit,de hoc habetur 30.q.1.de eo. quintum est de eo qui occidit presbyterum extra de pœnit.& remis.qui presbyterum. Sextum est de eo qui occidit propriam vxorem,vt hic.Septimum solenniter pœnitens.j.e. de his,in omnib.dispensatur præter in primo propter hoc ꝙ respicit personam determinatam.hæc ille[obseruanda]
7 infra.eod.in adolescentia.Et hoc colligitur,† quòd indul-
a gentia non est ius,ᵃ vt dist.56.cenomanensem,& 1.qõ.7.si quis omnem. Hug.

a ¶ Nõ ẽ ius adde ꝙ indulgentia simpliciter cõcessa intelligitur cõcessa cũ obseruatione iuris cõmunis.per. de Anc.in.. c.quam hic nu.3.de iu.

In hoc capitulo. Scilicet pximo.§.est, in quo magister videtur arguere à contrario sensu,ꝙ papa Nicolaus voluerit dicere, ꝙ licet viro causa adulterij vxorem suam interficere,sed ar.à contrario sensu vacat hic,vt supra diximus. Quod autem hoc non liceat secũdum canones subdit[ecclesia &c. mactare] occidere vxores[infidelitatis mactare vitia] prædicando, excommunicando[& manducare].i.vnitati ecclesiæ incorporare[post coertionem pacem].i. confæderationem cũ vitijs & peccatis[in terra] i.inter nos homines lutea materia constantes[sed gladium].i.discordiam [& separationẽ ab eis].s.verbum prædicationis,vel charitatem,qua homines separantur à vitijs.


INter hæc. Ad idem confirmãdum est hoc cap.eiusdem Nicolai papæ.summa est in rubro. non diuiditur litera. ¶ [Inter hæc ibi secundum legem mundanã] .s.Lombardam, licet.n.secũdum Lombardã, mundana hæc lex quæ dat licentiam viro vt adulteram vxorem occidat,dr̃ bene mundana,quia nõ est ex Deo,sed diuinæ legi contraria,quæ Exod.21.dicit,non occides.Contra ꝙ præceptum facit quicunq; aliquem interficit non publica, sed priuata autoritate, vere hæc lex mundana est contra charitatem,ac durior, ac crudelior lege repudij quam Moyses non indulsit,sed permisit ad duriciam Iudeorum,vt vxoricidium vitarent.Mat.19. hæc aũt mundana vxoricidium cõcessit contra legem Christi quæ solam separationem & non occisionem adulteræ indulget. iniqua certe hæc lex, quæ viris malignis & vxores odientibus occasionem homicidij præstat,vt merito de condentibus tales leges dicatur,væ qui condunt leges iniquas. Esa. 10.[non cõstringitur sancta ecclesia legibus humanis contrarijs & aduersarijs diuinis & canonicis, sed eas detestatur, vnde cum inferior non possit ligare superiorem non constringitur ecclesia legibus mundanis, vt si constituant aliquid contrarium eis cedere teneatur,vtitur quidem eis vt vult & quando vult,vt dist.10.lege, vnde nõ tenetur vti lege humana,vt 25.q.1.ideo,quia.l.ibi,ita cõtinetur & ita statutum est,sed quia ita receptum est, & approbatum ab ecclesia,licet ergo leges humanæ vsuras permittunt, & viros occidere vxores adulteras,non tamen à peccato homines excusantur,cum canon hoc prohibeat [gladium non habet] nisi spiritualem ecclesia. ¶ Surgit quæstio,vtrum hoc sit verum,& videtur ꝙ non sit verum,quia Luc.22.dr̃ ecce duo gladij hic.item Bernardus ad Eugenium dicit,ꝙ ecclesia vtrunque gladium habet,respondetur ꝙ autoritas vtriusque gladij est in ecclesia, & ecclesia vtrunque gladiũ habet vt dicit Bernar.tamen differenter, quia vt inquit S. Thom.habet spiritualem tantum quantum ad executionem sua manu exercendam, sed habet etiam temporalem, quantum ad iussionem, quia eius nutu exercendus est,vt dicit Bernard.concor.dominus Bonauentu.Richar. & Petrus de palude, & sic ecclesia tantum habet gladium spiritualem quo ad vsum siue executionem [non occidit] sed viuificat.


QVicunque. Ad idem est hoc c.Pij papæ Summa est in rubro. Diuiditur in duas partes. In prima ponit pœnam ei qui interfecerit propria authoritate vxorẽ suam.In secunda ponit ꝙ eadem pœna puniatur qui suum seniorem interfecerit.2.ibi, eã lex.Lege. ¶ [Quicunque sine causa,& certa probatione] subintellige maxime, quia nec etiam cum causa, & certa probatione debet quis vxorem interficere, vel recitat ꝙ solet fieri.Hug. [publicam pœnitentiam] ergo fortius est ad aliam,si peccatũ est manifestũ.Hu.[consentiat, ad agendam pœnitentiam[eadem]2.pars[seniorem]episcopũ vel prælatum vel dñm suum ar.3.q.4. consanguineorum.Hu.

1 *Nomen mutatur ratione criminis*

2 *Accusari quis potest de crimine de quo egit pœnitentiam.*

3 *Malitia subditorum non imputatur prælato ex quo per eum non stat quo minus corrigantur.*


ADmonere te Ad idem est hoc c.Stephani papę quinti.Sũma est in rubro.Casus est iste. Astolphus vxorem suam interfecerat,& post mortem illius illam de adulterio accusabat uolẽs filios quos ex illa habuerat ostendere esse adulterinos,& ita indignos successione paterna,& ad hanc accusationem inducebat vnicum solum testẽ homicidam, & adulterum. Diuiditur autem hoc c.in quinque partes. In prima redarguit eum de morte vxoris.In 2. notat eum de iniquitate.s. ꝙ per vnum testem solum & sceleratissimum visus est eã post mortem accusare.In tertia notat, eum sine ordine iuris processisse ad interfectionem vxoris.In quarta ostẽdit quam pœnitentiam debeãt agere,& ponit in eius optione an in monasterio vel extra velit agere pœnitentiã.In quinta ostendit, ꝙ si aliter fecerit maledictio erit leuitior ei.2. ibi,inducere vis.3.ibi, prius n.causa.4.ibi, idcirco.5.ibi,si autem aliter feceris.litera.¶[Admonere sed nõ filius] vis enim est in verbo, filius.n. dr̃ quasi dilectus à philos ꝙ est
1 amor,& est ar.† ꝙ ratione criminis nomen mutatur.arg. 13.q.2.postquam, vnde filius prodigus dicebat patri suo, iam non sum dignus vocari filius tuus. Lucæ.15.[partem] pars.n.corporis viri est vxor, & ambo faciunt vnum corpus.Ge.2.erunt duo in carne vna[atrocius].i.atrociter[iniquitatem]eam accusando[improbe prædo].i.spoliator,qa spoliasti eos matre, nunc autem vis spoliare eos paterna successione,vel forte de facto iam bona eorum abstulerat, & à se expulerat orphanos, quia fecerat eos sine matre, & nunc faciebat eos sine patre,quia negabat se esse patrem illorum,& eos esse filios suos, vt eos à succcelsione expelleret[inducere] secunda pars[mortis causam]secũdum legẽ antiquam,quæ capite puniebat adulteram,sed modo correctum est per autẽticam.Hu.[homicidam] per canonem homicidæ & reprobi debent repelli à testimonio, vt 3.q. 5.constituimus,& extra de test.super eo[iustificat].i.absoluit[prius causa] 3.pars[legis] secularis Iuliæ de adulterijs quę adulteros morte punit,sed hodie correcta est,vel legis canonicæ[excipere]à iudice non à te.Hu.& arguendo à minori,papa Stephanus ait [post septem annos poteras eam dimittere [post].i.per approbatam causam.s.per adulteriũ probatum in conspectu ecclesiæ, dimittere dico etiam peracta pœnitentia, non solum ante ꝙ minus est.s. ꝙ posset
2 eam dimittere.ar. expressum, † ꝙ quis potest accusari de crimine,de quo egit pœnitentiam.ar.dist.25.primum.Hu. [idcirco] 4.pars [hoc malũseculum]malum dicitur, quia in maligno positus est,de quo dicitur Rom.13.Nolite vos conformare huic seculo in quãm,quia si quis vult esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituitur.Iac.4.[si forte] hoc ideo dicit, quia non omnibus pœnitẽtibus peccatum dimittitur nisi cum charitate pœnitentia agatur,tali modo loquendi est vsus Daniel ad Nabuchodonosor,vt de pœn. dist.1.quamobrem.Hu.gloss.dicit,ꝙ non ponitur dubitatiue,sed est nota affectionis[sin autem publicam].i.solennẽ pœnitentiam[grauius]maior est pœna inter homines cõuersari,& huiusmodi carere suffragijs,quam procul ab hominibus eorum solatium non sentire.C.de aposta.l.hi qui Hug.& gloss. [si merueris]si dignam egeris pœnitentiam. Hu.[& secuddum dictum boni pastoris].s. Christi qui ait Petro.Matth.16.quodcunque solueris &c.[sancta ecclesia per ministros suos resoluat].i.absoluat[si autem aliter] 5. pars[ipse tibi sis iudex].i.non pertinebit ad nos de te,sicut de quodam desperato de salute[sanguis] id est peccatum super caput tuum[nos alieni] argument.† quòd non
3 imputabitur prælato subditorum malitia ex quo per eum non stat quo minus corrigantur 7.quæst.prima.§.cum autem.Hugutio & in gloss.


SI quod verius dicitur. Ad idẽ est hoc c.August. de adulterinis coniugijs lib.2.summa, ꝙ vir non debet vxorem occidere,vt aliam ducat. Lege.¶ [Si quòd verius].i.vere dicitur coniugem occide

re vt

re vt liceat aliam ducere, quòd non licet[fac.] .i. tolerabilius erit quod est minus peccatum. s. adulterium quod est minus illicitum, quam fundere sanguinem humanum [quod si est] si pro quia.

In præmissis. §. est magister recolligit supradicta & adiungit de clericorum vxorib. vbi prohibetur ꝙ clerici vxores suas vsque ad necesse non affligant, sed in custodia reponant adulteras, ꝙ probat per sequens capitulum. ¶ [In præmissis quatuor autoritatibus] proximi [sed post] supple etiam. q. diceret non solum ante sed etiam post. Hug. [dimittere] intellige quo ad omnia, ex quo data est ab ecclesia sententia diuortij. s. admonere. Hug. nec tenenda est illa notula. Ray. & Goffr. quod ante finitam pœnitentiam non oportet quis vxorem dimittere quo ad curam, & disciplinam, secundum Hug. [clericis autem &c.] patet.

Placuit. Ad id ꝙ inductum est de vxoribus clericorum inducitur hoc c. ex concilio Toletano, & incipit hic quarta pars huius quęstionis summa est in rubro. Capitulum videtur loqui, vt dicit Hu. de clericis in minoribus ordinibus constitutis, & planũ est quod dicitur. Litera. ¶ [Placuit peccauerint] adulterando. Hu. [licentiam] .i. impunitatem, vt 45. dist. qui syncera, & 32. q. 1. de benedicto. Hu. [potestatem corrigendi preter necem &c.] ita respondet tacitæ obiectioni. q. diceret, & si mulieres ligatæ seruire eis non potuerunt, pauperes clerici auxilium ferant in seruiendo cibos, non assumant in detestationem criminis quousque agant pœnitentiam, vnde sequitur [nisi &c.]

Nunc autem quæritur. §. est, in quo incipit quinta pars huius quæstionis, in qua dicitur quod in sequenti cap.

1 *Pœnitentes quod reuocētur in statum pristinum post septem annos quare sit institutum sacris canonibus.*

Hoc ipsum. Quia superius dixi de pœnitentia. 7. annorum in ca. si quod verius, nunc inducit hoc ꝙ est Isidori ad ostendendum, ꝙ iste numerus assignatus pœnitentiæ non ex electione proprij arbitrij processit, sed ex diuini iudicij. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit exemplo sacræ scripturæ ꝙ dixit. In secunda applicat ad propositum. 2. ibi. Maria ergo. Litera. ¶ [Hoc ipsum precipit] .i. permisit, vt dist. 50. domino sancto. Hu. [Maria.] Num. 12. & habetur dist. 50. §. contra [septem diebus.] ¶ Surgit hic quæstio. † quare sacris canonibus sit institutum, ꝙ post septem annos penitentes in pristinum statũ reuocentur. Respondetur ꝙ huius institutionis ratio capitur ex exemplis sacrę scripture, primo exẽplo Mariæ sororis Moysi, de qua hic fit mẽtio. item exemplo Nabuchodonosor, ꝙ pro pœnitentia malorum quæ fecerat, septem tempora ei inducuntur Dan. 4. item in figura huius Deut. 15. fiat septimo anno remissio. item Exod. 21. seruus hebreus septem annis seruiebat, & septimo anno egrediebatur liber. item põt assignari alia ratio, videlicet sicut peccator propter peccatũ septiformem gratiam spiritussancti amisit, ita per septenarium numerum annorum pœnitendo satisfaciat, & eãdem septiformem gratiã spiritussancti recipere valeat [Maria ergo] 2. pars [extra castra] quo ad officium & communionem sacramentorum quandoque Hu. [septem annis] sed contra. s. 82. dis. presbyter, sed pœnitentię sunt arbitratriæ, vt de pœni. di. 1. mensuram, & 26. q. 7. tempora, & ideo varie loquuntur canones, sed hoc melius inuenies ibi distinctum, & declaratum. [loci vel] .i. & Hu. [præstitio] hoc verum est quandoque. & nõ semper in quibusdam criminibus, non in omnibus, pœnitentia. n. & si acquirat gratiam, non tamen semper restituit in pristinam potestatem vel dignitatem, vt de pœni. dist. 6. qui vult. Hu. [antiquior] tempore [aut] .i. & potior pietate vel aut. i. potior. hoc. n. solũ sufficit sine primo & videt̃ nobis hoc intelligendum esse in assignandis pœnitentijs, cum variæ assignentur in diuersis consilijs, quod illud sit sequendum cuius sententia potior est pietate, de ista materia tamen disputauimus. s. di. 50. c. domino sancto, ibi videas.

Hoc autem. §. est, [hoc autem siue de materia] vt. s. in c. proxi. [de Dauid] 2. regum 11. & 12. [vsurpatum] capitur in bona significatione. i. in habitũ. [gloss. maiorum] .i. criminalium peccatorum, vt 22. q. 1. prædicandum [excellentia] vt dist. 82. presbyter. 37. q. 1. deuotam, vel [magnitudo cogat sacerdotem.] imponẽtem pœnitentiam [transcẽdere præmissum spatium veluti contra naturam &c.]

De pœnitentibus. §. est, in quo incipit 6. pars questiõis, in qua queritur. vtrum solenniter pœnitentes contrahere possint, & dicit ꝙ generaliter hoc non est verum quantum ad matrimonium, circa hoc vide gl. ponentem tres opiniones.

1 *Pœnitentia solennis non debet reiterari.*

2 *Pœnitentia solennis potest imponi fœminis sicut viris.*

De his. Hoc c. inducitur ꝙ est papę Sirici ad probandum ꝙ pœnitentes solẽniter prohibeantur cõtrahere. Capitulum hoc intelligitur de solenniter pœnitentibus in coniugatis qui contra prohibitionẽ ecclesiæ contraxerunt. egerant. n. isti solennem vel publicam pœnitentiã de crimine, ꝙ hominem prohibet à matrimonio, & tamen postea contraxerunt, & tenuit matrimonium, licet contra prohibitionem sit contractum, vel põt dici, ꝙ hi de quibus loquitur professi fuerant perpetuã cõtinentiã, & postea cõtraxerunt, & tunc non tenuit matrimoniũ, vterq; istorum casuum aptatur cõpetenter literæ, ẽm Hu. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit pęnam debitam illis, qui post pœnitentiam solennem factam cõuersi ad vomitum lubricis voluptatibus inuoluuntur. In secunda dicit, ꝙ similis pœnitentia detur mulieribus quæ post pœnitentiam solennem talibus pollutionibus immiscẽtur. 2. ibi, quam formam, litera. ¶ [De his, canes ad vomitus & sues ad volutabra] sumptum est ex apostolo 1. Petri. 2. [militiæ cingulum &c.] hæc. n. prohibentur pœnitentibus, vt de pœni. dist. 5. falsas [coniugia & inhibitos concubitus] forte quia aliqui eorum contraxerant matrimonium, vnde dicit cõiugia alij fornicabãtur, vnde dicit inhibitos &c. Hu. [quorum in professãm continentiam] quidam libri habent sic, & tunc legitur [quorum continentiam esse improfessam] .i. male professam. i. male ẽm professionem seruatã, & ẽm hoc plane intelligitur capitulum de professis continentiam, & tunc nullum fuit matrimonium & separandi sunt. Alia litera habet quorum professio incontinentiã, & hæc litera consonat alij casui, quo & si non debuerunt contrahere, tamen ex quo contraxerunt tenet matrimonium [post absolutionem pœnitentię] .i. post publicam vel solennem quæ absoluit à culpa & pœna. Hu. [generati filij perdiderant] ecce arg. de incontinentia talium. Hu. [pœnitendi]

1 solenniter, † quia solennis pœnitentia non debet reiterari, vel pœnitendi de continentia professa, quia post emissum votum continentiæ non est locus pœnitentiæ, vt 17. q. 1. c. 1. [sola] sine communione eucharistiæ, sicut postea sequitur exemplum cauendi à talibus 27. q. 1. ꝙ si viatici, quod nulli pœnitenti in morte est denegandum, vt dist. 50. pœni-

2 tentes. Hugu. [quam formam] 2. pars. ar. † ꝙ solennis pœnitentia potest imponi fœminis sicut & viris. ar. dist. 50. pœnitentes, & infra cap. antiqui. [cum multis alijs pollutionibus &c.] quia contra prohibitionem ecclesiæ contraxerũt. vel intelligatur capitulum de professis continentiam, & planum est. Hug.

Sed quia. §. est, & respicit sensum præcedẽtem, vel respicit ad sequens capitulum, vel forte Gratianus sic voluit interpretari præcedens capitulum ꝙ coniugium contractum post pœnitentiam solennem debeat separari, quod ego non credo dicit Hug. nisi aliud interuenisset, propter quod non esset ibi matrimonium, & in tali opinione fuit Goff. & male, & forte, hoc dicit Ioan. propter sensum hunc retinere, vt cap. seq. vel aliam contrahere, vt in 2. Hug.


Audiuimus. Ad probationem eius qđ dixerat inducit hoc capitulum Leonis papæ. Summa est in rubro. nõ diuiditur. Litera. ¶ [Audiuimus copulam coniugij] .i. carnalẽ commistionẽ cum propria coniuge. Hug. [tale.] .i. tramite veritatis. [soluere] quo ad debitum, imo potest vti eo saltem incepta pœnitentia. Hugutio. [orthodoxorum] id est catholicorum, alia patent.

In adole-




N adolescentia. Capitulum hoc est Leonis papæ 4. Summa est in rubro. Capitulum hoc vt dicit gloss. potest dupliciter intelligi ibi vide. ¶ [In adolescentia] ꝙ ratione ætatis facilius dispensatur cū aliquo ar. dis. 50. pœnitentes, & 35. q. 6. si duo [metu mortis] non ex infirmitate, sed quia volebant arripere iter periculosum .s. ire per mare vel cōtra paganos, & sic timebat submergi vel detineri in captiuitate paganorum, quo metu accepit pęnitentiam Hu. [copulam]. i. matrimonium Hu. [veniale]. i. non punibile, quia non fecit vnde debebat puniri, simile di. 4. denique. Hu. vel veniale. i. non ex iure communi, sed ex venia. i. ex indulgētia & ex dispensatione.


1 *Episcopus an possit releuare pœnitentiam iniunctam a papa.*



Atorem. Hic incipit 7. pars, in qua dicitur qualiter punitur matricida, hoc c. est Nicolai papæ, summa est vel ostēdit quam pœnitentiam debet episcopus matricidæ imponere. Litera. ¶ [Latorem piaculo]. i. peccato. s. ꝙ magna indiget piatione. Hu. [tantum inter audientes]. i. laicos qui audiunt in ecclesia & non cantant vel legunt, ibi tantum non excludit aliud, nisi hoc. s. vt non communicet, vnde sequitur [nōdum communicet gratia communis]. i. gratiosa communio, quia in eius digna acceptatione gratia conferē. Hu. [oblationes voluntarias] quæ solent fieri diebus dominicis & alijs festiuis, de decimis vel primitijs non potest intelligi, quia etiam illæ ab inuitis debent extorqueri, vt 16. qō. 1. decimæ, & fit ad maiorem eius confusionem, vt 12. q. 2. de viro. Hu. [expleātur]. s. 7. anni computato in quo incipit facere pœnitentiā, & ꝙ dicit aliorum est improprietas. Hug. exceptis festiuis de quibus, de conse. dist. 3. c. 1. Hug. [vsque ad vesperam]. i. nonam, quia à nona incipit vespera, tunc est hora refectionis in ieiunio, vt de conse. dist. 1. solent. Hug. [si autem]. i. si
1 non appropinquauerit, si illius conuersionem. Hu. arg. † ꝙ episcopus potest releuare pœnitentiam iniunctā a papa, Hu. dicit hoc non esse verum nisi in necessitate vel nisi expressum sit in iungenda pœnitentia, nec hic ex isto capitulo latorem colligitur. nam hic papa non iniungit pęnitentiam, sed docet quam episcopus debet iniungere, vel si iniungit papa, cum hoc specialiter præcipit relaxationē fieri ab episcopo si viderit expedire.



I quis autem. Hic incipit 8. pars in qua probat quod omnes incestuosi & homicidæ si contrahant, ꝙ tenet matrimonium. Summa est in rubro. Diuiditur in tres partes. In prima conceditur licentia viris incestuosis. In secunda eadem datur mulieribus incestuosis. In tertia denegat hanc licentiā dari clericis. secunda ibi, similiter: tertia ibi, sed hoc de laicis. litera. ¶ [Si quis duabus sororibus] quarum alia vxor erat, aut cum his personis [scriptura] Leuit. 2. s. propinquis consanguineis vel affinibus [accipere vxorem]. s. 32. quęs. 7. si quis viduam vxorem. Hug. [similiter] 2. pars [chaos]. i. confusionem fornicationis [sed hoc de laicis] 3. pars [solummodo] quia de clericis asperius agitur, vnde contrahere non possunt.




I quis. Hic c. est eiusdem Nicolai papæ, in quo iniungitur pœnitentia fornicantibus aut cum matre spirituali, aut cum filia in baptismate, aut in confirmatione, & ēm hoc diuiditur in duas partes. In prima loquitur de fornicante cum matre. In secunda de fornicante cum filiabus spiritualibus. secunda ibi, similiter litera. ¶ [Si quis percutitur]. i. debet percuti, si admonitus non vult agere pęnitentiam. Hu. vel percutitur ictibus anathematis. i. separatione, hoc ipso separantur à communione sacramētorum, quod fit pro quolibet peccato mortali. Hu. [similiter] 2. pars [renuerunt] ad chrismandum [non dimittant] etiam quo ad debitum. Hu.

Quos enim Deus coniungit. Incipit nona pars quæstionis, in qua declarat quomodo intelligatur illud, quos Deus coniunxit &c. hunc sensum & sequentem Grati. interserit tanquam vir posset dimittere vxorem ob aliud, quam præter fornicationem, quod intendit confirmare autoritate Isidori, sed interpretatur capitulū Isidori contra euāgelium, & continuatur iste sensus cum fine pręcedentis c. q. diceret, non dimittit dico nec debet. quos. n. & cætera. [sua autoritate] q. diceret, per malitiam, sine causa [sed autoritate iuris separari] potest. s. interueniente fornicatione, sed tunc non homo, sed ecclesia separat per votum communiter emissum, vnde 37. q. 2. scripsit, & tamen homo dicitur separare quos Deus vel ecclesia separat. sed non sua autoritate. Hugu.

1 *Fieri non dicitur ab homine quod fit legis autoritate.*



Vos Deus. Ad hoc inducitur c. hoc Isidori. summa est in rub. non diuiditur. lege. ¶ [Quos &c. quomodo subaudi sine lege, absque ratione] in omni probatione subauditur talis determinatio, & videlicet in causis vbicunque aliquid indistincte allegatur, secundum hoc potest determinari, valet etiā ad literas papæ interpretandas, cum enim in suis literis aliquid prohibet indistincte potest in contrarium allegari, quod hic dicitur, vt 25. quæstione prima. omne [ho-
1 mo non separet quod Deus, vel lex separat] arg. † quòd nō dicitur fieri ab homine, quod fit legis autoritate. arg. 23. q. 5. officia, & cap. cum homo [pœna] mortis [reatus] mortis [maleficium] pro quo mors infligitur, & est inculcatio, quia ista tria vnum & idem sonant. Hug. sed tunc non peccatum vel homo, sed mors separat vinculum matrimonij, sed dicitur maleficium separare, quia est causa mortis, quæ separat, vel omnia referuntur ad fornicationem per quam soluitur matrimonium quo ad mutuam seruitutem secundum Hu. [verum hoc] male intellexit Gratianus pręmissum capitulum, & male interpretatur, quia contra euāgelium dicitur, cum dicit propter deportationem solui matrimonium vel alterum coniugum posse alterum dimittere cum alter est deportatus vel relegatus, vel in carcere tentus, & est contra apostolum, qui ait, quod alligata est mulier legi viri quamdiu viuit 1. Cor. 7.



Ntiqui. Hic incipit 10. pars quæstionis in qua magister redit ad pęnitentes Ioann. de. Casus capituli est, quidam coniugatus iuuenis, peccauit incestuosum matrimonium committendo. accepit inde solennē pœnitentiam, vel alias publicam. Quærebatur an tempore suæ pœnitentię posset vti vxore, & responderetur quòd quamuis de iure communi deberet abstinere ab ea tempore pœnitentiæ, tamen ratione iuuenilis incōtinētiæ conceditur ei tēpore pœnitentię vti vxore, sed si pręmoriatur illa inhibetur ei aliam ducere, nisi forte adhuc sit iuuenis, tunc. n. posset. Si vero tempore præmoriatur illa licite contrahere poterit, idem est obseruandum in fœmina coniugata, si tale crimen commiserit, & inde pœnitentiam accipit, & secundum hoc plana est litera. ¶ [Antiqui sententia]. i. constitutio ex dispensatione loquens. Hu. [redeat ad primum coniugium tempore pœnitentiæ]. i. retineat coniugem suam in carnali officio sicut forte dicit redeat quia aliquo tēpore abstinuit secundum ius commune dictat, & secundum Hug. loquitur de matrimonio contracto ante pœnitentiam. Si vero loquatur de matrimonio contrahendo, tunc redeat ad pristinum coniugium, id est non prohibeatur à coniugio pristino iam prius cōtracto, post inceptam tamen pœnitentiam [canonice]. i. regulariter. i. secundum rigorem canonum est præceptum à Leone. Hu. [legibus deditus]. i. qui non peccauit [vnus eorum] alter. s. pœnitens [superstiti]. s. pœnitenti [non liceat &c.]. i. nisi rōne iuuenilis ætatis dispensetur cum eo [qui vero non accepit]. i. qui non percauit pro quo debuisset recipere talem pœnitentiam. Hug. [quòd in vtroque sexu] non repetit, sed aliud dicit, quam supra dixit de eo quòd dictum est circa principium capituli, hic de eo ꝙ dictum est loco, vt si is &c. Hu. [in his omnibus]. i. in pœnitentia imponenda & vtendo matrimonio contracto, vel alio contrahendo vel non. Hugu.

¶ Explicit quæstio secunda, de tertia vero quæstione hic nihil scribimus [a] quia de illa ad partem plenissime in vno volumine tractauimus ad quæstionem quartam.

a ¶ Nihil scribimus. Nota igitur recurrēdum esse ad volumen de pœn. i quo tract. 3. q. quæ icipit His breuiter decursis &c. videlicet 33. causæ à q. disgreditur de pœn. tract. sub. 7. dist. demum redit ad quartā qōnem in prin causæ 33 propositam, quæ incipit qd aūt vt hic.

¶ Quęstio

¶ *Quæstio quarta.*



Vodautem: Hic intitulatur 4. quæstio, an tempore orationis.s. quo præcipue vacandum est orationi in ecclesia vel alijs oratorijs locis, & tempore ꝗ præcipue deputatū est orationi in talibus locis, vt est tēpus quadragesimæ & ieiuniorum statutorū ab ecclesia, & eigiliæ sanctorum, & dies dominici, omnes alij festiui, præmissa ergo quæstio secundum ꝗ in themate proponitur nullam forte habet dubitationem, sed magister hic eam aliquantulum permutat & aggrauat dum quęrit. An liceat viro vel vxori tempore orationis vacare coniugali operi. Quæ quæstio diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probat magister superficialiter, ꝗ tempore festiuo vel ieiunij nullus debet vxorem cognoscere. In secunda ponit quando est peccatum, & quando non. In tertia ponit tempora quibus nuptiæ non sunt celebrandæ. In quarta dicitur, ꝗ vir sine consensu vxoris non potest orationi vacare, nec econuerso. 2. ibi, vir cum propria. 3. ibi, non oportet. 4. ibi, apostolus.

1 *Coniux in pluribus casibus non tenetur reddere debitum alteri petenti, nec peccat non reddendo.*

4 *Petere debitum dicitur dupliciter.*

5 *Vir an debeat aduertere vxorem ne petat debitum, & vxor virum tempore orationis.*

12 *Excluditur aliquis a perceptione sacramentorum dupliciter.*

13 *Panes propositionis quare dicebantur.*



Ciatis fratres. Hoc c. est beati Hieronym. in quodam sermone. summa est in rub. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit ꝗ debitum reddens nō potest vacare orationi. In secunda assignat rationem ex veteri lege. 2. ibi, item si panes propositionis. Pro intelligentia huius partis & horum capitulorum. Queruntur octo.

1 ¶ Primum est vtrum de necessitate alter coniugum teneatur vrddere debitum alteri.

3 ¶ Secundum est vtrum vir tenetur reddere debitū vxori non petenti.

5 ¶ Tertium est vtrum temporibus sacris peccet quis petendo debitum.

6 ¶ Quartum est vtrum diebus festiuis quis sine peccato possit reddere debitum.

8 ¶ Quintum vtrum in locis sacris sit licitum debitum reddere.

9 ¶ Sextum vtrum debitum reddens debeat carnes agni comedere.

10 ¶ Septimum vtrum exigens debitum causa fornicationis possit accipere corpus Christi.

11 ¶ Octauum est vtrum postquam acceptū est corpus Christi eodem die parum vel multum post possit exigi vel reddi debitum.

1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur ꝗ alter coniugum non teneatur alteri reddere debitum ex necessitate. primo sic ex præsenti c. sic arguendo. nullus prohibetur à perceptione eucharistię per hoc ꝗ præceptum implet, sed ille qui vxori debitum reddit non potest agni carnes comedere. vt Hierony. dicit in præsenti cap. ergo reddere debitum non est de necessitate precepti. ¶ Secundo sic, quilibet potest licite abstinere ab his quæ sunt sibi nociua in persona, sed aliquando reddere debitum poscenti esset nociuum personæ vel ratione infirmitatis vel ratione solutionis, iam factæ, ergo videtur ꝗ licite debitum possit petenti debitum denegari. ¶ Tertio sic, quicunque facit se impotentem ad faciēdum illud ad ꝗ ex præcepto tenetur peccat. Si ergo aliquis ex necessitate teneretur ad reddendum debitum, videtur ꝗ peccet si ieiunando vel alias corpus attenuando impotētem se reddat ad debiti solutionem. ¶ In oppositum est illud apostoli 1. Corin. 7. vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro, sed obseruantia apostolici præcepti est de necessitate. ergo &c. ¶ Respondeo dicendum, ꝗ de necessitate præcepti vnus coniugum tenetur alteri debitum reddere. Ista conclusio sic iuxta S. Tho. probatur dupliciter. primo sic, sicut seruus est in potestate domini sui, ita & vnus coniugum in potestate alterius, vt patet 1. Cor. 7. sed seruus tenetur ex necessitate præcepti domino suo debitum seruitutis reddere ad Rom. 14. reddite omnibus debita cui tributum &c. ergo & vnus coniugum ex necessitate præcepti tenetur alteri reddere. ¶ Secundo sic, matrimonium est ordinatum ad vitandum fornicationem, vt patet 1. Corint. 7. sed hoc non posset per matrimoniū fieri si vnus alteri non teneretur debitum reddere, quando concupiscentia infestat. ergo reddere debitū est de necessitate præcepti. ¶ Tertio sic, potest probari iuxta dominum Petrum de Pal. quia sicut est contra iustitiam alienum rapere inuito domino, ita contra iustitiam est alienum petenti non reddere nisi contra hoc legitima exceptio habeatur, sed primum est mortale, ergo & secundum, sed corpus vnius coniugis est alterius quantum ad actum matrimonij, ergo qui denegat alteri coniugum corpus suum quantum ad actum matrimonij, peccat mortaliter, nisi vt dictum est habeat legitimam causam denegandi. Notandum autem est hic,† quòd
2 plures sunt casus in quibus coniux non tenetur reddere debitum alteri petenti nec peccat non reddendo. primus est cum ex hoc sequitur periculum personæ reddentis debitum. nam non tenetur ad hoc nisi salua consistentia subiecti. istud declarat S. Thom. in 4. sic, matrimonium principaliter est institutum in officium naturæ, & ideo in actu eius considerandus est naturæ motus secundum quam nutritiua non ministrat generatiuæ est illud ꝗ superfluit ad conseruationē indiuidui, quia hic est ordo naturalis prius aliquid in seipso perficitur, & postmodum alteri de perfectione sua communicet, & hoc etiam ordo charitatis habet, qua naturam perficit, & ideo cum vxor in viro potestatem non habeat nisi quantum ad generatiuam virtutem, non autem quantum ad ea quæ sunt ad conseruationem indiuidui ordinata, vt tenetur vxori reddere debitum in his quæ ad generationem prolis spectant salua tamē prius personæ incolumitate. concor. magister Richar. & domin. Petr. de Palu. qui dicit ex multo coitu imminet periculum personæ, vnde philosophus de longitudine & breuitate vitæ c. vlt. dicit, ꝗ sperma amplius emissum desiccat, & senescūt homines cito, vnde si quis vulneratus aut infirmus esset, quia coitus sibi mortalis esse posset reddere nō teneretur. Et idem dicitur de reuertēti a balneis, ꝗ talis tunc reddere non teneretur. ¶ Secundus casus est de impotentia ꝓpter quam quis excusatur, quia secundum iura, impossibilium nulla est obligatio, hunc casum sic declarat S. Thom. si aliquis redditur impotens ad debitum soluendum ex cā ex matrimonio cōsecuta, puta cum prius debitū reddidit, & est impotens ad debitum soluendum, vlterius mulier non habet ius petendi etiam in petendo vlterius se magis meretricem quam cōiugem exhiberet, si autem reddatur impotens ex alia causa, si illa est licita, & sic iterum non tenetur, nec pōt mulier exigere. Si vero est illicita causa, tūc peccat & peccatū vxoris si propter hoc in fornicationem labatur aliquo modo sibi imputatur. ¶ Tertius casus est in leproso quando. s. imminet sanum periculum mortis vel similis infectionis ex redditione. Si tamen hoc periculū ex redditione debiti immineat à medicis esset querendum & eis credendum. Quartus casus est de fornicatione, quia fornicati nō tenētur debitum reddere, cum dominus permittat propter fornicationem dimitti quo ad actum coniugij, & hoc nisi ipse fornicetur postea, quia paria delicta pari cōpensatione tolluntur, aut debitum petierit, & sic sibi eam reconciliauerit, vt dicit papa de Lothario & Teberga, & ad istum casum, vt dicit dominus Petr. de Palu. reducitur omne crimen per quod coniux perdit ius petendi debitū, puta si scienter alter baptizet vel teneat ad baptismum ext. necessitatem, vel teneat in confirmatione, & huiusmodi, quia ex quo actor perdit ius petendi, reus habet non debēdi & negādi & excipiendi. item ad istum casum reducitur omne illud per quod coniux acquirit excipiendi à viro, vt si de licentia eius fecit votum simplex vel solenne, quia ex tunc non tenetur, vt dicit idem Petrus de Palu. ¶ Quintus casus est quando alter coniugum manet in adulterio manifesto, tunc alius hoc sciens certe, non potest exigere, nec reddere debitum in adulterio permanenti, dum. s. est incorrigibilis, præsumitur autem incorrigibilis secundum Richar. quando pertinaci animo corrigendi renuitur, aut quando correctionem promittens ex consuetudine relabitur, aut

tur, aut exigendo aut reddendo peccat mortaliter, quia sicut contra constitutionem ecclesiæ, secundum Hu. 32. q. 2. si quis vxorem. Quidam tamen excipiunt casum, quando .s. exigeret, qui est innocens timore incontinẽtiæ, ne incurreret in ipsam, quia tũc nõ peccat ſm Arc. post Ber. ¶ His notatis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã de c. præsenti rñ. ꝙ assumptum est falsum, quoniam vt inquit S. Thom. aliquis implens aliquod præceptum potest reddi inhabilis ad aliquod officium sacrum exequẽdum, sicut iudex qui hominem ad mortem condemnans præceptum illud implens maleficos non patieris viuere, irregularis efficitur, & si militet qui præceptum implens debitũ soluit efficitur ineptus ad diuina officia exequenda, non quia ille actus sit peccatum, sed ratione carnalitatis illius actus excluditur à perceptione sacramenti propter reuerẽtiam illius sacramenti. ¶ Ad secundam iam patet responsio ex dictis in primo casu, ꝙ vxor non habet in corpus viri potestatem nisi salua consistentia personę vt dictum est, vnde si vltra exigat non est petitio debiti, sed iniusta exactio, & propter hoc vir non tenetur ei satisfacere. ¶ Ad tertiam responsio patet ex dictis circa ſm casum, vel respondetur negando consequentiam, quia si rationabile sit ieiunium suum, sicut debet esse obsequium præstandum Deo non reddet se totaliter impotentem ad reddendum debitum, quamuis quandoque nimis potentem se reddat.

1 Ad secundum sic proceditur. †Et videtur quòd vir non teneatur reddere debitũ vxori nõ petẽti. Primo sic, ꝓceptũ affirmatiũ nõ obligat nisi ad tẽpus determinatũ, sed determinatũ tẽpus solutionis debiti non potest esse, nisi quando petitur debitum, ergo alias soluere non tenetur. ¶ Secundo sic, de quolibet præsumere debemus meliora, sed melius est etiam coniugibus continere, quam matrimonio vti, ergo nisi expresse debitum petat debet vir præsumere, ꝙ ei placeat continere, & sic non tenetur debitum reddere. ¶ Tertio sicut vxor habet potestatem in virum, ita in seruum, sed seruus non tenetur domino seruire, nisi quando ei a domino imperatur, ergo non tenetur voti debitum reddere, nisi quando ab eo exigitur. ¶ In oppositum arguitur sic, per redditionem debiti medicamentum præstatur contra vxoris concupiscentiam, sed medicus cui est aliquis infirmus, tenetur morbo eius subuenire etiam si ipse nõ petat, ergo vir vxori non petenti tenetur debitum reddere. ¶ Respondeo di-
4 cendum † ꝙ petere debitum est dupliciter vno modo expresse, & quando verbis inuicem petunt. Alio modo est petitio interpretatiua, quando .s. vir percipit per aliqua signa, & vxor velit sibi debitum reddi, sed propter verecundiam tacet, hoc notato ponitur ista cõclusio ꝙ vir etiam si vxor non expresse verbis petat debitum ei reddere tenetur, qñ expressa signa in vxore apparent voluntatis debiti reddendi. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondet negando consequentiam. Et ratio est quia tempus determinatum ad reddendum debitum non solum est quando petit, sed quãdo timetur ex aliquibus signis periculum, ad quod vitandũ ordinatur debiti redditio nisi tunc reddatur. ¶ Ad secundam respondet, ꝙ vir potest talem præsumptionem de vxore habere, quando in ea figura contraria non videt, sed quando videt, esset stulta præsumptio. ¶ Ad tertiam respondet negando consequentiã, & ratio est, quia dominus non ita verecundatur à seruo petere debitum seruitutis, sicut vxor à viro debitum coniugij.

5 Ad tertiam quæstionem sic proceditur. † Et videtur ꝙ temporibus sacris liceat petere debitum. Primo sic, matrimoniũ est institutum in remediũ concupiscentiæ vt fornicatio vitetur, sed possibile est ꝙ homo magis tenetur de opere carnis in die solenni, ergo illo die licet adhibere remedium per petitionem debiti. ¶ Confirmatur sic, matrimonium est medicina, sed medicina debemus vti omni tẽpore morbi, ergo & matrimonio ergo si instat morb. cõcupiscẽtiæ tpe orationi constituto, tunc debet vti medicina, ergo licitum erit petere debitũ. ¶ Tertio sic, non est alia ratio quare diebus festiuis non sit petendum debitum nisi quia sunt orationi deputati, ergo alijs horis licet petere debitum. ¶ In oppositum est Augu. infra in c. christiano, vbi ait, ꝙ christiano non licet aliquãdo conuenire cum vxore sua propter dies professionis & ieiuniorum. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ non licet temporibus sacris petere debitum, ista conclusio probatur sic, licet .n. actus matrimonialis culpa careat tamen quia rationem deprimit propter carnalem delectationem, hominem reddit ineptum ad spiritualia, & ideo in diebus in quibus præcipue spiritualibus est vacandum, nõ licet petere debitum, præterea sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sacris, ita aliqua tempora sunt sacra ꝑpter eandem rationem, sed in loco sacro non licet petere debitum. ergo nec in tempore sacro. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondet negando consequentiam, & ratio est secundum S. Tho. quia tempore illo possunt alia remedia adhiberi ad concupiscentiam reprimendam, sicut oratio & multa huiusmodi quæ adhibẽt etiam illi qui perpetuo continent. ¶ Ad secundam respondet, eodẽ modo quia alia sunt remedia illius morbi sicut dictũ est. ¶ Ad tertiam respondet negando consequẽtiam, & ratio est ſm S. Thom. quia licet non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se seruare idoneum ad orandum, secunda conclusio, licet non liceat petere debitum diebus sacris, non tamen est peccatum mortale, ista conclusio patet, nulla circunstantia aggrauat infinitũ, sed tps indebitũ est circunstãtia qdã, ergo nõ aggrauat infinitũ vt faciat mortale quod alias esset veniale, & ideo non peccat mortaliter (inquit S. Thom.) si vir vel vxor in die festiuo debitum petat, sed tamen grauius est peccatum, si sola delectationis causa petatur, quam si propter timorem quo quis sibi timet de lubrico carnis debitum petat, concor. dominus Bonauen. dicens, peti non potest sine culpa, & si aspectus sit ad delectationem grauis est culpa. Si autem ad lubricum carnis, & suam infirmitatem cuius est conscius vel conscia, & vehemẽter timet, & propter hoc petit, veniale peccatum potest esse, attamen vix contingit ꝙ in præcipuis diebus non sit peccatum graue, hæc ille. Ad idem est Petrus de Palud. dicens, non licet petere debitum temporibus processionũ & ieiuniorum & festorum, non tamen est mortale, sed veniale, nisi concomitaretur nimi⁹ cõtemptus. ita ꝙ propter tempus etiam si Deus præcepisset non abstineret, quia circunstantia non aggrauat in infinitum.

6 Ad quartam sic proceditur. †Et videtur ꝙ diebus festiuis non liceat reddere debitum petenti. primo sic, ex c. præsenti, vbi dicit Hieronym. quicunque debitum reddit vxori, vacare non potest orationi ¶ Secundo sic peccantes & consentientes pariter puniũtur ad Rom. 1. sed ille qui reddit debitum consentit peccanti, qui peccat, ergo & ipse peccat. ¶ Tertio sic, ex præcepto affirmatiuo obligamur ad orandum, & ita ad aliquod tẽpus determinatum, ergo pro tempore illo in quo quis orare tenetur reddere debitum non debet, sicut nec eo tempore quo tenetur temporali domino ad speciale obsequium. ¶ In oppositum est illud apostoli. 1. Cor. 7. nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu vt vacetis orationi ad tempus, ergo non licet abstinere etiam propter orationem nisi vtroque consentiente, ergo quando aliquis eorum petit alter reddere tenetur. ¶ Secundo sic, beati qui faciunt iustitiam & iudicium omni tempore, sed reddere debitum est opus iustitiæ. ergo licitum est omni tempore. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ cum mulier habeat potestatem in corpore viri quantum ad actum generationis spectat, & econuerso tenetur vnus alteri debitum reddere quocunque tempore. & quacunque hora, salua debita honestate, quæ in talib. exigitur, quia non oportet ꝙ statim in publico reddat. concor. Raymun. dicens. Exactus debet reddere, nisi caute & sine periculo posset differre, eodẽ mõ alij doctores. ¶ Ad rationes in contrarium. Ad primam respondet, ꝙ Hiero. loquitur de honestate non de necessitate. ¶ Ad secundam respondet, ꝙ ratio non procedit, quia iste qui reddit debitum petenti quantum in se est, non consentit, sed id quod ab eo exigitur inuitus & cum dolore reddit, & ideo non peccat. hoc .n. propter lubricum carnis est diuinitus ordinatum, vt semper petenti debitum reddatur, nec aliqua occasio peccati detur. ¶ Ad tertiam respondet, negando consequentiam, & ratio est secundum S. Thoma. quia non est aliqua hora ita determinata ad orandum, quin possint recompensari in alijs horis, & ideo obiectio non cogit. ¶ Cir-
7 ca hoc quæritur, † vtrũ vir debeat auertere vxorem ne petat, vel vxor virum. ¶ Ad hoc respondetur iuxta S. Th. in 4. di. 32. ꝙ non debet hoc facere nisi propter aliquam rõnabilem causam, & tunc etiam non debet cum magna instãtia auertere propter pericula quæ possent imminere.

Ad quin

8 Ad quintam sic proceditur.† & videtur ꝙ in loco sacro possit reddi & exigi debitum sic, quod videtur simile esse de loco sacro & tempore sacro, sed licitum est reddere debitum in tempore sacro, vt visum est, ergo simili modo potest reddi vel exigi in loco sacro. ¶ In oppositū videtur esse quia tunc locus sacer contaminaretur quod nullo modo videtur fiendum. ¶ Respōdeo dicendum, s̄m Alber. in 4. dist. 32. ꝙ non tenetur in loco sacro reddere si alius locus haberi potest. Si autem non haberi potest tunc saluat, cum dolore cordis & etiam si exigit cum planctu, quod sine vsu matrimonij esse nō potest, tamen credo ꝙ non peccet mortaliter, & ad id quod dr̄ ꝙ esset contaminatio loci. s. ex incongruitate operis, quod fit in ipso, ad consecrationem & ad actum loci, & alia est ex contrarietate procedens illa, quæ procedit ex incōgruitate tantum, non ita contaminat locum quod indigeat recōciliatione, sed potius illa quæ procedit ex contrarietate sicut ex magnis facinoribus. s. stupro, adulterio, homicidio, & huiusmodi, hæc Alber. cui concor. Richar. dicens, ꝙ necessitate guerrarum inclusi in aliquo loco sacro vnde exire non possunt pro longo tempore, licet vtrique exigere, & reddere debitum, quia non est injciendus laqueus animabus propter mundiciam loci sacri. Sed si parua tempore, tunc debet contineri tempore necessitatis, & tribulationis, hæc ille S. vero Thom. & dominus Bonauen. & Petrus dicunt simpliciter, ꝙ licet debitum sit reddendum omni tempore non tamen in omni loco, quia locus contaminari potest, non tempus, videtur nobis, ꝙ istis doctoribus si fuisset propositus casus supradictus ꝙ concordassent cum primis, quia eadem ratione necessitatis videtur currere, hic & ibi, quando timetur periculum incōtinentiæ, vel aliquarum corruptelarum.


9 Ad sextam quæstionem sic proceditur. † Et videtur ꝙ debitum reddens non debeat carnes agni manducare, siue corpus Christi sumere primo ex præsenti c. vbi Hieronym. expresse dicit, item ex ratione quam inducit arguitur sic. Si 1. Reg. 17. dicit Abimelech, de panibus propositionis si mūdi sunt pueri maxime à mulieribus manducent, si ergo immundis non licebat manducare de illis panibus, multo minus non mundis licet manducare corpus Christi. ¶ Secūdo sic in figura de hoc sacramento dicitur Exod. 13. ꝙ cum lactucis agrestibus pœnitētiæ & doloris est comedenda eucharistia, sed impossibile est simul esse cum voluptate coitus, dolor, ergo videtur ꝙ post voluptatem coitus non sit accipienda eucharistia. ¶ Tertio sic, dicit Greg. ad August. Anglorum episcopum, & ponitur. s̄. distinctione sexta. ꝙ post etiam nocturnam pollutionem ab eucharistia abstinendum est. ergo multo fortius post coitum in vigilia perpetratum abstinendū est. ¶ In oppositum videtur argui, ex opere iustitię non impeditur à communione sacramenti eucharistiæ, vt patet, sed debitum reddens petenti implet opus iustitiæ, ergo ex hoc prohiberi sumere sacramentum eucharistię. ¶ Respōdeo dicendum iuxta Alber. magnum ꝙ reddens debitum propter fidem tori & iustitiam, vel exigens propter bonū prolis, non debet prohiberi vesci carnibus agni, sed suo iudicio circa hoc est relinquēdus, vtrum ex humilitate, quia tale negotium sine voluntate non fuit, velit abstinere vel ex deuotione velit accipere, hæc est sententia Greg. j. in c. vir cum propria. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam de Hieronymo respondetur iuxta Albertum, ꝙ Hierony. loquitur de his qui suarum vxorum sunt nimium amatores. i. nimis ardentes, de quibus supradictum est, ꝙ sunt quodammodo adulteri. ¶ Ad rationem de panibus propositionis respondetur, ꝙ mundicia requirebatur in comedētibus ratione idoneitatis, quia panes erant sacerdotales nō autem ratione necessitatis. ¶ Ad secundam responde. ꝙ ratio non procedit, & ratio secundum Alber. quia licet verum sit quod non sunt simul dolor & voluptas secundum actum, tamē secundum habitum potest esse cum voluptate secūdum actum, & etiam post voluptatem coitus, vnde qui vadit ad communionē potest dolere secundum actū, & excludere voluptatem secundum actum qui fuit prius tempore coitus. ¶ Ad tertiam, de Gregorio respondetur primo ꝙ Gregorius loquitur de sacerdotibus conficientibus eucharistiam in missa, quia illis imponitur maior sanctitas. ¶ Secundo si generaliter dictum illud accipiatur, respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta Alb. quia pollutio signum est culpæ præcedentis, & ideo cum bonarum mētium sit etiam timere vbi culpa non est, multo magis est eis timendum vbi signum culpæ præcedentis inuenitur, sed redditio debiti non est signum nec effectus alicuius culpæ, & ideo non est simile quod inductum est,
10 respice etiam quod nos diximus. s̄. di. 6.

Ad septimum sic proceditur. † Et videtur ꝙ exigens debitum causa infirmitatis non possit accipere corpus domini. primo sic, dicitur .n. Exo. 12. in figura huius sacramenti, vestros renes accingetis, dicit autem Gregorius ꝙ lumbos precingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus, sed exigēs causa infirmitatis non præcingit lumbos suos per continētiam, ergo talis accedere non debet. ¶ In contrariū potest argui sic. talis concubitus non est nisi venialis, sed propter venialia non debet dimitti communio, alias omnis homo dimitteret cum in multis offendamus omnes, ergo non oportet ꝙ iste dimittat propter hoc recipere corpus domini. ¶ Respondeo dicendum iuxta dominum Alber. ꝙ ille monendus est ne accipiat, nec relinquēdus est suo iudicio vt præcedens, si tamen omnibus modis ex deuotione se ingerat non est prohibendus. ¶ Ad rationem in contrariū respondetur iuxta Albe. quod per hoc non ostenditur nisi congruitas inuitans nos ad humilitatem, & non intendit Gregor. imponere necessitatem, sicut superius de panibus propositionis dictum est.


11 Ad octauam quæstionem sic proceditur. † Et videtur quod postquam acceptum est corpus domini eodem die parū vel multū post nō possit exigi vel reddi debitum sic. Contrarij sunt motus sacramenti & concupiscentiæ, quia vnum mouet in summum spiritum, & alterum in summā carnalem voluptatem. ergo motus vnus excludit alterum, quia contrarij motus se inuicem excludunt, ergo motus concupiscentiæ in concubitu excludit motum nutrimenti spiritualis, ergo perditur effectus sacramenti, sed omnibus modis cauendum est ne perdatur effectus sacramenti, ergo omnibus modis cauendum est, ne debitum petatur, nec exoluatur eadē die. ¶ Respondeo iuxta Alber. mag. in 4. ꝙ illa die non est postulandum debitum, nec reddendum nisi alter coniugum multū instet, si tamen fiat non tamen credo quod sit peccatum mortale. hæc Albert. ¶ Ad rationem in oppositum dicendum, s̄m eundem, quod nō procedit, quia licet illi actus actu sint contrarij, non tamen habitu, quia delectatio quæ est in coitu non profunditur vt habitus, sed transit sicut dispositio temporalis, vnde actus coitus non est contra spiritualitatem, sicut dispositio permanens, sed sicut dispositio ad tempus pertransiens, & ideo post transitum talis temporalis dispositionis potest esse actus deuotionis in homine, & dispositio mentis ad communionem. Lege. ¶ [Sciatis fratres non potest] adeo expedire. Hug. nec de carminibus videtur quod sit peccatum mortale tempore orationis cognoscere vxorem reddendo vel exigēdo, cum eucharistia non soleat interdici nisi pro mortali peccato, de conse. di. 2. quotidie, sed dic quod est concilium propter reuerentiā
12 sacramentorum factum†. vnde aliquis excluditur à perceptione dupliciter, tum ex necessitate. s. propter peccatum mortale ratione cuius dicit apostolus 1. Cor. 11. probet autem seipsum homo & sic de pane illo &c. Alio modo ex congruitate, vt cum propter reuerentiam sacramēti omittitur, & maioris deuotionis tempus expectatur. Si vero commisceatur causa saturandæ libidinis præceptum est, quod tunc peccatum mortale est. Hug. Et loquitur conformiter ad ea quæ supra diximus in quæstione tertia [item si panes propositionis] arguit ratione à minori, quia si quod minus erat non licebat comedere laicis, vel etiam sacerdotibus illis temporibus, quando iungebātur vxoribus, multo magis non licebit corpus comedi nisi à mundis [in veteri testamento] Leuit. 24. præceptum erat vt singulis sabbatis 12. panes calidi. s̄. mensam sanctuarij proponerentur, & super singulos singulæ patenæ aureæ, & super singulas patenas pugillus thuris. isti panes sequenti sabbato remouebantur, & alij noui reponebantur, & thus domino incendebant, & panes cedebant in vsus sacerdotum, & quia ita cō-
13 tinue & publice ponebantur† ideo panes propositionis dicebant. Cum .n. sacerdotes vacabant vxoribus, & Deo non deseruiebant in tabernaculo, tunc non comedebant istos panes

panes[comedi non poterant]digne & licite.Hug.[quanto magis qui in cœlo]Io.6.[violari atque contingi] causa libi dinis explẽdę secundum quosdam, vt dicit gl.[debeamus] quantum in nobis est, nam si alter exigit, alter tenetur red dere,& peccat qui exigit,& nõ q reddit.Sæpe.n.peccat qui præcipit,& non qui obedit, vt 23.q.1.quid culpatur.&.5.e. quæst.5.manifestum.

1 *Infidelis dicitur quodam respectu quicunque est in peccato mortali.*




Votiescunque. Ad idem sequitur hoc ca.quod est Au gust.in sermone de natiuitate domini.summa est in rubro.breue est.Lege.¶[Quotiescunq; infidelium.]quia fidem non seruante amatoribus suis, vel quia non habẽt fidei virtutem.
1 †Quicunque.n.est in peccato mortali quodam respectu dr infidelis 1.q.1.cum omnis & 7.q.1.sciendum & 33.q.4.for te.Hu.[à proprijs vxoribus]de concilio loquitur quantum ad vxores legitime vtendo eis, vel debemus abstinere etiã ab eis causa saturandæ libidinis.




Ratres. Ad idem est hoc ca.quod est bea ti Ambrosij in sermone de aduẽ tu domini.summa est in rub. breue est.¶[Fra tres nullus coniugatur]exigendo nam reddere tenetur, & est consilium siue de honestate loquitur, vel est præceptum si fiat causa saturandæ libidinis.


1 *Debitum an liceat reddere tempore imprægnationis.*
2 *Vir non debeat accedere ad vxorem a tempore conceptionis vsque ad tempus purificationis.*
3 *Debitum an liceat reddere vel exigere tempore menstruorum.*



I causa. Ad idem est hoc capitulum eius dem Ambrosij super epistolã primam ad Corint.Summa est, ꝙ aliqua sunt tẽpora, quæ non sunt concessa.s.de consilio ad vsum matrimonij, dies festi, dies processionum,& tempus litaniarum,& tempus conceptus,& tẽpus partus.Breue est,non diuiditur.Litera¶[Si causa non multum temporis concessum] ergo aliquod tẽpus est quod non est concessum, quo ad consiliũ,& exhortationem,de consilio.n.& exhortatione dicuntur talia, & non de præcepto. Hugu.[dies festi]de consecr. dist.3. c.1. [dies processionis].i. in quibus fiunt processiones, vt litaniæ,& dies dominici[conceptus].i.à tempore conceptionis,& præsertim à tempore motus infantis, debet vir cessare ab vxore vsque ad tempus purificationis. In hoc.n.viri debent imitari pecudes, vt ex quo vxores sunt grauidę nõ opprimant eas,& emittere abortium compellant, vt.s.32. q.4.origo nec ipsæ debent postea maribus copiam sui facere, vt 32.q.7.Non solum.¶ Sed surgit hic quæstio.† vtrũ
1 liceat debitum reddere tempore imprægnationis.Et videtur ꝙ non ex præsenti capitulo. Respondetur ꝙ si sine periculo aborsus vir potest carnaliter copulari suæ vxori prę gnanti sibi tenetur reddere debitum, & ab ea potest exigi sine peccato mortali, quia concubitus matrimonialis non tantum est in officium,sed in remedium.Si autem cum ea non potest carnaliter copulari sine periculo aborsus, tunc non debet sibi reddi debitum,nec exigi quia matrimoniũ principalius est ordinatum ad prolem procreandam, quã in remedium.Ad capitulum præsens respondetur, ꝙ loquitur de debito honestatis,non necessitatis.[partus]à tempore.n.partus vsque ad tempus purificationis debet cessare carnalis commistio, vt dist.5.ad eius[iuxta legem].s. cano
2 nicam.†Nam secundum legem canonicam à tempore con ceptionis vsque ad tempus purificationis non debet vir accedere ad vxorem, vt preallegato capitulo vel[iuxta legẽ] Moysi,in lege Leuitici 20. mandabatur ꝙ quamdiu fœmina est grauida vir ad eam non accedat, & fœmina quæ pareret masculum ab ingressu templi 40. diebus quæ fœmi-
3 nam.80.abstineret.¶ Surgit etiam hic quæstio † de tempore menstruorum an illo tempore liceat debitum reddere vel exigere.Et videtur ꝙ non.dicitur.n.Leuitici 20.qui co ierit cum muliere in fluxu menstruæ & reuelauerit turpitudinem eius &c.interficientur ambo.¶ Secundo dicit gl. Esa.44. super illud quasi pannus menstruatæ,quod tempore menstruorum viri debent ab vxoribus abstinere, tũc.n. concipiuntur membris damnati,ceci,claudi,leprosi,& huiusmodi vt quia parentes non erubuerunt sic misceri,&c. Respondeo hic est multiplex modus dicendi. Quidam dicunt sicut Hu.in hoc loco ꝙ tempore menstruorum nõ est licitum exigere,sed bene reddere primũ.n.quia est in voluntate coniugis lex prohibet,sed non secundum, quia est de lege naturæ.Et sic dicunt debere intelligi autoritates supra allegatæ.Et istius opinionis videtur esse dominus Bonauentura.Alij dicunt, vt S.Thoma. ꝙ si illa passio accidat naturaliter.s.semel in mense determinato tempore, tunc non licet exigere,nec reddere, quod videtur innui in autoritate allegata in principio, quia vtrunque perficit inter fici.Cuius ratio est propter maximam corruptionem,quę tunc est in corpore mulieris, quam ostendit earum fœtor illo tempore, & infectio specialis ad aspectum earum, vt dicit philosophus de somno & vigilia. Semen viri quod tunc in ea recipitur incurrit infectionem,& id quod mini strat mulier est immundum. Et ideo ex tali concubitu vt in pluribus efficiuntur leprosi, vel alijs grauibus corruptionibus infecti sicut dicit gloss.Esaiæ allegata supra.Talis cõ clusio concubitus est in præiudicium prolis, non autem licet huiusmodi vti concubitu coniugali ad remedium,qñ est in prolis notabile & probabile præiudicium,quia principalius ordinatur ad prolem procreandam, quam ad remedium. Si autẽ mulier innaturaliter patiatur, vt sunt aliquæ quæ quasi continue patiuntur sanguinis fluxum,tunc licet exigere, & reddere,quia tũc mulier concipere non potest, vt dicunt quidam,hæc secundum Richardum. Et iste modus placet nobis.




Hristiano. Ad idem est hoc capitulum quod est Augustini libr.quæstionum noui & veteris testamenti. Summa est in rubro. Lege.¶[Christiano.aliquando non licet]hic non licere capitur pro nõ expedire[non licet].i.non expedit,non decet, vt in festiuis diebus,& diebus processionum.[à licitis] reddere .n.debitum coniugale petenti tempore orationis licitum est,cum non sit peccatum, vt supra dictum est,tamẽ vt deuotius oretur de honestate est abstinendum[vnde apostolus] 1.Cor.7.ponit sensum apostoli non literam, in apostolo sic habetur,nolite vos fraudare adinuicem, nisi ex consensu ad tempus &c.[vt vacetis expedientius orationi.] Et capitur hic stricte oratio ꝓ ea quæ fit in ecclesia,& in alijs oratorijs,& pæsertim in diebus feriatis.s.dominicis, & festiuis,& ieiuniorum,& non de oratione large accepta ſm quod dicitur, quod qui bene facit orat,quia hoc modo vt arguit Hug.quia cum semper bene agendum sit, semper cessandum esset ab vxoribus,quod non est mirum.[Nam & secundum legem]Romanam, vt.C.de ferijs, quadragesimę tempore ieiunij nõ licet verberare vel occidere, vel punire[iurgari].i.in causa litigare.Hug. vel secundum legem molaicam,vnde Deus probat hoc tempore ieiunium.Esa. 43.dicens.Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra,ecce ad lites & contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impie,vel secundum legem canonicam 15.q.4.placita[post vero licet]quia alio tempore licitum est,quod fiãt iudicia, & malefici puniantur secundum legem diuinam & humanam,eorum tamen ministerio, qui autoritate publica patiuntur.



Vi autem Ad idem est hoc capitulũ Ioan.Chrysost.Summa est ma est in rubro.Breue est.Lege.¶[Qui autẽ in castigatione victus].i.in abstinẽtia victus siue parcitate cibi [agere pœnitentiam frustra]quia non de facili,& frustrari potest. Hu.nisi egrediatur à cubili]coniugali quantum in se est, si non exigendo, vel etiam non reddendo,si vxor consentiat.Hu.& gl.

1 *Vir dormiens cum vxore debet aqua lauari,& ab ingressu ecclesiæ se temperare.*
2 *Ingressus ecclesiæ ne prohibeatur in omni peccato mortali.*



Ir cum: Hic dicitur incipere secunda pars huius quæstionis in qua ꝓbatur quando est peccatum cognoscere vxorem suam, & quando non.Ioan.de capitulum hoc est beati Greg.ad August.episcopum.Summa est.† quod vir dormiens cum
1 vxore sua debet aqua lauari,& ab ingressu ecclesiæ se tẽperare.

rare. Capitulum hoc videtur diuidi in tres partes. Nam in prima parte loquitur in casu, quando vir accedit ad vxoré causa incontinentiæ tali consulitur, vt aqua lauetur & ab ingressu ecclesiæ vsque ad vesperam abstineat. In secunda parte loquitur in casu, in quo vir accedit ad vxorem causa procreandæ prolis. Et talis dr relinquendus proprio arbitrio si velit abstinere à corpore Christi, vel non. In tertia loquitur in casu in quo vir accedit ad vxorem causa saturandæ libidinis, de quo dicit, quod grauiter peccat. secunda ibi, si quis. tertia ibi, cum. n. amor litera. ¶ [Vir nisi lotus] hoc si propter reuerentiam loci, & sacramentorum. Hug. [non debet] consilium est, non præceptum, vel loquitur secundum consuetudinem quorundam locorum cuius consuetudinis fractio scandalum generaret [paulum] vsque ad vesperam, vt dist. 6. testamentum. Hug. ¶ Sed quantum postea debet abstinere à corpore Christi, videtur haberi, de consecra. dis. 2. omnis homo, hoc tamen consilium est Hu. [licita]. i. non prohibita. Hug. est tamen peccatum veniale quia fit causa incontinentiæ 32. quæstione. 2. his itaque [à sacri loci ingressu.] ¶ † Surgit hic quæstio vtrum prohibeatur in peccato mortali ingressus ecclesiæ. Et videtur quod sic ex præsenti capitulo, si. n. pro veniali peccato prohibetur ingressus ecclesiæ, vt hic dr, multo fortius prohibeatur pro peccato mortali. Respondeo dicendum quod non prohibetur pro aliquo peccato mortali ingressus ecclesiæ alicui, nisi sit excommunicatus, vel interdictus, vel ei hoc specialiter interdicatur, vt fit in quibusdam pœnitentibus vel contumacibus, vt 11. q. 3. cur cum excommunicatus, & di. 81. si qui & 5. quæst. 2. præsenti, vnde expedit magis peccatori currere ad ecclesiam ad orationem, vt Deus eum liberet, & à peccatis emundet exemplo publicani, qui ascendit ad templum, vt oraret, & orans atque pectus percutiens exijt iustificatus Luc. 18. ¶ Ad argumentum ex præsenti capitulo respondetur, quod hic dr consilium est, propter reuerentiam sacrati loci, & propter corporalem inquinationem, magis quam propter peccatum, vt dicit Hug. vnde dicit Albertus magnus ꝙ illa prohibitio ingressus ecclesiæ in hoc actu non est propter magnitudinem reatus ostendendam, sed ad demonstrandam incongruentiam actus coeundi ad spiritualia intelligenda & videnda, quæ tractãtur in locis sacris, in obsequijs diuinis, & sacramentis, quia contemplatio diuinorum esse non põt, nisi in spiritu ascendente supra corpus, & in coitu sub carne, quasi suffocatus iacet spiritus. Nec est dictum, vt ita seruetur, sed potius vt moueant carnj seruientes, vt humiliter se trahant à locis sacris, sed nõ sunt redarguendi si non fecerint. Hæc Alb. [quia voluptas ipsa sine culpa nullatenus esse põt]. ¶ Surgit hic qõ, vtrum hoc sit verũ. Et videtur ꝙ sic, quia est authoritas Gregorij. Itẽ vt tangitur in gl. Hu. dicit, hic colligitur ꝙ opus coniugale non potest exerceri sine peccato. ¶ Sed contra est, quia Augu. lib. de bono coniugali, vt exponitur supra, dicit coitum qui fit gratia prolis procreãdę esse sine culqua alia. ¶ Respõdeo dicendum, ꝙ absit ꝙ cõcubitus carnalis quem excusat honestas nuptialis sit culpabilis, imo bonus, sanctus, & legitime factus, vt dicit Augu. lib. de bono coniugali. Ad dictum Gregorij respondetur multipliciter. primo iuxta dominum Bonauẽturam in 10. in fine distinctionis 31. qui ita dicit, quod non dr carnis cõmistio quilibet actus coniugalis, sed ille qui fit ad delectationem carnis, in qua communiter est aliqua culpa, hæc ille. Et ita Gregor. non loquitur vniuersaliter de omni actu coniugali, sed de eo qui fit ad delectationem carnis. ¶ Secundo respondetur iuxta Richardum in eodem loco, ꝙ nomine culpę intelligit fœditatem vitiosam, quæ in nobis est ex culpa primorum parentum, & ita non est ad propositum. ¶ Tertiò potest responderi ꝙ Gregorius illud loquitur ratione originalis peccati, quod proles contrahit ex tali commistione, vnde cum dicit [in iniquitatibus cõceptus sum]. i. in peccato originali, non damnat actum coniugalẽ propter peccatum originale quod proles contrahit ex peccato Adæ, per quod omnes nascimur filij iræ [copulam carnis esse legitimam] vt in ipsa carnis copula sit causa prolis &c. [& carnis &c.] expositio est præcedentis. Hugut. [si quis vero.] secunda pars, scilicet quando quis commiscetur vxori causa prolis [suo iudicio] id est arbitrio, vtrum, scilicet ex humilitate velit abstinere, vel ex deuotione accedere, sicut supra exposuimus [quia in igne] concupiscentiæ, vel in igne, id est in amplexu mulieris [nescit ardere]. i. libidini deseruire. i. non ad ardorem & impetum libidinis cognoscit vxorem, sed ad necessitatẽ, quia exactus reddit ei debitũ, vel exigit causa prolis [cum vero.] tertia pars. s. cum quis cognoscit vxorem suam causa saturandæ voluptatis [defleat] quia talis coitus peccatum mortale est. Hug. [tunc autem] respicit ad primum casum, vbi dicit supra de ingressu ecclesiæ, & nihil de corpore Christi quod hic addit [aqua] ad literam propter corporis pollutionem. Alij dicunt [lotus]. i. aspersus aqua benedicta, per quam minuta peccata remittuntur, vt de consecra. dist. 3. aqua. Quãto autem tempore post commistionem coniugis debeat abstinere à corpore Christi, non videtur determinari, sed colligi potest, de consecra. distinct. secunda. Omnis homo. Omnia tamen ista vel de ingressu ecclesiæ vel de corpore Christi de consilio sunt [prædiffinitam sententiam] scilicet quod debeat lauari, & postea intrare, scilicet transacta vna die. Hugu.

Hinc & in diebus.

§. est, in quo est tertia pars quæstionis, in qua ponit tẽpora, in quibus nuptiæ non sunt celebrandæ. Io. de.



NOn oportet. Inducit ad propositum hoc c. in primis ex concilio Laodicensi sumptum. Summa est in rubro breue est non diuiditur, pro pleniori intelligentia huius, & sequentium capitulorum de hac materia loquentium. Quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum licitum sic celebrare nuptias omni tempore.

2 ¶ Secundum est vtrum matrimonium contractum tempore prohibito per ecclesiam veniat separandum.


1 **Ad primum** sic proceditur. Et videtur ꝙ licitum sit omni tempore nuptias celebrare. primo sic, dicit apostolus ad Gala. 4. dies obseruatis & mẽses & tempora & annos, & post, timeo ꝙ absq; causa laborauerim in vobis, ergo videtur ꝙ obseruare tempora sit malum, & non consonum fidei, ergo videtur ꝙ quolibet tempore sit licitum nuptias celebrare. ¶ Secundo sic, in diebus assignatis in litera non interdicitur celebratio aliorum sacramentorum, ergo nec matrimonium quod est sacramentum debet interdici. ¶ Tertio sic. in diebus illis potest peti debitum, & reddi, ergo & nuptiæ celebrari, consequentia videtur manifesta, quia si effectus non repugnat diei, ergo nec causa. ¶ In oppositum arguitur ex c. præsenti & sequentibus. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ aliqua sunt tẽpora in quibus non est licitum nuptias celebrare, cuiusmodi sunt determinata in præsentibus capitulis. Et huius assignãtur à doctoribus duæ rationes. vna est moralis, alia figuralis. Moralis. n. est, quia his tribus temporibus propter præcipuarum solennitatum expectationem, in quibus cõsueuerant fideles communicare. s. natali domini, pascha, & pentecostes in quibus debent se fideles pręparare vt dominum suum possint digne & reuerenter accipere, & propter hoc debent sensum à terrenis aliquãtulum eleuare, & qm in sponsæ traductione & nuptiarum celebratione propter nouitatem vehementer animus conuertitur ad id, quod deorsum est, & ad gaudia vana. Et ideo ista tria tempora rationabiliter sunt interdicta. s. tempus aduentus vsque ab octauas epiphaniæ, tempus septuagesimæ vsque ad octauas paschæ, & tempus tertia die ante ascensionem vsq; ad octauas pentecostes, & quia multæ abusiones fiunt in nuptijs quæ non conueniunt istis temporibus. Alia est ratio figuralis, quia in his temporibus sunt dies ieiuniorum, & sic dicitur Matt. 9. non debent filij sponsæ lugere quamdiu cum illis est sponsus, cum autem aufertur &c. & quia quodammodo in his diebus significatur absentia sponsi, ideo in talibus diebus non debet fieri sponsi & sponsæ coniunctio, nec nuptiarum celebratio, vnde non est interdictum cõtrahi sponsalia, vel matrimonium in his diebus per simplicem consensum, sed interdicitur nuptias celebrari, & sponsam in domum adduci. ¶ Ad rationes in oppositum ad primam de apostolo respondetur iuxta dominum Bonauenturam, ꝙ obseruari tempora potest esse tripliciter, quia aut ipsa obseruantur quantum ad naturam in his quę subsunt naturæ, vt quantum ad actum seminandi & nauigandi, aut tempora obseruantur in his, quæ sunt supra naturam, sicut sunt ea, quæ sunt gratiæ & liberi arbitrij. Aut tempora obseruantur secundum specialem institutionem ex inten-

turam; sicut sunt ea, quæ sunt gratiæ & liberi arbitrij. Aut tempora obseruantur secundum specialem institutionem ex intentione spiritualium, vt dies instituta ad colendum natale domini obseruanda est, vt in ea amplius laudetur Deus. primo modo obseruare tempora nō est peccatum, nec tertio modo, sed tātum secundo modo, & hoc modo non fit obseruatio in matrimonio quia non seruatur lunatio nec temporum variatio, nisi secundam ꝙ statutū est ad cultum Dei, vnde non obseruatur ratione temporis, sed magis ratione cultus diuini. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Cuius ratio est secundum S. Th. quia celebratio nuptiarum habet adiunctam aliquā mundanam lætitiam & carnalem, quod non est in celebratione aliorum sacramentorum. idem Bonauentura. ¶ Ad tertiam respondetur negando conseqnentiā, & ratio est, quia vt dicit S. Thom. non est tanta distractio animorum in redditione debiti, vel petitione, sicut fit in celebratione nuptiarum. Et ideo non est simile.

2 Ad secundum sic proceditur. † Et videtur, quòd matrimonium contractum tempore prohibito sit separandū. primo sic, ex cap. seqūē. Non oportet vbi dicitur, ꝙ à septuagesima vsque ad octauas paschæ, &c. nuptias non celebrare, quod si factum fuerit, separentur. ¶ Secundo sic in foro ecclesiastico iudicandum est statuta ecclesiæ, ergo si ecclesia statuit, ꝙ talibus temporibus nuptiæ non debeant fieri, si fiunt debent iudicari pro non factis. ¶ In oppositum est extra de matrimonio cōtra interdictum ecclesiæ contracto c. 1. item nihil est propter quod debeat separari matrimonium, nisi tale sit de substantia matrimonij, sed solus consensus est persona legitima, sed nihil horem deficit in proposito, ergo tale matrimonium licet sit cōtractum in tempore prohibito per ecclesiam, non est separandum. ¶ Respondeo dicendum ꝙ matrimonium sic contractum propter hoc separari nō debet quo ad vinculum, nec quo ad torum & habitationē simpliciter, sed ad tempus in pœnam eorum eo ꝙ præceptum ecclesiæ contempserunt. Ista conclusio patet. s. in c. allegato, extra de matrimonio &c. vbi notandum, ꝙ coniunctos matrimonialiter separat ecclesia, qnosdam simpliciter quantum ad vinculum, ostendens inter eos non fuisse matrimonium ex hoc, ꝙ interuenit aliquod impedimētum quod est contra substantiam matrimonij, vel ex parte consensus, vel ex parte legitimitatis personarum, & illud dicitur impedire matrimonium contrahendum & dirimere iam contractum. Quosdam autem separat simplicitur quantum ad torum & habitationem in pœnā, & hoc propter aliquod crimen, quod est contra matrimonium bonum. Quosdam separat ad tempus ad pœnitētiam agendam, & hoc quando interueniat aliquod impedimētum, quod non est contra matrimonium quantum ad substantiam, nec est contra bonum matrimonij, sed inducit peccatum, & tale est ecclesiasticum interdictum, & de tali separatione intelligitur autoritas canonis, non oportet allegata. Et sic patet responsio ad primam rationem in oppositum. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, nisi vbi prohibitio est cum decreto irritante illud ꝙ in contrarium agitur. Lege. ¶ [Non oportet nuptias]. i. nuptiales solennitates, nuptialia cōuiuia, nuptiales traductiones coniugis, & huiusmodi vel [natalia hominū] qui dies natiuitatis suæ celebrant, solennia conuiuia faciendo, vt Pharao diem natalem celebrans fecit conuiuium grande. Gen. 40. Sic Herodes diem natalis sui celebrans cœnam fecit principibus, & tribus Marci 6. ꝙ Mat 14. talia naralitia Deum offendunt, ibi impudice saltatur, diabolo cantatur, dicit. n. Hiero. ꝙ in saltibus lætantur demones, & exultant ministri demonum, & Ioannis caput amputatur, quia gratia Dei perditur & iniquitas fouetur.



On licet. Ad idem est hoc ca. ex concilio Martini papę. Summa est eadem. Leg. ¶ [Non licet.] breuiter hoc capitulum nunc non habet locum, nam vt dicit gl. abrogatum est. Nam in quadragesima natalitia martyrum celebrantur & tanto deuotius quanto tempus est sacratius.



On oportet. Ad idem est hoc capitulū ex concilio Ilerdensi. Summa ostendit quibus temporibus nuptiæ nō sunt celebrādæ, potest diuidi in duas partes. In prima prohibet. In secunda punit contrafacientes. secunda ibi, quod si factum &c. Lege. ¶ [Non oportet] præterea quæ supra in alio cap. non oportet diximus de rōne assignationis horū dierū, possumus etiā sic dicere [à septuagesima] quia significat tēpus quo Adā & Eua expulsi sunt de paradiso, vt per hoc etiam ostendatur ꝙ ab illo tpe septuagesima vsque ad octauā paschę excluditur ab ecclesia celebritas coniugiorum, aduentu, vt deuote expectemus Christum, & cum spirituali gaudio celebremus eius natiuitatē, quia sine carnali viro fuit ab omni carnis superfluo circuncisus, ipsumque sacris numinibus cum regibus quibus apparuit, sine carnis contagione adoremur. [quodsi] secūda pars [separentur] vt diximus supra in quæstione secunda. s. ad tempus in pœnam vt puniantut in quo delinquerunt, quia transgressi sunt præceptum ecclesiæ, ext. de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ c. 1. dicit autem Petrus de palude, ꝙ si sit periculum incontinentiæ alia pœnitentia imponatur, & in ipsa dispensetur.



Ec vxorem. Ad idem est hoc capit. Nicolai papæ. Summa est eadem vt. s. Breue est. ¶ [Nec vxorem ducere. s. solennizare matrimonium, non autem prohibetur ducere vxorem simpliciter per verba de præsenti. [nec conuiuia illa]. s. quæ fiunt in diebus natalitijs, vnde dicit Hu. ꝙ in hoc capitulo exprimitur aperte quod in superioribus capitulis intelligitur nomine nuptiarum vel natalitiorum.

Hec autem seruanda sunt. §. est, ī quo incipit quarta pars huius quæstionis. In qua dicitur, ꝙ non sine vxoris consensu vir, nec econtra est vacandum per eos orationi, dicit ergo [hęc autem] quæ in præcedentibus diximus. s. ꝙ vir tempore orationis & ieiuniorū continere debet [ob seruanda sunt] siue intelligenda si fiant cum consensu vxoris. Et similiter vxor ex consensu viri, & non debet alter sine consensu alterius continere. Et hoc Gratianus probat per sequentia capitula.

1 *Coniuges quod non possint continere nisi ex communi consensu an sit verum.*

2 *Coniux si petat debitum in ipsa ecclesia, an sit ei reddendum.*



Postolus. Hoc capitulum est beati Augustini libro tertio de adulterinis coniugijs. Summa est ꝙ coniuges continere non possunt nisi ex cōi cōsensu. Breue est. ¶ Pro cuius c. intellectu quærit. † vtrū hoc
1 cap. sit verū. Et vr ꝙ non, quia aut intelligitur de oratione priuata, aut solenni, non de priuata, quia nimis durum esset, ꝙ vir non possit orare pater noster, aut aliam orationem priuatam facere, sine consensu vxoris, aut econuerso vxor sine consensu viri, & oppositum omni die fit. Non de solenni, quia solenni orationi missæ in tempore à canonibus instituto vacare licet omni homini, de consecra. distinct. secunda omnis homo. Nec ad hoc requiritur consensus coniugis. ¶ Respondeo dicendum primum, quòd sensus autoritatis huius est, nō quòd vir aut vxor orationi vacare simpliciter non possit sine consensu alterius, sed ꝙ tali vacatione orationi intendere vir aut vxoꝶ non debet, sine consensu alterius per quam impediri possit redditio debiti, si petatur, vel denegari. ¶ Et ad argumentum cum arguitur de qua oratione sit intelligendum dicit Hug. ꝙ quidam dicunt hoc esse intelligendum de priuata & speciali oratione, sicut videtur gloss. dicere, vt si quis tota die vel maiori parte diei vult esse in oratione, sed generali orationi potest alter interesse præter voluntatem alterius, vt puta missæ. Sed dicit Hug. Ego hoc intelligo de qualibet oratione, siue generali, siue spāli. siue solenni, siue priuata. Non tñ dico, ꝙ alter coniugum non possit interesse orationi præter voluntatem alterius. vnde si alter dicat alteri, nolo vt intres ecclesiam, vel audias diuinum officium, non est audiendus vndecima quæstio. tertia si dominus, & capitul. qui resistit. Sed dico quòd propter orationem non debet quis denegare debitum vxori petentis, scilicet quia dies est festiuus, vel dies ieiunij, vel quia uult audire diuinum officium, vel quia vult ire ad ecclesiam, sed reddat primo, & postea huiusmodi exequatur.
1 ¶ Sed surgit quæstio † quid si petat in ipsa ecclesia.

Respondetur quòd non tenetur reddere, nisi in loco apto & cõpetenti, nisi forte videret imminere periculum fornicationis & incontinentiæ, de qua quæstione supra disputauimus circa principium huius quartæ quæstionis in articulo quinto.

1 *Pœnitentia an possit imponi viro eundi vltra mare vel ad S. Iacobum inuita vxore.*



Poenitentiam. Ad idem est hoc c. ex secundo concilio Arelatensi. Summa est in rubro. Breue est, non diuiditur. Lege. ¶ [Pœnitentiam]. i. abstinentiã à complexu coniugali, vel aliam pœnitentiã per quam ius & debitum coniugale impediretur, vnde si imponeretur alicui per confessorem continentia perpetua, vel ad tempus & huiusmodi, dico quod talis pœnitentia non debet ei imponi sine consensu alterius, quod si factum sit statim irritabitur à sacerdote, qui iniunxit si alter coniugum noluerit consentire. Si vero sacerdos adeo fuerit indiscretus, quod relaxare noluerit, potius est obediendum coniugi in tali casu, quam sacerdoti, ut dicit Hug. ¶ Hic surgit quæstio † utrum potest imponi pœnitentia uiro eundi ultra mare uel ad S. Iacobum inuita uxore. dicit Hug. quòd sic, quia illa tenetur eum sequi si ille uult eam ducere. Quid si nolit ut sequatur eum, dicit ꝙ tunc talis pœnitentia non debet ei imponi sine consensu uxoris.

¶ *Quæstio quinta.*



Vod autem. Hic intitulatur qõ quinta, uidelicet utrum uir & mulier sine mutuo cõsensu possint uouere cõtinentiam. Et hæc quæstio diuiditur in quinque partes. in prima probat per sex autoritates, ꝙ uir sine licentia uxoris & econuerso non potest continere. In secunda probat, ꝙ debemus esse uirgines mente, & corpore si possumus, alias mente sine qua nullus saluatur. In tertia dicit, ꝙ si uir uxorem suam uelari permiserit, & non contradicit, compellatur intrare religionem. In quarto probat, quod uir est in omnibus superior fœminæ, & ꝙ fœmina tenetur uiro obedire. In quinta ostendit Gratianus quare fuit unum primum principiũ humani generis primus homo. secunda ibi, tunc saluabitur. tertia ibi, quia uxorem, quarta ibi, manifestum. quinta ibi, nec illud ociosum est.



I dicat vir. Sequitur primum capitulum huius partis, ꝙ est beati Aug. supra psalmos. Summa est in rubro, pro intelligentia primæ partis quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum unus coniux post copulam carnalem possit sine licentia alterius continere.

2 ¶ Secundum vtrum unus coniux ante carnalem commistionem possit sine consensu alterius continere.

Ad primum. sic proceditur † Et videtur quòd unus cõiux post carnalem commistionem possit sine licentia alterius uotum emittere continentiæ, primo sic, licitum est uiro uxore etiam prohibẽte accipere crucem in subsidium terræ sanctæ, ut extra de uoto & uoti redditione c. ex multa. §. quod autem, sed cũ per hoc uotum redditio debiti impediatur, ergo unus cõiux potest sine licentia alterius prædictum uotum emittere. ¶ Secundo sic, uxore prohibente potest vir corpus suũ ad martyrium & mortem exponere, & tunc cõstat, quòd se reddit impossibilem ad reddendum debitum, ergo &c. ¶ Tertio sic, non est expectandum in aliquo voto consensus alterius qui non potest sine peccato dissentire, sed ita est cum alter coniugum vouet continentiam vel simpliciter, vel ad tempus, quia impedire profectum spiritualem est peccatum in spiritum sanctum, ergo vnus potest votũ continentiæ simpliciter vel ad tempus emittere sine consensu alterius. Quarto sic. sicut in actu matrimonij requiritur debiti redditio, ita debiti petitio, sed vnus potest sine consensu alterius vouere ꝙ debitum non petat, cum hoc sit ius suę potestatis, ergo pari ratione potest vouere quod debitum non reddat. ¶ In oppositum est capitulum præsens. Item est apostolus primo Cor. 7. nec fraudetis vos inuicem, nisi ex communi consensu ad tempus, vt vacetis orationi. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ vnus coniux post copulam carnalem non potest emittere votum continentiæ simpliciter, vel ad tempus sine licentia vel consensu alterius, patet ista conclusio. primo ex presenti capitulo & alijs sequentibus: Secũdo sic, nullus potest facere votum de alieno, sed vir non habet potestatem sui corporis sed coniux, ergo sine consensu eius non potest facere votum continentiæ vel simpliciter vel ad tempus. ¶ Tertio sic iuxta S. Thom. vouere voluntatis est, vt etiã ipsum votum ostendit, vnde de illis non potest esse licite votum quæ naturæ subiacent voluntati, qualia non sunt ea, in quibus vnus alteri tenetur. Et ideo in talibus non potest aliquis votum emittere sine consensu eius cui tenetur, vnde cum coniuges sibijnuicem teneantur in redditione debiti, vt dictum est, per quã continentia impeditur, non potest vnusquisque consensu alterius continentiam vouere. Et si vouerit peccat inquit S. Thom. & non debet seruare, sed agere pœnitentiam de malo voto facto. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est, quia illud votum crucis factum est in fauorem & necessitatem terræ sanctæ, nec facta est omnino derogatio iuris vxoris, quia debet mulier velle pro necessitate tanta continere ad tempus. Quod si nolit potest virum suum sequi, sed cum vouet continentiam, tunc omnis mulier iure suo priuatur & secundum tempus totius vitæ suæ. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est ẜm dominum Bonauẽturã, quia vir mori potest pro Christo. si necessitas immineat, & mulier tenetur hoc velle. Et si vir voluntarie se offerat, mulier non potest vetare, quia ipso mortuo potest cum alio contrahere sed sic non est cum vouet vxore viuente. ¶ Ad tertiam respondetur, negando quòd alter coniunx dissentiens voto cõtinentiæ alterius peccet, quia non dissentit vt bonum illius impediat, sed ne sibi præiudicium generet. ¶ Ad quartam respondetur ꝙ duplex est opinio hic. quidam. n. dicunt ꝙ vnus coniux absque cõsensu alterius potest vouere, quod non petat debitum, non autem ꝙ non reddat. quia in primo vterque est sui iuris, sed non in secundo. Et huius opinionis est dominus Bonauentura & Richardus. Alij dicunt quòd non potest vouere non reddere nec non exigere vt dicit S. Tho. probabilius dicunt. Et ratio est, quia si alter nũquam peteret debitum ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur dum oportet vnum semper confessionem debiti petenti subuenire. Et ideo alij probabilius dicunt, ꝙ neutrum põt vnus sine consensu alterius vouere.

2 Ad secundum quæstionem sic proceditur. † Et videtur ꝙ coniux vnus ante carnalem commistionem possit sine consensu alterius continere, primo sic extra de conuer. coniuga. in ca. ex publico, conceditur viro potestas intrandi religionem vxore nolẽte, sed plus est religionem intrare, quam continere, ergo similiter conceditur licentia continendi etiam vxore nolẽte. ¶ Secundo sic, per consensum contrahitur matrimonium, ergo ꝙ non sit in copulam carnalem, vt supra ostensum est, ergo si non obligatur nisi in id, in quod consentit, videlicet ꝙ possit sine licentia alterius continere. ¶ Tertio sic, si omnis vir esset obligatus ad soluendum debitum ante carnalem copulam, ergo nihil adderet carnalis copula ad consummationem matrimonij, sed hoc est falsum, ergo &c. ¶ In oppositum est illud apostoli 1. Corinth. 7. vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro, sed ad commistionem sunt uir & uxor, ergo ante commistionem tenetur. ¶ Secundo sic, mulier non tenetur continere, & nõ potest cum alio contrahere, ergo potest iuste debitum exigere, sed iuste exigenti iniustum est negare, ergo vir tenetur reddere. ¶ Respondeo dicendum ꝙ sicut dicit dominus Bonauentura ante consummationẽ matrimonij vtraq; persona nec omnino obligatur nec omnino est libera. Non omnino obligatur, quia potest mori mundo, & sic matrimonium soluetur, ipso viuente in carne, & tunc cum hoc facit est omnino absolutus, nec omnino est liber, quia si uult huic mundo uiuere, necesse habet petenti debitum reddere, & quia in medio est inter vitam huius seculi, & uitam religiosam siue spiritualem. Ideo

ideo facri canones terminum præfixerunt, vt possit deliberare, videlicet terminũ duorũ mensiũ vel circa illud. Et ideo dicendũ ꝙ vxore petente continere potest per duos menses, sed post vel tenetur reddere debitum vel manifestare se mundo mortuum, per solenne votum in religionem ingressum, quod si non facit, tenetur ad debitum soluendum. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est vt dicit dominus Bonauentura, quia introitus in religionem facit mori mundo, & solui vinculum, unde nullo modo fit sponsę præiudicium, non sic est autem cum maneat in seculo. ¶ Ad secundam respondetur quòd ratio non procedit, quia quamuis non oporteat consentire in copulam carnalem, oportet tamen consentire in copulam coniugalem, quæ necessario ordinat ad illam nisi interueniat mors spiritualis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Nam addit & quantum ad significationem & quantum ad obligationem, quia enim sunt unum corpus & vna caro, ideo vnus non potest transire de hoc mundo reliquo remanente. Et ideo non potest vouere continentiam nisi cõiux pariter voueat. Præterea tenetur ad statim reddere dum potest carnalem copulam, sed ante addatur ei spatium duorum mensium, & ita addit. Lege. ¶ [Si dicat iam vxor non potest] .s. vxori receptæ debitum denegare per continentiã .i. occasione tuæ continentiæ, & tunc sibi imputaretur peccatum illius. Hu. [tali lucro] .i. tuæ continẽtię [tale damnum fornicationis] .s. vxoris. Hu. [pro sanctificatione] .i. pro continentia perpetuo seruata computabitur, ex quo non exigis, sed reddis ex necessitate, quasi diceret ex quo facis ad quod ex necessitate teneris coniugali, non imputabitur tibi sed pro tanto habebitur ac si continentiam seruasses. arg. infra. e. secundum & 7. quæst. prima mutationes. Hugu.


1 *Consensus coactus vel extortus non est consensus, nec alicui præiudicat.*



NOtificasti. Ad idem est hoc capitulum quod est Alexandri secundi. Summa est in rubro. Diuiditur in duas partes. In prima ponit casum. Casus est iste timore mortis licentiam ab vxore violenter extorsit, & sic monasterium adiuit tandem conualuit, & victus clamoribus vxoris & familiæ de monasterio exiens ad domum propriam redijt, quæsiuitque post à papa vtrum liceat ei vti vxore sua, in secunda parte respõdit licet indirecte interrogationi. secunda ibi, si ita deniq;. Lege. ¶ [Notificasti morte tenus] .i. vsque ad mortem. Hugu. [licentiam] quę cum fuit extorta per violentiam vere nõ fuit licentia, sicut in fine dicitur [sine abbate] recitat factum, nec dat intelligi aliquid à contrario, quia sine abbate potest quis monachari. Hu. [remeasse] ductus consilio aliquorum, quod non fuit inhonestum, vt 27. quęstione secunda Agathosa. Hugu. [cubile] id est ad consortium cohabitandi, & forte iacendo in eadem camera cum ea, sed non cognoscẽdo, vnde sequitur eius inquisitio, an debeat eam cognoscere [vxore vti] reddendo & exigendo, tamen quia sine licentia voluntaria vxoris votum fecerit, tamen quia feruore passionis examinatus vt dicit litera fecerat [si ita] secunda pars, hic incipit respondere, & sicut dixi supra non respondet inquisitioni, sed per consequentiam [nulla
1 licentia] ar. † ꝙ consensus coactus vel extortus non est consensus nec alicui præiudicat.

1 *Mulierem quid faciat monacham an consensus mariti tantum an propria voluntas.*

2 *Vir si non vult reuocare coniugem suam factam monacham quid iuris*



MVlier. Ad idem est hoc capitulum sumptum ex concilio compendiensi. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Mulier si viro placuerit] ergo in optione viri est, an illa remaneat in monasterio vel non. Si ergo vir dedit consensum vt sic remaneat. ¶ Sur
1 git quæstio. † quid faciet eam monacham. An consensus mariti tantum, aut propria voluntas dicit Hugu. Quidam dicunt ꝙ vtrunque. Ego autem dico, ꝙ consensus mariti nec per se, nec cum alio vel alijs facit vel facere potest illã monachã, sed hoc facit consensus viri, quia cõsensum vxoris reddit vtilem & efficacem, qui prius erat inutilis & inefficax, vnde dico, ꝙ in tali casu vxor non est monacha, antequam vir consentiat, sed eo consentiente statim efficitur monacha vel propter presentem consensum, vel propter præteritum, nisi postea illud mutauerit, quo casu illa non efficitur monacha, fit tamen ei præiudicium, quia inquantum in se fuit, monacha fuit, & ita cogetur esse in monasterio, & consentire in monachatum si constet de voluntate eius mutata siue non constet semper præsumetur esse mo
2 nacha. Hug. ¶ Surgit alia quæstio. † Quid si vir non vult eã reuocare. Respondetur quòd cogetur perpetuam vouere continentiam & vt intrare monasterium si sit iuuenis. Si verò sit senex poterit in domo sua remanere, promissa continentia. arg. 27. quæst. secunda si quis coniugatus. Hu. [recipiet] vt dicunt quidam infra annum & diem, nam postea non poterit reuocare. dicit Hugu. Ego autem credo & ita dicit gloss. quòd semper poterit eam reuocare, antequam consentiat argu. in cap. proximo [ad coniugium] id est ad vsum carnis, & hæc reuocata poterit reddere sed non exigere. Hugutio.


1 *Coniugum alter si permittit alterum ingredi monasterium nõ potest postea eum reuocare.*

2 *Coniux non eximitur ab obligatione alterius propter votum continentiæ.*

3 *Vxor an possit aliquid dare vel eleemosynam facere sine consensu viri.*



QVod Deo. Ad idem est hoc c. ꝙ est beati Augustini, ad Ediciã, Summa est in rubro, pone sic casum pro intelligẽtia textus. Edicia & vir eius communi cõsensu in domo propria vouerunt perpetuam castitatem, postea sine voluntate viri res dotales dabat ecclesijs, & pauperibus, vestem nigram & monachalem inuito marito accepit, & iam quasi pro derelicto virũ habebat, vnde vir scandalizatus est. Et sic capitulum diuiditur in tres partes. In prima Augustinus scribens illi mulieri de voto commendat illam. In secunda reprehendit illam de dispersione rerum domus sine licentia mariti. In tertia reprehendit eam de assumptione vestis monachalis inuito marito. secunda ibi, nihil ergo de tua veste. tertia ibi, est quidem pro modulo. Lege. ¶ [Quod Deo pari], i. communi alias non valet, loquitur enim de voto continẽtiæ, quod neuter coniugum potest facere altero inuito vel nesciente. Et si fecerit tenetur semper reddere debitum, sed exigere [non potest] sine peccato. Hugutio. [vsque in finem] si votum fuerit perpetuum. Hugutio. [ille lapsus est] cum aliqua alia fornicando, vel lapsus voluntate, quia
1 volebat vxorem cognoscere [consensu] arg. † si alter coniugum permittit alterum intrare monasterium nõ pôt postea reuocare, vt. j. cod. qui vxorem. [nihil ergo.] secundã
2 pars. argu. † quod propter votum continentiæ non eximitur alter coniugum ab obligatione alterius, nisi quo ad debitum reddendum. Nam ad multa alia tenentur sibi inuicem, tenentur enim cohabitare, se inuicem alere ministrare, vnde interueniente consensu vtriusque in voto cõtinentiæ non absoluuntur coniuges à mutuo seruitio [de
3 tua veste] argumen. hic † quòd vxor non potest aliquid dare, vel eleemosynam facere sine consensu viri quod quidam concedunt. Sed Hug. dicit, quòd in rebus viri vel communibus hoc est verum, sed de proprijs bene potest, hic autem loquitur Augustin. de rebus dotalibus, quæ transferuntur in dominium, & dispositionem mariti, sed de istis nullam habet potestatem vxor, vt possit distrahere, alienare, donare, aut eleemosynas facere de eis sine consensu mariti [tua] id est ad vsum tuum deputata. Hug. [tuis] id est ad vsum tuum deputatis. Hug. [est quidam] tertia pars [puta] id est cogita Hug. [scandalum] quod uitandum est [magis mala] electiue ponitur, quasi malum fecisti sic scandalizando uirum & ei non obediendo, & sic non fecisti bonum, quoniam bonum feceris abstinẽdo sicut Anna quæ fuit vidua & induebatur ueste uiduitatis, de qua Luc. 2. & erat Anna prophetissa filia & c. sed sicut Susanna coniugata & viuente viro induebatur veste coniugali.




Ecundū verba apostolica. Ad idem est hoc capitulum, quod est beati Augustini super psalm. 158. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ cum vir reddit vxori suæ debitum, & non exigit, reputabitur ac si continentiam seruaret. In secunda assignat tria genera hominū, quæ securè expectant diem iudicii. secunda ibi, quisquis ergo. Litera. ¶ [Secūdū verba apostolica]. i. apostoli 1. Corinth. 7. vbi ait, vxori vir debitum reddat &c. [reputaret]. i. remunerasset eum quasi continentiam seruasset vt. s. e. si dicat. Hu [quisquis] secunda pars. hic tangit verba apostoli dicentis qui habent vxores sint tanquam non habentes, & qui vendunt, sint tāquā non vendentes, & qui emunt sint tanquam non ementes. & qui sint illi ostēdit dicens. [Si propter infirmitatem propriam duxit vxorem, plangens &c.] talis securus expectat diem nouissimum, & iste est qui habet vxorem tanquam non haberet, secundum genus hominum tāgitur ibi [quisquis quod nouit vendit & facit elemosynam pauperibus] non faceret beatum venditio si non faceret eleemosynas. beati dicuntur non vendentes, sed misericordes. Matth. 5. & talis est securus in die iudicij. Et iste est qui vendit tanquam si non venderet. tertium genus ibi, quisquis [quia transiret] id est transitorium & caducum non præsumit superbiendo, in eis, spem ponendo, & facit misericordiam, & talis est qui emit tanquam si non emeret, & iste securius expectat, cum cæteris prædictis diem nouissimū.



Na sola. Ad idem est hoc capitulum, ꝙ est beati Augustini ad Armentarium & Paulinam. Summa est in rubro. Nō diuiditur. Lege. ¶ [Vna sola.] i. præcipua [suscipere] quasi, quia pusillanimus est. [seu carnis infirmitate]. i. quia incontinens est. Hug. [propter]. i. nimis festine. i. antequam cōsensus alterius obtineatur [temeritas] qa promissum est temerarie [alienum est,] quod non in potestate sua, sed vxoris & econuerso, scilicet reddere debitum. In hoc non habet vir potestatem sui corporis sed vxor, ex hoc neuter potest vouere altero inuito. Hug.




Vnc saluabitur. Hic incipit secūda pars quæstionis, in qua probat quòd debent esse virgines, id est integra mente. Capitulum hoc est Hieronymi exponentis illud apostoli, ad Timo. Saluabitur mulier &c. Summa est in rubro. Breue est. Lege tunc saluabitur mulier si illos virgines [mente]. i. merebitur æternam vitam, si hac intentione genuerit filios, & ad hoc pro posse operam dederit, vt pmaneant in virginitate. i. in integritate mentis, quantum in ipsa est [si quod ipsa perdidit]. s. virginitatem carnis [acquirat] quantum in se est scilicet virginitatem mentis. Et est simplex relatio [& damnum radicis]. i. suum. i. corruptionem suæ carnis [& carnem]. i. putredinem, & corruptionem carnis [compenset] quantum in ipsa est [flore & pomis] id est in filijs, qui dicuntur flores & poma, sicut mater radix [recompenset] integritate mentis. Hugu. attende hic qualiter mutat significationem huius vocabuli virginitas.



E hoc non solum. Ad idem est hoc quod Augustinus dicit & breuis litera [nunc dico virginitas]. s. carnis [non saluat] 32. quæst. quinta si Paulus [virginitatem] mentis [imperfecta sunt]. s. ad vitam consequendam æternam. Hug. & gloss.

1 *Cogendus nemo est ad ea quæ sunt perfectionis.*



Vi sitit Ad idem est hoc capitulum eiusdem sumptum ex euangelio Ioā. septimo capitulo, vbi dicitur. In nouissimo autem die magnæ festiuitatis stabat Iesus clamans & dicens, si quis sitit &c. & loquitur hic de siti continentiæ. ¶ [Bibat] id est contineat si vult [qui potest facile capere] hoc verbum continentiæ, scilicet vt contineat [capiat] id est contineat si vult. [non dicit] sequuntur verba Hieronym. exponentis [nolitis & cætera] argum. † ad ea quæ perfectionis sunt neminem esse cogendum, sed persuadendum, nam talia consilij sunt, non præcepti. argum. vndecimo quæstio. prima aliud [Apostoli] quasi diceret, merito dixit qui potest capere &c. quia non omnes possunt. [vnde apostoli contemplantes onera vxoris si talis est inquiunt] tam hominis cum vxore, vt nō possit eam dimittere, nisi causa fornicationis. Dominus enim inhibendo repudium solam causam fornicationis exceperat [dixerunt non expedit nubere] non expedit quo ad omnia, expedit quidem quo ad vitandam fornicationem, vt 28. quæst. prima sic enim, sed non expedit quo ad facilitatem tendendi ad regnum cœlorum, quia sine vxore facilius tendit quis ad cœlum, quia vt ait apostolus tribulationem carnis patiuntur coniugati. Et hoc innuit dominus in sequenti responsione [probans] id est approbans. Hug. [verum] supple illi capiunt hoc verbum quibus &c. [natura] id est naturalis frigiditas. Hugu. & isti dicuntur castrati, quia casti nati [alios ius hominum] & isti dicuntur spadones, sed nec isti nec primi multum placent sua continentia, vt 32. quæstio quinta sicut. [Alij dicuntur eunuchi voluntate] id est religiosi, qui continentiam sponte seruant, & isti placēt Deo, vt infra sequitur [non necessitas] sicut primos & secundos [libenter illos in meo reperio sinu] id est merito, qui se castrauerunt, id est caste viuunt, qui omnino voluerunt esse [quod nati sunt] id est exercere id ad quod nati sunt, id est vti copula carnali, vt exponit gloss. [finis huius autoritatis] id est capituli [qui sitit de virginitate] scilicet mentis, quæ non solum affectu, sed effectualiter necessario est habenda, quia sine ea nemo saluabitur, cum sit virtus. Hugut. principium vero de effectu virginali carnis, ad quam seruandam nemo obligatur, nisi qui eam vouerit. Omnia patent.



Vi vxorem. Ad idem est hoc capitulum ex concilio Rhemensii. Summa est in rubro. Et dicit hic incipere tertia pars quæstionis. Lege. ¶ [Qui vxorem velare] habitum religionis suscipere [sed similiter conuertatur.] intrando monasterium si iuuenis est. Si senex est, sufficit quòd conuertatur perpetuam continentiam vouendo, & potest remanere in seculo. Hug.

1 *Vir an possit semper vouere abstinentiam sine consensu vxoris.*
2 *Quod non si derogatur iuri vxoris. nu. 2.*
3 *Vxor potest aliqua vota abstinentiæ facere, & obseruare præter voluntatem viri.*
4 *Vxor an peccet obediendo viro suo, si ille prohibeat, quod prius concesserat.*
5 *Obediendum an sit alicui cum peccat præcipiendo.*
6 *Votum continentiæ & abstinentiæ qualiter differant.*



Anifestum est itaque. Hic dicitur incipere quarta pars quæstionis, in qua probat, quòd vir est superior mulieri. Siue vt dicit Hug. loquitur de voto abstinentiæ. Summa est in rubro, licet enim in voto continentiæ vir & vxor sint pares, in voto tamen abstinentiæ sunt impares. Nā vxor sine pmissione viri nō pōt vouere tale votū. Et si vir permittat primo, & postea velit reuocare, tenetur illa obedire ei, & votum frangere, vt hic dicitur. Item si vxor tale votum fecerit antequam nuberet, & postea displicet viro, tenetur illa votum reuocare, nec in hoc peccat, vt infra cap. noluit. Sed vir sine licentia vxoris potest emittere vota abstinentiæ, quòd inde colligitur, quia specialiter prohibetur de vxore, vnde videtur permissum de vno, ꝙ tantum de vno negatur &c. vt distinct. 25. qualis.

1 ¶ Sed hic surgit. quæstio. † vtrum vir possit vouere abstioentiam semper sine consensu vxoris, & vxor non possit aliqua vota abstinentiæ emittere, & illa seruare sine licentia viri. ¶ Respondetur secundum Hugutio sub aliquibus conclusionibus, prima †, vir non potest emittere votum abstinentiæ, per quod derogetur iuri vxoris sine licentia eius, unde non potest se affligere sic ieiunio, quòd reddatur impotens ad reddendum de-
2 bitum. ¶ Secunda conclusio † ꝙ etiam vxor potest aliqua vota

vota abstinentiæ facere, & obseruare præter voluntatem
2 viri, quæ scilicet potest adimplere sine scandalo viri, quæ non tenetur frangere, sed adimplere, vt vouit, vt quod daret de suo proprio pro Deo pauperibus, vel quod oraret vnum psalmum, vel tot pater noster, sed illa tenetur frangere quæ sine scandalo viri adimplere non potest, vt de ieiunio tali die, vel de non comedendis carnibus tali vel tali die, aut huiusmodi, Lege tex. ¶ [Manifestum legē] Moysi quæ Numeri 30. dicit, vxor in domo viri cum se voto constrinxerit, aut iuramento si audierit vir & tacuerit, nec contradixerit sponsioni reddet quodcunque promiserat. Si autem contradixerit, non tenebitur promissioni suæ. quia maritus contradixit &c. [nulla eius vota quæ]. s. obseruari sine scandalo viri non possunt ostendit hoc, nam cum ad peccatum &c. [lex] supradicta [hoc tamen non dixit lex] prædicta, vt mulier faciat, quod vouerat, quia permissa iam prius à viro fuerat, quod tamen nunc prohibet, lex autem licet dicat [viri] esse peccatum [quia abnuit]. i. negauit, siue prohibuit ꝙ prius concesserat [non tamen ex hoc mulieri iussum]. i. præceptum dedit, vt in tali casu vir contemnatur, imo debet obedire, ideo si prius vir cõcesserat ꝙ modo prohibuit. ¶ Sed surgit quæstio quam tangit gloss. & Hug.† vtrum mulier pec
4 cet in tali casu obediendo viro suo. Et videtur quòd sic, quia magis est obediendum Deo, quam hominibus, scribitur. n. vouete, & reddite. ¶ Respondeo dicendum vt dicit Hug. quòd mulier non peccat obediendo viro, quia in hoc casu Deus hoc vult, & præcipit. Et ita non facit cõtra dominum, vt patet in prædicta lege, & in hoc patet, &. j. c. noluit, tenetur ergo in hoc casu obedire, licet ille non habeat potestatem, vt contra Deum præcipiat, vt ostendatur quanta sit subiectio mulieris ad virum. ¶ Surgit alia quæstio hic, † vtrum sit obediendum alicui cum peccat præcipiendo. Respondit Hu. distinguendo sic, si vtrunque
5 .s. præcipere & id quod præcipitur est peccatum, est prima conclusio, ꝙ non est obediendum, patet ista conclusio 11. q. 3. Non semper & c. si dominus. Si autem id quod præcipitur est peccatum, siue veniale, siue mortale, & præcipere non est peccatum, sicut potest esse cũ ab ecclesia præcipitur isti, vt cognoscat vxorem, quæ est ei consanguinea. Est secunda conclusio, ꝙ etiam tunc non est obediendum. Si autem præcipere est peccatum, & non id quod præcipitur. Est conclusio tertia, ꝙ tunc obediendum est, vt cum forte prælatus præcipit aliquid, quod est iustitiæ ex ira vel odio. s. vt subditi moueantur contra hostes, & similia, vt 23. q. 1. quid culpatur, & sic hic. Nec obuiat illud. c. s. e. quod Deo, ibi. n. dicitur de voto continentiæ, hic autẽ de voto abstinẽtiæ, & aliud est, in hoc & aliud in illo. Et ideo ibi præcipitur vxori, vt perseueret, quamuis vir velit labi. ¶ Surgit alia quæstio. † Cur aliud est in voto continen
6 tiæ, & aliud in voto abstinentiæ. Nonne præceptum est generaliter de reddendo voto, secundum illud prophetæ, vouete & reddite. ¶ Respondetur iuxta Hug. quòd auctoritate diuina illud præceptum est de voto reddendo, hoc exceptum est, scilicet votum abstinentiæ, vt hic, & infra eod. noluit. Hug.

Ex præmissis. §. est, in quo concludit differentiã inter vota continentiæ, & abstinentiæ [seruitutē] id est reddendi debitum. [Adimplere non valet] si scandalum generetur marito [in omnibus] debet nisi in debito reddendo, & exigendo. In hoc enim sunt pares. Hug.

EST ordo naturalis. Ad idem. s. ad ostendendam subiectionem mulieris sub viro, est hoc capitulum quod est beati Augustini in libro quæstionum super Genesi. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Est ordo naturalis.] naturalis tamen quia mulier facta est propter virum Genesi primo, faciamus ei adiutorium simile sibi, tum quia mulier est de viro, & non vir de muliere. Tum tertio quia in generatione humana est sicut principium agens, mulier vero est principium passiuum, & vir dat formam, mulier autem ministrat materiam. Agens autem naturaliter nobilius est passo, & forma principalior materia, ergo naturaliter mulier subijcitur viro, vt nobiliori, & principaliori, & similiter filij parentibus, à quibus secundum carnem processerunt vt minor seruiat maiori, nisi ex diuina prouidentia aliter fiat, sicut fuit de Iacob & Esau, Genesi vigesimo quinto. vbi dominus ait maior, scilicet Esau, & populus per eum significatus seruiet minori, id est Iacob, & populo per eum significato, scilicet Iudaicus christiano.

3 *Gloria Dei dicitur dupliciter.*
5 *Mulier quare dicatur gloria viri.*
6 *Testis an teneatur ad pœnam talionis.*



HAec imago: Ad idem inducitur hoc capitulum Augustini in quæstionibus noui & veteris testamenti. Summa est, quòd vir superior est muliere, & caput eius. Diuiditur in duas partes secũdum duas rationes, quibus vtitur ad hoc probandum. prima est, quia vir est imago Dei, & non fœmina. secundus est quia in veteri lege si accusaret vxorem de adulterio, & illa conuinceretur lapidabatur. Ipse autem si deficeret, non. secunda ibi, satis hinc apparet, pro pleniori intelligentia huius capituli quærenda veniunt tria.

1 ¶ Primum est vtrum homo sit imago Dei.
2 ¶ Secundum est vtrum, homo veraciter dicatur gloria Dei.
4 ¶ Tertium est vtrum fœmina veraciter negetur esse imago Dei.

1 Ad primum. sic proceditur † Et videtur quòd homo non possit dici imago Dei primo sic, quia esse imaginem Dei est proprium primogeniti, de quo dicitur ad Colos. primo, quòd est imago inuisibilis Dei primogenitus omnis, creaturæ, ergo non homo est imago Dei. ¶ Secundo sic dicit Hilarius libro de synodis, imago est eius rei ad quam imaginatur spiritus indifferens, sed non est species indifferens, Dei & hominis, ergo homo non potest dici imago Dei. ¶ Tertio sic, dicit idem Hilarius, imago est rei ad rem coæquandam indiscreta & vnica similitudo, sed non potest esse æqualitas hominis ad Deum, ergo &c. ¶ In oppositum est capitulum præsens. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Thom. Corinthior. vndecimo quòd in homine est imago Dei, sed imperfecta filius autem Dei est imago Dei perfecta, tertia parte. quæst. 113. & super apostolum Paulum, prima pro quo notandum quod de ratione imaginis in communi sunt duo, primum est similitudo non in quibuscunque, sed vel in ipsa specie rei, sicut homo filius assimilatur patri suo, vel in aliquo quod sit signum speciei sicut figura in rebus corporalibus, vnde illi qui figuram hominis vel æqui depingunt, dicuntur imaginem eius depingere. ¶ Secundo requiritur origo, & hoc addit imago supra similitudinem, quòd sit ex alio expressum, imago enim dicitur in eo quòd agitur ad exemplum alterius, vnde ouum quãtumcunque sit alteri quo simile, & æquale, quia non est expressum ex illo, non dicitur imago eius, nec duorum hominum qui sunt similes specie vnus dicitur imago alterius, nisi ex eo oriatur sicut filius à patre. Aequalitas autem non est de ratione imaginis, quia vt Augustinus dicit libro. 83. quæstionum vbi est imago, non continuo est æqualitas sicut patet in imagine alicuius in speculo relucente. Est tamen de ratione perfectæ imaginis. Nam in perfecta imagine non deest aliquid quod insit illi de expressa. Sed manifestum est, quòd in homine inuenitur aliqua similitudo Dei, quæ deducitur à Deo, sicut ab exemplari. Nam assimilatur ei secundum memoriam, secundum intelligentiam, & voluntatem mentis, quod pertinet ad speciem naturæ intellectualis, & hoc habet à Deo, ergo veraciter dicitur imago Dei quantum deest æqualitas, quia in infinitum excedit exemplar hoc tale exemplatum. Ideo homo dicitur imago Dei non perfecta, sed imperfecta. Et hoc significat scriptura cum dicit Genesi. primo, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, præpositio enim accessum quendam significat quod competit rei distanti. ¶ Ad rationes in oppositum facilis est responsio. Dicimus enim quòd solus filius est imago perfecta perfecte implens illud cuius est imago. Et de tali sunt diffinitiones quas assignat Hilarius. Talis autem ratio imaginis non competit homini, nec alicui creaturæ potest competere.

Ad secundum cum quæritur † quomodo sit verum quòd dicatur homo gloria Dei. Respondetur iuxta S. Thomam super apostolum qui hoc dicit. 1. Cori. 11. † quòd gloria Dei dupliciter. vno modo qua Deus in se gloriosus est, & sic homo non est gloria Dei, sed potius Deus est gloria hominis secundum illud psalmi. 3. tu domine susceptor meus es & gloria mea. Alio modo dicitur gloria Dei claritas eius ab eo deriuata, secundum illud Exo. vltimo, gloria domini impleuit illud. Et hoc modo dicitur quòd vir sit gloria Dei inquantum gloria Dei immediate super virum resulget secundũ illud. psalmi. 4. Signatum est super nos lumen vltus tui domine. Sed hoc modo ita fæmina est gloria Dei, vt vir, cum etiam sit irradiata claritate diuini cultus, sicut vir cũ sit ad imaginem dei formata vt dicetur infra. Sed vir dicit hic gloria Dei, & non fæmina tribus de causis, vt dicit Hugutio in præsenti capitulo. primo, quia potentior & gloriosior apparuit in creatione viri, quam fæminę. Nam præcipue per hominem manifestata est gloria Dei, cum eum per se fecerit, & de limo terræ contra naturam. sed fęmina facta est de homine. secundo quia homo factus est nullo mediante, quod non est de fœmina. tertio quia vir Deum glorificat principaliter, id est nullo medio, sed fœmina mediante viro, quia vir ipsam fœminam docet, & instruit ad glorificandum Deum. Hu.

Ad tertium. sic proceditur. † Et videtur quòd nõ conuenienter dicatur, quod fœmina negetur esse imaginem, Primo sic. dicitur Genesis primo. Creauit Deus hominem ad imaginem suam, masculum & fœminam creauit eos. Secundo sic. imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia maris & fœminę, vt dicitur Colo. 3. non ergo debet dici vir magis imago Dei, quam fœmina. ergo &c. ¶ Tertio sic. fœmina est indiuiduum humanæ speciei, ergo similiter dicenda est imago Dei. cõsequentia patet ex dictis in primo articulo. ¶ In oppositum est causa præsens. Respondeo dicendum iuxta Sanctũ Thomam quod de imagine possumus loqui dupliciter. vno modo quantum ad interiora, scilicet quantum ad id in quo primo & principaliter imago Dei consistit, scilicet quantum ad intellectualem naturam. Et quantum ad hoc ponitur conclusio quod in muliere inuenitur imago Dei, vnde Genesis primo. cum dixisset ad imaginem Dei creauit illum scilicet hominem. Subdit masculum & fæminam creauit eos. Et dicit pluraliter eos, vt dicit Augustinus, vt non intelligatur in vno indiuiduo vterque sexus fuisset, coniunctus. Et hãc conclusionem probant rationes factæ in principio. ¶ Secundo de imagine possumus loqui quantum ad exteriora quædam, & sic conclusio secunda. quòd quantũ ad aliqua huiusmodi imago Dei inuenitur in viro secundum quę non inuenitur in muliere, sicut dicitur in pręsenti capitulo, & ab apostolo vbi supra. Ex hoc ostenditur in tribus vt ponit Sanctus Thomas, & Hugu. in pręsenti capitulo, quia sicut Deus vnus est, & ab illo omnia. Ita vnus homo factus à principio, ex quo sunt cęteri. & ita in hoc habet similitudinem creatoris, vt sicut omnia ex illo vno, sic, ex vno homine omnes alij. hanc similitudinem tangit Augustinus in hoc loco. ¶ Secundo quia sicut de latere Christi in morte dormientis in cruce fluxerunt sanguis & aqua, quibus significãtur sacramenta, per quæ ecclesia subsistit, & habet originem, & efficitur spõsa, sic de latere Adę dormientis in paradiso formata est sibi sponsa, quia inde sumpta est de costa, de qua formata est Eua. ¶ Tertio quia sicut Christus præest ecclesię, & eam gubernat ita vir præest vxori, & eam regit, & gubernat. Et quantum ad hæc tria homo dicitur esse imago Dei, & non fœmina. Litera. ¶ [Hec imago]. i. similitudo. Hugu. id est in hoc habet similitudinem cũ Deo, & ob hoc dicitur eius imago quantum ad exteriora [vt]. i. quia vnus factus sit homo ex quo oriantur & c. sicut Deus vnus est, à quo sunt cętera omnia. Hug. [habens imperium Dei, &c.] id est sicut Deus omnibus dominatur, ita vir in domino principaliter dominabatur [etiam mulieri & cęteris creaturis] & hoc quia vnius Dei habet &c. ideo non est facta secundum cõparationem ad ista exteriora sicut dictum est in quæstione [sic dicit scriptura] Gene. 1. [Apostolus ait]. i. Corintihorum. 11. [Vir nõ debet. &c. cum orat] istud duplicem habet intellectum, vt dicit Sãctus Thomas. super epistolam Pauli. primo quidem, quia velamen quod capiti superponitur designat potestatem alterius super caput existentis ordine naturæ. Et ideo vir immediate sub Deo existens non debet velamen habere super caput, vt ostendat se immediate Deo subesse, Mulier vero debet velamen habere, vt ostendat se post Deum alteri naturaliter subesse. scilicet viro. Et sic velamen habere super caput est signum subiectionis habere. ¶ Et si obijciatur de seruo & subdito, q͂ hac ratione debẽt velamẽ habere. ¶ Respondetur iuxta Sanctum. Thomam. quòd non sequitur. quia subectio ista non est naturalis. ¶ Secundo potest sic intelligi, quòd vir qui est gloria Dei non debet habere velamen in capite, ad ostendendum, quòd gloria Dei non est occultanda sed reuelanda. Gloria autem hominis quę designatur per mulierem, quæ dicitur gloria viri, est occultanda. vnde in psalmis. dicitur. [Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloria &c.] † Dicitur autem mulier gloria viri, quia claritas mulieris deriuatur à viro, secundum illud Gene. 2. hæc vocatur virago, quia de viro sumpta est. vt dicit Sanctus Thomas vbi supra [satis hinc apparet.] secunda pars, in qua arguit ex lege Moysi. mulierem subiectam viro [subiectas esse] ita dicit apostolus ad Ephe. 5. sicut ecclesia est subiecta Christo, sic mulieres viris suis in omnibus, scilicet quæ non sunt contra Deum, vt dicit glo. [& pœne famulas bene dicit pœne. quia proprie vxor non est famula viri, imo quasi socia in adiutorium simile sibi, & de eius latere non de pede formata. Gene. 2. [lex]. scilicet Deute. 22. vbi vir accusans vxorem dicit. quòd certe credebat eam virginem ducere, & asserit non inuenisse virginem, quæ si in ea non est inuenta virginitas lapidanda est, & interficienda. Si vero vir repertus fuerit vxorem male accusasse, in qua inuenta sunt signa virginitatis, vt quia linteamen ostendebatur sanguinolentum iudicibus ciuitatis, non punitur vir pœna talionis, vt lapidaretur, & moreretur, sed tantum verberibus supponitur, & in centum ciclis argenti dandis patri puellę quam diffamauerat punietur, & vxorem quã dimittere voluit cogetur perpetuo habere. ex quo patet quod plus deferebatur viro tanquam superiori, quam mulieri [in alijs autem causis] siue etiam contra vxorem, siue contra alium. [falso testimonio]. id est accusatione calumniosa † quia testis vt dicunt aliqui non tenetur ad pœnam talionis, sed accusator solus. argu. 22. q. 5. si quis conuictus. & C. de testi. nullum. Sed Hug. dicit quòd testis tenetur ad pœnam talionis, sicut & accusator. argu. 3. q. 9. nihilominus, & extra de cri. fal. cap. 1. & hic, quod etiam Deute. 19. expresse habetur, quòd si testis [a] falsum dixisse deprehensus fuerit, reddetur ei quod cogitauerat facere proximo suo, scilicet animam pro anima, & oculum pro oculo &c. Quod autem hodie falsus testis regulariter non puniatur pœna talionis est ex misericordia & pietate Dei cuius iugum leue & suaue & ecclesiæ, quæ in multis mitigat rigorem legis. [ius sit duæ partes] id est ius sit vel quinta pars, scilicet iussit. scilicet lex vel Moyses [occidi eum] scilicet accusatum [ipse] accusatus. Hugu.

a ¶ Testis. testes quales esse debeãt vide p̃ pe. de an. in c. licet. el. 1. nu. 4. de testi. & in ca. 1. nu. 3. de exceptio

1 *Vir dicitur caput mulieris. Et quare. nu. 2.*

3 *Facta paganorum possumus ducere in exemplum causa ex hortandi & dehortandi.*



Vm caput mulieris. Ad idem est hoc capitulum Hieronymi super epistolam ad Titum. Summa est † quòd cum vir sit caput mulieris mulier debet esse subiecta viro. Lege. ¶ [Cum caput] ponit hic duas comparationes, vna est, quòd Christus est caput viri siue aliorum hominum. secunda est, quòd vir sit caput mulieris, prima ostenditur secundum multitudinem corporis naturalis, in quo quatuor considerantur, quæ reperiuntur in Christo respectu aliorum hominum, primo quidem est perfectio, quia cum cætera membra vnum sensum solum habeant, scilicet tactum, in capite vigent omnes sensus. similiter in alijs viris inueniuntur singulares gratiæ secundum illud. 1. Corinthior. 12. Alij datur per spiritum sermo sapiẽtię. Alij sermo sciẽtię &c. sed in Christo est plenitudo omnium gratiarum, non enim datur ad mensuram. [dat ei Deus spiritũ] vt dicitur. Ioa. 3. Et ideo dicitur. Io. 1.

vidimus


vidimus eum plenum gratia & veritate. ¶ Secūdo inuenitur in capite sublimitas, qa caput in homine est superius omnibus membris. ita & Christus supereminet non solum omnibus hominibus, sed etiam omnibus angelis, secundum illud ad Ephe.1. Constituens eum ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum, & potestatem. & infra. & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. ¶ Tertio capite reperitur influentia. quia scilicet quodammodo influit omnibus membris sensum, & motum. ita à Christo in cetera membra ecclesiæ sensus & motus spiritualis gratiæ deriuatur, secundum illud Colo.2. Caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. ¶ Quarto in capite inuenitur conformitas naturæ ad cetera membra, quod similiter in Christo ad alios homines, secundum illud Philippen.2. In similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. ¶ Secunda comparatio tangitur ibi, caput mulieris vir. quæ verificatur secundum prædicta quatuor. †Primo quidem vir est perfectior
2 muliere, non solum quantum ad corpus, quia dicit philosophus libro de generatione animalium. fęmina est mas occasionatus, sed etiam quantum ad animæ vigorem quia viuacitas prudentiæ magis viret in viro quam in muliere. ¶ Secundo quia vir naturaliter supereminet fæminæ, secundū illud ad Ephe.5. Mulieres viris suis subiectæ sint, sicut domino, quoniam vir caput est mulieris. ¶ Tertio quia vir influit gubernando mulierem secundum illud Gen.2. faciamus ei adiutorium simile sibi [quęcunque] ex hoc arguit [eiusdem criminis] id est consimilis, sed non tāti. quia magis peccat vir &c. [capiti suo] scilicet. Christo, qui est rex regum, & dominus dominantium [& creator noster] quòd mulier non obtemperans viro suo. vnde dicitur similis criminis vxor rea per quandam remotam similitudinē, quia sicut non obtemperans Christo peccat contra caput suum. Sic mulier non obtemperans viro peccat cōtra caput suum [verbū blasphematur] hoc dicit Hiero. tractans illud ad Titum. quasi diceret admone adolescentulas subditas esse viris suis, ne blasphemetur verbum domini id est doctrina Christi euāgelica, vel fides catholica, vel professio christiana blasphematur si vxores male se habent erga viros. Hugu. [prima sententia] quæ habetur Gene.3. Sub viri potestate eris. prima dicitur. quia dicta est à Deo, sed postea ab apostolo repetita. Nam apostolus postea ad Ephe.5.& Colo.3. idem præcipit. Hugu. [cum Christi infamatur euangelium] id est Christi doctrina, quod fit si non obediunt viris suis [dum contra legem] ecce qualiter blasphematur, & contemnitur dum &c. [imperare viro suo desyderant cum etiam gentiles femine.]
3 arg. †quòd facta paganorum possumus ducere in exemplum causa exhortandi, & dehortandi. Hu.


Oluit. Ad idem est hoc capitulum Augustini in quæstionibus numeri. Summa est in rubro. ¶ Siue quod lex prohibet vxorem vouere sine voluntate viri. Non diuiditur. Litera ¶ [Noluit lex] numeri.30. [Vouere mulierē aduersus animam] quod fieret, si præter licentiam viri voueret, quod absque eius licētia vouendum non est. vnde subdit ordo vt autoritas fæminæ non valeat sed virilis [in eiusdem]. s. fæminæ votis. votis dico factis in abstinentia aliquarum rerum licitarum, [non persoluat] id est non adimpleat. Ex hoc.c.& ex.c. manifestum. supra.e. colligitur, quod aliquid de iure naturali potest remitti vt hic. Redditio enim voti est de iure naturali quo dicitur, vouete & reddite. sed hoc autoritate diuina, quæ statuit, quod autoritate viri vxor reuocet votum abstinentiæ sine peccato. Item intelligo de Abbate, & monacho, sed propria autoritate nec monachus nec vxor imo nullus potest reuocare votum licitum. Hug.

1 *Mulier an possit docere.*
2 *Mulier non potest esse testis in causa criminali, maxime contra clericos.*


Vlier. Ad idem est hoc ca. quod est Aug. libro de quæstionibus noui & veteris testamenti. q.45. Summa est, quod mulier prohibetur docere prędicando in ecclesia. Et quod semper debet esse subdita viro. Breue est. Litera. ¶ [Mulier docere]. 1. Timo. secundo. mulie
1 rem docere non permitto. † Circa hoc quæritur. vtrum mulier docerę valeat. Et videtur quod sic. primo ex illo prouerbiorum vlti. Erudiuit eum mater sua. ¶ Secundo abbatissa potest docere in ecclesia monachas, & clericos suos, & conuersos. ¶ Respondeo iuxta Sanctum Thomā, quòd quædam est doctrina publica, & quædam priuata, publica doctrina non competit mulieri. Et ideo dicit apostolus in ecclesia. Et huius ratio est quia docere est opus sapientię. Sapientia autem non viget in mulieribus de cōmuni cursu. Alia est doctrina priuata, & hanc potest docere & mater filiū, & abbatissa monachas suas in claustro, in capitulo, sed non publice in ecclesia, aut synodo, aut in cetu virorū. Si arguatur de Delbora, de qua dicitur Iud.5. quòd erudiuit populum Israel. Et in nouo testamento de Maria Magdalena quæ Massiliam cōuertit docēdo & prædicando. Respondetur quòd illud intelligitur, nisi à Deo specialiter cōcedatur, sicut fuit de illis criminibus, in quibus quilibet etiam infamis admittitur. in causa vero ciuili indifferenter potest admitti tam contra clericos, quam contra laicos, nisi in vltimis voluntatibus. puta in testamē
2 to 15.q.3. ex eo. Quod autem dico† quòd fęmina non pōt esse testis in causa criminali intelligo præsertim contra clericos, quia non potest esse id quod illi sunt. Sed secundum leges contra laicos admittitur. Hugu. [fidem dare] scilicet fideiubere. Hugu. [sine viri voluntate] viro enim incumbit cura domestica, & distractio, & obligatio bonorum [nec iudicare] mulier enim cum sit inualidi consilij secundum philosophum. 1. Poli. non debet iudicare, quia iudicare est actus sapientis vigentis magna ratione, & hoc nisi speciali autoritate Dei sicut iudicauit Delbora. Iudicum.4.

1 *Mulier debet subijci viro, & per eum gubernari.*
2 *Adam an fuerit deceptus.*


Dam deceptus est Ad idem est hoc capitulū beati Ambrosij in Hexameron. Summa est
1 † quòd mulier debet viro subijci, & per eum gubernari. quia ipsa fuit uiro causa ruinæ. Breue est. ¶ [Adam deceptus est] hic insurgit
2 quæstio. † utrum hoc sit uerum, scilicet quòd Adam fuit deceptus quoniam apostolus expresse dicit contrarium. 1. Timo.2. ubi ait. Adam non est seductus, Mulier autem est seducta in præuaricatione. Respondeo iuxta Augustinum.11. super Gene. ad literam, quam alij catholici sequūtur. Dicit enim quòd Adam non fuit seductus illo modo quo mulier fuit seducta, quod credidit uerum esse, quòd serpens uel diabolus in serpente suadebat dicens. Eritis sicut dij, unde mulier excusans se à priuatione diuini præcepti dicit. Gene.3. Serpens decepit me, & sic Adam non fuit deceptus nec seductus, quia non credidit hoc uerum esse. Et ita loquitur apostolus. 1. Timo.2. tamen aliter fuit seductus per errorem rationis, quia æstimauit mulierem non esse contristandam, sed morem gerendum ei. Et quia credidit transgresionem non esse sic puniendam, sed de facili ueniam acciperet. Et ideo amicabili quadam beneuolentia qua ut dicit Augustinus plerunque fit, ut offendatur Deus ne offendatur amicus. cum uxore de ligno uetito comedit, quod tamen cum non facere debuisset, diuinę sententiæ iustus iudicauit exitus. Et sic aliquo modo Adā fuit seductus. Et hoc modo loquitur Ambrosius [uocauit ad culpam] peccauit per mulierem. unde Gene.3. Adam excusans suum peccatum in Euam reduxit culpam suam dicens. Mulier quam dedisti mihi dedit mihi, & comedi. [iustum est gubernationem.] iustum est vt uir qui per mulierem minus prouidam cecidit, ut seductam eam gubernet, ne cum ipsa labitur, ipse labetur. quia Luc. 6. Si cæcus cæcum ducat ambo in foueam cadunt. Iustum est, ut ibi maior prudentia uiget, ibi cura regiminis debeatur, quia ut ait philosophus. 6. Ethico. prudentia maxima est regenti.

1 *Mulier quare debeat velare caput.*
2 *Episcopus qualiter dicatur sacerdos, & vicarius Christi.*



Mulier. Ad idem est hoc capitul. eiusdem Ambrosij super primam epistolam ad Co
1 rin. 1. †In quo assignantur rationes, quare femina debet velare caput, de quo supra in capitulo hæc imago. dictum est. Lege. ¶ [Mulier velare caput.] prima ratio quia non est imago Dei eo modo, quo supra in prædicto c. hec imago, explanamus [sed] secunda ratio, vt viro ostendatur esse subiectam [Et] tertia ratio, quia præuaricatio humani generis &c. [hoc signum]. s. velum in signum humilitatis, & recordationis culpæ, quę ab ea initium habuit. [episcopalem.] vltimo mulier debet velare caput in signum, ꝙ ligatum debet esse os capitis sui, ne docere præsumat, hoc. n. officium reseruatur episcopis apostolorum successoribus, & presbyteris discipulorum successoribus 21. di. c. in nouo testamento. Quibus Mat. vl. dicitur docentes oẽs gentes. Et Matt. vlt. prædicate euangeliũ omni creaturæ. Sub epis comprehendit pbros, qa olim presbyter episcopus dicebatur, vt di. 93. legimus, & 95. di. olim. In hoc & reuerentię & munditię episcopali defertur vt sicut ante iudicem Christum ita ante sacerdotem vicarium Christi [subdita] sic defertur munditiæ, nam nubebãtur, ne nuda facie existentes incitent visum episcopi vel sacerdotis libidinem, sicut Dauid ad aspectum Bersabeæ 2. Reg. 11. & duo presbyteri in Susannã. Dan. 13. [Vicarius]
2 †Episcopus dicitur & sacerdos vicarius Christi non in tota ecclesia vniuersali, quia tantum conuenit soli Romano pontifici successori Petri cui solus dominus vniuersaliter oues suas commisit. Ioann. 21. pasce oues meas. Sed episcopus in sua diocesi est vicarius Christi sub summo pontifice 1. quæst. 1. non quales. [originale] vocat peccatum actuale Euæ, quod contra præceptum domini comedit de ligno vetito, originale quia ab ipsa actuale peccatum quo ad homines originem habuit quia ipsa primo inter eos peccauit. Non. n. loquitur de originali peccato, quod innascitur animæ ex coniunctione carnis corruptæ. Hu.

1 *Mulier quare de viro & de costa viri formata sit.*

Nec illud otiosum est. Hic incipit quinta pars, in qua magister ostendit causam, quare vnum principium humani generis fuit primus homo. hoc capitulum est eiusdem Ambrosij libro de paradiso. Summa† quare fœmi
1 na de viro & de costa viri formata sit, vt ostendatur totius humani generis virum fuisse principium. Non diuiditur. Lege. [Nec illud otiosum]. i. sine causa, & ministerio factũ. Hug. [ꝙ mulier non de terra sed de latere Adæ formata sit.] Et hoc rationabile fuit, tum primo vt sicut Deus est omnium principium Rom. 11. quoniam ex ipso sunt omnia, sic voluit hunc honorem seruare viro, vt ex ipso omnes homines essent. Act. 16. fecit ex vno homine omne genus humanum. secũdo vt inter virum & mulierem maior dilectio esset, & vir vxori potius inhęreret, quã sciebat de se factam. Genesi. 2. de viro sumpta est. Et propterea relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ. Tum tertio ad ostendendum socialem coniunctionem. non. n. mulier debuit dominari viro, & ideo non de capite formata est, nec vt ancilla seruiliter subijci, & ideo non de pede formata est, sed de latere vt socia dilecta. Tum quarto propter sacramentum. s. Christi, & ecclesiæ dormientis in cruce quod magnum sacramentum dicit apostolus ad Ephesi. 5. vnde ex latere Christi dormientis in cruce exiuit sanguis & aqua, & inde formata est ecclesia, sicut de latere Adæ dormientis detracta est costa, & deinde formata est Eua. Tum hoc vt dicit Ambrosi. vt sciremus vnam naturam, quo ad speciem, vnius enim speciei specialisimæ, scilicet naturæ humanæ sunt vir & mulier, vnde Adam videns mulierem suæ naturæ ait. Genesi. 2. hoc nunc os de ossibus meis & caro de carne mea [vnam quippe naturam] quo ad speciem quia omnes sub eadem specialissima continentur. Hugu. [Deus ab vno multarum] quo ad genus [& disparium] quo ad speciem [eripuit] excludit facultatẽ credendi, vel existimandi quia omnes continẽtur sub eodem genere, & sub eadem specie specialissima.

Prudentissime. §. est in quo magister cõcludit ex prædictis ita virum &c. Ex prædictis omnia sunt clara. Explicit ista causa.

¶ Causa Trigesima quarta.



Vir quidam captiuitatẽ. Hic incipit causa 34. quæ sic continuatur ad superiorem. Supra dixerat ꝙ propter frigiditatem matrimonium esset separandum, & viuente viro poterat mulier separata alij nubere. Sed ne idem videretur faciẽdum propter captiuitatem & hostilem calamitatem, Ideo magister hanc subijcit causam. In qua ostẽdit quid iuris sit, si quis in captiuitate tenetur, & vxor eius interim nubat, vt autem hæc & alia competentius prosequatur ponit thema, & inde elicit quæstiones duas quas simul tractat. prima est vtrum mulier quæ viuente viro suo alteri nupserit sit adulterij rea. secunda vtrum redeunte primo debeat separari à secundo & reddi primo. Diuiditur autem hæc quæstio in sex partes. in prima probat per duos canones, quod non debet contrahere mulier vsque dum sit certa de morte viri. In secunda ponit qualiter puniatur adultera, quæ ad primum virum redire non vult. In tertia quæritur quid fiat de muliere, quæ non vult sequi virum transeuntem de prouincia in prouinciam. In 4. probat magister, ꝙ non tenetur mulier nescia viro alieno copulata. In quinta quæritur vtrum si aliquis aliquam polluit, quam credidit suam peccauerit. In sexta dicitur ꝙ incestuosi voluntarij non contrahant. inscienter autem post pœnitentiam septem annorum contrahant. secunda ibi, non satis. tertia ibi, si autem. quarta ibi, quod autem. quinta ibi, sic etiam ignorantia. sexta ibi de simpliciter.

¶ Quæstio prima & secunda.

1 *Mulier quæ nubit viuente viro an dicatur adultera. & nu. 3.*
2 *Lex coniugalis quę dicatur.*
4 *Mulier dubitans de morte mariti si contrahit cum alio an teneatur ei reddere debitum.*
5 *Vir an poterit dimittere vxorem quæ nupsit dubitans de morte viri.*
6 *Mulier si credebat maritum suum viuere & est mortuus, & ipsa contrahat, an sit verum matrimonium.*
7 *Fides qualiter debeat fieri ecclesiæ de morte viri.*



Vtraque quæstio. s. prima & secunda. pro intelligentia harum quęstionum & responsione ad illas dicitur sic. † mulier illa quæ
1 nubit viro viuente aut sciebat quando cõtraxit cum secundo virum suum esse viuũ aut credebat rationabiliter esse mortuum. si sciebat eum in veritate viuere, adultera est tam secundum euangelicã quam apostolicã doctrinam. Nam quo ad hoc idem est de viro, & de muliere. Dominus Matth. 19. dico autem vobis quod quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, mechatur. Sic etiam mulier quæ viuente viro suo scienter alium duxerit, męchatur & adulteratur, vlterius apostolus. 1. Corintiorum. 7. dicit, quod mulier alligata est
2 legi. s. coniugali quanto tempore vir eius viuit † lex autem coniugalis secundum apostolum est idem quod vir reddat debitum vxor, suæ, & vxor viro. Mulier potestatem sui corporis non habet sed vir. similiter vir potestatem sui corporis non habet, sed vxor. ergo contra legem matrimonij agit, quæ viuente viro suo alteri nubit. Si vero credebat virum suum mortuum, Et hoc credendi habebat iustam causam, & credens se esse viduam, & solutam à lege viri sui alteri nupserit creditur excusari ab adulterij reatu, per ignorantiam facti, q̃ etiã pitissimos fallit. ¶ Sur-
3 git q̃stio† vtrũ talis potuit cõtrahere viuẽte marito, rñdet in gl. ꝙ ex quo habuit iustã cãm credẽdi maritũ suũ mor-
4 tuum esse potuit. ¶ Alia quæstio† vtrum dubitans tantum de morte mariti & contra cum alio teneatur reddere debitũ respondit gl. ꝙ licet contrahere nõ debuerit, reddere tamen debitum tenetur petentis, sed ipsa non potest exige-
5 re, vt extra de secundis nup. dominus. ¶ Alia quæstio †verum vir in tali casu potest eam dimittere. respondet glo. ꝙ sic, propter adulterium cum non habuerit probabile cau-
6 sam mortis suæ. ¶ Alia quæstio† vtrũ si mulier credat maritum

ritum suum viuere, & est tamen mortuus, & contrahat v-trum ibi sit verum matrimonium. respondit gloss. ꝙ sic, dicit Hu. hoc esse verum si credit hoc licere contrahere cum alio primo viuente, & absente, quia sic consentit in eum matrimoniali affectu, ipsa tamen adultera est reatu, licet adulterium non committat. nam dicit lex ꝙ tenetur quis actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat .C. de furtis. l. si quis seruo, minor tamen pœnitentia ei im-
7 ponetur. ¶ Alia questio queritur† qualiter fides debeat fieri ecclesiæ ad hoc ꝙ talis mulier possit sine peccato contrahere, ad hoc respondetur secundum Hu. ꝙ licite potest nubere, si per duos testes aut plures probauerit, ꝙ occubuerit .s. qui eum mortuum viderunt, vel eius sepulturæ interfuerunt, & etiam si non habet nisi vnum testem, & est publica fama crederem sufficere, si ex alijs videatur verisimile .s. quia ille diu stetit, vel quia senex erat, & ægrotus, & huiusmodi. si vero nihil horum est, nec alias probare potest, maneat innupta, in quo nullum est peccatum. Et ideo hoc tutius est, quã nubere, in duobus. n. certior via est eligenda. ¶ Secunda autem quæstio faciliter soluitur. nã ista mulier cogi debet vt ad primum virum redeat, & ad hoc per censuram ecclesiastica cogi debet. si nollet tũ primo quia iustitia exigit, vt vnicuique reddatur quod suum est. corpus autem vxoris est viri. ergo debet vxor compelli, vt restituatur viro suo, & non remaneat cum alieno, tum secundo quia crimina debent arceri & cohiberi, nec debent remanere impunita secundum legem diuinam naturalem, & humanam. Sed dum mulier viuente viro suo alteri se coniungit committit crimen adulterij, vt dictũ est in 1. q. per euangelicam & apostolicam doctrinam, ergo mulier ista cogi debet vt separetur à secundo cum quo adulteratur & restituatur primo cuius est vxor. Et pro veritate harum duarum quæstionum magister Gratianus inducit sequenti capitula.

1 *Clerici redeuntes de captiuitate debent recuperare ecclesias suas.*



Vm per bellicam. Hoc capitulũ est Leonis papæ scribentis Aquileiensi episcopo. Summa est in rubro. pro notitia capituli notandum. ꝙ de duobus iste episcopus quæsierat siue interrogauerat papam. quædam. n. mulieres dũ putarent viros suos mortuos nupserũt alijs, aliæ vero sciebant viros suos viuere, sed credebant eos nunquam esse de captiuitate liberandos, reuersi sunt postea mariti istarũ, & illarum, quæsiuerat ergo iste quid faciẽdũ esset in vtroque casu, & Leo papa respondet. diuiditur autem hoc capitulum in quinque parte. In prima ponit casum vtrunq;. In secunda respondet, quid agendum sit in primo casu. s. ꝙ separandæ sunt illę mulieres à secũdis & reddendæ sunt primis. in secundo casu non respondet, quia vilis & friuola quæstio. In tertia parte excusat virũ, qui tali mulieri nupsit. In quarta confirmat ratione solutionem. In quinta iubet excommunicari mulieres nolentes reuerti ad primos maritos. secũda ibi, sed quia nouimus. tertia ibi, nec tamẽ. quarta ibi, sic. n. quinta ibi, si autem. Litera. ¶ [Cum per bellicam diuisa] quo ad vsum carnis & quo ad habitationem [destitutæ] cõsequenter ponitur duo de quibus quæsierat, prima quæstio est quæ viris & c. [putarent] rationib. & argumentis & fide facta ecclesiæ. Ex isto membro procede [aut & c.] secunda quæstio [nunquã crederent liberandos] ex isto nõ videtur procedere, quia satis friuola est talis dubitatio [solicitudine]. i. necessitate incontinentiæ, vel paupertatis, quia forte nõ poterat sibi facere [merito charitas] refertur tm̃ ad primũ mẽbrũ. Si vero referatur ad secundũ deridet eum latenter, quia in secundo membro nulla erat dubitatio, [sed quia nouimus] secunda pars [scriptũ] Mat. 19. [legitimarum]. i. primarum [intulit]. i. fieri coegit [vnicuique reformetur]. i restituatur. i. potestas coniugis [qd] .i. quam potestatem [intulit]. i. contulit primum legitimũ matrimonium. Sed litera habet tenuit planior est intellectus Hu. [nec] tertia pars. excusat eum qui cum tali fœmina nupsit [persuasor] simile inuenitur de illo qui successit persuasori, quia quanuis successerit persuasori, non tamen dicitur deliquisse saltem tantum, quia putabat sibi licere. Tum quia videbatur sibi successisse mortuo non viuo, vt 2. q. 1. in primis Hu. [assumpsit personã eius mariti]. i. vxorem eius ducendo, & cognoscendo locum ipsius obtinuit Hu. [sic. n. multa] quarta pars. confirmat rationem arguendo a minori quod dixerat trãsire ratione pscriptionis, vel vsucapionis Hu. [reformentur]. i. restituantur post actionem, quæ dicitur rescissoria, quæ reuersis ad hostibus daẽ pro bonis suis retrahendis ꝟ. quadriẽnium, qui eos qui res eorum proscripserant vel vsu ceperãt. [quod si] arguit à minori ad maius [seruatur]. s. ꝙ restituaẽ, quod alienũ est. hoc longe magis in coniugibus, cum vir & vxor sint vna caro,
1 Gene. 2. arg. † ꝙ clerici de captiuitate redeuntes eadẽ æquitate debeant recuperare ecclesias suas, quæ eorum sponsæ & vxores dicuntur vt 7. q. 1. sicut vir & c. sicut alterius Hu. & glo. [perseuerent summe] intellige maxime. Nam & adirent eas, cogerent tamen eas recipere non possint eis adulterium obijcere. Et ita idem esset & etiam si non perseuerassent in dilectione Hu. assignatur ratio cũ sequitur [omittendum] est & inculpabili iudicãdum quod necessitas corporalis]. s. incontinentiæ, vel paupertatis, vt s. dixit ibi solicitudine cogente. s. quia cõtinere nõ poterant, & credebãt viros mortuos [intulit]. i. fieri coegit [si autem] quinta pars [consortium]. i. primum virum [quæ]. s. mulieres [de re]. i. de coitu cum secundis viris excusabili ex iusta ignorantia [contaminationem criminis] post scientiam, ꝙ mariti earum essent viui [elegerunt] nolentes redire ad primas, sed perseuerare cum secundis [vnde in[redacted]nunc]. s. post sciẽtiã [contaminantur] vnde prius per ignorantiam excusabantur Hu. [necessitatis]. s. corporalis, sicut supra ad viros suos primos in affectum matrimonialem primum qui ex Deo fuit redeunt, sunt laudandæ.

1 *Filij nati ex secunda vxore ducta post alterius repudiationẽ an sint legitimi.*



Vm in captiuitate. Ad idem est hoc capitulum Innocentij papæ. summa est in rubro. diuiditur in duas partes. In prima ponitur casus. In secunda ostendit, quid agendũ sit quia ille restituendus vxori primæ. secũda ibi, qua de re. litera. ¶ [Cum aliud coniugium] de facto [restituta] nomen proprium est mulieris secundæ [Fontanum] proprium nomen viri [contraxisse nullo fidente]. i. contradicente, & se opponente [qua de re] secunda pars [diuortio] nec per ecclesiastica m sententiam separata, vel videtur vacare hoc quo ad psentem materiam, quia siue esset separata in iudicio, siue non illa viuente non poterat ille ducere, nisi dicatur hic posse habere locum in eo casu, tamen per affinitatem vel consanguinitatem essent separati Hu. [esse legitimum] quia nullum, quia non est matrimo-
1 nium cum secunda Hug. ¶ Surgit autem quæstio† si filij nati ex secunda vxore sunt legitimi. respondetur iuxta Hu. & glo. distinguo aut vterque sciuit vel credidit primum virũ esse mortuum, aut vterque sciuit, vel credidit eum viuere vel alter credidit eum mortuum, & alter sciuit eum viuere. in primo causa filij sunt legitimi, nec repelluntur ab hæreditate paterna, vel materna, vt ext. q fi. sint legitimi. cum inter, in secundo casu omnino sunt illegitimi, & repelluntur ab hęreditate paterna, & materna, vt infra causa 35. q. 7. est q. 7. quæcunque. in tertio casu non sunt legitimi simpliciter, vt dicit Hu. quia non sunt de vtroque coitu licito, ꝙ exigitur ad hoc, vt reputentur legitimi simpliciter quo ad illum tamen qui credidit primum virum mortuum reputantur legitimi & ex parte illius admittentur ad successionem, & ex alia parte non arg. 32. q. 2. solet. & C. de Ince. & inutilibus nupt. q contra glo. hic dicit contra Hu. & Lauren. ꝙ sufficit alterius ignorantia, vt sint legitimi, vt extra q fi. sint legit. ex tenore. Sed Hugu. & Lauren. non dicunt quod tales non sint legitimi, sed quod non sint simpliciter legitimi, quod est ex omni parte legitimi sicut etiam glo. dicit, vnde Hu. videtur melius dicere.

1 *Tacens dicitur consentire.*
2 *Belial quare dicitur diabolus.*
3 *Adultera potest conciliari viro suo.*



On satis. Ad idem est hoc cap. quod est Hiero. ad Amandum presbyterum. Summa est in rubro. Et incipit secunda pars. in qua ponitur qualiter punitur mulier quæ ad primum virum redire non vult. Casus. qui


sus. quidam rapuit vxorem alterius, quæ postea consentiēs raptori ad primum maritum nolebat redire, dubitās ergo Amandus presbyter qui in hoc articulo esset faciendum duas quæstiones fecerat Hiero. secundum quas capit. hoc diuiditur in duas partes. prima fuit an illa posset remanere cum raptore. huic quæstioni respondet Hieron. ꝙ non potest remanere cum eo sed ab eo discedere, & agere pœnitentiam, quia consensit in illum. Et hęc responsio protenditur vsq; ibi, rem nouam. Alia qō est vtrum illa potuit iure suo repetere maritū suum, & vtrū ille cogetur illā recipere. Ad hoc respondet Hier. & dicit, ꝙ non potest illa virum repetere, nec ille cogetur eam recipere. Et hoc ꝓbat authoritate veteri testamenti argō à maiori litera. ¶ [Non satis dicere]. i. significare [voluit] intelligebat quidem, sed deridendo eum dicit, quia forte inordinate dictauerat, vel quia prima quomodo nullam dubitationem habebat [legat] illa rapta, vel quicunque de tali facto dubitat [libros Moysi]. s. Deuter. 22. [non clamauerit] quia in ciuitate semper multi sunt, & facile potuit audire, vnde presumitur cō sensisse, & rapi voluisse, ex quo non clamauit. Et est ar.

1 † tacentē consentire & taciturnitatē haberi pro cōsensu ar. di. 28. diaconi. & di. 54. si seruus [in agro loco solitario, vbi nō solet esse multitudo oīm. ¶ Sed surgit qō, si ibi sint coloni siue pastores vel aliqui alij vtrū tenetur clamare. dicit Hu. ꝙ sic [innoxiam esse &c.] 32. q. 5. finge. Sed cōtra supra 15. q. 1. si quis non iratus, respondetur ꝙ ibi dicitur de lege canonica, vel promotionis vel consecrationis, quia talis consecrari non potest inter virgines hic de lege Mosaica Hu. [legibus] 28. q. 2. §. item in Leuitico [quæ vt dicit vim passa est] quasi diceret, nō est præsumendum, ꝙ vim passa fuerit, cum potuerit, & debuerit clamare, & non clamauit Hugu. [à Tempore pœnitentiæ non copuletur ei] decætero [& semel dictum]. s. illum raptorem [apostolum clamantem] 1. Cor. 10. [Dæmoniorum] nemo potest duobus dominis seruire Matth. 6. [& in alio loco]. s. 2. Cor. 6. [lucis ad tenebras] non est aliqua societas conueniēns [Christi ad Belial nulla]

2 † dicitur diabolus Belial. i. absque iugo, quia noluit subjici iugo Dei Hieremiæ secundo à seculo fregisti iugū, vnde apostata interpretatur [rem nouam]. i. de nouo traditam [si reliquerit] supple aliqua mulier [nō potest] huic verbo multa assignantur contraria, vbi expresse continetur.

3 † quod adultera potest reconciliari viro suo vt 32. q. 1. quod autē, & qō 7. apostolus. Et ideo quidam dicūt, dictū Hierony. esse reprobatum. Sed isti male dicunt de tāto doctore, vnde litera referenda est ad propositum & ad materiam Hiero. quasi diceret [non potest] secundum vetus testamentum, quia in veteri testamēto prohibeatur quis accipere vxorem adulteram vnde dicit [scriptū est &c.] vel dicitur, quod non dicit, quod vir non possit eam reuocare & reconciliare, sed dicit, ꝙ illa nō potest maritum ad hoc compellere, vt eam recipiat si non vult, & hoc est non potest illa petere, vt ille cogatur eam recipere, vt 32. q. 1. de benedicto. Et ad hoc inducit exēplum veteris testamenti, vtens argumento à maiori in minus. Tunc. n. cogebatur vt adulteram non recipere. Multo ergo nunc minus debet cogi vt eam recipiat Hugut. [scriptum est] Deuteronom. 24. propterea inducitur hoc capitulum ad quæstionem, pro cuius literæ aliquali intellectu est notandum, quod tangitur hic repudium vxoris, quod permittebatur antiqua lege propter duritiam illius populi, vt vitaretur vxoricidiū & ista fuit causa proxima, vt dicit Aug. causa vero remota fuit odium vxoris. vnde dicitur in litera. si non inuenerit gratiam in conspectu eius, propter aliquam fidelitatem in corpore, sicut si esset leprosa, aut sterilis, aut infirmitas aliqua mala aut macula notabilis vel feditas in aīa sicut fornicatio, & tunc causę repudij scribebantur in gñali in libello quodā, vt oñderetur iustū eē repudiū, & dabatur mulieri, vt ostenso illo posset alteri nubere [cumq; egressa] quia vero permissio illa repudij non excusabat à peccato, aut rumpebat, aut dissoluebat vinculum matrimonij, quanuis excusabat à pœna secundum legem infligenda. ideo mulier repudiata alteri nubens veraciter mechabatur. dicitur hic [adultera]. s. cum secundo viro nupsit, ꝙ adulterium nō puniebatur morte ex permissione legis non poterit recipere eam vxorem, imo ipse lege prohibetur eam recipere, quoniam &c. [alteri nubendo] sed modo tempore gratiæ non prohibetur 32. q. 1. quod aūt [ne facias &c.] potest legi duobus modis. primo vt specialiter loquatur Iudeis. s. [o Iudęe ne facias peccare per exemplum terram promissionis]. i. terram sanctam. i. noli eam polluere. i. alios qui ibi sunt ad peccandum noli inducere per exemplum vel legatur generaliter. o Homo quisque es ne facias terram: i. carnem tuā peccare. i. eius ministerio noli committere aliquod mortale peccatum. s. fornicationem, vel consimile possidendam, id est domandam & spiritui subjiciendam Hu.

1 *Vxor an teneatur sequi virum suum peregrinantem.*



SI quis. Ad idem est hoc capitulum ex concilio apud Vermeriam. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Si quis necessitate ineuitabili.] idem est etiam si nulla vel modica necessitate eius vxor est, valeat quo ad sanitatē corporis, & potest quo ad facultatem corporis & rerum. vel quia non impeditur ab aliquo Hu. Ex hoc capitulo videtur haberi ꝙ vxor non tenetur sequi virum deportatum vel alias exulantem forte voluntate, vel quia non potest in terra sua stare propter metum principum, vel alia de causa ar. hic. & extra de coniu. lepro. per uenit ad nos. Sed Augu. contra dicit, vt 13. q. 2. vnaqueque

1 dico ergo dicit Hu. † ꝙ vxor tenetur sequi virum suū etiā ioculatorem vel deportatum, vel in captiuitate positum, & huiusmodi ar. in præallegatis capitulis & 32. q. 5. §. cum ergo. Et dico quod hoc capitulum est abrogatum Hugu. glo. vero dicit, quod aliqui dicunt decretum illud vnaquæque est consilium. vnde si vir vagatur, non tenetur ipsa sequi eum. Si tamen contrahat scienter cum histrione, tenetur eum sequi vagabundum, vel dic ꝙ recedentem ex honestate tenetur sequi glo.

Quod autem. §. est incipit tertia pars quæstionis in qua probat magister ꝙ mulier non tenetur inscia viro alieno copulata, quod probat per sequens c.

1 *Accusare non potest vxorem de fornicatione qui alterum loco sui supposuit inscia vxore.*



SI virgo. Nesciens nupserit alieno. hoc si semper [nesciuerit]. s. ignorauerit [non erit adultera] quia per ignorantiam excusatur ar.

1 † contra illum quæ alium loco suo supposuit vxori suę. Et postea vult ei objicere crimen fornicationis, nō potest si illa inscia fuit Hug. [si autem sciat &c.] sed quando dicitur scire. respondetur quo ad ecclesiam cum probatur per sententiam quo auditum dicitur scire, siue per auditum sciuerit, siue alias veritatem inuestigauerit, & tunc debet petere diuortium per ecclesiam, si autem ecclesia non concedit patiatur per ecclesiam etiam se excōmunicari, potius quam commisceatur ei, cohabitare tamen secure poterit vsque ad sententiam Hu. cum autem sciuerit se possidere alienam malæ fidei possessor, peccat ergo mortaliter sic retinendo, & furtum committit, vel simile peccatum, ergo si rem non restituerit si poterit pœnitentiā agere non poterit, vt 14. q. 6. capi. 1. not. ꝙ de scientia loquitur ante completam præscriptionem, nam ex quo completa est præscriptio cum bona fide continua tutus est possessor cum iure diuino & humano possideat, nec tenetur restituere, quia possidet. vere ergo iuste vt. 14. q. 4. Quid dicam nec dicitur possidere alienum, sed suum. vnde caute dicitur possidere & non dicitur possedisse, nec habet tunc conscientiam rei alienæ, de hoc notauimus supra 16. q. 3.

Sic etiam. §. Est, in quo quæritur vtrum aliquis si polluat aliquam quam credidit vxorē suam peccet probat ꝙ nesciens excusetur.



IN lectum. Ad probationem huius inducitur hoc c. ex concilio Triburiēsi. Summa est in rubro. potest diuidi in duas pates. In prima exponitur casus. In secunda ponitur deliberatio concilij ibi, semper hoc visum est. litera. ¶ [In lectum absente vxore] quia si esset præsens, & conscia posset ob hoc repelli, & separari ab eo [per securitatem veram]. i. per iuramentum suum, quia de ignorantia sua testes habere non posset [probauerit] quia non est super hac ignorantia faciliter credendum, nec sit fictio aut falsa ad excusandas excusationes in peccatis. ¶ Hic surgit quæstio vtrum iste pec-

iste peccauit, potest dici, ꝙ sic. tum primo quia dicitur scelus commisisse, tum quia præcipitur pœnitentiam agere, tum quia videtur, quod eius ignorãtia fuerit supina & crassa nec debuit cadere in virum diligentem, quia per cõsueta signa. s. per tactum corporis, per Anhelitum, vel per vocem, & per talia huiusmodi debuit descernere sororẽ vxoris ab vxore, vnde non videtur verosimile eum ignorasse qualitates suæ coniugis, quam frequenter & familiariter fuerat amplexatus. Si vero dicatur ꝙ forte ita mente alienatus, quia non peccauit, dicitur ꝙ ibi scelus dicitur propter speciem facti. nam alias si scienter hoc fecisset, scelus esset. 23. q. 5. excommunicatorum, & tunc imponitur pœnitentia ad cautelam propter conseruandum ecclesiæ disciplinam, vt 23. q. 5. excommunicatorum Hu. [legitimũ consortium]. i. vxorem, quam prius habebat.

De simpliciter. §. est. incipit sexta pars, in qua dicit, ꝙ incestuosi voluntarij non contrahant, nescientes autem post pœnitentiam 7. annorum possunt contrahere. Ad quod inducit sequentia ca.



I quis cum duabus. Hoc capitulum est ex concilio eodem Tiburiensi. non diuiditur. Lege. ¶ [Si quis cum duabus sororibus] quarum nulla est vxor [non intellexit]. i. ignorauerit. Hu. [coniugia illis non negentur] cum alijs, & nõ cum isto fornicatore. in his omnibus excusat ignorãtia. Si aũt nõ ignorauerit abstineant, similiter intellige duo sequentia capitula Hu. nota ꝙ tales licet non debeant contrahere si tamen contraxerint matrimonium erit, non. n. talis prohibitio sic impedit matrimonium vt non sit matrimonium si contrahatur Hu.



I quis cum matre. Ad idem est hoc capitulum ex eodem concilio. litera patet ex dictis in superiori.



Vidam. Ad idem est hoc capitulum ex eodem concilio. Summa patet. Lege. ¶ [Quidã]. i. sed confessus est in iure filio volente & ꝑsente, & mulier aliter. n. non fieret eis præiudicium. confessio. n. vnius non præiudicat argu. 2. q. 5. interrogaui similiter nec confessio extra ius facta ar. 15. quæstio. 5. presbyter aut Diaconus. Hug.

¶ *Causa Trigesima quinta.*



Vidam vir. Hic incipit 35. causa expeditis fere omnibus impedimentis matrimonij. Quia poterat quis dubitare an consanguinitas, & affinitas impediant matrimonium, ideo in extremis ponit magister de consanguinitate, & affinitate. in his. n. duobus consistit carnalis cognatio, de his autem tractat in hũc modum. s. ostendo. s. vsque ad quorum gradum prohibeatur copula consanguineorum, siue affinium, & qualiter in consanguinitate & affinitate gradus sunt computandi, & quibus auctoritatibus coniugia consanguineorum vel affinium sunt dirimenda, vt autem hæc, & alia competentius prosequantur assumpsit thema. Et elicit ex illa 10. quæstiones. prima est, si liceat aliquam ex propria cognatione duci in vxorem. secunda si ex consanguinitate vxoris aliqua possit in coniugem duci. tertia vsque ad quem gradum quisque debeat abstinere siue à proprijs, siue ab vxoris suæ consanguineis. quarta quare vsque ad septimũ gradum consanguinitas comprehendatur, ita ꝙ nec vltra procedit, nec infra subsistit. quinta quot gradus consanguinitatis sunt computandi. sexta qui iureiurando propinquitatem seruare debeant. septima an illi qui de incestuosis nati sunt filij reputentur. octaua si ignoranter de consanguinitate vel affinitate aliqua in vxorem ducta est, an ex dispensatione possit viro suo adhærere. nona si contigerit ecclesiam decipi, & causam consanguinitatis aliquam à viro separari, quæ post quadriennium nuptijs hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguineã prioris, an secunda coniugia sint rescindenda, & priora sint reintegranda, decima si relicta alicuius de propria cognatione ad secũdas nuptias trãsierit, an ꝓles ex eis suscepta possit ꝑtingere ad consortium alicuius de cognatione prioris viri.

¶ *Quæstio Prima.*

2 *Consanguinitas vnde dicatur.*
4 *Linea quid dicatur in gradibus.*
Et quod sit triplex. nu. 5.
6 *Gradus quid dicatur.*
7 *Consanguinitas dicitur maior vel minor dupliciter.*
8 *Consanguineam suam an liceat alicui ducere in vxorem.*



Vod autem. Hic intitulatur prima quæstio. s. an liceat alicui ducere in coniugem consanguineam suam. Circa quam quæstionem magister allegat exempla de veteri testamento, vnde hoc capitu. potest diuidi in duas partes. In prima inducit ꝑ parte aliqua exempla multorum sanctorum patrum. In 2. respondet ad ea. secũda ibi, his itaque. Quia hic incipit materia de consanguinitate & affinitate pro notitia pleniori eiusdem sunt aliqua quærenda.

1 ¶ Primum est vtrum sit conueniens diffinitio consanguinitatis quam communiter assignant doctores tam iuris canonici quam theologi, videlicet. Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum.

3 ¶ Secundum est, vtrum consanguinitas conuenienter diuidatur per lineas & gradus.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ dicta diffinitio consanguinitatis non sit conueniẽs. primo sic, omnes homines carnali ꝓpagatione ab eodem stipite descendunt. s. Adam, si ergo recta est prædicta diffinitio consanguinitatis omnes homines descendentes ab Adam essent adinuicem consanguinei ꝙ est falsum. ¶ Secundo sic, carnalis propagatio communis est animalibus brutis, & hominibus. sed in animalibus in carnali propagatione non contrahitur consanguinitas, ergo diffinitio illa non est conueniens. ¶ Tertio sic, vinculum non potest esse nisi aliquorum conuenientium, quia vinculum vnit, sed eorum qui descendunt ab vno stipite non est maior conuenientia ad inuicem, quam aliorum hominum cũ conueniant omnes specie, & differant numero sicut & alij homines, ergo consanguinitas non est aliquod vinculum. ¶ In oppositum est autoritas tantorum doctorum. ¶ Respondeo ꝙ diffinitio consanguitatis prędicta sit cõueniẽs, probatur conclusio sic, primo amicitiæ vinculum est inter homines secũdũ Philosophũ 8. Ethi. sed inter alias species amicitiæ ponit amicitiam cõsanguineorum. ergo aliquod vinculum consanguinitatis est inter homines. ¶ Secundo probatur eadem conclusio sic, confessio naturæ mendax esse non potest, sed per naturam homines magis alligãtur propinquis, quam extraneis, quod patet, quia magis diligunt eos, & hoc commune est apud omnes. ergo aliquod vinculum est inter homines quod nõ est inter alios. ¶ Tertio sic, Deus vindicat peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem, sicut frequenter legitur in lege, & habetur Exod. 21. Ego sum Deus Zelotes &c. ergo si non vindicat in alios sed in istos aliquo vinculo coniũgũtur non alij, hoc autẽ consaguinitatẽ appellamus, ergo &c. ¶ Pro pleniori notitia huius præfatæ diffinitionis est notandum iuxta S. Thomam in 10. d. 40. ꝙ secundum philosophum 8. physi. omnis amicitia in aliqua communicatione consistit, & quia amicitia ligatio siue vnio quædam est, ideo communicatio quæ amicitiæ causa est, vinculum dicitur, & ideo secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad inuicem, sicut dicũtur ciues qui habent politicam communionem, & commilitiones, qui conueniunt in militari negotio & eodem modo illi qui conueniunt naturali communicatione dicuntur consanguinei, vnde in dicta diffinitione vinculũ ponitur quasi genus, & cõne ad oẽm amicitiam, ab eodem stipite descendentium, quasi materiam remotam, quia descensus plurium ab eodem stipite communis est brutis, & hominibus, & etiam plantis personarum ponitur sicut materia propinqua, & propria, quia sicut infra dicetur

consanguinitas

consanguinitas non est proprie nisi inter homines. Et dr diuersarum personarum, quia consanguinitas non potest esse nisi inter diuersas personas est relatio, vel habet ad instar relationis vt dicit Hu. ab eodem stipite descendentiū, dr vt excludantur affines, inter quos quanuis sit vinculum, non tamen consanguitas, quia affines non descendunt ab eodem stipite. Quod vero sequitur carnali propagatione contractum, est specifica differentia. in hoc. n. differt amicitia consanguinitatis ab alijs, quia hæc est carnalis & naturalis propagatio vnius ab altero vel amborum à tertio, ꝙ non fit in alijs. vnde non est cōsanguitas inter eos qui ꝑ creationem per à Deo processerunt. vnde etiam hoc excludit Euam à consanguinitate Adæ. quia illa miraculosa & supnaturali operatione formata est, non excludit autem Christum à consanguineorum cognatione Beatæ Mariæ, quia fuit carnalis propagationes ex parte matris, licet nō ex parte patris, qa non virili semine, sed mystico spiramine Christus conceptus est per hæc excludit eos qui non carnali ꝑpagatione, sed artificio iuris canonici vel ciuilis ligantur vinculo spūalis proximitatis, quorum neutrum dr consanguinitas, sed spūalis vel legalis proximitas, vt est compaternitas, vel filiatio ab eodem stipite. s. ꝑpinquo alias oēs hoīes essent consanguinei, quia ex vno, scilicet Adā Deus fecit hominum genus, dr autem consanguinitas communitate sanguinis, vel à conueniendo in sanguine magis, quā in carne, quia sanguis est quod proximo conuertitur in semen secundum philosophum 15. de aīalibus, & propter hoc vinculum ꝙ ex propagatione carnis contrahitur conuenientius dr consanguinitas, quam carnalitas, vt dicit S. Tho. concordat Albertus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiā. In diffinitione prædicta non accipitur stipes remotus, sed propinquus vt dicit S. Tho. cuius virtus adhuc maneat in illis qui ex eo propagantur. vnde dicit Augu. stipitem appellamus, in cuius lumbis aliqui fuerunt, & ab eo descendentes septimum gradum non excesserunt. In septimo. n. definit consanguinitas vt infra e. q. 5. ad sedem. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. hoc. n. non conuenit alijs aīalibus, quia illa non coniunguntur in amicitiæ vnitatem propter propagationem ex vno parente proximo, sicut est de hoībus. vnde in huius signum dr in definitione personarū, persona. n. reperitur nisi in rōnali natura. vnde Boethius dicit, persona est rationalis naturæ indiuidualis substantia. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem, quia vt dr S. Thom. non solum qui consanguinei sunt conueniunt in natura spēi, sed etiā in virtute propria ipsius indiuidui ex vno in multos traducta, ex qua contingit quandoque, ꝙ filius assimilatur non solum patri, sed auo, vel remotis parētibus, vt dicit philolosophus 17. de animalibus.

3 Ad secundum Sic proceditur.† Et videtur ꝙ cōsanguinitas non conuenienter diuidatur per lineas, & per gradus. primo sic. linea consanguinitatis vt placet doctoribus vtriusque iuris dr ordinata collectio personarum consanguitate coniunctarum diuersos gradus continens. Sed nihil aliud est cōsanguinitas, quam talium personarum collectio, ergo linea consanguinitatis est idem ꝙ consanguinitas. sed nihil distinguiť per seipsū, ergo consanguinitas non conueniēter distinguitur, per lineas. ¶ Secundo sic, si consanguinitas per gradus distinguitur, tunc illi q sunt in eodem gradu debent esse æqualiter consanguinei, sed hoc est falsum, quia patruus & eius pronepos sunt in eodem gradu, non tamen sunt æqualiter cōsanguinei vt dr decretales, ergo consanguinitas non conuenienter distinguitur per gradus. ¶ Tertio sic. In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit nouum gradum, sicut quælibet vnitas addita nouam spēm numeri facit, sed persona addita personæ non semper facit nouum gradum consanguinitatis, qa in eodem gradum consanguinitatis est pater & patruus, q ei adiungitur, ergo non recte per gradū consanguinitatis distinguitur. ¶ Quarto sic, inter duos propinquos semper est eadem propinquitas consanguinitatis, quia æqualiter distat vnum extremorum ab alio, & econuerso, sed gradus consanguinitatis non reperitur semper idem in vtraque parte, cum quandoque vnus propinquus sit in tertio gradu, & alius in quarto. ergo consanguinitatis propinquitas non potest sufficienter per gradus cognosci. ¶ In oppositum est capitulum præsens, & authoritates omnium doctorum vtriusque iuris. ¶ Respondeo hic ponemus duo. primo ponemus quid est linea, & quot sunt lineæ. secundo qd est gradus. Et tertio videbiť de

4 quæsito. ¶ Circa primum† linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium, diuersos gradus continens. dicitur autē ordinata, quia sicut est ordo in linea prædicamentali secūdum prius & posterius, sic in linea consanguinitatis secundum prius & posterius. vnde sicut ī linea recta vna pars est principium, alia principiata protrahendum in longum & directum. Sic in consanguinitate personæ dicuntur esse in eadem linea quæ sic se habent, ꝙ directe vna ponitur sub alia, sicut pater, filius, pronepos &c. nō dicūtur aūt esse ī eadē linea ꝑsona quorū vna nō ordinať sub alia, sed magis iuxta aliā ad latus sicut frater soror, frater & nepos. ista aūt habitudo siue ordo triplex est† & ita distinguitur linea tri

5 plex. vna secūdum habitudinem principij ad principiatū, sicut patris ad filium. vnde dicimus parentes diligere filios sicut aliqd sui. Et hæc habitudo vocať linea descendentiū. secunda habitudo est recte conuerso principiati ad suum principium filij ad patrem & auum &c. Et ista vocatur linea ascendentium. tertia habitudo est eorum, qui habēt vnum principium commune, sicut fratres, vel frater & soror, dicuntur ab eisdem parentibus nati, & hæc est linea collateralium, vel transuersalium. ¶ Circa secundum. s. qd

6 est gradus† gradus est habitudo distantium personarum, siue personæ ad personam, qua cognoscitur quanta generationis distantia duæ personæ differant inter se siue quantum quælibet persona cōsanguinitate distat ab alia. Et hoc siue comparentur personæ diuersarum linearum, sicut filius ad fratrem patris qui dr patruus. vnde ista est differentia inter lineam consanguinitatis & gradum quia linea solum respicit personas vnius ordinis, sicut ascēdentium, vel descendentium &c. nec iudicat earum distantiam. gradus vero non solum respicit vel comparat personas vnius ordinis inter se, sed etiam personas diuersorum ordinum sicut comparat lineā ascendentium, vel descendentium ad leneam transuersalem. ¶ Circa tertium. s. quando consanguinitas per gradus distinguitur est notandum cum S. Th. qa gradus cuiuslibet rei pars est aliqua illius rei gradus cō sanguinitatis esse non potest, vbi non est propinquitas. Et ideo identitas & nimia distantia gradum consanguinitatis tollit quia nullus est sibi propinquus, nimia sicut nec sibi similis. Et propter hoc nulla persona per se ipsam facit aliquem gradum, sed comparata alteri personæ gradum facit ad ipsam, sed tamen diuersa est ratio computandi gradus in diuersis lineis. gradus. n. consanguinitatis in linea ascendentium & descendentium contrahitur ex hoc, ꝙ vna persona ex alia propagatur eorum inter quos gradus consideratur. Et ideo secundum computationem canonicam & legalem personam quæ primo in progressu prorogationis occurrit, vel ascendendo vel descendendo distat in aliquo puta à Petro primo gradu, & pater & filius, quæ autem vtrique secundo occurit distat in secundo gradus, vt auus & nepos. Et sic deinceps, & in linea ascēdētiū & descendentium vna & eadem computatio est canonica & legalis. Sed consanguinitas eorū qui sunt in linea transuersali contrahiť nō ex hoc, ꝙ vnus ipsorum ex alio propagatur, sed quia vterque propagatur ex vno, & ideo debet gradus consanguinitatis in hac linea computari per comparationem ad vnum principium, ex quo propagātur, sed secundum hoc est diuersa computatio canonica & legalis, quia legalis computatus quæ attendit gradum consanguinitatis quantum ad successionem hæreditariam potius quantum ad matrimonium coniungendum, vnde quia frater fratri non habenti liberos debet succedere ab intestato ī bonis, ei⁹ duo fratres faciūt duo gradus. Quot. n. sicut successores, tot sunt gradus. attēdit descensum à cōmuni radice ex vtraque parte, sed canonica tantum ex altera parte. s. ex qua maior numerus graduum inuenitur. vnde secundum legalem computatiouem frater & soror vel duo fratres attinent sibi in secundo gradu, quia vterque à radice communi distat per vnum gradum Et similiter filij duorum fratrum distant à se inuicem in quarto gradu, nepotes in sexto. Et sic, duplicantur gradus secundum computationem legalem. Sed secundum computationem canonicam duo fratres attinent sibi in primo gradu, quia neuter eorum distat à radice communi, nisi per vnum gradū. sed filius vnius fratris distat ab altero fratre in secūdo gradu,

du,quia tantum distat à communi radice.Et ideo secundū canonicam computationem quoto gradu distat quis ab aliquo superiori,tanto distat à quolibet descen descente ab ipso,& nunquam minus,quia propter quod vnumquod que illud magis.vnde b alij descendentes à communi principio conueniunt in aliquo ratione principij communis non possunt esse propinquiores descendenti ex alia parte, quam sit ei primum principium propinquum.aliquando tamen plus distat aliquis ab aliquo descendente à communi principio,quam ipse & distet à principio,quia ille forte plus distat à principio communi,quam ipse & secundum remotiorem distantiam oportet consanguinitatem computare.v.g.Si t nobis Petrus communis parens,& stipes,ergo nepos secundum vnam lineā,tu vero pronepos secundū aliā lineā.Si queritur quoto gradu ergo disto à te,debet responderi,ꝙ in tertio.quia toto gradu tu qui es remotior distas à communi parente. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primā respōdet̄ iuxta S.Th.ꝙ rō illa nō ꝓcedit,quia ꝓcedit ex falsis, consanguitas.n. non est collatio sed relatio quędam aliquarum personarum adinuicem quarum collectio lineam consanguinitatis facit.¶Ad secundam respōdetur iuxta S.Tho.ꝙ sicut albedo dicitur maior dupliciter vno modo ex intentione ipsius qualitatis: Alio modo ex
7 quantitate superficiei † ita consanguinitas dicitur maior, vel minor dupliciter.vno modo intensiue ex ipsa natura consanguinitatis.alio modo dimensiue,& sic quantitas cōsanguinitatis mensuratur ex personis, inter quas consanguinitatis propagatio procedit. Et secundo hoc modo gradus in cōsanguinitate distinguunt̄.Et ideo contingit,ꝙ aliquorum duorum qui sunt in vno gradu consanguinitatis respectu alicuius personæ vnus est sibi magis cōsanguineus,quam alius considerando primam quantitatem consanguinitatis,sicut pater & frater attinent alicui in primo gradu cōsanguinitatis,quia ex neutra parte incidit aliqua persona media.Sed tamen intensiue loquendo magis attinet alicui personæ pater suus,quam frater,quia frater non attinet ei nisi inquantnm est ex eodem patre.Et ideo quanto aliquis est propinquior communi principio à quo consanguinitas descendit,tanto est magis consanguineus, quāuis non sit in propinquiori gradu.Et secundū hoc patruus est magis consanguineus alicui,quam pronepos eius,quanuis sit in eodem gradu.¶Ad tertiam respondetur iuxta S. Tho:ratio non procedit,quia quamuis pater & patruus sint in eodē gradu respectu radicis consanguinitatis, quia vterque distat vno gradu ab auo,tamē quatenus respectu eius consanguinitas quæritur,non sunt in eodem gradu, quia est in primo gradu,patruus autem non potest esse ꝓpinquior,quam in secundo in quo est auus.¶Ad quartam respondetur negando consequentiam.Et ratio est,quia vt dicit S.Tho.semper duæ personæ in eodem numero graduum distant à se inuicem,quamuis quādoque non æquali numero graduum distent à communi à principio vt ex dictis patet.

8 **Tertio** Redeundo ad principalem quæstionem quæritur † an liceat alicui nunc ducere in coniugem consanguineam suam.Et arguitur ꝙ sic,primo exemplo multorum sanctorum patrum.s.sicut Abraham,Isaac, & Iacob,qui in coniugem leguntur recepisse consanguineas eorum,sicut Abraham Saram filiā fratris Isaac Rebeccam filiam Consobrinam matris suæ.Iacob duas sorores filias auunculi sui Balam.s.Liam & Rachel,ergo ꝙ licuit illis videtur nobis licere.¶Secundo sic,Exo.34.dominus ꝑcepit ꝙ nullus duceret vxorem nisi de propria tribu & familia.sed hoc non poterat fieri,nisi cum consanguineis cōtraheret̄ matrimoniū,ergo &c.Et cōfirmatur istud pręceptum non reperitur in euāgelio nec apostolocis institutis reuocatum,ergo durare videtur.¶Tertio sic, omne animal diligit sibi simile eccl.13.& volatilia ad sibi similia cōueniunt,ergo quanto magis aliquæ personæ sunt similes, & coniunctæ,magis natæ sunt inuicem conuenire,& copulari,sed matrimonium est copula & coniunctio,ergo consanguinitas magis expedit ad matrimonium, q̄ impediat. ¶Quarto si aliquid repugnat matrimonio & impedit,hoc non facit nisi quia alicui bono matrimonij repugnat,& aliquid adimit,sed si consanguinei coniungantur matrimonialiter saluantur tria bona matrimonij fides,spes,& sacramentum,ergo cum consanguinitas nullum præstet matrimonio impedimentum,licebit in coniugium consangui-neas ducere.¶In oppositum est capitulum præsens,&c. ui.18.omnis homo ad proximam consanguineam non accedet,vt reuelet turpitudinem eius. ¶Respondeo dicendūm ꝙ non licet nunc alicui in coniugium ducere consanguineam suam,nam consanguinitatis vinculum matrimonio oræbet impedimentum.Quædam.n.cōsanguinitas impedit matrimonium propter dictamen legis naturæ, quædam ex dictamine legis diuinæ,quædam in aliquo gradu propter statutum ecclesiæ.Propter dictamen legis naturæ impeditur matrimonium filiæ cum patre , vel filij cum matre.vnde in lege naturæ dictum est,& habetur Gene.2:relinquet homo patrem & matrem &c.Cōstat quod illud non intelligitur de derelictione quantum ad habitationem,ergo intelligitur de derelictione quantum ad matrimonij contractionem,ergo pater & mater ex lege naturæ non sunt legitimæ personæ ad cōtrahendum matrimonium respectu filij & filiæ. Et si q̄rat̄ ratio quare est dicendum quod tantum propter reuerentiam & honorem, quī debet exhiberi patri & matri.natura.n.dictat,ꝙ alio affectu sunt tractandi parentes,& alio affectu coniuges. vnde contra naturam esset,ꝙ si deberent tractari turpiter parentes,sicut se contractant coniuges,magis tamen est cōtrariū naturæ,ꝙ filius coniūgatur cum matre,quam filia cum patre,quia vxor debet esse viro sebiecta,contra autem ius naturæ est quod filius matrem tenca[illegible]am.vnde & quædam animalia bruta abhorrent coire cum matre sua, quādiu cognoscant eam esse suam matrem, quod patet per illud quod narrat philosophus 8.de animalibus de camelo, & de equo.alia.n.ratio huius institutionis naturæ est,vt dicit dominus Bonauentura propter generationis susceptionem,quę debet procedere,non retrocedere,propter dictamen legis diuinæ impedit̄ matrimonium propter consanguinitatem in primo gradu & secundo ex vna parte. vnde Leu.18.prohibentur copulari matrimonialiter plures personæ,puta naturali fœdere simul commorantes,& sunt 12 .s.mater,nouerca,soror,neptis,amita,matertera, vxor patris,vxor fratris, nisi præmortui sine liberis priuigna,filia priuigni,vel priuignę,soror vxoris,quæ in lege naturæ permittebatur,vt in Lia & Rachele copulatis Iacob.huius diuinæ legis rōnem doctores assignant duplicem. prima est propter honestatem.Quæ.n.mulierem cognoscit,reuelat eius turpitudinem,& discooperit eius ignominiam,& hoc inhonestum est facere propinquæ,maxime cum honestas dictet,ꝙ soror non est tractanda,vt vxor,& hinc est in pręcepto quod dicit,non discooperies turpitudinem eius istā rationem assignat dominus Bonauentura.alia ratio quæ est S.Thomæ & aliorum non repressio concupiscentiæ, q̄ cū deperiret,si quęlibet consanguinea in matrimonium duceretur, quia magnus concupiscentiæ aditus præberetur inter illas personas , quas oportet in eadem domo conuersari,esset nec carnalis copula interdicta,cum.n. electio nō fit nisi possibiliū, eo ipso ꝙ cōcupiscibile īpossibile minuitur vel tollitur concupiscentia . vnde quandiu cohabitantium virorum & mulierum in eadem domo posset esse matrimonium sicut tales personas prædictas cōtingit simul habitare concupiscētia nō haberet frenum,sed ex eo ꝙ matrimoniū sit impossibile inter tales , quia prohibitū cessat concupiscentia.¶Tertio ex prohibitione ecclesiæ inter consanguineos prohibetur matrimonium vsque ad quartum gradum,& infra.in hoc autem gradu & vltra in linea trāsuersali permissum est,vt extra de consang.& affi. nō debet in linea autem recta in infinitum prohibetur matrimonium,vt dicit Hu. adeo vt si Adam hodie, viueret, non inueniret vxorem,huius autem statutum quasi factū est propter dilatandam dilectionem siue amicitiam inter hoīes,quia tamen homo ad consanguineos vxoris sicut ad suos se habet huic multiplicationi amicitiæ præiudicium fieret si aliquis consanguineæ coniunctam duceret vxorē, ac per hoc noua amicitia per matrimonium nulla accresceret.Et ideo per ecclesiam plures cōsanguinitatis gradus sunt à matrimonio separati.¶Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur sicut magister respondet in litera,quod non sequitur,illis patribus licuit,ergo nobis licet licuit.n.eis tunc,tum necessitate impellenti , tum secundo diuina permissione,vel iussione mediante.nobis autē non licet tum quia nulla similis necessitas vrget. tum quia iam est diuinitus nobis prohibitum sicut plenius dicemus in expositione literæ.¶Ad secundam similiter respondetur negando

negando consequentiam, quia tunc paucis existentibus fidelibus, & periculum imminebat maximum; si homines copularentur infidelibus, quia sæpe declinabant ad idolatriam, & efficiebant idolatræ, ideo præceptum illud habebit locum pro tempore illo. & ex causa illa, sed post prohibitum est, ne quis accederet ad consanguineam Leu. 18. & sic falsum ꝙ nulla lege legatur prohibitum. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, cuius ratio est, secundum S. Tho. quia non est inconueniens duarum vnionum vnam ab altera impediri sicut vbi est identitas nõ est similitudo. Et similiter cõsanguinitatis viculum potest impedire matrimonij coniunctionem. Concordat dominus Bonau. dicẽs, quod alius est modus affectionis quo diligẽda est vxor. Et alius quo diligenda est consanguinea. Et iõ coniunctio affectionis naturalis repugnat copulæ matrimoniali. Et ideo si copuletur per affectionis vinculum, nõ sequitur ꝙ debeat copulari per matrimonium. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ licet coniunctio cõsanguineorum ex toto non contrarietur bono matrimonij, contrariatur tamen dicenti obseruationi eius. Et aliqualiter honestati, & insuper impediret dilatationem charitatis, & amicitiæ sicut patet ex prædictis. ¶ Quod autẽ] pro intelligentia pro pleniori istius capi. est notandum. ꝙ antiquitus ante tẽpus gratiæ copula cõsanguineorum fuit permissa & præcepta. præcepta primo et postea ꝑcepta permissa duab. de causis .s. causa necessitatis cogentis, vt in primo statu cum alij vel aliæ non inueniebantur. causa etiam misterij. i. significationis sicut iam patebit. procedente vero tempore fuit præcepta, & hoc rationabiliter. cum. n. fideles copularentur alienigenis, sæpe earum amore declinabant ad idolatriam, & efficiebantur idolatræ, ideo iuste præceptum fuit, vt non ducerent vxores, nisi de cognatione sua. i. fidelium, ne ducendo alias efficerentur idolatræ. Sed nulla istarum causarum habet locum, non. n. necessitas, & ideo necessitate cessante debet pariter cessare, quod propter necessitatem statutum est. Item mysterium non habet locum, cum veniente veritate sit completum, & omnia mystica veteris testamenti transierunt. item nec causa præceptionis habet locum, quia nunc plures fideles inueniũtur & pauci vel nulli idolatræ. Cum ergo copula consanguineorum fuerit instituta ex hac vel illa causa, cum causa cesset, & ipsa cessare debet, nec vltra obseruari, ꝓsertim quia in nouo testamẽto copula cõsanguineorũ est prohibita, & hoc duabus de causis. s. causa dilatationis dilectionis quia cum vinculum consanguinitatis sufficiat ad mutuã dilectionẽ consanguineorum copiosius se extendit germen charitatis, si etiam per vinculum matrimonij extranei, & aliam ad mutuum amorem colligarentur. item secundo est prohibita causa mysterij i. significationis eadem qua fuit permissa in veteri lege. Christus. n. prius sibi sinagogam de qua natus erat copulauerit, post peccatis eius exigentibus ad gentes se transtulit. Ad significandum ergo, ꝙ Christus erat copulaturus sibi primo consanguineam. i. sinagogam, de qua secundum carnem natus est, & postea illa repudiata ducturus extraneam. s. ecclesiam de gentibus Copula consanguineorum prius fuit permissa, & postea inhibita. ergo cum fuit figura debuit cessare, quibus habitis sequitur litera [Abraham filiã fratris sui] Saram Gene. 11. [Isaac Rebeccam] Gene. 24. Bathuel. n. & Sara fuerunt filij duorum fratrum. s. Hachor & Aram [Iacob auunculi sui] quia frater matris Gen. 29. [in lege quoq; præcipitur] Exo. 24. Et hæc fuit vna causa quare copula cõsanguineorum fuit permissa, ne. s. duceretur alienigena. vt supra diximus [peruenit] cum effectu, ita ꝙ recepta fuerit ab eis, non. n. sufficit ad eorum notitiam peruenisse. vnde Iudæi non tenentur canonicis institutis, quia ea non receperunt, licet eorum notitia ad eos peruenerit [obnoxij] post receptionem Hu. [nisi in his] vt d. 5. §. cum enixa Hu. [nullo autem recepto vel apostolico instituto] ista ratio non militat multa. n. rõnabiliter obseruantur in ecclesia, quæ in euangelio aut in apostolis expressa non inueniuntur sic, vt dicetur infra e. §. vlti. ratio. n. non militat quia copula cõsanguineorum non fuit simpliciter præcepta, sed fuit permissa, & fuit præcepta ad tempus ex causa, vt diximus [his itaque] Hucusque allegauit modo respondet, & soluit hic tantum de causa necessitatis. in sequẽti vero. §. exequetur de alijs [cum. n.] incipit exequi tantum de vno membro [necessitate cessante]. 1. q. 1. quod pro necessitate & q. vltima quod pro remedio [vnde huiusmodi]. s. sororum, & fratrum [copula prohibita est] Leu. 18 [nõ discooperies turpitudinem]. i. pudenda eius non intrabis H.

1 *Consanguinitas ex sui natura non impedit matrimonium.*
2 *Frigiditas impedit matrimonium.*
3 *Necessitudo quid dicatur.*
4 *Argumentum de factis gentilium quod valeat.*



Vm igitur Inducit hoc capitulum ꝙ est August. lib. 1. de ciuitate Dei ad confirmationem responsionis prædictæ in quo Augu. in summa ostendit quare ab initio copula consanguineorum suorum fuerat præmissa. s. causa necessitatis, & quare tempore gratiæ sit prohibita. s. causa dilatandæ charitatis. & diuiditur in duas partes secundum duas causas, quas inducit. secunda ibi, habita est. Lege. ¶ [Cum igitur & coniuges factæ ex latere antiquus] tempore Hu. [necessitate] compellente, & iam cessante [tanto damnabilis obseruaretur religione prohibente]. i. ecclesiastica institutione. hic
1 aperte colligitur vt dicit Hu. & tangit glo. †quod cõsanguinitas ex sui natura non impedit matrimonium, sed constitutio siue prohibitio ecclesiæ facta super consanguinitate arg. infra e. q. 3. contradicimus. Itẽ dico de affinitate de cognatione spũali, siue ciuili, & de ordine, & de errore conditionis vel de publicæ honestatis iustitia, de tẽpore feriarum, de enormitate delicti, & de dispari cultu. nullum. n. horum impedimentorum ex sui natura repugnat matrimonio, quoniam sit matrimonium, nec aliquod eorũ impedit matrimonium, sed ecclesiastica constitutio vel diuina, quod patet ex eo, ꝙ apud Iudæos & sarracenos q tales constitutiones non receperunt, non impeditur matrimonium vel ꝓpter hoc vel illud. Sed de coactione vel impossibilitate coeundi, vel animo vel corpore, vel vtroque. Et de errore personæ. Et ex tẽpore aliud dico. s. ꝙ per se, & ex se sine constitutione ecclesiæ impediunt & remouent matrimonium quia causam eius efficientem. s. consensum cõmouent. Ex quo. n. remouent causam. s. consensum legitimum, remouet per consequens effectum eius. Concordat
2 glo. dicẽs †frigiditas. n. sola & coactio errori personæ cum non sit tibi consensus matrimoniũ impediunt, sine constitutione ecclesiæ. Itẽ pupillaris ætas, & mẽbri abscisio. hæc ibi [habita] secunda pars. prosequitur de secunda causa prohibitionis. s. propter dilatandum amorem [illis]. i. posteris, qui prohibuerunt talem copulam Hu. [charitatis]. i. amo
3 ris dilatandi [vinculis] necessitudinum intransitiue †necessitudo. n. est quoddam vinculum diuersarum personarum ex consanguinitate vel affinitate vel ex spũali proximitate proueniens, quo inuicem colligatæ se diligunt Hugu. [nec vnus pater in vno filio nec vnus filius in vno patre haberet multas necessitudines] i. vincula amicitiæ. s. vt idem esset filius, & gener vel idem esset pater & socer [obtinerent]. i. colligerẽt. pater quippe & socer [duarum necessitatum]. i. dilectionum glo. [vtrunque]. s. pater & socer Hu. [nulla necessitas] supple vt nunc Hu. nephas esse obseruari Hu. arg. 3
4 †de factis gentilium esse argumentandum vt 33. q. 5. cum caput [fraterna coniugia]. i. inter fratres & sorores, quæ apud gentiles forte permittebantur [exhorrere]. i. abhorrere, ita vt eis non vtantur Hu. [charitatis]. i. dilectionis extẽdendæ [cœlestis vero ciuitas]. i. ecclesia militans quæ sæpe cœlum dicitur in euangelio, vel fideles qui in cœlum tendere debent, opus hoc obseruandi [vt euadat noxam]. i. peccatum, vel inhonestatis notam contrahendo in aliquo prohibito.

Hac itaque. §. est, in quo magister prosequitur solutionem suam, & ostendit, ꝙ copula consanguineorum olim præcepta fuit propter idolatriã fugiendam, & ꝙ fuit olim permissa, & non prohibita causa mysterij. præmittit tamen quandam specialem causam, quare ante legem fuit licita talis copula, quia adhuc non erat data lex quæ hoc prohiberet. Et hoc est quod dicitur [hac itaque] cõsuetudine &c. [excusantur] Abraham &c. [quamuis] assignat aliam causam illius permissionis. s. causa fugiendæ idolatriæ [à Chaldæis] isti volebant vt Abraham & Aran frater eius ignem adorarent sicut ipsi adorabant Ad ꝙ cum non possent eos compellere, in ignem proiecerunt Aran quia modicę fidei erat ibi combustus est, vnde Gen 11. dicitur. Ego sum qui adduxi de, vr, Chaldæorũ .i. de igne. lingua. n. chaldęa ignis dicitur vr, [filij Dei]. i. filij dicti

dicti sunt descendentes de Seth qui successit loco Abel, qa in cultu vnius Dei remanserunt[filiabus hominum].i. carnaliter viuentium, qui descenderunt de Cain & ab eo descendentes idolatrā sequebantur prouocauerunt Ge.6. [rectissime &c.]omnia patent vsque ibi[est etiam alia causa] quæ est tertia excusatio, quæ sumitur ex mysterio siue ex significatione, quam exposuimus ex præcedenti .§. in seipsis[originem ecclesiæ præstiterūt]quo.s.ad nouum testamentum, sed quo ad tempus ante tempus gratiæ incipit ab Abel Hug.[per prophetam]Oseæ 10.ca.[in peccatis vestris].i.Iudæi propter peccata vestra[matrem vestram]i. sinagogam, dimissi &c.[& per alium prophetam] id per aliam prophetiam eiusdem prophetæ[vocabo nō plebem meam].s.gentiles Hug.[& in huius rei sacramentum].i.significationem nunc autem prohibitæ sunt vsque ad septimum gradum [in paradiso autem prohibitę sunt tantum duæ personæ in coniugio] .s.pater & mater, cum dictum est[propter hoc].s.coniugium contrahendum relinquet homo patrem & matrem .i. non copulabit sibi matrimonium quia nec filius matri nec filia patri copulabitur [in lege postea plures aliæ prohibitæ sunt].s.12.matri &c. Quod ergo dicitur ꝙ copula consanguineorum non est ꝓhibita in lege vel ante legem verum est vsque ad 7. gradū [& quia non in vna]respondet illi causæ quare copula talis fuit præcepta olim Hu.[sed de qualibet alia]non tamen in fideli, sed de infideli prohibitum fuit in veteri testamento [ita ergo]quasi superficialiter loquitur Hug.[illud autem] hic respondet obiectioni factæ in 1.§.duplicem subijcit responsionem[sed cum omnia] hæc est prima responsio [quanquam]secunda responsio verior quasi diceret sic, respondeo, quanquam & aliter posset responderi, quia sicut apostolus 1.Cor.7.[consulendo addit]vt ne vir fidelis dimittat vxorem infidelem volentem cohabitare,& sic, est de concilio[nō inhibendi diligēti veneratione d.11.ecclesiasticarum[interminatæ].i.interdictæ,& prohibitæ Hug.

¶ Quæstio secunda & tertia.



Via ergo consanguineorum. Hic intitulatur secunda quæstio & tertia simul, quia cōsimiles sunt & de eis communiter loquuntur capitula, quæstio autem secunda est an liceat ducere in coniugium aliquam de consanguinitate vxoris. equidem nō licet. tertia est vsque ad quem gradum sit abstinendum à consanguineis proprijs, vel vxoris. Et equidem vsque ad quartum gradum, licet olim prohiberet vsque ad 7.gradum in linea trāsuersali. in recta linea vsque in infinitum. Et quia à modo mistim tractatur de cōsanguinitate & affinitate. pro maiori euidentia huius partis quærentur aliqua.

1 ¶ Primum est quid sit affinitas.

2 ¶ Secūdum est vtrum conuenienter diffiniatur affinitas cum dicitur, affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela.

3 ¶ Tertium est vnde dicitur affinitas.

4 ¶ Quartum quot sunt genera affinitatis,

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ affinitas non sit. primo sic. Si affinitas aliquid est, relatio quædam est, sed relationes innascūtur ex mutatione aliqua vt dicit philosophus, ergo vbi nō est mutatio per locum à causa, ibi non erit relatio, sed in tota cōsanguinitate præter in vno nulla est mutatio, ergo nulla est affinitas. nisi in illo si est affinitas, sed in illo nō est affinitas, ergo nec in aliquo alio vt videt̄. ¶ Secūdo sic, q̄ fuerūt vnum postquam separata sunt abinuicem non sequitur ꝙ si aliquid vnum vni ꝙu vniatur & alteri. sed consanguinei separati sunt ab ininuicē ex vno, si aliqua persona vnitur vni nō propterea vnit̄ alteri, sed adhoc ꝙ sit affinitas oportet talem esse vnio, ergo videtur ꝙ non sit affinitas. ¶ Tertio sic, nihil vnitur alicui, quod non reuniatur illi versa vice, sed nullus de consanguinitate vnitur mulieri additæ, nisi maritus eius ergo ipsa nō reunit̄ alicui eorum, nisi illi, er nulla affinitas contrahitur ad aliquem nisi ad illum. ¶ In oppositum est capitulum præsens. ¶ Respondeo dicēdum quod affinitas est, pro quo notandum est iuxta S.Thom.ih quarto quod amicitia quædam in communicatione naturali fundatur, naturalis.n.communicatio est duobus modis secundum philosophum 8.Eth. vno modo per carnis propagationem secundum quem modum vnus est ab alio vt filius à patre vel ambo ad tertium, vt duo fratres. Alio modo per coniunctionem ad carnis propagationem ordi tam, quæ coniunctio carnis copulam, vel matrimonium, in quo est mutua obligatio coniugum ad carnalem copulam, propter quod dicit idem philosophus, quod amicitia viri ad vxorem est naturalis, vnde sicut per carnis propagationem causatur attinentia naturalis amicitię, quę est consanguinitas, ita per carnalem copulam vel coniuctionē ad hoc ordinatā, vt est matrimonium causatur vinculū naturalis amicitiæ, quæ dr̄ affinitas. Sed in hoc differunt, quia persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri sit particeps eiusdem radicis, & consanguinitas, vnde eodē genere vinculi colligatur filius cōsanguineis patris, quo pater coniungebatur. s. consanguinitate, quamuis secundum alium gradum propter maiorem distantiam à radice, vel persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri fit particeps eiusdem radicis, & consanguineis, vnde eodem genere vinculi colligatur filius consanguineis patris, quo pater cōiungebatur .s.consanguinitate quamuis secundum alium gradum propter maiorem distantiam à radice, seu persona coniuncta per carnalem copulam non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi est extrinseco adiuncta. Et ideo ex hoc efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur. Et hoc est quod hoc versu dr̄ Mutat nupta genus, sed generata gradū, quia .s.persona per generationem fit in eodem genere attinentię, sed alio gradu, per carnalem vero copulam fit in alio genere. Et sic patet quod affinitas fit. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundum Albertum magnum & S.Thomam, quia & si affinitas sit relatio, non oportet quod relationes innascātur semper ex mutatione vtriusque relatiui, sed sufficit mutatio alterius tantum, sicut ex natiuitate passiua ex patre meo natus efficitur mihi frater nulla mutatione ī me facta. Ita est hic, mutatio.n.fit in persona addita. Et hoc sufficit ad hoc, quod relatio affinitatis in tota nascatur cōsanguinitate. ¶ Ad secundā respondetur iuxta Albertum Magnum, quod est vnitas absoluta, & vnitas relationis, de vnitate absoluta, est verū ꝙ dicit̄, sed de vnitate relationis est falsum, sicut patet in exemplis, ego & soror mea sumus diuisi ab vno. Et nihilominꝰ filius sororis adhuc respectu sanguinis attinebit mihi. Et idem est de affinitate. ¶ Ad tertiam respondetur negādo minorem, ratio est quia vnione dilationis omnes vniuntur personæ additæ & ipsa reunit̄ omnibus, licet solus maritus vniatur ei, vnione carnis in coitu, de qua vnione procedit obiectio, & ideo nō militat.

Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ diffinitio prædicta affinitatis qua dicitur, quod est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela non sit conueniens. ¶ Primo sic, nulla est maior propinquitas, q̄ vnio carnis, in carne sicut est inter virum, & vxorem, sed ista non potest dici affinitas, ergo nec aliqua alia. ¶ Secundo sic, carnalis copula non interuenit nisi inter duos, ergo nec affinitas, sed hoc est falsum, vt patet ex dictis ergo male diffinitur. ¶ Tertio arguitur sic, contra illud, omnis carens parentela, videtur enim hoc esse falsum. Sic enim. aliquis meus frater ex patre solo, & aliqua mea soror ex matre sola. Constat quod ille meus frater potest legitime coniungi illi meæ sorori, & illa soror mea erit consanguinea & affinis. Non ergo est necesse quod affinitas omni careat parentela. ¶ In oppositum est autoritas communis doctorum. ¶ Respondeo dicendum, quod prædicta diffinitio est bene assignata. nam vt dicit dominus Albertus, propinquitas est ibi vt genus, ibi personarum tangitur, subiectum proprium. Causa autem est carnalis copula, & differentia distinguens à consanguinitate intelligitur per hoc quod additur omni carens parentela, quod intelligitur vt dicit Hug.& dominus Bonauentura, inquantum est affinitas. Multi.n.consanguinei sunt affines, & econuerso. sed nō inquantum sunt affines, sunt consanguinei vel econuerso. ¶ Ad rationes, ad primam respondetur, quod ratio non ꝓcedit, quia affinitas dicitur propinquitas in genere relationis, vt dictum est. Ratio autem arguit de propinquitates vnionis

per carnis copulam. ¶ Ad secundam respondetur
pariter negando consequentiam. Et ratio est iuxta Alber-
tum quia non sequitur vnio carnis siue carnalis copula fa-
cit affinitatem alijs, quod facit in carnaliter vnito, vt prius
patuit, sed ibi facit aliam relationem, quæ est indiuiduitas
viri, & mulieris. ¶ Ad tertiam patet responsio ex supra di
ctis quod locutio illa omni carens parentella intelligitur
secundum quod affinitas licet alio respectu possit esse pro
3 pinquitas sanguinis ad affinem.

Ad tertiam .s.†vnde dicatur affinitas respődetur
secundum Hu. quod affinitas dicitur
ex ad, & fine, quia interueniente affinitate vnus aduicinat
4 alteri, vel vnus transit ad fines cognationis illius.

Ad quartam †.s. quot sunt gradus affinitatis. Re
spondetur quod antiquitus sunt di
stincta genera affinitatis. s. primum, secũdum, & tertium,
hæc nomina magistri necessario confinxerunt propter ca
pitula quæ vario modo loquuntur de affinitate. Quædam
.n. loquuntur de primo genere, & quædam de secundo vt
infra eo. de propinquis, & quædam de tertio vt infra ead.
porro. Ista genera sic, distinguuntur. Nam primum genus
surgit ex consanguitate & prima carnis coniunctione. Se-
cundum surgit ex affinitate, & secunda carnis cõmistione.
Tertium surgit ex secunda affinitate, & tertia carnis com-
mistione. Exemplum est si frater tuus contrahat cum Ma-
ria, ipsa est affinis tibi in primo genere. Si contrahat mor-
tuo fratre tuo cum alio ipse est affinitas tibi in secundo ge
nere. Si ipsa mortua ipse vir contrahit cum alia illa mu-
lier erit tibi affinis in tertio genere. Et regula est, quod
persona addita per carnis copulam copulat genus. s. atti-
nentiæ, sed non gradum, omnes illi sunt affines tibi in pri-
mo gradu, quia sicut frater tuus est tibi consanguineus in
primo gradu, sic & illi in primo gradu affinitatis. Sed ista
genera affinitatis olim fuerunt antiquitus, nunc tamen
non remanet nisi vnum. s. primum affinitatis genus, alij
sunt ablati per decretalem extra capitulo non debet.

DE affinitate. Sequitur capitulũ hoc
quod est Gregorij papę
in concilio Meldensi. Summa est in rubro.
Diuiditur in duas partes in prima statuit. In
secũda probat statutum esse rationabile ibi,
nam & hæreditas. Lege. ¶ [De affinitate.]
hoc capitulum bene potest legi de cõsanguinitate, & tũc
refertur ad tertiam quęstionem, & est dictum intransitiue
[de affinitate] quæ est consanguinitas, & ita improprie po
nitur affinitas pro consanguinitate vel potest legi de pri-
mo genere affinitatis sic. [de affinitate]. i. de propria affini
tate quæ contrahitur sola consanguinitate mediante, vel
quæ oritur ex consanguinitate nulla affinitate mediante.
Hug. [generationem]. i. dum id est generationem dico de
riuatam & computatam per gradus cognationis, i. consan
guinitatis [obseruari] illam consanguinitatem, ne in ea ali
quis coniugatur nisi vsque ad septimum gradum Hugu.
[nam ei hæreditas] secunda pars. probat quod septem gra
dus sunt in consanguinitate secundum quos septem com-
putãtur in affinitate quasi diceret merito dixi quod in affi
nitate obseruãtur septem gradus in consanguinitate. nam
& cætera. [sancita]. i. firmiter destinata, vel euentura per le
gales instrumentorum dist. i. legum sanctiones. in quibus
agitur de instrumentis per quæ hæreditas & successio re-
rum difertur puta de codicillis, & testamentis Hugu. [vs-
que ad septimum gradum] canonicum, qui est 9. gradus le
galis. ¶ Sed contra infra ea. quæstio. quinta ad sedem, vbi
dicitur, quod vsque ad decimum gradum fertur hæredi-
tas: Respondetur ſm Hug. quod ibi non negatur, quoniam
& vltra protendatur, quia vt dixit gl. minor numerus non
excludit maiorem, vel dic, vt Ioann. in glo. quod loquitur
hic de cognatis, qui iure prætorio succedũt, vsque ad septi
mum gradum, vt institu. de successio. cognatorum. §. vlti-
mo. [succederent; ab intestato cognationis] id est consan-
guinitatis.

1 *Coniunctiones consanguineorum qua lege prohibeantur.*
2 *Papa an possit dispensare in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis, quod non. nu. 3. & 4.*
5 *Incæstuosi non sunt infames ipso iure. sed per sententiam.*


COniunctiones consangui-
neorum fieri prohibẽtur &c. Ad idem est hoc
capitulum Calixti papæ. Summa est †quod cõ
iunctiones consanguineorum quædam pro
hibentur diuinis legibuss, quædam seculari
bus siue humanis. Et quod notantur infames qui consan
guineas ducunt vxores. diuiditur hoc capitulum in duas
partes. In prima dicit quod dictum est. In secuda explicat
quos vocet consanguineos. secunda ibi, eos autem. ¶ Pro
pleniori intelligentia duximus hic quærendum. Vtrum pa
pa possit dispensare in gradibus consanguinitatis diuina le
ge prohibitis notatis. Leuitici 18. Et videtur quod sic,
primo ex capitul. gaudemus. extra de diuor. vbi habetᷣ, qđ
si infidelis contraxit in secundo gradu, & conuertatur ad fi
dem, dispensat papa ad fauorem christianæ religionis ip-
sum cum tali vxore manere. Sed secundus gradus videtur
diuina lege prohibitus, vt 30. q. 3. pitatium, & Leu. 18. vbi
dicitur turpitudinem sororis vxoris & filiæ eius non di-
scooperies. ¶ Secundo sic, ibidem in ca. Deus. papa conce
dit conuersis illius gentis infinitatem eorum matrimonijs
contractis cum relictis fratrum vtantur, sed cum vxore fra
tris ex diuina lege prohibitum, ergo &c. ¶ Tertio arguitur
ex iam factis per apostolicam sedem, nam temporibus ad
huc nostris reperitur dispensatum ꝙ patruus contraheret
cum nepte. ¶ Quarto papa dispensat contra prohibitionẽ
diuinæ legis, vt patet quia in euangelio cauetur, ꝙ in ore
duorum vel trium &c. Matth. 18. & tamen papa hoc im
mutat addendo, & minuendo, vtique 2. q. 4. præsult. & de
test. c. in omni. Itẽ diuinũ dispensat cõtra ꝑceptũ de soluẽ
dis decimis c. à nobis vbi de hoc. Item contra diuinum ꝑ
ceptũ permittit aliqd vltra sortẽ, ꝙ videtᷣ esse vsura extra
de vsur. ca. 1. & c. salubriter, ergo similiter in his gradibus
diuina lege prohibitis, poterit papa dispensare. ¶ In oppo
situm est capitulum literas. de resti. spo. vbi Innocentius
quartus expresse dicit, ꝙ aliquis gradus consanguinitatis
obijcitᷣ, in quo sedes apostlica dispensare non potest. dicit
glo. vt quis habeat plures vxores. Item in gradibus diuina
lege prohibitis, vt hic. Et consequenter ait vnde propriè
dicitur hic non potest vnde expositio. i. non vult, vel nõ ex
pedit, non habet hic locum. hæc ibi. ¶ Respõdeo dicendũ
ꝙ fuerunt quidam magistri dicentes ꝙ in illis gradibus po
terat papa dispensare fundantes se in hoc ꝙ prohibitiones
illæ ab initio fuissent præcepta iudicialia, & per consequẽs
tempore gratiæ non ligare, nec obligare nisi in virtute ca
nonicæ sanctionis. i. nisi quatenus ab ecclesia sunt resum
pta. Quot autem talia non fuerunt moralia, probat ex hoc
quia si sic, obligassent, & omni tempore, quia scriptum est
lex domini manet in æternum. Alij vero vt canonistæ
idem dicunt, alio tamen fundamento, quia credunt papã
4 omnia posse, cum sit vicarius Christi. †Sed istorum opinio
non videtur nobis vera, saluo meliori iudicio & reueren
tia apostolicæ sedis, nec eorum fundamenta sunt vera, non
primorum, & primo in hoc, ꝙ dicunt, prohibitiones illas
diuinæ legis fuisse pure iudicialia, quia præcepta iudicialia
vt diuit S. Tho. in prima 2. q. 104. non habent obligationẽ,
nisi ex institutione diuina, sed etiá ex dictamine rationis,
naturalis, sicut patet manifeste de multis quæ ponũtur in
eadem prohibitione cũ dicitur mater nouerca soror, &c.
vnde magister Alexander de halis quærens in tertio vtrũ
de lege naturali esset ꝙ excipiebatᷣ soror & frater. Respon
dens sic, ꝙ lex naturalis quædam dictabat quia debitum, q̃
damq a decens & honestũ. Lex ergo naturalis à matrimo
nio excepit fratrem, & sororem, nõ quia debitum sed ho
nestum, & decens maxime in natura multiplicata, quia li
cet etiam licite hoc in statu naturæ non multiplicatæ con
tenderet, non tamen in statu naturæ multiplicatæ. Excepit
autem patrem & matrem tànquam debitum. hoc ille. Ad
idem est dominus Petrus de palude solennissimus doctor
theologus, & canonista, qui mouẽs quæstionem, vtrum pa
pa possit dispensare in gradu diuina lege prohibito. & Re-
spondens dicit sic. Si prohitio legis Mosaicæ esset pure iu
dicialis, non moralis, hodie non ligaret, nisi inquantum es
set iure canonico resumpta. Et sic in omnibus gradib. pos
sit papa dispensare. Sed omnes gradus diuina lege prohibi
ti videntur prohibiti iure nãli, & ad omnes illas personas
cohibentes est amicitia naturalis sine alio federe, vnde qa
natura nihil facit frustra, vbi sunt mulieres aliæ ex quibus


potest esse generatio sicut ex istis frustra matrimonium fit cum istis,quod non est necesse, nec propter generationem,nec propter amicitiam,vnde probabilius est,ꝙ papa non potest dispensare in illis gradibus. Et s̃m hoc diceret ꝙ ante legem scriptam erat dispẽsatum à Deo, vt in illis contraheretur excepto primo gradu ascendentiũ & descẽdentium,vnde Adam à Deo inspiratus dicit,relinquet hõ patrem, & matrem, ceteras personas videtur permisisse, quæ tamen in iure naturali erant prohibitæ, vt frater & soror,in quibus primo videtur dominum dispẽsasse, hæc ille. Et testimonia duorum magnorum doctorum,quòd prohibitiones præfatæ non pertinebant ad præcepta pure iudicialia. ¶ Secundo fundamenta illorum contrarie opinantium in eo quòd dicunt quòd sunt tempore gratiæ euacuatæ sunt falsa, quòd patet ex tribus. Ex illo Matthæi decimo quarto, vbi Ioannes Baptista redarguebat Herodem,quòd receperat vxorem fratris sui,dicens hoc non licere. Sed planum est quod hoc non dixit quia prohibitum esset iure canonico, quia tale institutum nondum erat, ergo diuino, ergo lex illa Leuiticor. decimo octauo, tempore gratiæ currebat, & ligabat & non erat euacuata. ¶ Secundo ex illo. primo Corinthi. quinto, vbi apostolus scribens ait sic, auditur inter eos fornicatio qualiter ne inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Ecce quod prohibitio nouercę lege naturali dicitur prohibita,cum dicat nec inter gentes sic. Item videtur,quod lex illa de non contrahendo cũ nouerca non erat euacuata tempore gratiæ, quia alias cũ sanctiones canonicæ adhuc non essent factæ, quia prohiberent, talis cum nouerca concubens cum rem nulla lege prohibitam ageret non venisset excõmunicandus.¶ Tertio idem patet ex eo, quia si prohibitiones illæ inquãtum sunt diuinæ essent euacuatæ iam nunc tempore gratiæ,nõ vocarentur diuinæ legis prohibitiones, sed tantum canonicæ siue ecclesiasticæ.Sed sancti patres faciunt distinctionem inter illas vocando eas leges diuinas,& sanctiones canonicas,ergo non sunt euacuatæ,sed viuunt & permanent firmæ obligantes iure diuino, vnde in præsenti capitulo dicitur coniunctiones consanguineorum fieri prohibentur, quare quia has diuinæ seculique prohibent leges. Quod vero dicunt præfati magistri quod si prohibitio illa Leuiticorum decimo octauo est moralis omni tempore, & omnes obligaret. Ad hoc respondetur quod verum est de eo, quod natura dictat vt debitum. Alia vero quæ dictat vt honestas & decentia aliquando ex necessitate aliqua capiunt dispensationem, sicut dictum est.Et in primo.§ huius quæstionis dictum est à Gratiano sicut de fratre & sorore.¶ Preterea fundamenta aliorum iuristarum sunt vana,& falsa. Et mirum quod summi pontifices loquantur moderate de potestate eis data. Et quidam doctorculi sine aliquo vero fundamento volunt adulando, eos quasi æquiparare Deo. Contra quos loquitur Vrbanus papa in capitulo,sunt quidam. vigesima quinta, quæstio prima, dicens. Sunt quidam dicentes Romano pontifici semper licuisse condere leges, quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est,quia inde nouas leges condere potest,vnde euangelistæ aliquid & prophetæ nequaquam dixerunt, vbi vero dominus vel eius apostoli & eos sequentes sancti patres sentẽtialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus pontifex dare, sed potius quod prædicatum est vsque ad animã & sanguinem confirmare debet. Si.n.quod docuerunt apostoli & prophetæ destruere,quod absit,niteretur,non sententiam dare,sed magis errare conuinceretur,hęc ille.Itẽ papa Marcellus,ibi in c.omne.nequaquam contra euangelicam vel apostolicam doctrinam constitutionemve eorum actum fuerit stabit.Quare opinione prædictorum refutata opinio nostra est saluo meliori iudicio cum domino Petro de palude, † quod in prædictis gradibus diuina

3 lege prohibitis papa non possit dispensare. Quæ conclusio probatur ratione sic, nullus inferior potest dispensare in legem sui superioris, nisi ei hoc fuerit concessum, sed nunquam legitur hoc Romano pontifici concessum, ergo conclusio vera, præterea conclusio patet ex capitulo gaudemus. extra de diuortijs. in quo papa dispensat, in secundo gradu lineæ transuersalis & æqualis, quia talis gradus solum iure canonico est prohibitus, quia infideles illis constitutionibus canonicis, vt ait non arctantur,quasi secus si contraxissent contra legem diuinã, quia papa nunc non dispensat, vt probat ibi textus dum dicit, de pagano conuerso qui habebat plures vxores vt illas cõtra ius diuinum non retineat,sed primã tantum. Et idem si repudiauit vxorem secundum paganorum morem, vel ritum legitimam etiam factus christianus aliam nõ inducat,quia vt ait,cum tale repudium veritas in euangelio reprobauerit. Ecce manifeste quod cõtra ius diuinum papa non dispensat,vnde Hugut.infra e.in c.quædam lex dicit, ex hoc capitulo aperte colligitur, quod in veteri lege tertius gradus non fuit prohibitus,quia in eo dispensauit Gregorius,quod nunquam fecisset,si in veteri lege fuisset prohibitus.25.quæstione prima,sunt quidam,hoc ille. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primã de c.gaudemus. Respondetur quod gradus ille secundus de quo ibi loquitur,non est diuina lege prohibitus,quia sicut dictum est, quod si sunt æqualis lineæ ipsi non sunt diuino iure prohibiti contrahere. Et ideo filij duorum fratrum iure diuino legitime copulantur,vt no.de cõsangui. & affinitate c.de infidelibus.Et ita notatur expresse in prędicto capitulo in gloss. quod non omnis secundus gradus est prohibitus diuina lege.Et ad capitulum pitatium,& Leuit.18.respondetur,quod nõ faciunt ad propositum, quia ibi loquitur in secundo gradu in linea ascẽdentium, vnde ibi neptem vocat filiam filij vel filiæ.Non autem de secundo gradu in linea lateralium. Ad secundam de.c. Deus.respondetur quod in casu in quo frater mortuus fuisset sine prole,non erat prohibitum diuina lege quod mortuo illo frater eius contraheret cum relicta,& ideo papa non proprie dispensat,sed præcipit siue cõsentit,quod in casu quo non erat prohibitum maneat, vnde ait, si cũ fratribus de cedẽtibus sine prole vt semen defuncti iuxta legem mosaicam suscitarent cum talibus contraxerunt,Hæc ibi.¶ Ad tertiam de eo quod dicitur, quòd aliquando fuit dispensatum non vidimus hoc,imo rege Franciæ nunc regnante cum esset Delphinus, & peteret vt mortua vxore sua possit cum sorore illius contrahere. Materia ista fuit ventilata ex mandato domini Eugenij coram nobis, cui commissa fuit causa, & iudicatum est, quòd non poterat papa dispensare. Nunc etiam tempore Pij papæ venit ad curiam, comes de Armignach, qui sororem propriam petebat posset in vxorem habere, non potuit talem dispensationem habere dicentibus omnibus sane sapientibus quòd papa non posset. Et vnus episcopus qui falsificauerat vnam bullam, mediante qua ille comes de facto contraxerat, fuit priuatus dignitate, & carceri mancipatus. ¶ Secundo respondetur, quòd si ita aliquando fuerit factum per aliquem summum pontificem aut ignarum literis diuinis, aut excœcatum captiuitate pecuniarum, quæ pro talibus exorbitantibus dispensationibus solent offerri, aut vt complacerent hominibus, non sequitur quòd potuerit iuste facere. Ecclesia iuribus, legibus regitur, siue debet regi, non talibus actibus, siue exemplis. ¶ Ad quartam respondetur quòd, omnia illa sunt falsa, quia in nulla illorum casuum quos allegat papa dispẽsat dispensatione de qua hic loquuntur, quæ dicitur iuris relaxatio, patet per singulos discurrendo, primo patet in illo Matthæi decimo octauo in ore duorum vel trium & cætera,& de capitulis in omni de testibus, non est verum quòd hic dispensat papa contra euangelium addendo vel minuendo, licet vt facit in capitulo licet, interpretetur quomodo debeat intelligi, dicens in ore duorum, id est non paucorum, vnde glossa ibidem dicit, licet quædam causæ recipiant plures, sed nulla causa contenta est vno, infra eodem licet. Et ideo dicit glossa in prædicto capitulo, sunt quidam, vigesima quinta quæstio prima, quòd dispensat interpretando, præterea nec est verum quòd dispensat contra præceptum diuinum, vt de soluendis decimis, quia licet quandoque aliquibus vt religiosis, aut pauperibus concedat, decimas pro sustentatione eorum, vel laicis in feudum pro necessitate ecclesiæ, nunquam absoluit tales à iure soluendi clericis decimas, cum nec ius spirituale nec proprietas, sed percipiendi fructus temporales priuilegium concedatur, siue administrationem, & dispensationem eorum pro varijs necessitatibus ecclesiæ, vel propter subuentionem

tionem pauperũ, vnde non dicitur papa dispensare contra præceptum domini, vnde in c. alleg. de decimis à nobis, dicit gl. sic, ꝙ papa non dat priuilegium alicui de non dandis decimis, sed cõcedit eis administrationem decimarũ, vt inde suscipiat sustẽtationem, & residuum communicet in vsus pauperum, & tali modo concedit monachis & potest aliam laicis concedere, hæc gl. Alia autem gl. quæ sequitur nihil valet. Ceterum quod consequenter dr̃, quod papa dispensat contra præceptum diuinum permittendo aliquid recipi vltra sortẽ, quod videtur esse vsura hoc non est verum, quoniam sicut ibi notatur, maritus recipiens fructus rerum pro dote sibi obligatarum, non accipit ratione mutui facti. Sed alia rationabili causa. s. propter onera matrimonij, quæ sustinere habet, vnde falsum est, ꝙ in hoc papa dispenset contra præceptum diuinum, quia non contradicit diuino præcepto, cum non sit vsura. Et ita patet rationes præfatas friuolas fuisse. Et tantum de ista quæstione. Lege. ¶ [Coniunctiones prohibentur] à nobis. Hu. [qui has diuinæ leges] ergo prohibitio legis diuinæ de coniunctionibus consanguineorum perseuerat, nõ est euacuata, sicut minus quidam sapientes dicunt, sicut tetigimus in quæstione [leges ergo diuinæ] hæc litera videtur velle, ꝙ filij nati de incestu sint infames, quod non est credẽdum ꝙ filius pro peccato patris sit infamis, nisi forte pro crimine lesæ maiestatis. filius. n. non portabit iniquitatem patris. Ezechie. 18. & 1. q. 4. crimẽ, & c. iudæi. Et ideo singula sunt reddenda singulis infamia vel peccatum refertur ad parẽtes. [Expulsione] à successione, refertur ad filios. Et est vis facienda in litera [diuinæ leges non solum ejciunt ab hæreditate eos qui ex eis prodeunt]. i. filios, quia non veniũt ad successionem, vnde ſm legem Moysi. Leuitici 20. parẽtes talium dicuntur mori sine liberis, vt. j. e. q. 7. quicunque [sed etiam agentes hoc]. s. parẽtes incæstum committẽtes, & cum consanguineis contrahentes [maledictos]. s. pœnę, & infamiæ obnoxios, & alijs pænis temporalibus dignos, leges vero seculi infames sunt, de his qui not. infra, & 3. q. 4. cõsanguineorum. Hu.

3 † Non credo ꝙ incæstuosi sint infames ipso iure, sed per sententiam. Et idem dicit Laur. & Arch. suscipere in testimonium, vel ad accusationem, vel ad successionem eos. Hug. [eos autem] secunda pars diximus maxime. Nam & alij dicuntur consanguinei secundũ canones. leges. n. solos cognatos appellant consanguineos [nec repellere,] quoniã succedant ab intestato, nisi vel alij propinquiores præcedant eos vel delictum ipsorum vel defuncti impediant quo minus succedant. Hu.


1 *Affinitas an impediat matrimonium. & nu. 2.*



DE propinquis. Ad idem est hoc c. & est Fabiani papæ. Sũma est in rub. diuiditur in duas partes. in prima agit de secundo genere affinitatis. 2. ibi, æqualiter. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli & sequentium. ¶ Quæritur† vtrum affinitas impedit matrimonium. Et videtur ꝙ sic. ¶ Primo sic, nihil impedit matrimonium nisi quod est ei cõtrariũ, sed affinitas non contrariatur matrimonio cũ sit effectus eius. ergo non impedit matrimonium. ¶ Secundo in lege erat præceptum ducere vxorem fratris. Leuit. 18. sed illa erat affinitas, ergo affinitas non impedit matrimonium. ¶ Tertio ſm iura consanguinei succedunt defuncto in rebus suis in quibus habuit dominium & possessionem, sed vir habet dominium in mulierem per matrimonium: ergo ſm iura cõsanguinei debent succedere in vxore, ad quã tamen manet affinitas ergo &c. ¶ In oppositum est capitulũ præsens, cum sequentibus. ¶ Respondeo dicendum† ꝙ affinitas impedit matrimonium ista conclusio patet Leu. 18. vbi dr̃, turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis, sed illa est tantum affinis, ergo conclusio vera habetur ex. de consan. & affinitat. per totum. Sed nota ꝙ conclusio est intelligenda de affinitate, quæ præcedit matrimonij contractionem, talis. n. impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum eadem ratione qua consanguinitas, si autem sequatur matrimonium, non potest ipsum dissoluere, cum sit vinculum insolubile, vt. s. dictũ est. ¶ Ad rationes in oppositum. ad primam respondetur ꝙ ratio non procedit, ratio est, quia affinitas non contrariatur matrimonio, ex quo causatur & ita illud non impedit, sed contrariatur matimonio, ꝙ cum affine contrahendum esset, & illud impedit. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ præceptum illud erat in casu quando. s. frater moriebatur sine prole, vt suscitaret semen fratri suo, ꝙ tunc requirebatur, ꝙ per propagationẽ carnis cultus religionis multiplicatur, quod nunc locum non habet, & sic patet, ꝙ nõ ducebat vxorem eam, qua si gerens propriam personã, sed quasi supplens defectum fratris sui. Concordant S. Th. & Bonauentura. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia non est simile, quia res possessę à viro nõ efficiuntur aliquid vnum cum ipso viro, sicut efficitur vna caro cum ipso, vnde ratio non procedit. Lege. ¶ [De propinquis.] Dicit ergo ꝙ in secundo genere affinitatis in hoc gradu licite coniunguntur, in quarto non debent coniungi, sed coniuncti non separantur. in tertio vero nullo modo debent coniungi. Est ergo casus, vxor Petri habet consanguineum in hoc gradu, qui habet vxorem Bertham, ille consanguineus est affinis Petro in primo genere, & in hoc gradu, sed vxor, scilicet Bertha est affinis Petro in secundo genere, & hoc gradu secundum regulam illam persona addita personæ per copulam carnalem &c. mortua vxore Petri & mortuo illo consanguineo licite Petrus potest ducere Bertham, quia ſm genus non habet prohibitionem vsque ad quintum gradum. Si vero ille cõsanguineus attinet vxori Petri in quarto gradu, tunc Petrus non debet cum illa. s. Bertha contrahere, quæ est in quarto gradu secundi generis, sed coniuncti non separantur. Si vero ille consanguineus attinet vxori Petri in tertio gradu, tunc nullo modo Petrus potest contrahere cum Bertha, quia est affinis in tertio gradu, secundi generis, hoc dicit litera [de propinquis]. i. affinibus. s. Petro & Bertha, qui veniunt ad affinitatem secundi generis, per virum Berthæ consanguineum vxoris Petri, & per vxorem Petri. his. n. duobus mediantibus affinitas secundi generis est contracta inter Petrum & Bertham. Hug. [de talibus autem propinquis placuit homini]. s. vt defuncta vxore Petri [vel]. i. & viro Berthæ. s. consanguineo vxoris Petri, quibus duobus mediantibus Petrus & Bertha facti sunt propinqui. i. affines. Hug. [generatione]. i. gradu coniungantur. Petrus & Bertha [in quarta]. i. quarto gradu non separentur, quia in secundo genere quartus gradus de concilio est prohibitus, vt. j. c. & hoc quoque [in tertia propinquitate]. i. gradu eiusdem propinquitatis. i. affinitatis secundi generis. [non licet] nulli talium affinium. s. Petro accipere affinem suam scilicet Bertham vxroem alterius, scilicet consanguinei vxoris Petri [æqualiter] hic agit de primo genere affinitatis, & debet legi negatiue, id est sicut vir non debet cum suis consanguineis contrahere, ita non debet cum consanguineis vxoris.



QVi propinquam: Ad idẽ est hoc capitulum eiusdem Fabiani papæ. Summa est in textu qui breuis est. Lege. ¶ [Qui propinquam sanguinis]. i. consanguineam [separabuntur] iudicio ecclesiæ. Hugutio [alias vxores] vterque distributiue legitur, scilicet viri & vxoris [quandiu] id est nunquam licebit eis contrahere, nisi ignoranter contraxerint, vel nisi dispensetur in eis ratione iuuenilis caloris, vt infra quæstio. sexta si duo 33. quæstio secunda, interfectores.



SI quis cum matre. Ad idẽ est hoc capitulum ex consilio apud Vermeriam. Summa est in rubro Breue est hoc capitulum suprapositum est in causa 34. quæstione secunda, & ibi expositum est, & sic nõ est opus exponere iterũ.



SI homo Ad idem est hoc capitulum ex eodem concilio Lege. ¶ [Si homo, crimen celauerit] simile distinct. 50. ex pœnitentibus. Hugutio. ¶ Sed surgit quæstio, pone quòd reuelasse tenebatur ei frater credere, dicitur quòd sic quousque veritatem aperte sciret, & hoc propter periculum quod in tali casu vertitur. Hugutio. [nubat.] Ex hoc colligitur quòd eam non cognouit postquam fuit cognita à fratre, tunc enim propter incestum perpetuo prohiberetur à cõiugio, sicut & ipsa mulier Hug. [mulier sciens] de vtroque [sine spe] nisi ratione iuuenilis ætatis dispensetur cum ea, vt infra c. q. 6. si duo.

De his

De his vero. §.est, dicit ꝙ capitula præcedentia loquuntur, de his qui ignoranter cō iunguntur. Ceteræ autoritates in capitulis sequentibus intelliguntur de his qui non ignoranter coniunguntur, secundum Hug.

1 *Gradus sunt computandi in affinitate sicut in consanguinitate.*
2 *Affinitas prima & consanguinitas paribus passibus ambulant.*



NVllum in vtroque. Ad idē est c. quod est Iulij papæ. Summa est in rub. pōt diuidi in duas partes. In 1. prohibet consanguineos copulari vsque ad septimum gradum. In 2. idem prohibet de affinibus. 2. ibi, præterea Leg. ¶ [Nullum] hic mistim agit de consanguinitate & de primo gene
1 re affinitatis. Et in his idem dicitur [vel vxoris] ar. † ꝙ gradus sunt computandi in affinitate sicut & in consanguini-
2 tate ar. j. e. & hoc quoque. Hu. ex hoc c. colligitur, † ꝙ affinitas prima & consanguinitas æquis passibus ambulant, vnde affinitas talis habet prohibitionem vsque ad septimū gradum, sicut & consanguinitas ar. hic, &. s. eo. c. de propinquis [præterea] est 2. pars. vbi dicit quod iā dictū est [propter carnis vicinitatem] reddit causam quæ ad hoc est sufficiens, vt ibi interueniat affinitas, quia ex carnali copula causatur, & impedit.

1 *Consobrinæ quæ dicantur.*
2 *Sobrini qui dicantur.*
3 *Affinitas contrahitur per coitum fornicarium, sicut per coniugalem.*



DE incestuosis. Ad idem est hoc c. ex cōcilio Agathē. Sūma est in rub. pōt diuidi in 3. partes. In 1. dicit, ꝙ incestuosi sciēter nihil veniæ merentur. In 2. ponit, ꝙ non sunt digni nomine coniugij. In 3. nominat eos, qui præcipere dicūtur, & sunt incæstuosi de quibus scriptura loquit̄ 2. ibi, incæstuosos vere. 3. ibi, hos. n. esse censemus. ¶ [De incæstuosis coniunctionibus] scienter factis [veniæ] .i. remissionis peccati, dum fuerint in peccato, quia impenitentibus peccata non dimittuntur vt 34. q. 2. legatur, vel nihil veniæ, vt contrahant matrimonia. Hu. [nisi cum &c.] sed nec tūc debent contrahere, sed dispensatur cum eis peracta pœnitentia vel incepta si iuuenes sint vel timeatur de lapsu incōtinentiæ. Hu. [incæstuosos scienter] 2. pars. [deputandos] supple censemus statuimus. Hu. [quos etiam designare] .i. nominare [funestū eū] .i. turpe & indecens. Nam os polluitur dicentis, & auris audiētis [hos esse] 3. pars. s. si quis & c. multi alij ab his, qui hic ponuntur sunt incæstuosi, sed gratia exempli subditur de his, vel quia magis sunt detestandi, quam alij, & quia tales diuina lege expresse damnantur [germanam] .i. sororem
1 [consobrinæ] † consobrini dicuntur proprie duarum soro
2 rum filij Hu. & glo. † consobrini duorum consobrinorum. Hu. & gl. [vel priuignę suæ] .i. patrui, vel auunculi [cum matre eius] à qua prohibetur propter publicam honestatem, sed à genita ante non prohibetur. Hu. [aut qui &c. consanguineus habuit] coitu matrimoniali vel fornicario [pollue
3 rit] .i. cognouerit ar. † affinitas contrahitur per coitum fornicarium, sicut per coniugalem, sicut. j. ostendimus. [inter cathecuminos] hic sunt varij m odi exponendi, vnus est ꝙ de excommunicatis loquitur abrogatum, & sequens quia excommnnicati in nulla parte missæ admittuntur. Alius modus est, quod loquitur de incæstuosis, quorum crimen notorium est, & tamen ab ecclesia toleratur, & non sunt notati per sententiam, puta certum est ecclesiæ, quòd isti matrimonialiter coniuncti consanguinei sunt, nondum tamen eos excommunicauit, interdixit autem eis communionē cum alijs in cibo, & in morando in ecclesia, ex quo venit ad consecrationem dominici corporis, & propter reuerentiam sacramenti secundum Hug. [quod] .s. incæstuosum adulterium [prohibemus vt non ea constituta.] canones sanctorum patrum [dissoluamus sane &c.] videtur loqui de omnibus generaliter, non incæstuosis, quibus coiugia illicita sunt prohibita, sed licita concessa, tales re uera habebunt ineundi melioris coniugij libertatē, qñ non illaqueantur cum consanguineis.



DE his qui. Ad idem sequitur hoc c. ex concilio Ilerdensi. Sūma est in rub. breue est. lege. ¶ [De his missam] quæ est vsque ad principium consecrationis dominici corpo- Exponit literam.
ris, quo tempore cathecumini mittentur foras diacono clamante, hic nota quod dictum est in præcedenti capitulo de modo intelligendi hoc.

1 *Affinitas an contrahatur per concubitum illicitum, quod sic numer. 2.*
3 *Irregularitas non contrahitur per coitum extra matrimonium.*
4 *Incestus cum quo committatur.*



NEc eam. Ad idem est hoc c. Gregor. Summa est in in rubr. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli et prę
1 cedentis. Quæritur vtrum per concubitum illicitum contrahatur affinitas. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic, affinitas est res quædam honesta, & res honestæ non causantur ex inhonestis, ergo ex inhonesto & illicito coitu non causatur affinitas. ¶ Secundo sic affinitas est vinculum legitimum quod institutum est à Deo, & ab ecclesia, ergo cum fornicatio sit contra legitimitatem, & contra diuinum statutum, ex fornicario vel illicito coitu non causabitur affinitas. ¶ Tertio sic, per coitum extra matrimonium non contrahitur irregularitas ad ordines suscipiendos, ergo pari ratione nec illegitimitas ad matrimonium contrahendum. Si ergo affinitas facit illegitimitatem, videtur quod per talem coitum affinitas non contrahatur. ¶ Quarto sic, vbi est consanguinitas non potest esse affinitas, quia affinitas est proximitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela, sed aliquando contingeret ad consanguineos, & ad seipsum affinitatem, si illicitus concubitus affinitatem causaret, sicut quando homo carnaliter cō sanguineam suam incestuose cognosceret, ergo affinitas non causatur ex illicito coitu. ¶ In oppositum est casus pñs & pcedens. Respon. dicendum † ꝙ affinitas generaliter cau
2 satur per omnem coitum, siue licitum, siue illicitum, probatur ista conclusio sic. primo non ob aliud contrahitur affinitas per coitum nisi quia est carnis cōmistio per quā vir & mulier sunt vna caro, sed hoc non tantum est in actu legitimo, verum etiam in fornicario, ſm ꝙ dicitur prima Cor. 6. qui adhæret meretrici vnum corpus cum ea efficitur. ¶ Secundo patet conclusio ex diffinitione affinitatis. Affinitas est propinquitas personarum, ex carnali copula proueniens & c. sed carnalis copula est etiam in illicito coitu, ergo illicitus concubitus affinitatem causat. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. ¶ Ad primam respondetur ꝙ fornicario concubitu est aliquid naturale, quod est cōmune fornicationi & matrimonio, & ex hac parte affinitatem causat. Aliud est inordinatum per quod à matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas non causatur, vnde affinitas semper honesta remanet, quamuis causa sit aliquo modo inhonesta. ¶ Ad secūdam patet per idem rñsio, quia in fornicatione sunt duo. Est. n. actio subtracta, quæ est naturalis & deformitas voluntatis, qua aliquis vult cognoscere non suam. Quantum ad primam est actio naturalis bona, & à Deo. Quantum ad secundum dicit defectum & deformitatem, & sortitur nomen vitij. vinculum ergo affinitatis contrahitur ratione primi, nō ratione secundi. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, & rō est iuxta dominum Bonauenturam, & Richardum, quia carnalis copula non generat irregularitatem nisi inquantum inducit defectum sacramenti, & quoniam defectus præsupponit aliquod esse sacramentum quod in fornicaria copula nullum est, & per consequens in fornicaria co-
3 pula nullus defectus sacramenti interuenit. † Et hinc est quod irregularitas non contrahitur per coitum extra matrimonium, affinitas respicit vnitatem carnis, & hoc est commune tam actui fornicario quam legitimo, ideo potest causare affinitatem non irregularitatem. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Sanctum Thomam, quia non est inconueniens relationes ex opposito diuersas eidem inesse ratione diuersorum. Et ideo potest esse inter aliquas duas personas affinitas, & consanguinitas, non solum per illicitum concub-

concubitum, sed etiam per licitum, sicut cum consanguineus meus ex parte patris duxit in vxorem consanguineam meam ex parte matris, vnde quod dicitur in diffinitione affinitatis inducta, omni parentela carens intelligendum est inquantũ huiusmodi sicut diximus cum eius diffinitionem superius explanaremus. Nec tamen sequitur ꝙ aliquis cõsanguineã suã cognoscens sibijpsi sit affinis quia affinitas sicut & consanguinitas diuersitatem requirunt, sicut etiam similitudo. ¶ [Nec.] ordo litteræ [nulli christianorũ licet nec licebit eam in coniugium ducere quam aliquis de propria] .i. eadem consanguinitate existens in coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauerit

Exponit literam.

4 [quia incestuosus &c.] ecce expresse hic dicitur † quod incestus committitur cum ea, quam cõsanguineus alicuius fornicario modo cognouit. Alia patent.

Naturæ §. est, hoc refertur ad illud, quod dictũ est in pcedenti cap. s. ꝙ non licuit alicui ducere eam, quam consanguineus ex illicita pollutione maculauit [naturę] videlicet ordine subaudiendum est. Nam aliter non impeditur quod probat per capitulum sequens.

1 *Pollutio extraordinaria non causat affinitatem, nec impedit matrimonium.*
2 *Pollutio ordinaria est duplex.*
3 *Pollutio extraordinaria ex triplex.*




Xtraordinaria pollutio. Ad idem est hoc ca. quod est Vrbani papæ 2. Summa est † quod extraordinaria pollutio .s. quæ non fit in mẽbro naturali nec causat affi-
1 nitatem, nec impedit matrimonium. Breue est. Leg. ¶ [Extraordinaria pollutio.] Nota ſm Hug. quod
2 pollutio alia est ordinaria, alia extraordinaria. † Ordinaria alia est ordine iuris & naturæ, vt cũ vxore propria in mẽbro naturali. Alia est ordine naturæ tantum, vt in naturalibus cum qualibet muliere, sed cum uxore non videtur pol-
3 lutio, sed castitas, vt di. 31. Nicena. † Extraordinaria triplex est. Alia contra ordinem iuris, vt cum qualibet, quæ non est vxor. Alia contra ordinem naturæ, vt cum brutis aĩalibus, & cum masculis & feminis in membro non concesso. Alia præter ordinem naturę .s. cum quis polluit fœminam tm̃ circa naturalia. Et de hac vltima extraordinaria pollutione hic agitur. Erit ergo casus. Quidam fœminam quandam tantum circa naturalia polluerat, sed claustra pudoris non fregerat, nec intrauerat. Quidam consanguineus illius polluentis volebat eam accipere, dubitabatur an posset eam habere. consultus apostolicus respondet & dicit ꝙ bene potest eam ducere, si constiterit per sacramentum, ꝙ ille clandestinum pudoris non fregerit, nec maritalis affectus intercessit. Ordo literę. [Extraordinaria pollutio] est facta præter ordinem naturæ [non admissa nisi in naturalibus] .i. tm̃ circa naturalia, & non intra .i. circa membrũ à natura concessum, & non intra, vel .i. sæpius etiam reiterata, dummodo sit facta citra maritalẽ affectum, quia si maritalis affectus interueniret, impediret matrimoniũ. Hug. [si præbitis sacramentis à principalibus personis] .i. polluẽtis & pollutæ, & dabitur eis fides. Sed quomodo est hoc, nunquid isti, testificantur pro se & in sua causa, dico ꝙ nõ, imo pro illo qui cum ea volebat contrahere. Sed potius dico, ꝙ non sunt testes sed pro testibus inducuntur, sed de facto suo interrogantur, & propter inopiam probationum deferunt eis sacramentum purgationis, nam in omni purgatione habetur fides sacramẽti principalis personæ, licet non semper ei soli credebatur Hu. quæ pollutio quamuis ipsa damnabilis non videtur impedire matrimonium inter illam sic pollutam & consanguineum polluentis.



T hoc quoque. Ad idem est hoc c. Iulij papæ. Summa est in rubro. Agitur hic de secundo genere affinitatis. Omnes enim personæ quę hic prohibentur uni viro, vxori sunt in secũdo genere affines, qa omnes sunt vxores consanguineorum vxoris. Lege. ¶ [Et hoc quoque in tertiam progeniem] id est. In tertium gradum affinitatis inclusiue. Hug. In quarta si inuenti fuerint non separentur. In quinta licitè fic constituendum est argu. primo cap. de propinquis.



Qualiter. Ad idem est hoc c. eiusdem Iulij papę. Summa est in rub. Leg. ¶ [Equaliter.] negatiue debet legi .i. sicut nõ debet contrahere cum proprijs consanguineis, ita non debet cum consanguineis vxoris. Hug.



Ane. Ad idem est hoc c. Isidori ex cõcilio Matiscensi. Summa est in rub. diuidit in duas partes. In 1. statuit. In 2. cãm assignat. 2. ibi, quia constat eos. Leg. ¶ [Sanc. cõsanguinitas] .i. affinitas [in proprio viro] .i. circa cognationem viri. Hug. [conseruanda] ab vxore vel consanguinitas proprie in proprio viro .i. ex parte viri seruanda ab vxore, vt nulli de illa cõsanguinitate iungatur [parẽtela] .i. cõsanguinitas [de lege nuptiarũ] .i. carnalis cõmistionis, vt 27. q. 2. genuit. hæc. n. lex carnalis cõmistionis .s. ꝙ ea interueniente affinitas cõtrahitur abextrinsecus .i. cõsanguineorũ [feminę ad virũ custodiẽda] à viro, vt nulli de illa parentela iungatur [quia] 2. pars notat cãm, qua interueniente affinitas contrahitur, vt. s. e. nullum [ideoque communis .i. affinis illi] & versa vice [sicut scriptum est.] Gen. 2. hoc non refertur ad proximum sed ad illud fuisse in carne vna.



I vir. Ad idem est hoc c. quod est beati Aug. super epistolã ad Cor. Summa est in ru. breue est Leg. [Si vir.] quia vxor filij tui est vna caro cum filio, ideo reputanda est tanquã filia patris viri sui. Et ideo merito prohibetur cum tali contrahere. Leu. 18. turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est.



Rogeniem. Ad idẽ est hoc c. qđ est B. Greg. papæ episcopis galliarum. Summa est in ru. Leg. ¶ [Progeniẽ ob seruare] vitando eius copulam [generationẽ] .i. gradum, & pro .i. [separẽtur] antiquitus erat hoc, sed nunc vsque ad quartum gradum tantum.



E consanguinitate. Ad idem est hoc c. Nicolai Papæ. Summa est eadẽ cum superiori, diuiditur in duas partes. In 1. prohibet consanguineos coniungi vsque ad septimum gradũ. In 2. punit laicum, qui cum vxore concubinam habuerit. 2. ibi, laicus vero litera patet.



N copulatione. Ad idẽ est hoc ca. ex concilio Guarnacensi. Summa est in ru. breue est Leg. ¶ [In copulatione generationis] .i. gradum non diffinimus alter quam diffinitum] .s. vsque ad 7. gradum, in quo & circa & non vltra generatio cognoscitur & inmemoria continetur vel legatur de speciali casu, vel de linea recta ascendentium, & descendentium. Hugutio.



Vllus. Ad idem est hoc c. ex concilio Lugdunensi. Summa est in ru. [nec sine benedictione.] Consilium est, & intelligitur de primis nuptijs. Nam secundæ non debent benedici à sacerdote 31. q. 1. de his, & extra de secundis nuptijs c. 1. & tertio. Et si sacerdos benedicat secundas nuptias grauiter peccat in tali benedictione, vt satis colligitur ex prædicto cap. primo.

1 *Papa an possit dispensare in gradibus affinitatis prohibitis lege diuina. Quod non nu. 2.*



Vædam lex romana. Obijcit do cõtra prædicta inducit hoc c. quod est Gregor. qui dispensauit cum Anglicis, ꝙ in tertio vel in quarto gradu possent contrahere. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. ¶ Quæritur vtrum papa possit dispensare in gradibus affinitatis prohibitis lege diuina. Et videtur quod sic nam dispensat in gradibus consanguinitatis prohibitis, vt videtur, ergo multo magis potest in gradibus affinitatis, assumptum patet, quia nuper papa Pius dispensauit cum comite de Placentia, ꝙ contraheret cũ nepte sua filia sororis suæ, quæ in secundo gradu attinebat sibi, sed iste gradus videtur prohibitus diuina lege. Leuiti. 18. ergo &c. ¶ In oppositum est quia inferior non põt dispensare in lege sui superioris, nisi esset sibi

sibi commissum, vnde Hugu. in præsenti capitulo dicit, ꝙ in tertio gradu dispensauit Gregorius quod nunquam fecisse, si tertius gradus in veteri lege fuisset prohibitus. ¶ Respondeo dicendum † quod in gradibus affinitatis diuina lege prohibitis non pôt papa dispensare, sicut nec in gradibus consanguinitatis. Ista conclusio patet ex his q̄ s. e in c. coniunctiones determinauimus, huius conclusionis est dominus Petrus de palude. in 4. di. 11. sic dicens. Notandum, ꝙ in primo gradu affinitatis ascendentium & descendentium sicut & consanguinitatis papa dispensare nō potest, cum sit contra ius diuinum & naturale, quia vxoribus parentum exhibemus reuerentiam sicut & nostris parentibus. Item in linea transuersali. in primo gradu ꝓhibet matrimonium consanguinitatis, & affinitatis iure diuino, vnde nec papa dispensare potest quia etiam quod à modo est contra naturam, vt. s. quis contrahat cum germana sua, vel cū vxore germani sui eo mortuo, vnde & ante legem mosaicā multiplicato genere humano ante diluuium vel post creduntur abstinuisse à sororibus fratrum, nisi ad suscitandum semen fratre præmortuo, sicut & tempore legis sicut patet in Thamar & filijs Iudæ nec obstat de vxoribus Abrahę, & Isaac, quas vocauerunt sorores, quia. s. fuerunt consanguineæ, vel consobrinæ, vel cognatæ, sicut & Loth qui fuit filius Abrahæ, & dictus est frater Abrahæ, nec posset papa dispensare in vxore fratris mortui sine liberis quia licet hoc olim liceret, tamen dispensatiue licebat, quæ dispensatio fiebat iure diuino non ab homine. nā iure diuino cōiter abstinebatur ab vxore fratris, sicut & à sorore, sed in casu permittebatur, vnde sicut papa non potest dispensare in pluralitate vxorum, quamuis esset olim licita erat ex Dei dispensatione prohibita iure communi, ita nec in proposito, item nec in secundo gradu trāsuersalis superioris, vt cum amita & matertera quia lege diuina prohibitum est hæc Pet. de pal. ¶ Ad rōnem in oppositum respondetur negando ꝙ gradus ille sit prohibitus in diuina lege. vnde Pet. de pal. vbi. s. dicit sic, pôt papa dispensare in 2. lineæ inferiores vt cū filia fratris, quia non erat prohibitum in scriptura. hæc ille. Item dicit S. Th. in 4. dis. 40. q. vlt. vbi ita ait, in veteri lege prohibebatur accipere sororē patris sui non tñ filiam fratris. Item dominus Durandus, & Hu. de hoc nos plenius disputauimus in vna quæstione nostra, id quia quæsitum fuit vtrum papa possit dispensare quod quis contrahat matrimonium cum filia sororis suæ. Et ostēdimus ratione & multiplici doctorum testimonio quod sic Lege. ¶ Quædam lex.] hoc non contradicit superioribus. illa. n. loquuntur de iure cōi. Hæc autē de speciali despensatione facta cum anglicis, sed experimento succrescere sed defectuosam nasci [vnde necesse est]. i. bonū & vtile dispensatiue concedere anglicis vt in 3. vel 4. gradu coniungantur hoc dicit Io. verba sunt Gratiani.

1 *Dispensatio facilius fit, cum nuper conuersis ad fidem quam cum alijs.*



Quod scripsi. In hoc capitulo ostēndit Gregorius talem dispensationem fieri ex loco, & ex causa & ex parte fuit ergo hæc dispensatio localis, siue personalis quia facta tm̄ Anglicis fuit. ¶ [Causalis] . i. ex causa facta. s. ne à bono ꝙ inceperant metuendo austeriora recederent. Item fuit temporalis. i. donec firmi essent in fide, quia ergo propter causam & propter tēpus & certo loco siue personis facta fuit, eis cessantibus cessare debet, vt 1. q. 7. exigunt, & c. donatum. [nuper ad fidem] ar. † quod faciliter dispensatur cum infirmis in fide, & nuper conuersis, multa sustinentur circa tales, quæ alias essent illicita, vt 45. dist. qui sincera. i. non generaliter [quia illis non alijs]. Ecce quod ex loco hoc fuit cōcessum anglicis, non alijs, sed dispensatio loci non debet trahi ad consequētiam, vt 16. q. 1. hinc est sicut nec temporis, vt 23. q. 4. si ecclesia. [extitit testis] pôt esse qđ in ipsa promissione publicæ hoc fuerat protestatus. Hu. [sed qđ [ad est quia [adhuc] supple scripsi] neophytis]. i. nouiter conuersis [illicita] in gñe considerata sed ex dispensatione facta sunt licita quæ alias essent [illicita illis modo]. i. tantum modo tpibus non posteris. Ecce ex tempore fuit hoc concessum. i. ad tempus, non perpetuo, quo transacto debet illud cessare [infirmo] domino Hu. i. fragili non robusta [erueretur] . i. dispensaretur, & destrueretur. Hu.

Exponit literam.



Contradicimus. Sequit alia obiectio ex concilio cabilonē si. Summa est in rbu. Breue est. Leg. ¶ [Contradicimus.] hoc capitulum sequitur computationem, Isidori. Et ideo nō est contrarium præmissis] in qua ta] forte hoc dicit propter quosdam, qui propter dispensationem factam anglicis credebāt omnibus licere. Hu. [post interdictum] primo generaliter promulgatū ab ecclesia. nam & ante hoc concilium hoc interdictum emanauerat, & est ar. quod si quis præuenit legem excusatur. ar. 32. q. 4. dicit [inuentum separetur] nam ignorantia iuris vel facti non excusat in hoc casu quod ad hoc quod tale coniugiū remaneat. Hugu.

Hac autoritate. §. est, non tenetur vnde dicit Hu. ꝙ non fuit factus à Gratiano, aut est corruptus vitio scriptorum, aut Gratianum hic dormitasse, & ideo nos illum pertransimus.



Porro. Hoc capitulū est Paschalis papæ 2. Summa est in rubro. pro intellectu pleniori explicatur casus filij duarum sororum sicut in secundo gradu consanguinitatis, ergo vxores sunt, in secūdo genere affinitatis, & secundo gradu. mortuis ergo viris earum si vnus acceperit vnā illarum efficietur alterius affinis. In tertio genere & secūdo gradu. mortua ergo vxore non potest accipere alteram, quia tertius gradus habet prohibitionem in secundo gradu. Et ita hic assignatur tertium genus & vsque ad quem gradum prohibeatur. Litera. ¶ [Porro]. i. certe] quamuis in diuersis] hæc litera construitur sic quamuis autoritas canonica hoc contradicat, tamen præter canonicam autoritatem ipsa publicæ honestatis iustitia contradicit, & prohibet coniuges duorum consobrinorum nubere vni viro [diuersis temporibus]. s. vnam post obitum alterius hoc ideo dicit quia nullus eodem tempore potest habere diuersas vxores, vt 32. q. 7. ca. 1. & 2. [illud autem] verba sunt Gratiani [Gregorij]. s. nec eam [& iulij] supra c. nullum.

Ex ponit ream.

¶ *Quæstio quarta.*



Modo enim quæritur. Hic intitulatur quæstio quarta. s. quare vltra sextum gradum non computetur nec prohibeatur consanguinitas. Ista quæstio nascitur ex sententia Isidori, ipse. n. computat consanguinitatem tantum vsque ad sextum gradum, & secundum eum determinatur ꝙ ideo tantum sed gradus sunt computandi in consanguinitate, quia totidem sunt ætates siue generationes mundi sicut patet in capitulo sequenti.

1 *Principium alicuius generis potest esse duplex. & nu. 2.*
3 *Aetates mundi an assignentur conuenienter.*



Consanguinitas. Capitulum est Beati Isidori libro etymologiarum. Summa est in rub. Leg. ¶ [Consanguinitas. ordinibus]. i. gradibus, loquitur metaphorice. Hug.] ad vltimum] id est sextum secundum eos qui incipiunt computare à nepotibus. Hug. Ad intelligendum autem huius computationis modum. Et quia in istis capitulis varie fit computatio graduum. Est notandum iuxta S. Th. † quod
1 principium alicuius generis potest esse duplex vno modo principium quod est in genere illo, vt si primam partem lineæ principium dicamus. Alio modo principium, quod nō recipit generis prædicationem, sicut principium lineæ dici
2 tur pūctus. † Et hoc modo principium & radix consanguinitatis dici potest dupliciter vno modo ipsa persona prima à qua consanguinitas ducitur, quæ persona non est cōsanguinitas, sed consanguinitatis principium. Et secundum hoc filius qui distat à persona patris facit primum distantiæ gradum & filius filij secundum, & sic deinceps alio modo. prima consanguinitas, quæ est causa omnis alterius consanguinitatis, & sic est ipsa consanguinitas quæ est inter patrem & filium radix ponitur & cōputatur secundum hoc pater & filius pro vno principio, à quo consan-

guinitate primo distat filius filij. Et ideo hæc distantia facit primum gradum, & sic deinceps. Isti sunt qui incipiunt à nepotibus, & ſm hoc diuersimode sit computatio graduum, sed primus modus computandi magis est in vsu[de sierit[ex toto, vel quo ad prohibitionem matrimonij con trahendi. Hu.[tunc primũ lex]matrimonialis, vel lex.i.legitima, & noua copula[fugientem]ex toto, vel quo ad prohibitionem matrimonij[reuocabit]tunc.n. noua copula matrimonij erit, & noua generatio nascetur, sicut lex ætatib.


Quæstio. 3 ¶ Hic surgit quæstio† vtrum conuenienter assignentur ętates mundi, & videtur quod non quia cum mundus sit perpetuus non videtur habere etates ad modum hominis. Respondeo iuxta S. Thom. quod mundo non assignantur ętates quantum ad substantiam, quia sic inperpetuum durabit sed quantum ad statum. Sic.n.transibit mundus, & sic antiquatur & senescit, & ſm hoc distinguunt ætates mundi metaphorice ad similitudinem vnius hominis, variãtur .n.in homine ætates, ſm diuersas notabiles varietates, in statu ipsius, vnde prima ætas dr̃ infantia vsque ad 7. annũ. secunda pueritia vsque ad 14. annum tertia adolescentia vsque ad 25. annum, quæ tres ætates quandoque computãtur pro vna, quarta est iuuentus vsque ad 50. annos, quinta vero ætas vsque ad 70. Sexta senium vsque in finem. Et similiter in mundo dr̃. prima ætas ad Adam vsqua ad Noe. In qua fuit humani generis destructio per diluuium, & renouatio Secunda à Noe vsque ad Abrahã Tertia ab Abraham vsque ad Dauid. in qua fuit circuncisionis & legis institutio. Quarta à Dauid vsque ad trãsmigrationem Babylonis, in qua lex floruit sub regibus & prophetis. Quinta à transmigratione babylonis vsque ad Christum in qua fuit populi captiuatio & liberatio. Sexta à Christo vsque ad finã. in qua est humani generis redemptio. Nec tamẽ oportet quòd ætas humani generis æquali numero annorum compleatur, sicut nec ætas vnius hominis quia vltima ætas vnius hominis quandoque habet tantum quãtum omnes primæ, hæc ille concordat Bonauentura.

Respondet. Bonauentu.

¶ Quæstio quinta.




DE gradibus Hic intitulatur quinta questio. s. qualiter gradus consanguinitatis sunt computãdi. Et primo ponit qualiter computentur ſm Isidorum, & eorum qui incipiũt à nepotibus computare[truncus].i.principium ad quod personæ sequentes referuntur quo ad gradus.



AD sedem. Ad idem est c. Alexandri papæ. Sũma est quomodo sunt commutandi gradus consanguinitatis. Et diuiditur in sex partes. In prima ponit errorem quorundam in computando gradus consanguinitatis, & causam erroris eorum. In secunda ponit legalem & canonicam computationem, & causam vtriusque. tertio triplici argumento conuincit eos scilicet argumento sumpto ex dictis Iustiniani. Et argu. sumpto ex autoritate Gregorij, & argumento ducente ad inconueniens. Quarto soluit contrarietatem de consanguinitate prohibita vsque ad 7. gradum & quousque recordatur & cognoscitur. Quinto soluit contrarietatem de diuersa computatione vsque ad 6. & vsque ad septimum gradum. Sexto sub comminatione anathematis præcipit statuta huiusmodi decreti obseruari. 2. ibi, nos vero. 3. ibi, vtranque tamẽ computationem. 3. ibi, ne vero in hac, quint ibi, hæc itaque computatio. 6. ibi, taliter igitur determinatis. Quia litera plana est, & iam consaguinitas non durat nisi vsque ad quartum gradum inclusiue, supersedemus ab alia expositione literæ.

2 *Parentela dicitur affinitas.*



POrrò. Ad idem est hoc c. beati Grego. papæ. In quo agit de affinitate primi generis qualiter in ea computandi sunt gradus. Summa est in rubro litera. ¶ [Porro de affinitate quam dicitis parẽtelam] vulgariter 2 †in multis.n.locis appellatur vulgariter. Hu. [manifesta est ratio prohibitionis].i. rationabilis prohibitio.i. manifestum est vsque ad quem gradum prohibeatur .s. vsque ad 7. Hu. [mihi & illi] distributiue reddendo singula singulis[quo circa ergo & c.]nõ dicit pater vel mater, quia sicut in consanguinitate aliqua persona est stipes & truncus, & ipsa non computatur in gradu, sic & in affinitate, quæ est inter consanguineos vxoris & viri. Hugu.[filius vero eius].i.sororis vxoris meæ.[In secundo gradu erit].i. distabit à me Hu.[vxorẽ vero ꝓpinqui].i.cõsanguinei[cuiuscunque gradus consanguinitatis ipse propinquus sit mihi].i.in quocunque gradu cõsanguinitatis propinquus ipse mihi attineat vsque ad 7. gradum, vel in linea ascendenti, vel descendenti[in infinitum attendere].i. attente vitare ab eius copula[aliqua fœmina & c.]sensus est, ita debeo vitare vxorem consanguinei mei in quocunque gradu, sit mihi ille consanguineus, quemadmodum illam meam consanguineam, quæ est mihi in eodem gradu[de propinquitate sui viri].s.vt abstineant à consanguineis viri sui, & hoc & c. patet.

Exponit literam. Hugu.

Parentelæ. Ad idem est hoc cap. Zachariæ papę. Summa est in rubro. patet litera [vna generatio].i. vnus gradus.

Porro. §. est.

1 *Leuir quis dicatur.*



QVod autem. Sequitur hoc c. Alexandri papæ secundi quod eisdem verbis inuenitur li. 9. Etym. Summa est in rub. Leg. ¶ [Quod autem cognati dicuntur]ſm vulgares[quorum æquiuocationis].i. cuiusdam transsumptionis, & impropriętatis [nõ est ibi ꝓprie æquiuocatio cognationis].i. consanguinitatis, & sic stricte accipitur cognatio. [leuir quasi leuis vir]†quia non tantum diligitur ab vxore mariti, quantũ ipse maritus, nec ipse etiam tantum diligit, quantum maritus. Hu.[non habet speciale nomen] in principio dictum est, ꝙ vocantur cognati, sed illud est speciale nomen, sed communiter de omnibus talibus potest dici.

Exponit literam. Hugu.



PRimo gradu. Hoc c. est beati Isidori, in quo ponit cõputationem graduum, & intendit per computationem legalem comprobare nomina. capitulum planũ ideo supersedemus in litera.

¶ Quæstio sexta.



NVnc. Quæritur, hic intitulatur sexta qõ in qua quæritur, qui debeãt esse testes, siue accusatores matrimonij dirimendi per consanguinitatẽ. Et diuiditur ista quæstio in septem partes. In 1. probat tribus capitulis, ꝙ cõsanguinei debent cõputare parentelam ad cõiungendum vel separandum matrimoniũ, & si parẽtela defuerit, uicini antiquiores. In 2. ponit formam iuramenti testis. In 3. formam iuramenti synodalis. In 4. ꝙ consideranda est qualitas, & ꝙ nulla sit varietas. In 5. ponit iuramentum separationis cõsanguineorum. In 6. ponit prohibitionem non dimittendi vxorem sine iudicio ecclesiæ. In septima ponit iuramentum recipientis vxorem, quam expulerat. 2. ibi, de parentela. 3. ibi, episcopos. 4. ibi, parẽtela. 5. ibi, ab isto die. 6. ibi, multorum. 7. ibi, ab isto die.

Diuisio.

2 *Concubitus omnis præter legitimum matrimonium est peccatum mortale.*
4 *Præscriptio vt sit valida tria sunt necessaria:*
6 *Obligatio ad pœnam talionis quando habeat locum:*
7 *Accusator in matrimonio non se obligat ad aliquam pœnam.*
8 *Denuntiationis forma quæ sit.*

COnsanguineos. Circa primam partem inducit in primis magister hoc c. Fabiani papæ. Summa est in rub. Diuiditur in duas partes. In 1. prohibet ne aliquis extraneorũ accuset matrimoniũ cõsanguineorũ ad diuortiũ faciẽdũ parentibus præsentibus & scientibus, & volẽtibus accusare. In secũda ponit,

Diuisio.

ponit, ꝙ in absentia consanguineorum extranei bonæ famæ possunt admitti. secunda ibi. Si autem progenies, pro pleniori intelligētia huius partis veniunt multa quærēda.

1 ¶Primum est vtrum coniugium quod inter affines vel consanguineos est contractum, sit semper per diuortium separandum.

8 ¶Secundum est vtrum possit præscribi contra prohibitionem de non contrahendo cum affine.

5 ¶Tertium est vtrum ad separationem matrimonij ꝙ inter consanguineos vel affines est contractum sit via accusationis procedendum.

9 ¶Quartum est vtum in tali causa sit procedendum per testes, sicut in alijs causis.

1 Ad primum. sic proceditur.† Et videtur ꝙ coniugiū quod inter consanguineos vel affines est contractum non sit per diuortium separādum. Primo sic dicitur Matt. 18. quos Deus coniunxit, nemo separet. cum ergo Deus facere intelligatur ꝙ ecclesia facit, quæ quandoque tales ignoranter coniungit videtur ꝙ si postmodum in notitiam veniat non sunt separandi. ¶Secundo sic, de similibus idem est iudicum, sed si matrimonium esset dirimendum propter consanguinitatem, tunc in casu illo quo duo fratres habent duas sorores, si vnus separetur pp consanguinitatē ergo & alius deberet separari ꝙ nō videtur, ergo matrimoniū nō est separādum cōsanguinitatem, vel affinitatem. ¶In oppositum est c. præsens, & duo sequentia. ¶Respondeo dicendum ꝙ coiugium ꝙ inter affines vel consanguineos est contractum in gradu prohibito separandum est, patet conclusio ista, consanguinitas & affinitas impediunt matrimonium contrahendū, & dirimunt contractum, extra de cōsan. & affi. ergo si probatur affinitas, vel consanguinitas, separandi sunt, si de facto contraxerunt. ¶Secundo sic.† omnis concubitus præter legitimum matrimonium est mortale peccatū, quod ecclesia omnibus impedire tenetur. ergo ad ipsam pertinet eos inter quos nō potest esse verum matrimonium separare, & præcipue consanguineos & affines, qui sine incestu contrahere non possunt carnaliter. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur dicendum negando consequentiam. Et ratio est S. Tho. quia ecclesia quamuis dono & autoritate diuina fulciatur, tamen inquantum est hominum cōgregatio aliquid ex defectu humano in actibus eius prouenit quod non est diuinum. Et ideo illa conuentio quæ est in facie ecclesiæ impedimentum cōsanguinitatis vel affinitatis ignorantis non habet inseparabilitatem ex autoritate diuina, sed contra autoritatem diuinā errore humano inducta quæ excusat à peccato, cum sit error facti, quādiu manet. Et propter hoc qn̄ impedimentū ad notitiā venit, debet prædictam coniunctionem separare. ¶ Ad secundam respondetur negando consequētiam, & ratio est quia sicut dicit S. Tho. res inter alios acta, alijs non præiudicat in foro contentioso, vnde quamuis vnus frater repellatur, à matrimonio vnius sororis ex causa consanguinitatis, nō propter hoc separat ecclesia aliud matrimonium, quod non accusant, sed in foro conscientiæ non oportet, ꝙ semper obligetur alius frater ad dimittendum vxorem suam, quia frequenter tales accusationes ex maleuolentia procedunt, & per falsos testes probātur. vnde nō oportet, ꝙ conscientiam suam informet ex his quæ circa aliud matrimonium sunt facta. Sed distinguendum est in hoc, quia aut habet certam scientiam de impedimēto matrimonij, aut opinionē, aut neutrū. Si primo modo nec exigere nec reddere debitū debet, si scd̄o mō debet reddere, sed non exigere. Si tertio modo pōt & reddere, & exigere.

Primū ar. — Secūdū ar. — Opponit & Respondet. — Ad primū argu. S. Thoma. — Ad secundā

3 Ad secundum sic proceditur.† Et videtur, quòd possit præscribi contra prohibitionē de cōtrahēdo cum affine. Primo sic. fauorabilius est vinculū matrimonij, quam dn̄ij, sed per longi tempori pscriptionē acquirit dn̄ium in re cuius non erat dn̄s. ergo p diuturnitatem tpis matrimoniū fortificatur ēt si prius ratum non fuerit. ¶Secundo sic, præscriptio sed prohibitio de non contrahendo cū affine est de iure pure positiuo, ergo contra ipsum pōt valere præscriptio. Tertio sic, perceptio decimarum & oblationū, est aliquid spūali annexū, vsus mulieris vr̄ esse quid carnale tm̄ sed ꝯ ius de percipiēdo decimas valet pscriptio quadragenaria, ex. de præsc. de quarta, ergo multo fortius pōt præscribi ꝯ illud ius, ꝙ phibet cōtrahere cū affine. ¶In oppositum est quia matrimoniū nō tm̄ est de iure positiuo, sed etiā de iure naturę, & diuino, ergo per nullā pscriptionē fieri pōt, vt matrimoniū sit verū, quod à principio nullū fuit. ¶ Rn̄deo dicendū ꝙ pscribi non pōt ꝯ prohibitionē de contrahendo cū consanguineo, aut cum affine, pro cuius cōclusionis probatione notandū ꝙ quamuis ꝯ ius naturæ vel diuinum nulla possit valere pscriptio qn̄q; tn̄ ualet ꝯ ius pure positiuū, nisi sit tale de quo caueatur in iure vt cōtra ipsum pscribi nō possit

Primum ar. — Secu. cōcl. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet.

4 †præterea no. ꝙ ad hoc ꝙ præscriptio sit valida necessaria sunt tria, vnū est ꝙ possessor iusto titulo incipiat possidere, 16. q. 3. dilectio. §. pōt vbi dr̄, ꝙ qui nullo titulo possidere incipit, pscribere nō pōt. Aliud est ꝙ si bone fidei possessor, hoc est ꝙ credat se iuste possidere, quia sicut dr̄ ex. de pscr. vigilāti nulla antiquā dierū possessio iuuat aliquē malę fidei possessorē, nisi respuerit postquā se aliena nouerit possidere. tertiū est ꝙ possideat per totū tps determinatū à iure, absq; interruptione, illud tn̄ tps determinatur breuius, vel lōgius ꝟm cōditiones rerū q̄ possidenē, & illorū contra quos pscribitur, sic aūt pscribens ius acquirit in re, q̄ à principio de iure suo nō erat, istis notatis patet cōclusio posita Tū primo, quia prohibitio de nō cōtrahēdo cū affine q̄tū ad aliquos gradus est de iure diuino, vt patet Le. 14. Tū 2. quia illud ius quo in alijs gradibus cōtrahere cū affinibus prohibet, tale est ꝙ de ipso cauetur in iure ꝙ cōtra ipsum pscriptio valere nō possit ex. de cōsa. & affi. nō debet, in fi. c. Tū tertio patet concl. quia cā pp quā voluerunt iura præscriptionē habere vigorē in proposito esse nō pōt, quia vt dr̄ ex. de præsc. c. vigilāti. Ephisinus legislator solū pp vitādū miserorū segniciē & longi tpis errorē & confusionem, primus tricēnali vel quadragenali pscriptione vigorē legis imposuit, clarū est aūt, ꝙ cōsuetudo quātumlibet lōga nō pōt psonas illegitimas ad cōtrahēdū facere legitimas ext. de consan. & affi. qđ super in tex. & in gl. ¶His habitis dicēdū est ad rōnes in oppositū. Ad primā rn̄detur negando cōsequētiā, & rō est ꝟm S. Tho. quia illa quæ sine pc̄tō esse nō possunt, nulla pscriptione firmantur, quia vt dicit Inn. diuturnitas tps nō minuit pc̄tm̄, sed auget nec ad hoc aliquid facit fauor matrimonij, quia inter legitimas personas esse nō poterat. ¶ Ad scd̄am rn̄detur negādo minorē, quia phibitio illa nō tm̄ est de iure positiuo, sed ēt de iure naturę, & diuino, vt dictum est. Et in gradib. qui phibentur de iure positiuo cauet, ꝙ pscriptio nō habeat locū, vt visum est, vn̄ per nullā pscriptionē fieri pōt, vt matrimoniū sit verū, qđ à principio nullū fuit. ¶ Ad tertiā rn̄detur, ꝙ rō nō militat, tū primo quia carnalis vsus mulieris ex. matrimoniū est ꝯ ius naturæ, & iō ibi locū nō habet pscriptio, ipsum ēt matrimoniū est de iure naturæ, & diuino. Et iō nec pscriptio facere pōt vt valeat matrimoniū, qđ à principio nullū fuit, vel efficiatur nullum, quod à principio verum fuit. Quod aūt dr̄ de decretali de quarta respondetur, quòd ibi cōtractus decimandi non præscribitur, quod hoc non tm̄ est de iure positiuo sed etiam de iure diuino contra quod præscribi non potest, contra aliquam quotam fructus datur præscriptio dum tamen habeat titulum.

Ad primum arg. — Ad scd̄um — Ad tertium

5 Ad tertium sic proceditur.† Et vr̄ quòd ad separationē matrimonij quod inter affines vel consanguineos est cōtractū, nō sit via accusationis procedendum. primo sic. accusationē inscriptio præcedit, qua quis se ad talionē obligat, si in pbatione defecerit, sed hoc nō requirit qn̄ agit de matrimonij separatione, ergo accusatio ibi locū nō habet. ¶Scd̄o sic in cā matrimonij audiētur soli propinqui, vt dr̄ in lr̄a, sed in accusationib. admitūtur etiā extranei. ergo in cā separationis mr̄imonij nō est agendū via accusationis. ¶ Tertio sic. Si matrimoniū accusari deberet, hoc faciendū esset qn̄ minus difficile est, ꝙ separetur, sed hoc est qn̄ sunt tm̄ sponsalia cōtracta, tūc aūt non accusatur matrimonium, ergo nunquā de cetero debet fieri accusatio ¶In oppositū est capitulū præsens, & ex. q matrimoniū accusare possunt. ¶ Rn̄deo ꝙ ad separationē matrimonij conueniēter procedit via accusationis, pbatur concl. sic iuxta S. Th. Accusatio ad hoc est instituta, ne aliquis sustineatur quasi innocēs, qui culpā habet. Sicut aūt ex ignorātia facti cōtingit, ꝙ aliquis hō reputat innocēs, qui in culpa est. Ita ex ignorātia alicuius circūstātiæ cōtingit, ꝙ aliqđ factū reputat licitum, qđ illicitū est, & iō sicut hō accusat qn̄q;, ita & factū ipsum accusari pōt, & sic matrimonium accusatur qn̄ pp ignorantiam impedimēti æstimatur legitimum qđ est illegitimum. ¶ Ad rōnes in oppositum.

Primum ar. — Scd̄m ar. — Tertium ar. — Opponit & Respondet

Ad primū argu. oppositum. Ad primam respondetur negando assumptū
6 vniuersaliter.† quoniam obligatio ad pœnam talionis habet locū, quando persona accusatur de crimine, quia tunc non agitur ad punitionem eius, sed qn̄ accusatur factum, tunc nō agitur penam facientis, sed ad impediendum hoc
7 quod est illicitum.† Et ideo in matrimonio accusator non se obligat ad aliquam pœnam. Sed talis accusatio potest verbo & scripto fieri, ita ꝙ exprimatur & persona accusans matrimonij & quæ accusatur, & impedimentum propter quod accusatur, dicit autem Raymund. quod in prædicto casu improprie fit accusatio, quia non fit inscriptio in qua accusator obligat se ad talionem, sed debet denūtiatio fieri, quæ fit propter peccatum, in quo iuncti male permanent. Et potest fieri etiam sine scripris, sed melius est ꝙ fiat in scriptis. ar. ex. de rest. spo. literas. ext. qui matrimonium accusare possunt, à nobis. Huius denuntiationis
8 forma talis est.† Ego talis denūtio vobis domino episcopo ꝙ matrimoniū talis & talis stare non potest, quia sunt consanguinei vel affines in tali gradu designando personas.

Ad secundā ¶ Ad secundam rationem respondetur. primo ꝙ extranei non possunt scire consanguinitatem, nisi per consanguineos, de quibus probabilius est, ꝙ sciant, vnde qn̄ ipsi tacēt suspicio habetur contra ipsum extraneum ꝙ ex maleuolētia procedat, nisi per consanguineos probare voluerit, bene repellitur ab accusatione, qn̄ sunt consanguinei qui tacent, & per quos probare non pōt. Sed consanguinei quātum sunt propinqui non repelluntur ab accusatione qn̄ accusatur matrimonium ꝑ aliquod impedimentum perpetuum, quod impedit cōtrahendum, & dirimit contractū. Sed qn̄ accusatur ex hoc quod dr̄ non fuisse contractum, tunc parentes tanquā suspecti sunt repellendi, nisi ex parte illius, qui est inferior dignitate & diuitijs, de quibus probabiliter æstimari potest, ꝙ vellent, ꝙ matrimonium staret. ext. de test. super eo. Secundo respondet̃ sicut dr̄ ꝙ in litera quando progenies tota defecerit bene assumuntur extranei.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ ratio non procedit, quia quando matrimonium nondum est contractum, sed sponsalia tantum, non potest accusari, quia non accusatur quod non est, sed potest denuntiari impedimētum vt matrimonium contrahatur.

9 Ad quartum sic proceditur.† Et videtur ꝙ in tali causa non sit procedēdum per testes, sicut in alijs causis.

Primū ar. Primo sic. In alijs causis adducuntur ad testificādum quicunque sunt omni exceptione maiores, sed hic non admittuntur extranei, licet sint omni exceptione maiores, ergo &c.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic. matrimonium est fauorabilius quam aliæ causæ, in quibus de rebus pure corporalibus agitur, sed in illis non potest esse idem accusator, & testis, ergo nec in matrimonio. Et ita videtur ꝙ non conuenienter in causa ista per testes procedatur.

Opponit & Respondet. ¶ In oppositum est capitulum præsens. ¶ Respondeo, dicendum est, conuenienter proceditur in ista causa per testes sicut in alijs, probatur conclusio ista sic. Testes inducūtur in causis vt super his de quibus dubitatur fiat iudicij fides, sed ita est facienda iudicij fides in causa ista sicut

...noma. in alijs causis, quia non debet præcipitari sententia de eo, quod non constat, ergo in hac causa procedendum est per testes, sicut in alijs causis, verum vt dicit S. Tho. iuxta iuristas in hac causa multa specialia inueniuntur. s. ꝙ idem potest esse accusator & testis. arg. infrà capitu. episcopus. Item quòd nō iuratur de calumnia, cum sit causa quasi spiritualis. Item quòd consanguinei admittuntur ad testificandū. Item quòd nō obseruatur omnino ordo iudiciarius, quia tali denuntiatione facta contumax potest excommunicari lite non contestata. Item valet hic testimonium de auditu, & quod post publicationem testium possunt testes induci, & hoc totum est vt peccatum impediatur, quod in tali coniunctione esse potest. Tanguntur ista in gl. & per hæc patet ad obiecta. Lege.

Exponit literam. ¶ [Consanguineos nullus extraneorum]. s. consanguineis scientibus consanguinitatem, & volentibus accusare matrimoniū vel extraneorum à notitia consanguinitatis. s. qui sicut à consanguinitate. Item à notitia cōsanguinitatis sunt extranei. [accuset] improprie, s̄m

Hug. Hu. [computet] iureiurando in synodo episcopali, vel prouinciali s̄m antiqua tempora, cum causæ tales in concilio episcoporum tractabantur, vt. j. e. multorum, & tota synodus vel concilium est loco vnius iudicis. Hug. Ad quorum notitiam faciendam maxime pertinet &c. [si autem tota] 2. pars [tunc demum recipiendi sunt extranei separentur] vsque ad 7. gradum Hu.

1 *Testes debent iurare de dicenda veritate, & tacenda falsitate.*
2 *Testes & accusatores matrimonij non debent esse infames.*



Otificamus. Ad idem sequitur hoc. c. Vrbani papæ. Summa est in rubro. Diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ post attestationes propinquorū aut antiquorum de consanguinitate sine mora soluantur talia matrimonia. In secunda dicit, quòd vbi propinqui aut extranei iuramēto probare voluerint, vel nequierint, nullatenus dissoluātur. 2. ibi, quod si. Lite. Diuisio.

Exponit literam. ¶ [Notificamus tibi]. s. Richardo Ianuensi episcopo, cui scribit [vt postquam defunctę vxoris vel viuę] defuncta. n. priori vxore istam aliam superinduxerat, quæ dicebatur esse defunctæ consanguinea, & ita præponebatur prima affinitas inter hunc & vxorem suam viuentem [iureiurãdo]
1 † debent. n. testes iurare de dicenda veritate, & tacenda falsitate. 2. q. 1. in primis, & q. 4. nullā. Hu. [vel si tres] ecce qualiter transit ad extraneos deficientibus propinquis [qui bo-
2 næ famæ] † ecce quòd testes & accusatores matrimonij nō debent esse infames, & seruiles personæ, sed bonæ famæ. Hu. [studio]. i. ingenio siue dolo supradicto modo. s. pure iurando. Hu. [quod si] 2. pars. [verbis tantum] & sic coniugiū infamatur [& iuramento] sine quo fides testibus non adhibetur, vt 4. q. 3. iuriiurandi [noluerint] vel. i. quia nequiuerint, quia nesciunt, vel propter aliud impedimentum [pœnitentia] extraordinaria [propter infamiā facti]. i. propter publicam famam ne fiat inde scandalum, vel quia publice dicebatur, quando coniungebantur, quia hæc fuerat consanguinea prioris, cum forte non esset [& si peccauerunt] se temere coniungendo. Hu. [peccati maculam] incestus si se affines credebant, vel sciebant. Hu. Hugu.

1 *Infamia aboletur per pœnitentiam.*



I duo viri. Ad idem est hoc ca. Vrbani papæ. Summa est in rub. diuiditur in duas partes. in prima dicit, quòd si non fuerit probatum tales esse cōsanguineos matrimonium nō soluatur. In secunda dicit, quòd si in conscientia sua sciuit consanguineos esse sunt excommunicati donec separentur. 2. ibi, ita tñ. Litera. Diuisio.

Exponit literam. ¶ [Si duo viri] vel fœminæ, quia fœminæ in hac causa admittūtur ad testimonium, & ad accusationem. Et licet indefinite, & generaliter dicat̃ de viris, intelligendū tamen est ꝙ ordo iuris de propinquis & alijs seruandus est. Hu. [vel ipsi]. s. coiuges [cōfessi fuerint] sed hoc nō sufficit ad separationē matrimonij, nisi assit publica fama, tñ sacramēto cōiugū [septima manu propinquorum firmata] 33. q. 1. requisisti, aliter confessio eorum non separat. Hug. [iudiciū]. s. diuinum & qui rñdet per ista perinde facit qua si iuraret super euangelia [relinquendi] sunt simile dis. 33. habuisse. Hu. [Ita tñ] 2. pars. [segregatos]. i. segregādos [infames]. i. dignos infamari, quia excommunicati nisi satisfaciāt. Non. n. ipso iure sunt infames vel excōicati. Hu. ab incestus facinore infames] dicit glo. i. infamia canonica, quæ
1 debetur per pœnitentiam 6. q. 1. [infames] donec. ar. † quòd infamia per pœnitētiam aboletur [contrahere non prohibentur] ratione iuuenilis ætatis si scienter coniuncti sunt, vel ipso iure, si ignoranter coniuncti sunt, vt. s. e. q. 3. de incestuosis, alias autem si scienter coniuncti sunt contrahere prohibentur, vt e. q. 3. de propinquis & c. de incestuosis, &c. nec eam. Hug.

Ecce quibus &c. §. est, & incipit hic secunda pars quæstionis in qua ponit formam iuramenti testis.

Parentela. Ad hoc inducitur hoc capitulum sumptum ex Romano ordine. Summa est in rubro. Litera est plana.

Illud. Ad idem est hoc c. in quo iuramētum testium tangit quod fit quotidie, sicut enim iurat primus, sic iurant alij, vnde patet, quòd præcedēs iuramentum est testis. Testes. n. simul solent recipi, non autem testis & accusator. Et sunt verba ista illius qui recipit & disponit iuramentum. Hug. Construe sic. [tu iurabis illud sacramentum quòd iste]. s. primus

primus accusator, vel testis, & iurabis ꝙ tu seruabis ea, q̄ ille complexus est in suo iuramento Hu.

Hoc iuramentum. §.est. Et incipit 3. pars qō nis, ī quo ponitur forma iuramēti sinodalis[iuramētum].i. sequēs, ꝙ cōtinet in sequēti c.s. eps nō est separationis.i. eorū q separant.i. nō ē illud quod exigitur à separandis.[sed sinodale].i. de sinodali iuramento decisum, quod sinodaliter fuit institutum.

1 *Episcopus potest facere iurare aliquos de parochia si sciuerint vel audierint aliquos cōsanguineos vel affines copulatos eē.*

1 Episcopus. Tāgit cōsuetudinē q̄ in multis obseruat.l.†ꝙ eps aliquos de parochia sua facit iurare, si viderint, vel sciuerint, vel audierint aliquos consanguineos vel affines copulari, vel copulatos esse, hoc debent determinare & significare epo vel eius misso. Et tunc ipse eps post denūtiationem illorum interdicit, ne illi amplius procedant in facto, si adhuc non sunt cōiuncti matrimonialiter, donec de cā cognoscat, & vtroq; conjugū cōuocato, pdicti iurati pbāt cōsanguinitatē, vel affinitatē, vnus eorū est accusator, & alij sunt testes[pignoribus].i. reliquijs, quia illa exhibēt & proferunt tanquam pignora ad obligationem. Hu. & gl. [aut amodo in antea]sic, construe[iurabis ꝙ tu nec pter amorem non celabis &c. Istud iuramentū sicut iurauit primus sic, iurabunt alij.[construe]tu iurabis hoc sacramentum, & iurabis, ꝙ tu seruabis illud inquantum &c.]

Ab hoc iuraméto. §.est incipit 4. pars qōnis in qua dr̄ magister ꝙ ab hoc iuramēto sinodali in pximo pcedenti c. posito. s. epus [sumptū est].i. formā traxit quasi similem hn̄t formā istud & illud sed nō ex toto, vñ subdit[paululum deriuato].i. variato[de iuramento separationis].i. eorum, q separātur pp iuramētū testiū coniuges separant, ꝙ non fit pp sinodale vel illud supra de parentela de quo sequitur capitulum.

De parentela Sequitur ad hoc c. ꝙ est Innocen. papæ. Casus est iste. In quadā cā matrimoniali appellatū est ad apostolicum tūc apostolicus delegauit causam illā epo Lucano, & qbusdam alijs epis, vel canonicis, & tūc introducti sunt testes, q discordes erant in cōputatione consanguinitatis. Et iō iudices delegati miserūt papæ sua scripta, in qb. continebat, qualiter illi testes discordes erant. Rescribit ergo papa & dr̄, ꝙ tales testes nō sunt recipiēdi. ¶[de parētela cōsulere]qa testes discordabant[aliorū fratrū tuorū].s. canonicorū, vel fratrū meorū.i. eporum.[scripta].s.q ab ipsis epis delegatis missa sunt papæ[narrabant].i. referebant esse narrata à testib. diuersimode[computatores].i. testes. cæterū nō vr̄ rn̄dere directe vel expresse. Sed data intelligi, ꝙ nihil est pbatū, & testes tales sunt repellēdi Hu.[summopere].i. cū maiori diligētia, q̄ in alijs causis. qa hic vertit periculū aīæ pcedēdū est [qualitas psonarū] ne.s. sint seruiles, uel criminosi, vt. s̄. c. notificamus [aliqua varietas in eodē teste]vt prius dicat vnū, & postea asserat ɔ̄rium vel contrarietas in diuersis testibus eiusdem partis.

Exponit literam.

Huguti

Ab isto. Hic incipit 5. pars in qua ponitur iuramentum eorum qui separantur. litera patet[in ante].i. ꝙ quamdiu apparebit cōsanguinitas inter eos.

Multorū. Ad idē est hoc c. Alexādri papæ. Sūma est in rubro. Lege. ¶[Multorū religiosorū.]catholicorum. Nā si ab hereticis in tali cā proferretur sentētia est momenti 12. q. 2. Alienationes & 7. q. 1. factus Hu.[præsumas dimittere] & quo ad habitationem, & quo ad redditionē debiti, & quo ad necessariorum exhibitionem. Nota ꝙ iste non abiecerat vxorem, sed abijcere volebat.

Exponit literam Hugu.

Ab isto die. Incipit 6. ps vbi ponit iuramentū ei⁹ qui sibi coniugem reconciliauit.

Quod autem vnius. §. Est, in quo Grat. mouet qōnem pter eas q̄ in thema motæ sunt. vtrum vnius testimoniū sufficiat ad dirimendū matrimonium. Et dr̄ ꝙ non. ꝙ probat multipliciter cum alibi dicatur. s. 6. q. 2. §. 1. simile 89. di. singula.

¶ Quæstio septima

2 *Fliorum status est quadruplex.*

4 *Damnum aliquod incurrere dicitur aliquis dupliciter.*

5 *Filij naturales succedere possunt tantum in sexta parte.*

7 *Legitimandi sex sunt modi.*

8 *Spurij de iure non possunt legitimari.*

1 *Legitimatus ad actus ecclesiasticos an intelligatur legitimatus quo ad seculares.*



Quod autem quæritur. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur. vtrum nati de incestu reputentur filij legitimi. ¶ Pro pleniori notitia huius formantur hic quatuor quæstiones.

1 ¶ Prima est vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonium sint illegitimi.

3 ¶ Secundum est an filij illegitimi debeant ex hoc aliquod damnum reportare.

6 ¶ Tertia est vtrum filij illegitimi possint legitimari.

9 ¶ Quartum est quid prosit eis legitimatio.

1 Ad primum sic pcedit.†Et vr̄ ꝙ filij q nascuntur ext. verū matrimonium nō sint. Illegitimi. Primo sic. Quicūq; ē s̄m legē natus, legitimus filius dr̄, sed qlibet filius nascitur s̄m legē ad minus naturæ, quæ est fortissima, ergo q'libet filius est legitimus. Scd̄o sic. cōiter dr̄, ꝙ legitimus est, q de legitimo matrimonio natus est vel de eo ꝙ in facie ecclesiæ legimum reputatur, sed cōtingit qn̄q; ꝙ aliqd̄ matrimoniū reputat legitimū in facie ecclesiæ, ꝙ habet impedimentū ne sit verum mr̄moniū, & tn̄ à ɔ̄hentib. in facie ecclesiæ nō scit, ergo filij extra verū mr̄imoniū nati sunt illegitimi. ¶ Tertio sic, ponat ꝙ clam ɔ̄hūt ignorātes matrimonij impedimentum, istorum matrimonium nō est verum, & nihilominus filij eorum in facie ecclesiæ sunt legitimi, ergo &c. ¶ In oppo est c. pn̄s. ¶ Rn̄deo dicendū sub ista cōclusione, ꝙ filij q nascunt extra verum matrimoniū plerunq; sunt illegitimi. Ista conclusio pbat. illegitimū dr̄ ꝙ est ɔ̄ legem, sed illi q nascunt extra matrimonium nascuntur ext. legē. ergo sunt illegitimi. Pro qua conclusione est sciendum put colligit, ex. q. si. sint legit. c.

Prima cōc.

Scd̄a concl.

Tertium at

Opponit & Respondet.

2 tanta in gl. Et inducunt Alber. S. Th. & Richar.†ꝙ quadruplex est status filiorū Quidā. n. sunt naturales, & legitimi, sicut q nascunt ex legitimo mr̄imonio. Quidā naturales, & nō legitimini, vt filij, qui nascunt ex simplici fornicatione Quidā legitimi, & non naturales, sicut filij adoptiui. Quidā nec legitimi, nec naturales vt spurij nati ex ex adulterio siue de stupro, siue de incestu. tales. n. nascuntur & ɔ̄ legem positiuā, & expresse ɔ̄ legem naturæ. ¶ Ad rōnes in opposi. Ad primā rn̄det negand ɔ̄ñiam, & rō est s̄m Albertū, natura est duplex. s. gn̄is hoīs, & differētiē, filij aūt qui nascūtur ex illicito coitu non nascūtur nisi lege naturæ primo mō dictæ. Et illa est pecorina, & ideo ad bonū hominis, quod est bonum rōnis, ex illa lege nō reputantur legitimi. Concor. S. Tho. dicens ꝙ quamuis tales nascantur s̄m naturā, q̄ cōis est hoī, & alijs aīalib. tn̄ nascit, ɔ̄tra legem nature, q̄ est ppria hoīb. qa fornicatio & adulteriū & hmōi sunt cōtra legem naturæ. Ideo tales secundum nullā legem sunt legitimi. ¶ Ad scd̄am dicendum, ꝙ in illo casu non sunt legitimi. nā tales, ex quo scienter p̄sumpserūt ɔ̄here matrimoniū ɔ̄tra legitimum impedimentū nō excusant à pc̄tō, nec filij ab illegitimitate. ¶ Ad tertium casum. s. si nesciunt, & in occulto ɔ̄trahāt. Rn̄det, ꝙ non exscusantur, quia talis ignorātia reputatur affectata, quæ non excusat & filii eorū reputantur non legitimi, quia nec matrimonium eorum legitimum reputantur. Concordat Albertus & S. Tho.

Albertus. S. Thomas

Ad primum arg.

Ad scd̄um

Ad tertium

3 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ filii illegitimi nō debeāt ex hoc aliqd̄ damnum reportare. Primo sic. filius non debet puniri pro pc̄tō p̄ris, vt patet per sententiam dn̄i Eze. 18. Sed ꝙ iste nascat ex illicito coitu non est pc̄tm̄ pprium, sed pc̄tm̄ p̄ris, ergo ex hoc non debet aliquod dānum incurrere. ¶ Scd̄o sic, iustitia humana est exēplata à diuina s̄m illud. per me reges regnant, & legū conditores iusta discernunt. sed deus equaliter largitur bona tpalia legitimis, & illegitimis filijs, ergo ēt s̄m iura humana filii illegitimi debent legitimis comparari. ¶ In oppositum est illud Gen. 25. vbi Abraham dedit oīa bona sua Isaac & filijs concubinarum largitus est munera, & tn̄ illi non erant ex illegitimo coitu nati, ergo multo magis debent illi, qui ex illicito coitu nascuntur, aliquod damnum reportare, ꝙ non succedant in bonis paternis.

Primum ar.

Scd̄m cō

Opponit in cōtrarium

4 ternis. ¶ Rńdeo dicendum iuxta S. Tho. ꝙ aliqs dr̄ dupliciter aliqđ damnum incurrere. vno mō ꝑ hoc ꝙ ei subtrahitur ꝙ erat ei debitū, & sic filius illegitim⁹ nullum dānum incurrit. Alio modo ꝑ hoc, ꝙ ei aliqđ non est debitum, qđ alias poterat esse debitū, & sic filius illegitimus damnū incurrit duplex, vnum qa nō admittit ad actus legitimos, sicut ad officia, vel dignitates, q̄ requirunt aliq̄ honestatē in illis, q hoc exercent. Aliud dānum incurrūt, ꝙ nō succedūt in hæreditate paterna, †sed tm̄ filij naturales succedere possunt in 6. parte tm̄. Spurii aūt in nulla quis ex iure naturali parentes eis in necessarijs ꝓuidere tenent̄. vñ pertinet ad solicitudinē epi, vt vtrunque parentū cogat ad hoc ꝙ eis ꝓuideant. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primam rńdet̄ iuxta S. Tho. ꝙ incurrere dānum hoc scđo modo nō est pęna, vñ sicut nō dicimus qđ sit pœna alicui qđ nō succedit in regno aliquo ꝑ hoc qđ nō est filius regis. Sir̄ nō est pęna, qđ alicui qui non est legitimus non debeatur ea q̄ sunt filiorū legitimorū. Alber. vero dr̄, qđ hoc non fit in pœnā filii, sed in pœna patris, vt in filio puniat̄. Et tñ hæc pęna filio bona si ea ad humilitatē vtat̄. Sicut ēt dr̄ apl's 1. Cor. 7. Seruus vocatus es, nō sit tibi curæ, ēt si fieri potes liber magis vtere. ¶ Ad scđam rńdet̄ iuxta Albertū negādo ꝯñiam, & rō est, quia non est ita in voluntariis, sicut in naturalib. quia naturalia currunt cursu necessario, & non habent peccatum. Et ita quod Deus operatur in natura nō trahitur in exēplum in voluntariis, sed potius hoc quod dicit. Ego sum deus zelotes vindicans peccata in filios &c. hoc. n. de pœna temporali intelligitur, & ita facit lex, quæ punit natiuitatē vnius, vt ab altero caueatur talis illicitus concubitus.

S. Thom. — Ad primam argu. S. Thom. — Albertus. — Ad scđm. Albetus.

6 **Ad tertiū** Sic procedit̄. †Et vr̄ qđ filii illegitimi non pn̄t legitimari. Primo sic. q̄tum distat legitimus ab illegitimo, tm̄ e conuerso illegitimus à legitimo, sed legitimus nō pōt fieri illegitimus, ergo nec illegitimus legitimus. ¶ Scđo sic Coitus illegitimus nunquam fit legitimus, ergo nec filius illegitimus legitimari pōt. ¶ Tertio sic. contra rōnem est illegitimū vel non legitimū reputare legitimū, ergo ꝫm iura fieri nō debet, qa ꝫm ius nihil facit ꝯ rōnem. ¶ In oppositū est tā ꝫm canones quam ꝫm leges illegitimi legitimant̄. ¶ Rńdeo dicendū qđ filii illegitimi pn̄t legitimari, probat̄ cōclusio iuxta Albertum sic. Sine oī copula nati ipse nascit̄ illegitimus, sed q̄ fiunt ex necessitate ꝫm philosophos & legslatores merent̄ indulgentiam, & mīam, ergo talis error mīter corrigi pōt, ergo pn̄t legitimari. Sed notandū est iuxta S. Tho. qđ filius illegitimatus pōt legitimari non fieri de legitimo coitu natus, qa coitus ille transiuit, & nūquam pōt fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus Sed dr̄ legitimari inquantū damna q̄ filius illegitimus incurrit subtrahunt̄ ꝑ legis authoritatē, vbi cōsequēter notādū. †qđ cōiter assignant̄ sex modi legitimandi duo ꝫm canones, & quatuor ꝫm leges. ꝫm canones, Primus est ꝑ sequens mr̄monium, qñ. s. solutus de soluta filios. s. naturales gn̄auit, si cōtrahit cū ea illi legitimant̄. Secus de spurijs. s. ex adulterio natis. ex. e. cōquestus & c. tanta. ¶ Scđs est ꝑ spālem indulgentiā papæ ꝑ c. ꝑ venerabilē e. ti. ¶ Primus vero ꝫm leges est, si pater filiū naturalē offerat curiæ imperatoris, fiatque curialis, & suscipiat officia in ea, tunc. n. ꝑꝑ curiæ honestatē legitimus efficit̄, vt in aut. q. mo. natura. ef sic. legit. §. si qs colligit colla. 7. Idem est si eū offerat curiæ ciuitatis, de qua vel de cuius vico est oriūdus, vt inst. de nupt. §. vlt. ¶ Scđs modus est si pater decedēs in testamēto nominet eū legitimū, & ipse postea offerat Imperatori testamentum, fiet legitimus. ¶ Tertius est si nullo filio legitimo existente patreque defuncto ipse naturalis filius seipsum offerat principi. ¶ Quartus est si pater in publico testamento per publicam manum cōfecto vel alias scripto cum scriptione trium testium eum legitimum nominet, nec adiiciat naturalem, vt in auth. vt liceat mater & auia. §. ad hoc coll. 8. †Spurij non pn̄t legitimari quātū est ꝑ leges, sed Imperator loco eius aliqñ legitimat & sir̄ papa. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad primam rńdet̄ negando ꝯñam. Et rō est ꝫm S. Th. quia alicui pōt sine iniustitia gr̄a fieri, sed non pōt sine culpa damnificari. Et ideo magis pōt illegitimus fieri legitimus quam ecōuerso. Et si aliqñ legitimus puniat̄ pęna illegitimorū, vt priuet̄ hęreditate ꝓ pctō patris, vel suo, nō tñ dr̄ illegitimus fi ius, qa legitimam gn̄ationē habuit, Concordat Alber. ¶ Ad scđam rńdet̄ negando ꝯñam. Et rō est, ꝫm S. Th. qa actus ille illegitimus habet intra se defectū inseparabilem. Est. n. peruersitati inseparabiliter cōiūctus, q̄

Primū arg. — Secundū ar. — Tertiū arg. — Opponit & Respondet. Albertus. — S. Thom. — 7 — Ad primū argu. S. Tho. — Albertus. Ad secundū

legi opponit̄. Et ideo nō pōt fieri legitimus, nec est sic de filio illegitimo q nō habet hmōi defectū. Cōcordat Alber. Albertus.

9 **Ad quartū** Rńdetur† ꝙ in veritate ad duo prodest legitimatio. Primū est, ꝙ succedunt in oībus bonis parentum, vt in aut. qui. mo. na. effi. le. §. qm̄ & C. de suis & le. hæred. ꝑ totum ex. C. conquestus & c. tanta, hoc intellige, nisi excludant̄ ab hæreditate ꝑꝑ alia crimina aut paterna, vt si pater fuit hæreticus, quia bona hæreticorum sunt ipso iure confiscata, ext. de hæret. c. cum ꝫm leges li. 6. vel ꝑꝑ propria crimina. ¶ Scđm ad qđ valet legitimatio est, quod admittunt̄ ad legitimos actus, vt satis patet in c. per venerabilem ex. qui fi. sint legit. ¶ Surgit hic q. †vtrū legitimatus ad actus ecclesiasticos intelligatur legitimatus quo ad seculares. Rńdet̄ quod de hoc sunt multæ opiniones, probabilior tñ vr̄ opinio Innoc. dicentis, quod si legitimatus fuerit ab aliquo principe seculari vel ciuitate, intelligitur legitimatus quantum ad oēs actus seculares in terris qui legitimanti subsunt necnon ēt in aliis, terris quo ad secularia, nisi sint talia quæ essent ī alterius præiudiciū. Nam nec in aliis terris succederet ab intestato, quia sic, aufferentur bona hæredis defuncti. Sed talis non intelligitur legitimatus quo ad ordines, quia hoc nō est de iurisdictione laici iudicis. Si vero legimatus fuit ab epo inquantum potuit . s. quo ad ordines minores, & beneficia siue curā, ēt in alia diocæsi poterit ꝓmoueri ad prædicta, quia hoc est de iurisdictione ecclesiastica & in nullius præiudicium. Et multomagis si à papa, sed talis non est legitimatus quo ad actus seculares, nisi in terris quæ temporaliter papæ subsunt. Cōcordat satis Ber. in prædicto c. per venerabilē. Le. ¶ [Quid est illud.] Quærit Augu. sub interrogatione. An filii cōsanguineorū possunt esse legitimi, & subiicit solutionem sub interrogatione dicens. [Quid est illud], i. qualiter debet intelligi illud verbū legis Mosaycæ, ꝙ sequitur [quicūque] ꝙ habetur Leu. 2. [dormierit] scienter non suscitando semen fratris sui, vel alterius cōsanguinei cum cognata [lege dei] veteri ex eis scienter cōiunctis nō deputent [legitimi] quo ad hæreditatis successionem, & sanguinis priuilegium, qa in neutrum succedunt, vt 15. q. 8. cum multæ, & 32. q. 4. dicat, vbi ita stricte accipitur filius, vt hic [pro legitimo] vbi dicitur si hæres non est, nec filius Et subditur expositio & . i. in nullo iure diuino vel humano succedunt, nisi per dispensationem efficiantur legitimi.

Respond. t. — Quæstio. — Respondet. Innocen. — Exponit literam.

¶ *Quæstio Octaua.*

2 *Christus quare reliquit ecclesiæ posse magis immutare circa sacramentum matrimonij quam circa alia.*
3 *Christus quare per se non determinauit numerum graduum.*
5 *Papa non potest dispensare in primo vel secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis.*



DE his vero. Hic intitulatur qō. 8. s. an consanguinei vel affines coniuncti possint ex dispensatione remanere sic, coniuncti. Pro pleniori intelligentia huius quæstionis quæruntur duo.

3 ¶ Primum est vtrum gradus consanguinitatis matrimonium impedientes potuerit ecclesia taxare olim vsque ad septimum gradum, & nunc vsque ad quartum gradum.

¶ Scđm est qbus gradib. ecclesia nunc potest dispensare.

4 1 **Ad primum** sic ꝓceditur. †Et vr̄ quod gradus consanguinitatis supradictos ecclesia nō potuerit taxare sicut fecit de septimo gradu quondam, & nunc de quarto. Primo sic. Cum. n. Deus non prohibuerit matrimonio, nisi 12. personas. Leu. 18. quæ omnes vel sunt truncus, vel in primo vel in secundo gradu. vnde venit tanta audacia ecclesiæ, quod super hoc ꝓhibere audeat qñque vsque ad octauū gradū exclusiue, vel nunc vsque ad quartum. cum isti qui sunt in tertio gradu ꝫm legem Dei sint ꝑsonæ illegitimę. ¶ Scđo sic. matrimonium est sacramētum sicut & baptismus. sed non posset ex statuto ecclesiæ fieri, quod ille qui ad baptismum accipit, non reciperet caracterem baptismalem, si ex iure diuino eius capax sit, ergo nec ecclesiæ statutum facere pōt, quod matrimonium nō sit inter illos qui per ius diuinum mr̄onialiter coniugi non prohibent̄. ¶ Tertio sic, ius positiuum non pōt ea q̄ sunt naturalia remouere, vel ampliare. sed consanguinitas est naturale vinculum

Primum ar. — Scđa concl. — Tertium ar.

le vinculum, quod quantũ est de se natũ est impedire mr̃onium, ergo ecclesia non põt aliquo statuto facere, ꝙ aliqui possint matrimonialiter coniũgi, vel non cõiũgi, sicut non põt facere, ꝙ sint cõsanguinei, vel nõ cõsanguinei. ¶ Quarto sic, vbi eadem est cã, ibi est idem effectus. sed causa quare consanguinitas impedit matrimoniũest bonũ, plis, repssio cõcupiscẽtiæ, & multiplicatio amicitiæ, vt dictũ est supra, sed ista oĩ tpe sunt æqualiter necessaria ergo oĩ tpe debuissent æqualiter cõsanguinitatis grad⁹ matrimoniũ ĩpedire, ꝙ non est verum. Cũ modo ad quartum gradum, antiquitus ad 7. gradum matrimonium consanguinitas impedierit. ¶ In oppo. est ꝙ deus discipulis suis dixit. Qui vos audit, me audit, ergo pceptum ecclesię habet firmitatem, sicut pceptũ Dei. sed ecclesia qñque ꝓhibuit, qñque concessit quosdã gradus, quos lex vetus non ꝓhibuerat, ergo illi gradus mr̃monium impediunt. ¶ Rñdeo dicendum, ꝙ ecclesia ẽm varietatem tpum conuenienter statuit, & taxauit gradus consanguinitatis mr̃monium impedientes. Ista cõclusio ꝓbaẽ iuxta dñm Bona. qui oñdit, ꝙ potuit, & ꝙ nũc tpibus nr̃is taxauerit vsque ad quartum gradum oñdit, cõgruum fuit & vtile & necesse. Primo qdem ꝙ potuit ostendit sic, p scripturam, qa in principio in cõstitutione matrimonij in lege naturæ duæ excipiebanẽ personæ. s. pater, & mater. Gen. 2. Relinquet hõ patrem & matrem &c. Et post ꝓcessum tpis in lege fuerunt plures prohibitæ, sicut patet Leu. 17. si ergo lex euangelica abundare debet à Mosayca, ergo ĩ lege euãgelica plures debuerũt excipi sed Christus in ꝓpria persona nõ excipit, ergo si nihil diminutũ, debet esse in ecclesia, posse determinandi personas relinquit ecclesiæ, maxime Petro & eius successori. Quod attendentes sancti patres exceperunt multos gradus consanguinitatis.

Quartũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Bonauent.

Quæstio. Respondet.

2 Ex quo apparet, ꝙ ipsi posse habuerũt. Si aũt tu q̃ras † quare magis circa hoc scr̃m posse relinquit ecclesiæ. Rñdeẽ ꝙ ratio huius est, quia illud scr̃m in contactu consistit, qui est personæ ad personã, & qm̃ dñs plenam iurisdictionem dedit Petro super spũalia, & ampliorem quã reges terræ & Imperator habeat sup tpalia, sed regis & principis potentia potest contractus limitare, vt malæ fidei possessor iudiceẽ, qui ꝯ eorũ interdictum mercaẽ. Quid mirum si dedit ecclesiæ posse imo debuit dare, vt posset psonarum legitimitatem & Idoneitatem ad contrahendum determinare.

Quæstio. respondet.

